Digitized by Google

BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
RACCOLTA
VILLAROSA
H
159
NAPOLI

Digitized by Google

598311 Racc Vil. H. 1596(2

DECISIONES SACRAE REGIAE AV-DIENTIÆ VALENTINÆ.

AVTORE DON FRANCISCO HIERONYMO de Leon, I.C. Valentino olim Auditore eiuſdem Audientiæ, & Conſultore Ordinario Sancti Officij Inquiſitionis Valentiæ, nunc verò Regio Conſiliario in Sacro Supremo Aragonum Conſilio.

DOMINO NOSTRO PHILIPPO HISPAniarum Regi dicatæ.

TOMVS SECVNDVS.

Biblioteca Nazionale V. E. III Napoli

ANNO  M.DC.XXV.

CVM PRIVILEGIIS.

ORIOLÆ.

Apud Auguſtinum Martinez Typographum.

Digitized by Google

Digitized by Google

IN LAVDEM AVTORIS, ET OPERIS MIchaelis Antolini Presbyteri Valentini Carmen.

AVroræ ſimilis, viſa eſt pars prima laboris
Per te ſuſcepti: ſic ſuperextat opus.
Clarius iſtud opus, dubites ne, præſtat abundè
Præripit an fractus mane micante nouo.
Præbet ad aſtra viam, conſiſtens noſcere verum
Edocet explanans, quæ latuere diu.
Implicitiſq; locis ſuccurrit, proſpicit expers
Ancipitis dubij, legitimumq; iubet.
Huius, & huius opes defendit, nec nocet vlli
Dignius eſſe poteſt, nobiliuſq; nihil.
Perpetuò ſapiens extollat munera tanta
Munificus quoniam eſt nobilis orbe Leo.
Munificum authorem gentes vbicumq; loquantur,
Poſteritas placidè laudet, honoret, amet.
Cùm datur iſta ſolo ſublimis parſq; ſecunda
Commoda multa patent, quæ placitura colet.

DON FRANCISCI PACHECO REGII CONSILiari, & Regiam Cancellariam Regentis in Regno Sardiniæ, in laudem Don Franciſci Hieronymi à Leon Supremi Senatus Aragoniæ Conſiliarij, meritiſsimi.

EPIGRAMMA.

INclyta, nec miror, longas labantur in oras
Stemmata, quæ geſtat Regius ore Leo,
Irrugiat quamuis: dulci vt modulamine, amicas
Exhilarat mentes, corda, animoſq; beat.
Magne Leo, quos das, deciſo Iure libellos:
Sic ius collimant: vt Ioue lima ſata.
Gratulor Ignuſa è longis, queis immoror oris;
Romulidum poſsis ſollicitare togas.
Te merito decorat præclarum Stemma Leonis,
Tequè lycurgeum Regia ſceptra decent.
Ferte Valentini lauros vernantibus agris;
Atque Mecenati cingite tempore nouo.
Pierias qui inter Muſas, Iuriſquè peritos
Vt Phaëton præ aſtris emicat, & rutilat.

APPRO-

APPROBATIO.

DECISIONVM librũ ſecundum Clariſſ. & Doctiſſ. viri D. Franciſci Hieronymi de Leõ Iuris vtriuſq; Doctoris, Cõſiliarij Domini Noſtri Regis, & in S.S.R.C. Aragonũ Fiſci, & Regij Patrimonij Aduocati meritiſsimi, qua potui diligentia, ex Comiſſione D. Galcerandi Gali I.V.D. Officialis & Vicarij Generalis attẽte vidi. Quæ non ſolum commendanda ſunt, quià in illis nihil animaduerterim, quod Catholicæ Eccleſiæ, ſanæ Doctrinæ, fidei dogmatibus, Sacris Conciliorum decretis boniſq; moribus aduerſetur, vel quod Chriſtianorum Principum famam lædere aliquo modo poſsit; verùm etiàm, quod vtriuſq; Iuris res varias, & graues acutè, profundas ſolicitè, obſcuras & difficiles maturè pertractet. Omnibus ergo Iuris peritis ad multa, & oculta examinanda, iuſta conſulenda, contraria eliminanda, vera ſententijs confirmanda, & decidenda plurimũ conficient, quod atteſtor. Oriolæ. 13. Ianuarij 1625.

Doctor Don Iohannes Garcia Eccleſiæ Oriolen. Canonicus & Scholaſticus.

FACVLTAS ORDINARII ORIOLEN.

STEPHANVS *Galcerandus Gali Presbyter I.V.D. Officialis ac Vicarius Generalis Oriolen, viſſa ſuperiori Approbatione, vt liber ſecundus:* Deciſionum Sacræ Regiæ Audientiæ Valentinæ, *Auctore Don Franciſco Hieronymo de Leon, in lucem edatur facultatem concedo. Oriolæ. 13. Ianuarij 1625.*

Doctor Gali Vicarius Generalis Oriolen.

NOS

✠

NOS Dõ Felipe, por la gracia de Dios Rey de Caſtilla, de Aragon, de Leon, de las dos Sicilias, de Hieruſalem, de Portugal, de Hungria, de Dalmacia, de Croacia, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallorca, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Jaen, de los Algarues, de Algezira, de Gibraltar, de las Islas de Canaria, de las Islas Orientales, y Occidentales Islas y tierra firme del Mar Oceano, Archiduque de Auſtria, Duque de Borgoña, de Brabante, de Milan, de Athenas y Neopatria, Conde de Abſpurg, de Flandes, de Tirol, de Barcelona, de Roſſellon y Cerdaña, Marques de Oriſtan, y Conde de Goceano. Por quanto por parte de vos el Noble Magnifico y amado Conſejero Don Franciſco Geronymo de Leon, Aduogado Fiſcal y Patrimonial en nueſtro Conſejo Supremo de Aragon, nos ha ſido hecha relacion, que con vueſtra induſtria y trabajo, haueys cõpueſto vn libro intitulado: Deciſionum Sacræ Regiæ Audientiæ Valentiæ tomus ſecundus, el qual es muy vtil y prouechoſo, y le deſſeays imprimir en los nueſtros Reynos de la Corona de Aragon, Suplicandonos fueſemos ſeruido hazeros merced de daros licencia para ello. E nos teniendo conſideracion à lo ſobredicho, y que ha ſido el dicho libro reconocido por perſona experta en letras, y por ella aprobado, para que os reſulte alguna vtilidad, y por la comun lo hauemos tenido por bien. Por ende con tenor de las preſentes de nueſtra cierta ciencia, y Real auctoridad deliberadamente, y conſulta damos licencia permiſſo, y facultad à vos el dicho Don Franciſco Geronymo de Leõ, para que por tiempo de diez años, que ſe han de contar del dia de la data dellas en adelante, vos ò la perſona, ò perſonas que vueſtro poder tuvieren, y no otro alguno podays, y puedan hazer imprimir, y vender el dicho libro intitulado: Deciſionum Sacræ Regiæ Audientiæ Valentinæ tomus ſecũdus, en los dichos nueſtros Reynos de la Corona de Aragon, prohibiendo y vedando, que ningunas otras perſonas lo puedan hazer, por el dicho tiempo ſin vueſtra licencia permiſſo y facultad, ni le puedan entrar en los dichos Reynos para vender de otro adonde ſe huviere impreſo, y ſi deſpues de publicadas las preſentes huviere alguno, ò algunos que durante el

dicho tiempo intentaren de imprimir, ò vender el dicho libro, ni meterlos impreſos como dicho es, incurra en pena de quinientos florines de oro de Aragon, diuidideros en tres partes, à ſaber es vna para nueſtros cofres Reales, otra para vos el dicho Don Franciſco Geronymo de Leon, y la otra para el acuſador, y ademas de la dicha pena, ſi fuere impreſor pierda los moldes y libros, que aſsi huviere impreſo, mandãdo con el miſmo tenor de las preſentes, à qualeſquier Lugartenientes, y Capitanes Generales, Regente la Cancilleria, Regente el oficio de la General Gouernacion, Portantvezes de nueſtro General Gouernador, Alguaziles, Porteros, Vergueros, y otros qualeſquier oficiales y miniſtros, nueſtros mayores y menores, en los dichos nueſtros Reynos conſtituydos y conſtituyderos, y à ſus Lugartenientes, y Regentes los dichos oficios, ſo incurrimiento de nueſtra yra è indignacion, y pena de mil florines de oro de Aragon, de bienes del que lo contrario hiziere exigideros, y à nueſtros Reales Cofres aplicaderos, que la preſente nueſtra licencia y prouiſion, y todo lo en ella contenido, os tengan, guarden, tener y guardar, y cumplir, hagan, y no permitan, ni den lugar à que ſea, hecho lo contrario en manera alguna, ſi demas de nueſtra yra è indignacion, en la pena ſobredicha deſeays no incurrir. En teſtimonio de lo qual mandamos deſpachar las preſentes, con nueſtro ſello Real comun en el dorſo ſelladas. Dat. en nueſtra Villa de Madrid à veynte y quatro dias del mes de Agoſto, Año del Nacimiẽto de nueſtro Señor Ieſu Chriſto, de mil ſeyſcientos y veynte y quatro años.

YO EL REY.

V. Comes Theſ. General.
V. Villar R.
V. Çalba de Vallſeca. R.
V. B. Nauarro de Arroyta. R.

V. D. Saluador Fontanet. R.
V. D. Franciſcus Caſtelui. R.
V. D. Luys Blaſco.
V. Protonot. Conſ. generalis.

In diuerſ. iii. Fol. lxiij.

CATHO-

CATHOLICO MAXIMO,

ET POTENTISSIMO HISPANIARVM REGI

Philippo ab Auſtria Caſtellæ Quarto Aragonum, verò & Portugalliæ Tertio, Don Franciſcus Hieronymus de Leon, Salutem & perpetuam felicitatem ex optat.

INSITVS quidèm eſt à rerum omnium parente natura (Rex maximè & Potentiſsime) illis qui inditione, & imperio orti ſunt erga ſuum Regem amor, vt verò longe excellit in eis, qui Regiæ Maieſtati inſeruiunt, vti alumni & Conſiliarij, maximè in his, qui in Suppremis Conſilijs, & Tribunalibus circà tuam Regiam perſonam aſiſtunt, ex quorum numero ego (licet indignus) ſum, nam ſextus ſupra vigeſimũ agitur annus quo Conſiliarij fungor munere, & ſeptimus quo in Sacro Supremo Regio Aragonum Conſilio ſum deſcriptus, & inter honores qui litteratis viris tribui ſolent plurimum factos videmus, quòd Principes, & Reges ſua eloqutione ſuaq; dedere præſentia, quibus honoris fructibus aucti ardentiori animo Supremi Conſiliarij Regio obſequio, & commodo incumbunt. Qua proptèr cum primum deciſsionum (vt vocant) Regiæ Audientiæ Valentinæ tomum in lucem edere, ſtatuiſſem tunc domino noſtro Philippo genitori, tuo colendiſsimo Regum omnium benigniſsimo, & humaniſsimo dicare nõ erubui; motus illo Dauidico Pſalmo Eructaui, cor meum verbum bonũ, dico ego opera mea Regi. Nunc verò ſecundum earundem, Deciſionum tomũ excuſſurus tuæ Regiæ Maieſtati conſecrarè iuſtiſsimum viſum fuit non obid ſolum, quod me tanto honoris gradu cohoneſtaſti verùm, & iam quoniam Regia liberalitate gratiam, extractionis tritici à Regno Sardiniæ mihi conceſiſti, vt eius pretium in ſubſidium ſumptum executionis, huius operis ad bonum publicum deſeruiret. Quod euidens argumentum eſt, hoc meum munus ſecũdi tomi deciſionum tibi gratum eſſe ex eo, quod in eo, de adminiſtranda Iuſtitia (quod proprium Regum eſt) agatur, & quomodo illa exerceatur, in tua Regia Audientia, hoc meo labore facilè intelligi poteſt. Fateor admixtam habere temeritatis, vel audaciæ notam, hoc tenue munuſculum, tua amplitudine indignum, Maieſtati tuæ offerre, ſed ſunt (vt Platò dicebat) inconſiderati, vt plurimum impetus iſti amoris, & ab hoc ipſum venia digni. Hos igitur exiguos, & qualeſcumq; labores licet rudes, & imperfectos tuæ Regiæ Maieſtati libenter offero, dedico, & conſecro, vt tuo auguſtiſsimi nominis ſplendore illuſtrati apud omnes maiori in pretio ſint,

Digitized by Google

& tua ſupprema authoritate protegere, ſingulari clemẽtia tueri, meq; tuum humiliſsimum vaſſallum, & famulum multis nominibus tibi deuictiſsimum, ea qua ſoles humanitate complecti, & fouere tua Maieſtas non grauetur: dum ego te optime Rex totius Chriſtianæ Reipublicæ, & Romanæ Eccleſiæ firmiſsimam columnam, & Chriſtianæ fidei accerrimum defenſorem Deus diu incolumen, & ſaluum eſſe velit nuncupatis votis exopto, vt oportet ad commune bonum totius Religionis Chriſtianæ. Mantuæ Carpentanæ. Die. 11. Menſis Ianuarij 1625.

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO, ET EXCE-

LENTISSIMO DOMINO DON GASPARI DE
Guzman Comiti de Oliuares, Duci de Sanlucar, la mayor, Marchioni de Heliche, magno Indiarum Imperij, Cancellario Præceptori. Præceptoriæ ſeu, Comandæ Mayoris Ordinis militaris de Alcantara, Præfecti Sacri cubiculi, & equiti Regij Conſiliario, ſeu Mageſtatis in eius intimis, & Supremis Concilijs Status, & Belli. Don Franciſcus Hieronimus de Leon Regius Conſiliarius, S. &
P. F. E.

MORIBVS iam olim (vir Excelentiſsime) receptum fuit, neq; à viris eximijs, & prudentibus improbatum; vt ij, qui longo ſtudio, multiſq; vigilijs, ac laboribus libros ad publicam vtilitatem confecerint, eos vel alicui eminentiſsimo Principi, aut ſummo Regi, aut alteri vel natalibus, aut præclaris facinoribus inſigni, dicent, & nuncupent: vt eorum autoritate, eoſdem legentibus fiant pretioſiores, & cariores. Hinc videmus alios, quo eadem opera ſua commendatiora efficiantur; nō tantùm ſub auguſtiſsimo ipſius Pontificis Opt. Max. verùm etiam ſub Cardinalis eius, ſiue ex fratre, ſiuè ex ſorore nepotis tutela, & præſidio in publicum edere. Horum exemplum haud temerè ſequutus, cùm primam reſolutionem (quas vulgo Deciſiones appellant) S. R. Audientia Valentina partem, in lucem proferre vellem, tunc nihil habui antiquius, quàm eaſdem ſub fœliciſsimo nomine Philippi hujus nominis III. Regis Catholici emittere. Eàdem ratione, cum impræſentiarum aliud eiuſdem Deciſionum volumen publicare paratus ſim: Cuinam (rogo) hæc mea ſtudia aptius, & æquius conſecrare, & offerre poteram, quàm vni potentiſsimo in quatuor orbis partibus Philippo IIII. vt tanto domino humillimus ſeruus, tanto patrono probatus libertus, tanto Regi fideliſsimus Conſiliarius, omnes cogitationes & facta dirigerem? At, quid agam ipſe, cum puſillus ſim, ac nullius ferè roboris, vt ad tantam accedam Mageſtatem, niſi tu Dux, & Comes Excelentiſsime, qui tanta apud Regem gratia polles, opem, & auxilium mihi ferre non dedigneris, quod, vt libentius, iuſtiuſq; facere videaris; mihi propoſitum eſt hunc eundem librum, qualiſcumq; is ſit, ſub tuo quoq; nomine promulgare: non ſolum, quià tanto Regi gratiſsimus, & chariſsimus ſis, ſed etiam quia, noſtræ ætatis alter Mecenas iure merito ab omnibus exiſtimaris, nam, vix pueritiam egreſſus in celeberrimo Salmaticenſi Gymnaſio, quod, te adminiſtratore, & moderatore (Rector vulgari ſermone dicitur) illuſtratum haud mediocriter fuit, Iuriſprudentia non ſine magno fructu, & ſumma tui laude operam nauaſti. Etſi id quoq; præcipuum, & peculiare ſempèr fuit eorum, qui ex veteri, & nobiliſsima Goz-

manorum

manorum proſapia procreati ſunt, quàm miruminmodum illuſtrauit, & auxit Sanctus ille Ordinis Prædicatorum primus inſtitutor Dominicus, doctrina, ſanctitate, miraculorum per vniuerſum Orbem coruſcantium magnitudine: vt pauca in tota Hiſpania familiæ tanto, taliq; elogio, cui omnes conſentiunt gentes ſunt, quæ dignæ ſint, nec aliter quàm facis, facereputaris: quin inquam, viros doctos, & Regios Conſiliarios benignè ſuſcipias, eos foueas, eos tuearis, eos etiam, quibuſcumq; potes, rebus & honoribus augeas. Quis ignorat altum Illephonſum Perez Guzmanum, qui ob omnes Chriſtianas virtutes, quibus à Deo rerum omnium artifice mirum in modum exornatus fuerat, bonus per Excellentiam appellabatur; ſua ætate omnibus præclaris militum ductoribus præcelluiſſe, eiq; primas vno omnium conſenſu tributas fuiſſe? adeò vt verùm decus & ornamentum totius Hiſpanicæ nationis, (quæ inter bellicoſas Orbis Prouincias gloria rei militaris, laudem ſempèr conſequuta eſt maximam) & merito, & iure vocaretur, nec prætereundum eſt eius egregium factum, quòd de eo refert antiquitas: nam, cùm eius auctoritati, & fidei credita eſſet Arx de Taripha, atq; eam obſidere, & occupare cogitarent hoſtes, ac eius filium primogenitum captum, vinctumq; detinerent, ad eum minaces, & acerbas litteras miſiſſent, vt niſi arcem traderet, eo coràm filium trucidarent. Ille, ſuprà humanam fidem generoſus miles & præfectus, ex mœnijs gladium, è vagina eductum proijciens, ita hoſtibus fatus eſt; hunc accipite viri fortiſſimi, eoq; filium meum, quèm in captiuitate habetis, iugulate, quòd, ſi alios quinq; haberem, potius eos vobis pariter immani nece interimendos traderem, quàm arcem hanc vigilantiæ meæ commiſſam, dedere. Quo reſponſo, veluti ipſo audaciæ miraculo hoſtis obſtupefactus, ſimul ira incenſus, periculoq; conterritus, ab obſidione ſtatim receſſit. Memorabile item eſt, quòd egit præclarè Ioannes Guzmanus Metinæ Sydoniæ Dux, inter primores totius Hiſpaniæ Principes non ſecundus, & inter ditiores ditiſſimus, proauus tuus: hic enim & ingenio, & corporis viribus præſtans, ciuitatem de Melilla, & inſigne oppidum, ac inſimul arcem de Caluſſa ab hoſtibus diu occupata, ita abſtulit, & Regibus Catholicis reſtituit, vt ijdem munificentiſſimi, & liberaliſſimi Principes, in perpetuum feudum cum Marchionatus titulo illi conceſſerint. Illuſtriſſimus etiam Don Petrus de Guzman auus tuus, in re militari illorum temporum nulli ſecundus in tumultibus popularibus Regnorum Caſtellæ ſuam maximam fortitudinem, & fidelitatem omnibus patefecit, quando multis copijs militum ſuis expenſis conductis ciuitates Hiſpalenſem, & Tholetanam ad inuictiſſimi Imperatoris Caroli Quinti ſui Regis obedientiam, cum magno ſuæ vitæ periculo reduxit. Quid dicam de Henrico patre tuo æterna memoria digniſſimo viro? qui poſt multa, variaq; Caroli V. & Philippi II. eius filij eximiè peracta negotia, Romam ad Gregorium XIII. Pontificem Max.

Digitized by Google

tem Max. miſſus eſt legatus, quâ, per aliquot annos, viriliter, & preclarè functa legatione ab eodem Philippo II. miro ingeniorum æſtimatore, ad Gubernandum Sicilia Regnum delectus eſt, & decurſo triennio, ad Neapolitanum: in quorum curatione, & procuratione vſquè eo ſe prudentèr, & accuratè geſſit, vt ab omnibus laudaretur, atquè admiraretur. In Regiam reuerſus, cùm in albo Magnatum ad ſcribendum, laborum premium expectaret, morti præuentus, majori, & incorrupta corona gloriæ in cælis honoratus extitit. Quem ſanè honorem, quem parenti immatura mors præripuit, à liberaliſſimo Philippo nunc fœliciter Regnante, omnibus approbantibus, tu vir omnium virtutum ornatiſſimus, obtinuiſti, Sacri ſui Cubiculi, & Regij equitij ſummus præfectus, & vnus ex ſacro, & interiori Conſilio, quod vulgus Conſilium Status appellat, inſuper declaratus, quid autem dico ex interiori Conſilio? cùm omnia intima, arcana, & occulta tibi perſpecta ſint: omneſquè magiſtratus, priuati omnes, omnes publici homines cum poteſtate, vel Imperio ad te vnum ex Regio mandato confugiant, vt ab eiſdem certior factus de omnibus, quæ vbiquè gentium fiunt, Regi verbo referas, & Conſultationibus, quæ à Supremis tribunalibus proponuntur, reſpondeatur? In quo multiplici, graui, & operoſo munere ſic te habes, vt omnibus aut verbis, aut factis ſatisfacias: & ipſi ſi minus ad referendam gratiam idonei ſunt, ad prædicandam ſaltem, & habendam ſatiſcerte ſunt facturi, illiquè, qui omnia nutu ſuo regit, & adminiſtrat, grates agunt: quòd tu, poſt Regem, ad clauum tot prouinciarum, tot Regnorum, tot Imperiorum ſedeas, ſperantes fore, vt omnia ex voto ſuccedant, atquè omnia tui ingenij accuminè, tua induſtria, tua vigilantia ad priſtinum ſplendorem, munificentiam, & opulentiam reducantur. Cui, igitur, patrono commodius, & opportunius hoc ſecundum mearum Deciſionum volumen commendare potui, quàm tibi vni (Dux, & Comes Excellentiſſime) quippè qui haud ignoras, quantùm in hoc Vberrimo Hiſpanienſi ſolo non inutilitèr laborauerim, nàm ſex ſuprà viginti anni ſunt, quibus Sereniſſimi Principis, & Regij Conſilij Conſiliarius interſum. Et quamquam eaſdem Deciſiones, quæ in S. R. Valentina Audientia pro multitudine litium, & varietate cauſarum agitatæ ſunt, toto eo tempore, quo eiuſdem Audientiæ Auditor fueram, non minimo labore collegerim collimauerim, & in ordinem redegerim, officij tamen mei (Conſiliarij ſcilicèt) curam nunquàm abieci; ſed omnibus, quo ad eius fieri potuit, ſatisfeci, exile & tenue quidem eſt munus (Dux & Comes magnanime) quòd ego tibi porrigo ſi ex tuarum qualitatum, & auctoritatis ſummæ meri-

ma meritis, & debitis æſtimandum ſit, atſi porrigentis animus inſpiciatur, haud quaquam ſpernendum. Tu ergo, quà ſoles animi amplitudinè haſce meas elucubrationes libentèr ſuſcipè: quod ſi feceris, vt ſperò, mihi animum adaugebis, vt maiora in dies cogitem, ac meliora. Vale æui noſtri decus & ornamentum. Matriti Die. 11. Ianuarij. 1625.

NOBI-

Digitized by Google

NOBILISSIMO, ET ERVDITISSIMO VIRO D.D. FRANCISCO HIERONYMO Leo, olim in Regia Audientia Valentina Senatori nunc Regis C. in S. S. R. Aragonum Conſilio, Ioannes Baptiſta Polo Iuris Ciuilis Doctor & Gerentis Vices Generalis Gubernatoris Ciuitatis, & Regni Valentiæ in cauſis Criminalibus Aſſeſſor. S. P. D.

ANCEPS diu, & dubius, quid de deciſionibus tuis adſcribendũ putem, ſiſto gradum, & ſæpius ſuſceptũ calamum depono, occurrit namquè & operis comendandi, & pro accepto communi officio gratiam habendi, nedum occaſio ſed neceſsitas, & ad vtrumque in me præceps auiditas: quia hoc animus præſtat, illud verò ingenium exigit, vt primum parum fauſtè, ſic alterum fœlicitèr mihi iure polliceor: quod enim ad laudis effectum ingenio deeſt, ad grati animi ſignificationem ſupplet affectio. At certè vix diſcerni poterit: an iuſta ſit gratiarum actio, vel deficiens, niſi id ex beneficientiæ magnitudine æſtimetur. Plus namquè debeat, & referat oportet is, qui plus accepiſſe fatetur. Vt ergo vniuerſa ſcientia legalis, noſtra vrbs, & aduocatio Valentina quantùm tibi, & ſtudijs deuinctæ ſint, publicè teſtantur. Non nihil de opere deciſionum mihi dicendum eſt, non vt laudatorem me (quod impar viribus munus agnoſco) ſed vt gratum admiratorem exhibeam, cum ſatius, & honeſtius ſit, de re tam graui nihil, quàm parcè dicere. Dubitari igitur non poteſt, qui in legalis diſciplina ex tot, tantiſq; ſcriptorum voluminibus, quæ in dies prodeunt, in lucem maiora, quàm priſcis temporibus incrementa receperit. Quippè eius veritas, licet in ratione licita iubendi, & prohibendi contraria, quæ ipſi natura in eſt, innata, & perpetua conſiſtat: tamen cùm plura pendeant à Principum conſtitutionibus, & edictis, à prudentum redditis oraculis, & alijs iuris ſcripti traditionibus, ſubiacet humani iudicij cenſuræ, viciſsitudini, & varietati. Vndè factum eſt, vt in omni ſcribendi genere, hactenus elaboratum fuerit, & elaboretur inceſſantèr, & ſi non paucis moleſtè quidem immodica librorum molè, & numero ſcriptorum innumero malè ſentientes ſeuerè conquerũtur: ſiuè enim ſcholam, & ſtudioſorum inſtitutionem ſpectemus, vix inueniet futura poſteritas, quod non maiorum, & recentiorum

Digitized by Google

præoccupauerit induſtria, & diligentia. Sic iuris apices diſcuſsit, & quæ antea erant ex antiquitatum ignoratione, & politioris literaturæ indigentia inuia, & in acceſſa reſerauit. Siue autem forenſem vſum, & iudiciarium ſtrèpitum inſpiciamus; tot obuiam ſunt conſultationum volumina, tot obſeruationum, & practicarum iuris quæſtionum, tot forenſium diſceptationum, tot definitionum, & rerum iudicatarum in ſupremis Principum conceſsibus; vix vt dubij cuiuſcumque tractatio, & deciſio exinde deſumi non liceat. Sed ſi liberè loqui fas eſt, quod ſubſidio eſſe debuit iura profitentibus, id ipſum laborem peperit, & moleſtiam. Obruunt enim ingenium, & obtundunt, contrariæ decidentium ſententiæ, & pugnantes adinuicem, quæ communes, vel magis communes ſint atteſtationes, vt in ancipiti fluctuet perſæpé, & indelectu ſententiarum anxiè verſetur. Ex quo in hac ciuili ſocietate, & ſcribendi functione, nulla major vtilitas obuenire poteſt, aut excogitari, quam ex notitia rerum iudicatarum, nec laudabilior induſtria, quâm ea, quæ circa illarum exempla memoriæ commendanda, polienda, & in lucèm euulganda omnis inuigilat. Quippè ſacri, & iuridici ſupremorum tribunalium conuentus exprobatioribus conſtat iure conſultis, & in negotijs cauſarum diffiniendis rationes deliberant, & , exalta adamuſsim habita dubiorum diſputatione, lites dirimunt, & ius publicè dicunt. Vnde deciſiones has, & Senatuum placita purioris doctrinæ, & quaſi ſiliginis panem non ineptè quis quàm nominabit. Religioſa namquè tantorum virorum in aſſequenda veritate cupiditas, & ineruenda ſolicita perſpicacitas, æquum ab iniquo fecerint, & quaſi cribro prouectioris diſciplinæ à furfure opinionum farinam veritatis expurgant, vt exinde, & iudex, & Aduocatus ſalubria ſibi deſumant alimenta. Huiuſſemodi ſunt, quæ nobis impriori deciſionum volumine, & in hoc poſteriori fœlici concepto omne, & actu edite fœliciori præſtitiſti. Sunt enim conſulta Sacri Senatus Valentini, & te aſſertore, lucem aſpiciunt. Habent ergò ex authore, & ex Magiſtratu, vnde orta ſunt, auctoritatis, & ſolidioris doctrinæ, quàntum alia quæcumquè ſunt edita. Quippè conceſſus Regius Valentiæ tanquàm in Regni capite conſtitutus à prima eius erectione viròs habuit, & doctrina, & religione grauiſsimes, vt iure poſsit Vrbs noſtra gloriari (abſit alicuius iniuria) non multos Senatorum ordines huic poſſe conferri, ſiue antiquitatis dignitatem, ſiue integritatis candorem, ſiue eruditionis famam ſpectemus, præferri autem nullum. Norunt hoc Principes noſtri, qui quam plures litte-

ris, & virtute conſpicuos è Senatorio cœtu Valentino ad hoc ſupremum Conſilium euocarunt, & ſummæ rei, quæ apud, ipſos eſt, præfecerunt. Te verò authore, quantum operi honoris, & æſtimationis accedat, dicant collegæ tui, & in dignitate ſocij, qui te criminum primum, poſteà ciuilia negotia tractantem viderunt, ea in Senatum veniendi aſsiduitate tàm indefeſſo in expediendis litibus labore, & in audiendis, & penſitandis litigantium allegationibus comitate, vt iudicandi munus notam ex officio, quàm ex amore præſtares. Dicant forenſia huius vrbis iudiciorum ſubſellia, quæ pro tempore, te cauſas cum ſumma laudè defendentem audierunt. Dicam & ego, qui cùm ſubte iudice, lites agerem, expertus ſum exactam iuris patrij cognitionem, receptas moribus, & vſu traditiones, in fatigabilem legendi, & obſeruandi conſuetudinem, & nec minima temporis ſtudia intermiſſa. Nemo igitur operoſum hoc munus elaborandi, & excudendi Senatus Valentini decreta, te ſecurius ſuſcipere, & fœlicius explere potuiſſet. Quod etſi quàm plures viri doctiſsimi, (quibus ſemper ampliſsimus hic ordo corruſcat) exequi, cùm poſſent, debuiſſent, tentauit tamen vnus, aut alter, perfecit præter te nullus. Gratulor ergo Valentinæ Reipublicæ, quæ te operis diu appetiti, & expectati primum meruit authorem, & iure proprio, quo viuit, veris interpretationibus diſcuſſo, & apriſsimis Romani collationibus, & rerum iudicatarum exemplis illuſtrato glorioſè potitur. Gratulor iudicibus, & Aduocatis, qui te magiſtrum non differentem, ſed ſcriptis legibus iura reddentem audimus, vt in futurum ſileant in multis conſulentium concertationes, & conſultorum in reſpondendo diſsidiæ. Gratulor tandem tibi metipſi noctes inſomnes, aſsiduum laborem, otio, & negotiorum inducijs ſubſtracta tempora, quibus haud dubiè conſequtus, vt in hoc argumento noſtratibus omnibus laudem ſcribendi præriperes. Hoc enim ingenuè profiteor, me (quamuis ſuprà viginti annorum curſu ciuilibus negotijs edoctum, & propè innumeras lites, & controuerſias in foro Valentino, ſi vt alius quiſquam agentem) per te non parum profeciſſe, in multis ad tuas deciſiones confugiſſe, indequè ſolidas veritatis reſolutiones deſumpſiſſe, approbatas vſu forenſi traditiones iuris noſtri ambigui, & obſcuri firmas, & nitidas interpretationes abſtruſas, & vni, aut alteri notas præiudicatarum rerum authoritates, vt verè dicere poſsim, non nihil præſenti, & futuræ aduocationi fore inuidendum, quæ tuis laboribus, & ſcriptis hactenus lucubrationibus ea omnia in vnum digeſta contemplatur, quæ

Digitized by Google

antea multus labor, & ſolicita manus vix conquirere potuiſſet. Vnde, poſt conciuem noſtrum Bellugam, te iuris patrij magiſtrum, & Romani fidum interpretem poſteritas omnis appellitet: nihil minus namquè referendum eſt homini, & communis vtilitatis, & noſtrum exiſtimationis amantiſsimo, qui quantum commodi, & beneficentiæ tribuit Reipublicæ, tantum ſibi adquiſiuit immortalitatis adnomen. Vale, & me tui deuotiſsimum, & integritatis, & eruditionis obſeruantiſsimum cultorem agnoſce.

INDEX

Digitized by Google

INDEX PRINCIPALIVM quæſtionum, ſiue argumentorum deciſionum huius ſecundi tomi.

121 IN ſubſtitutione fideicõmiſſaria pluribus facta, ſub conditione, ſi deceſſerint ſine liberis: an vno ex eis tantum ſine liberis decedente, ſuccedat in eius portione ſubſtitutus, & ſic an pluralitas in hoc caſu reſoluatur in ſuas ſingularitates, an verò dicto ſubſtituto præferatur coniunctus verbis tantum, virtute iuris accreſcendi.

122 Tenutam foralem cum facultate faciendi fructus ſuos, habet vidua in bonis fideicommiſſo ſubiectis, quę maritus tẽpore mortis poſsidebat.

123 Tenuta foralis, cuius virtutẽ vxor poſt annum luctus, ſi nõ fuit ei ſoluta dos, & augmentum, vulgò dictum, *creix*, facit fructus ſuos bonorum, quæ maritus tempore mortis poſsidebat, etiam ſi eſſent fideicommiſſo ſubiecta, in defectum liberorum, ità intelligenda eſt, vt ſi vidua poſſidet bona fideicommiſſo ſubiecta, faciat fructus ſuos, ſtatim finito anno luctus, ſi verò non poſsideat, conſequitur ab ea die fructus bonorum liberorum, etiam ſi ea ab hæredibus poſsideantur: reſpectu verò bonorum in fideicommiſſo recadentium tantum conſequitur eorum fructus à die petitionis intentatæ contra dicta bona poſsidentem.

124 Inſtrumẽtum, vel eius clauſulam an, & quãdo notarius tradere teneatur habẽti intereſſe, quamuis non ſit ex contrahẽtibus, qui eum rogarunt.

Salariũ inſtrumenti quando debeat ſolui ab eo, qui notarium non rogauit, & in qua quantitate.

125 Ex indicijs indubitatis, & violentiſsimis poſſunt Regię Audiẽtię, & Senatus ſupremi, Regiaq; Conſilia, quę nomine Regis ſententias proferunt, etiam nullo exiſtente teſte de veritate facti, in pœnam mortis naturalis condemnare: ſecus alij iudices, niſi indicia ſint à lege approbata, vt ipſo iure faciant probationem.

¶ Quadru-

Quadrupli pœna, in qua ineſt ſimplũ, tenetur, qui per vim rapit, quãuis nõ ſit fur manifeſtus, & per iudicẽ cauſarũ criminaliũ ad reſtitutionẽ rei, & ad dictã pœnam condemnari poteſt.

126 Vẽditio curię annullat locationem etiã per curiam factam.

127 Ius offerendi competit poſſeſſori rei hypothecatæ aduerſus quemlibet creditorem volentem exercere idem ius offerẽdi, vel hypothecariã intẽtare.

128 Pẽſiones cenſualiũ, quarũ dies ceſsit in vita hæredis fideicõmiſſo grauati, ab eo non exactę ſpectant ad eius hæredem, non verò ad fideicommiſſarium.

129 Appellare poteſt tertius, qui ſe oppoſuit in cauſa executionis, quãtũcumq; priuilegiatæ, licet ab ea appellare nõ poſſet executiuè conuentus.

130 Solutio facta per tabulam nũmulariam creditori inuito liberat debitorem.

131 Teſtatus pro parte, & pro parte inteſtatus quis decedere nõ poteſt, de Iure Cæſareo, ſi eſt paganus, ſecus eſt in Regnis Caſtellæ, Aragoniæ, Valentiæ, & in Regno Neapolitano.

Et quomodo cõcilientur forus 27. de teſtam. & 5. de hæred. inſti. Regni Valentiæ, & leg. 14. titul. 3. part. 6. cum. leg. 1. titul. 4. de teſt. lib. 5. recollectio. ſiue recopilat. legum Caſtellæ.

132 Solutio licet regulariter fieri debeat per debitorẽ creditori in loco iudicij, hoc eſt, vbi res petitur: tamẽ annui redditus, ſiue pẽſiones cẽſualis deferẽdæ ſunt ad domũ creditoris, & debitor redditualis nõ ſatisfacit, eas ſoluendo in loco iudicij.

133 Creditor hypothecarius anterior in exactione neminis debitoris præfertur ceſsionario.

134 Variare non licet cauſam executionis ab vno tribunali ad aliud, quãdo in ea eſt cõcluſũ.

135 Dilatio in materia impugnatiua, ſiue termin⁹ reprobatorius debet cõcedi ei, cõtra quẽ producuntur in iudicio ordinario inſtrumẽta, tã de Iure Cęſareo, quã Regio Regni Caſtellæ, & tẽpus dictæ dilationis de Iure Cęſareo eſt arbitrariũ, de ſtylo verò Valẽtię eſt triginta dierũ.

136 Inſtantia cœpta per primũ fideicommiſſarium, ſiue ſuccedentẽ in maioratu reiuendicãtem res fideicommiſſo ſubiectas, tranſit actiuè in ſequentẽ fideicõmiſſarium, ſiue ſucceſſorem in maioratu.

137 Detentor rei ſpecialiter hypothecatæ in cenſuali habens hypothecam anteriorẽ poteſt impedire executionem contra eum inſtatam virtute cẽſualis, quamuis nõ ſit facta diſcuſsio in bonis principalis.

Manifeſtatio, ſiue regiſtratio inſtrumenti donationis requiſita per legem Regni Valentiæ, nimirum per forum 17. in rubr. ſolut. matrimon. non eſt

Digitized by Google

nõ eſt neceſſaria in cõſtitutione facta de præſenti contẽplatione matrimonij certi, nec in donatione facta de præſenti contẽplatione matrimonij certi.

138 Tabulæ, ſeu Banchi partita facta ſine rationibus, non cõſtãdo de cauſa, inducit mutuum: tamen vbi cõſtat, eum, qui ſcribi fecit dictam quantitatem ex ſua pecunia in libro Argentariæ ſub nomine alterius, eſſe eius debitorem in dicta, vel maiori quãtitate, tunc nõ præſumitur mutuũ, ſed debiti ſolutio.

139 Famuli ſalariũ à domino fuiſſe ſolutum, quomodo probetur.

Iuramentum in ſupplementum probationis habet locum etiam in cauſa graui, vbi eſt pluſquam ſemiplenè probatum.

140 Datio in ſolutum facta pro reſtitutione dotis conſtante matrimonio an transferat dominiũ in vxorem.

Fideicommiſſo ſubiecta pro cõſtitutione dotis alienata, an, & quando reuertantur ad fideicõmiſſum: alienata tamẽ ex cauſa reſtitutionis dotis receptæ per fideicõmiſſo grauatũ in deffectũ bonorũ liberorũ numquã veniũt in reſtitutione fideicõmiſsi, quãuis alio titulo peruenerint ad fideicõmiſſo grauatũ.

141 Expẽſas ſoluere tenetur clericus, qui diſtulit opponere exceptionẽ fori declinatoriã vſq; ad finẽ litis, licet in ea obtineat.

142 Decem dies ad appellandum à ſententia inter alios lata currunt à die notitiæ explicitæ tenoris ſententiæ, hoc eſt à die apparatus veri, vel ficti, & quid ſit apparatus verus, vel fictus.

143 Donatarius, cui facta fuit donatio ſibi, & ſuis, poteſt liberè diſponere de rebus donatis, & illæ non debent de neceſsitate peruenire ad proximiores, & hæredes, vel ad heredes donatarij, non obſtante diſpoſitione fori 9. de donationibus.

144 Veniam ætatis concedere eſt de regalibus, quam concedere poteſt Rex minoribus, non obſtante lege facta à ſuo prædeceſſore hoc prohibẽte: cum non poſsit Rex ligare ſucceſſorem in Regno.

Quando leges pactionatæ obligẽt Regem ſucceſſorem.

145 Fructus, & redditus beneficij Eccleſiaſtici: an pertineant ad hæredes vltimi beneficiati, in cuius vita fuerunt maturi, vel eorum ſolutionis dies ceſſerit, licet ab eo non fuerint percepti: an verò ſpectẽt ad ſucceſſorem in beneficio.

146 Actio hypothecaria intentari poteſt contra tertium bonorũ poſſeſſorem, non facta diſcuſſione bonorum vnius ex fideiuſſoribus inſolidũ obligatis, qui à creditore fuerat exẽptus ab obligatione.

147 Siſarum Valentiæ cauſæ in prima in-

ma inſtantia debent tractari corã adminiſtratorib⁹ impoſitionũ:in gradibus verò appellationum corã Iuratis Valentię priuatiuè quo ad alios iudices: fallit,quando agitur de interpretatione Regiorum priuilegiorum, cũ quibus aliqua vniuerſitas prætendit ſe exemptam à ſolutione earum.

148 Clericus cõuentus actione perſonali ſuper bonis immobilibus in Regno Valentię conueniri debet corã iudice Regio, & non coram Eccleſiaſtico.

Expenſis mulctari debet clericus, qui exceptionem fori declinatoriã opponere diſtulit vſq; ad ſententiam.

149 Appellare tantum licet ſemel ab interloquutoria iuxta forum: ſi tamen iudex à quo appellationem vel ſupplicationem admiſerit à ſententia cõfirmatoria,de meritis cauſæ cognoſci iterum poteſt.

150 Alimenta ſunt præſtanda per hæredes mariti vxori intra annũ luctus,ſi dos ei nõ ſoluitur, & pariter veſtes lugubres.

151 Appellatio nõ admittitur adatione tutoris.

152 Expenſas litis factas ante publicationem teſtium in cauſa executionis inſtatæ virtute inſtrumenti cenſualis contra detinentem rem ſpecialiter in eo hypothecatam ſoluere nõ renetur dictus detentor, quando ante dictorũ teſtiũ publicationem non conſtabat,rem,quam poſsidet, eſſe ſpecialiter obligatam in dicto cenſuali.

153 Fructus meliorationum debẽtur à bonę fidei poſſeſſore à die motæ litis, quando facta compenſatione fructuum ante litẽ motam perceptorũ cum ſumptibus, poſſeſſor remanet ſolutus de meliorationibus.

154 Epiſcopi,& iudices Eccleſiaſtici nõ poſsũt procedere contra laicos, etiã in caſibus, in quib⁹ habẽt iuriſdictionẽ, niſi per cẽſuras Eccleſiaſticas, vbi autem volũt imponere, & exequi pœnas pecuniarias vel capere laicos debẽt vti auxilio iudicis ſęcularis.Et de intellectu Conſt. Trid.ſeſ. 25.tit.de refor. ca.3.

155 Ius fideicommiſsi conditionalis an tranſeat in fiſcũ,quando cõditio debet impleri multo poſt factam cõfiſcationem.

Ius dotatoris virtute fidecõmiſsi expreſſe appoſiti in pactis nuptialib⁹,an trãſeat in filiũ hęredẽ ex sãguine dotatoris,an verò in fiſcũ, & ſic in extraneũ hæredẽ.

156 Monaſteria, & Religioſi in Regno Valẽtiæ nõ poſſunt ſuccedere in bonis immobilib⁹(quę appellãtur de Realẽco)niſi tẽpore delatæ ſucceſsionis habeant priuilegiũ amortizationis.

157 Teſtes produci poſsũt etiã extra Regnũ intra dilatiõnẽ, ſiue terminũ à lege Regni præfixũ ad producẽdos teſtes intra Regnum, quãuis non fuerit obſer

uata

uata ſolemnitas à lege introducta, quãdo concedenda eſt maior dilatio ad producẽdum teſtes extra prouinciam.

158 Mulier tranſiens ad ſecũdas nuptias an tãtũ habeat vsũfructũ bonorũ, quę ex mariti ſubſtãtia peruenerũt ad filiũ, cui ipſa ab inteſtato ſucceſsit, an verò etiã proprietatẽ dictorũ bonorum.

159 Terras tenẽtes in alieno territorio in quib⁹ caſibus teneãtur cõtribuere cũ vniuerſitate, in cuius termino dictæ terræ ſitæ ſunt, tã de iure Cęſareo, quam iuxta foros Regni, & pragmaticã appellatã, *de Sucta*, & q tenẽtur cõtribuere in impoſitione facta ſuper fructib⁹ colligẽdis ex terris hypothecatis, annuis redditibus vẽditis per dictã vniuerſitatẽ, vt ex pecunia dictę impoſitionis poſsint ſolui pẽſiones, & lui ſiue redimi cẽſualia onerata per vniuerſitatẽ, à qua fuerunt expulſi Sarraceni.

160 Executionẽ licet regulariter tãtũ inſtare poſsit creditor in inſtrumento nominatus, eius hęres, vel ceſsionarius, tamẽ vbi alteri per alterum quæritur actio, tertius, qui agere poteſt, virtute inſtrumẽti guarentigiati executionem inſtare poteſt.

161 De decreto de vendẽdo, ſeu vẽditione curię per appellationẽ pendẽte, poteſt debitor offerre debitũ creditori executionẽ in ſtanti, & ſic impedire effectum vẽditionis iudicialis: ſed quid pendente ſupplicatione.

162 Notarius tradere tenetur legatario copiam authenticã partis teſtamenti continentis legatũ, ſeu clauſulã legati, ſoluta ſibi mercede illius, quamuis non ſoluat ſalarium teſtamenti ab hærede non ſolutum.

163 Debitor debitoris non poteſt conueniri, niſi tria concurrãt, quod debitor ſit cõdemnatus, quod fuerit diſcuſſus, & quod debitor debitoris fateatur debitũ: fallit tamẽ, ſi nomen debitoris ſit hypothecatũ, tũc enim non eſt neceſſaria diſcuſsio.

164 Collatio bonorum non habet locum inter collaterales.

165 Appellari licet nõ poſsit, niſi ſemel à ſẽtẽtia declinatorię ſori: tamẽ ſi iudex admiſsit appellationem interpoſitã à ſententia confirmatoria, poteſt iudex ad quem de cauſa cognoſcere.

166 Reſtitutio in integrũ implorari poteſt aduerſus Regiam ſententiã, & ab eadem ſupplicari, ſi tamẽ quis vſus fuit remedio ordinario ſupplicationis, non poteſt aduerſus eandem vti reſtitutione in integrum.

167 Quãuis vẽditio curię nõ auferat ius, quod habet domin⁹ cẽſualis, ſiue creditor reddituali in re ſpecialiter annuo reddituí hypothecata: tamẽ ſi dictus dominus cenſualis dictam vẽditionem curiæ ratam habuit, partem pretij percipiendo, nõ poteſt executionẽ inſtare cõtra detinen-

contra detinentem dictam rem ſpecialiter hypothecatam.

168 Litteris requiſitorijs iudex requiſitus ſententiam etiam iniuſtam iudicis requirẽtis exequi tenetur, non tamen nullã, & de nullitate cognoſcere poteſt ad hunc effectum.

169 Decretum à Prætore cõceſſum ad compromittendum nõ extenditur ad tranſigendum.

Ratificatio vt valeat, requiritur in in ratificante ſcientia in ſpecie clara, nitida, ſatis diſtinctè, & concludenter probata, quod procedit, etiam ſi ratificatio ſit iurata.

170 Fideicommiſſum agnatitium fauore eorũ, qui ſunt de agnatione, quando inductum cenſeatur, & an prohibitio alienationis, ea ratione expreſſa, quia teſtator voluit in ſuo nomine, ſiue agnatione bona cõſeruari, inducat ſimplex, & abſolutum fideicõmiſſum in caſu mortis.

171 Fideicõmiſſo ſubiecta poſſunt alienari pro ſoluẽdo ære alieno fideicommiſsi inſtitutoris, non exiſtentibus alijs bonis liberis. Sed cui incumbat onus probandi, non extare bona libera, an fideicõmiſſario agenti: an verò poſsidẽti bona fidei commiſſo ſubiecta pro ſoluẽdo ære alieno alienata. Et reſponitur, fideicõmiſſariũ probare debere, bona libera extare.

172 Æſtimationis bonorũ, quæ iudicialiter venduntur, defectus an reddat nullam iudicialem vendirionem.

173 Decretum de vendendo bona immobilia nullũ eſt, reſpectu omnium bonorum, ſi aliqua ex his non fuerunt ſubhaſtata per triginta dies, iuxta formã traditam per forum Valẽtiæ, & omnia vendita fuerunt vnico pretio: maximè ſi nõ fuerunt æſtimata: quia decretum de vẽdendo eſt indiuiduũ, & ita nec pro parte poteſt ſuſtineri.

Facti narratio in cauſa petitionis locorum de *Manuel*, *Roſeta*, *&* *Raſalet*, ad intelligentiam eorũ, quæ in præcedentibus quatuor deciſionibus, & in ſequẽti iuris reſponſo continentur.

Reſponſum Iuris in fauorẽ Antonij Ioãnis Tallada militis I.V.D. in cauſa petitionis locorum de *Manuel*, *Roſeta*, *&* *Raſalet*, & aliorum bonorum reddirũ, præcedente Regia licentia, à D. Franciſco Hieronymo Leo Regio Conſiliario in Regia Audiẽtia Valentina cõtra Comitẽ de Caſtellar, anno 1612.

174 Reciſsioni locationis oppidorum, in quibus degebant Sarraceni locus eſt, propter depopulationem ſequutã ex cauſa expulſionis eorũ ab Hiſpania.

175 Mulier ob creditum hypothecarium anterius dotis, præfertur in re vendita venditori agenti ad pretium illius, quãdo fuit habita fides de pretio, & præfertur etiam creditori, ex cuius

cuius pecunia res fuit empta, vel refecta: ſecus tamen eſt, ſi venditor non habuit fidem de pretio: tũc enim præfertur in re vẽdita pro pretio illius vxori, etiam habẽti anteriorem hypothecam ex cauſa dotis.

176 Dos licet regulariter prius ſolui debeat ex bonis liberis, & his defficiẽtibus in ſubſidium poſsint pro eius ſolutione bona fideicõmiſſo ſubiecta aliena ri: fallit tamen, quando vxor pro marito fideiuſsit, omni dolo ceſſante, & ſi ex bonis liberis non ſoluerẽtur debita mariti, eius dos integra non conſeruaretur.

177 Salaria aduocati, & procuratoris peti poſſunt per eos coram eodem iudice cauſæ principalis, quamuis clientuli ſint alterius fori, & aliàs non poſſent conueniri extra domicilium.

178 Paries medius inter domos duorum vicinorum an, & quãdo præſumatur communis.

179 Vno ex tutoribus, vel curatoribus nõ acceptante, vel mortuo, an, & quãdo alius, qui ſupereſt, poſsit adminiſtrare.

Quando ex duobus tutoribus vno abſente à Regno, qui præſens eſt, ſolus adminiſtrare poſsit.

180 Matrimonium cõtractum cum fœmina arcta, quæ habet perpetuum impedimentum, nullũ eſt, & per conſequens nõ conſiſtit dos, ſed eſt reſtituenda.

181 Venditor non poteſt appellare à ſententia tranſacta in rem iudicatam contra emptorem, etiam ſi ad eius notitiam noui ter peruenerit.

182 Mentecapti, vel dementis cõtractus eſt ipſo iure nullus, & poteſt nihilominus eius curator petere reſtitutionem in integrum.

Reſciſſa venditione, vel annullata à minore, vel mentecapto facta, debet reſtitui pecunia, quæ ex pretio ad eius creditores peruenit, ſimul cũ intereſſe illius.

183 Dilatio ad teſtes producẽdum non numeratur à die poſitionis libelli, ſed à die oblationis articulorum, ſuper quibus teſtes recipi debent.

184 Dotis augmentum, dotarium, ſiue antephatum (Caſtellæ appellatum, *Arras*, Valentiæ vero, Cathaloniæ, & Sardiniæ, *creix*, ſiue, *fcreix*) an debeat ſolui in quantitate, præſtita cautione de illud reſtituendo, an verò per viam venditionis annui redditus, durante vita vxoris.

185 Hæres cum beneficio inuentarij an, & quando poſsit ſoluere legatum pecuniæ (ea non extante in hæreditate) in alijs bonis hæreditatis.

186 Teſtis vnicus productus ſuper interrogatorijs partis aduerſæ non probat plenè contra producentem.

187 Baiuli ciuitatum, & oppidorũ,

Digitized by Google

licet iuxta forum Valentiæ debeant aſsiſtere in inſaculationibus munerum publicorũ,nõ tamen habent votum.

188 Licentia domini vniuerſitatis interuenire debet ad validitatem contractus cenſualis initi per vniuerſitatem brachij militaris, aliàs eſt nullus. Et in vniuerſitate Regij patrimonij, ſi non interueniat licentia reſcinditur contractus,quatenus derogatur iuri Regis. Tamen ſi ſint elapſi centũ anni prçſumitur licentia.

189 Sententia notoriè iuſta,quamuis ſit nulla, poteſt per Regiã Audientia confirmari.

190 Legatis à teſtatore eius vxori omnibus bonis mobilibus, & immobilibus, in domo, & extra domum exiſtentibus, in legato comprehenditur pecunia numerata, & chirographum ciuitatis Valẽtiæ, quod pro pecuna reputatur, etiam ſi proceſſerit ex pretio rei immobilis.

191 Funeris impẽſa neceſſaria prçfertur creditoribus etiam hypothecarijs defuncti: ſecus tamen eſt in impenſa volũtaria. Et quæ volũtaria ſit in hoc caſu declaratur.

192 Ceſsionarius penſionum cenſualis, cui prius inſolutũ fuerunt dati annui redditus, præfertur emptori curiæ, cui poſtea iudicialiter fuit venditum idem cenſuale vti pignus debitoris,qui fecerat dictam ceſſionem.

193 Præſcriptio decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes cum titulo, & bona fide, vel trium annorum de iure Regio, allegata à poſſidente rem alienam, an excludat verum dominũ eam rei uendicantem.

Præſcriptio an currat, durante minori ætate eius, contra quem præſcribitur.

Contra præſcriptionem triginta annorum an poſsit peti in integrum reſtitutio, ex capite ignorantiæ, aut ſaltem contra præſcriptionem minoris temporis, de Iure Cæſareo,& Regio.

194 Dos à patre data, vel promiſſa pro filia an, & quando præſumatur ex bonis patris tantum, vel ex bonis patris,& filiæ conſtituta.

195 Lucrum dotis delatum marito ab ſtatuto an, & quando locũ habeat, nedum in dote data, ſed etiam in promiſſa.

Dotis retentionem an habeat maritus iuxta foros Regni in dote ſibi poſt obitum ſoceri cõſtituta, ſi mulier præmoriatur ſocero.

Alimenta genero non debentur, matrimonio per mortem filiæ ſoluto, quando ſocer promiſsit generum, & filiam alere.

196 Reſtitutio in integrum ſatis
dicitur

Digitized by Google

dicitur petita, quando petitur, ius, & Iuſtitiam miniſtrari, omni meliori modo quo poteſt.

197 Appellatio nõ admittitur, nec quo ad effectum ſuſpenſiuum, nec quo ad deuolutiuum, à ſententia lata in fauorem creditoris in cauſa executionis inſtatæ pro penſionibus cenſualis; ad declarationem legis Regni Valentiæ, & pragmaticæ ſiue Bullæ Regni Siciliæ.

198 Sententia quando ferri poſsit non conformis libello, & quãdo totus proceſſus habeatur pro libello.

Additio libelli fieri non poteſt, parte contra dicente poſt litem conteſtatam, niſi intra triginta dies in Regno Valentię. Nec ſententia ſuper contentis in dicta additione ferri: ſecus parte conſentiente.

199 Filius Valentini[illegible]ceptus in Regno, natus caſu extra illud habetur pro verè nato, & gaudet his omnibus, quibus gaudent naturales verè nati in eodem Regno.

200 Pœna dupli à foro introducta contra petentem in iudicio quantitatem ſibi ſolutam executa fuit contra aliquos, ſed locum nõ habet in caſibus hic relatis.

201 Pupillus regulariter non poteſt educari pœnes matrem, quæ vitricum ei induxit: fallit tamen, quando iudici contrarium vtilius eſſe videtur.

201 Teſtes quantumuis produci poſſunt in Regno Caſtellæ in cauſa executionis: tamen de Iure Cæſareo, & iuxta foros Regni Valentiæ regulariter non poſſunt produci: fallit tamen, quando executio fit pro quantitate incerta, ſeu illiquida: tunc enim poteſt reus teſtes producere.

Pendente cauſa executionis, caſu quo in ea poſſunt teſtes produci (vt eſt cauſa condemnationis infra decem, ſaluis exceptionibus) poſſunt bona rei capi, & in executione procedi vſquè ad venditionẽ excluſiue, donec fuerit lata ſententia.

203 Procuratorem vnum, vel duos tantum an, & quando plures ad inſtantiam vnius conſtituere teneantur.

204 Dos in fraudem creditorum conſtitui non poteſt, & ſi titulo lucratiuo facta fuerit, ſufficit debitoris fraus, quamuis ille, in quem facta eſt alienatio, infraudem non participauerit.

205 Iuramentum in ſupplementum probationis an, & quando deferri poſsit in cauſis magnis, vbi eſt pluſquam ſemple-

Digitized by Google

ſemiplenè probatum, & quando non latè tractatur.

Donatio facta contemplatione matrimonij, licet nulla interueniat publica, nec priuata ſcriptura, teſtibus probatur, & hoc ſanci um eſt lege Caſtellæ, & deciſum in Regia Audientia Valentina.

206 Proceſſus contumacialis, ſiue abſentia fieri non poteſt, nec ſententia ferri contra abſentem, cui ad tempus fuit conceſſum guidaticum, ſiue ſecuritas, durante eius tempore.

207 Monachus poteſt eſſe procurator, non ſolum in cauſa ſui monaſterij (interueniente licentia ſuperioris) ſed etiam pro ſibi coniunctis, aut miſerabilibus perſonis poteſt poſtulare.

208 Cauſa poſſeſſorij retinendæ beneficij Eccleſiaſtici, vel rei Eccleſiaſticæ inter duos Eccleſiaſticos an tractari poſſit coram iudicibus Regijs: maximè in Regno Valentiæ.

Ad iudicem appellationis tantum eſt deuoluta cognitio cauſæ vertentis coram iudice à quo, & ſi erat ſuper petitorio non impeditur per eius pendentiam cognitio iudicij poſſeſſorij vertentis coram alio iudice nec executio ſententiæ latæ in poſſeſſorio.

209 Filia vltimi poſſeſſoris ducatus debet mitti in poſſeſſionem illius, non obſtante, quod frater vltimi Ducis prætendat tamquam agnatus ſuccedere, quando poteſt eſſe dubiũ, an fœmina in Ducatu ſuccedat.

Hæres ab inteſtato mitti debet in poſſeſſionem bonorũ, quæ defunctus tẽpore mortis poſſidebat.

210 Filia à patre dotata, quæ ex ſtatuto, vel iuxta legem Regni Valentiæ debet eſſe dote contenta, an agere poſſit ad ſupplementum cõgruæ dotis, ſi dos fuit nimis modica, & interuenit læſio enormiſsima.

Reſponſum iuris in eadem cauſa in fauorem Don Hieronymi Rocamora redditum à Doctore Don Ludouico Ocaña.

211 De poſitionibus, & articulis, & quid importet clauſula. *Nõ ſe aſtringens, &c.*

Reſponſiones quando fieri debeant ante copiam, & quando poſt copiam, & an per procuratorem, an verò per principalem perſonaliter: maximè ſi diſtat à loco iudicij, & quando facit partem in cauſa vniuerſitas, quæ perſonæ ex illa reſpondere tenean-

teneantur.
212 Reſponſiones ſiue confeſsio-ſiones exigi poſſunt a parte ſuper poſitionibus oblatis, poſtquam ſententia eſt penes ſcribam cauſæ.

Finis huius indicis.

DECISIO

Digitized by Google

Digitized by Google

DECISIO CXXI.

IN SVBSTITVTIONE FIDEICOMMISSARIA pluribus facta ſubconditione, ſi deceſſerint ſine liberis, an, vno ex eis tantùm ſine liberis decedēte, ſuccedat in eius portione ſubſtitutus, & ſic an pluralitas in hoc caſu reſoluatur in ſuas ſingularitates; an vero dicto ſubſtituto præferatur coniunctus verbis tantùm virtute iuris accreſcendi.

SVMMARIVM.

1 *IVS accreſcendi locum habet inter coniunctos verbis tantùm in ſubſtitutione fideicommiſſaria, & ita fuit iudicatum in Regijs Audientijs Cathaloniæ, & Valentiæ.*

2 *Verbis coniuncti dicuntur, quando partes habent, qui ſunt in eadem oratione vocati, & n. 3.*

3 *Coniunctio verbalis inducitur, quādo plures perſonæ ponuntur in eadē oratione.*

4 *Coniuncti re, & verbis cæteris præferuntur, & ita fuit deciſum in Senatu Sabaudiæ.*

5 *Ius accreſcendi excludit ſubſtitutū quoties interpretamur, ſubſtitutionis conditionem non extitiſſe, quia veriſimile eſt, teſtatorē magis dilexiſſe coniunctum eundem cohæredē, quā ſubſtitutū, declaratur infra nu. 39.*

6 *Subſtitutus præfertur coniuncto, ſi purificata eſt ſubſtitutio.*

7 *Pluralitas non reſoluitur in ſuas ſingularitates, quando extat coiūctus, qui poteſt venire per ius accreſcēdi.*

8 *Indefinita æquipollet vniuerſali.*

9 *Conditio concepta cum verbis numeri pluralis, ſi diceremus, quód in vno verificatur, eſſet exponere album pro nigro.*

10 *Proprietas verborū non aliter ommitti debet, vel ab ea recedi, niſi appareat manifeſtè, aliud ſenſiſſe teſtatorem.*

11 *Pluralitas non verificatur in numero ſingulari ex proprietate ſermonis.*

12 *Pluribus hæredibus inſtitutis, ſubſtitutus non admittitur, purificata conditione in perſona vnius, quādo ſubſtitutio eſt facta in tota hæreditate.*

13 *L. quidā teſtamento. 30. ff. de vulg. refertur, & declaratur infra n. 46.*

14 *Magis dilecti in inſtitutione cenſentur etiam magis dilecti in ſubſtitutione.*

A *Abſur-*

15 Abſurdum eſſet, & contra mentem teſtatricis, vt, qui in inſtitutione omnino fuerunt excluſi ab hæreditate, obtinerent in vim ſubſtitutionis portiones duorum ex hæredibus inſtitutis, & qui fuit vocatus in locũ vnius ex inſtitutis nullam portionẽ haberet in ſubſtitutione, ſed contrà infra num. 52.

16 Ius accreſcendi locum habere in fideicommiſſis vniuerſalibus latiſſimè probat Gerard. Maynard. deci. Toloſa. 10. lib. 5. vbi contrarijs argumentis reſpondet.

17 L. quamuis C. de impub. refertur, & declaratur infra num. 54.

18 L. pen. C. de impub. declaratur num. 55. & 56.

19 L. fi. C. de inſtitu. declaratur num. 57. & 60.

20 Pluralitas quando non reſoluitur in ſingularitates, & num. 61.

21 Reciproca ſubſtitutio inducitur, quando eſt facta poſt mortẽ omniũ in tota hæreditate, ſed contrà infra num. 63.

22 Conditio, ſi Petrus, Sebaſtianus, & Suſanna deceſſerint ſine liberis, videtur defecta, ſi vnus eorum deceſſerit cum liberis, debet enim conditio verificari in omnibus, & non in vno tantùm.

23 L. heres mei §. cum ita ff. ad Trebell. refertur, & declaratur numeris ſequentibus 48. & 49.

24 Subſtitutioni fideicommiſſariæ factæ pluribus locus eſt in cuiuſcunq; perſona extitit cõditio reſpectu ſuæ partis, & eſt communis opinio.

25 L. fi. §. filium deleg. 2.

26 L. Lucius 78. §. Caio ff. ad Trebell.

27 Subſtitutus coniuncto præfertur.

28 Subſtitutus venit ex expreſſa voluntate teſtatoris.

29 Ius accreſcendi venit ex tacita voluntate teſtatoris.

30 Ius accreſcendi principaliter prouenit ex legis diſpoſitione, & ſecundario ex tacita, & cõiecturata voluntate defuncti.

31 Coniũctum excludit ſubſtitutus.

32 Coniunctus vt ſubſtitutum excludat, concurrere oportet; Primum, quòd ſit de liberis. Secundum, quòd in ſucceſſione defuncti in totum excludat ſubſtitutum, ita quòd ſubſtitutus cum eo non concurrat. Tertiũ, quòd ſit de honoratis, aut in conditione poſitis.

33 Pluralitas reſoluitur in ſuas ſingularitates in materia fideicommiſſariæ.

34 Filij inſtitutorum poſt mortem eorum vocati cenſentur ſubſtituti, quilibet in portione ſui patris, non autem filius vnius in portione aliorum inſtitutorum.

35 Coniunctus, vt ſubſtitutum excludat, debet eſſe de liberis teſtatoris.

36 Coniunctus verbis tantùm in fideicommiſſaria non ſuccedit virtute iuris accreſcendi, quando datus eſt ſubſtitutus.

37 Coniunctus re, & verbis præfertur coniuncto re tantùm, vel verbis tantùm, non tamen ſubſtituto.

38 Re coniuncti non dicuntur ſimpliciter

Digitized by Google

citer hæredes inſtituti, quando poſtea teſtator declarauit, velle quemlibet eorũ in tertia parte ſuccedere.

39 *Ius accreſcendi excludit ſubſtitutũ in vulgari ita concepta, ſi hæredes non erunt.*

40 *Hæredes inſtituti per ius accreſcendi excludunt ſubſtitutũ, quoties intergrauatos intelligitur facta reciproca ſubſtitutio.*

41 *Subſtitutio vulgaris locum habet ante aditam hæreditatem, quo tempore locus eſt iuri accreſcendi inter hæredes.*

42 *Coniuncti plures videntur vnum corpus.*

43 *Subſtitutio pupillaris, & fideicommiſſaria habent locum poſt aditam hæreditatem, & ſic ceſſat ius accreſcendi.*

44 *Subſtitutus excluditur, quoties ſupereſt aliquis de liberis teſtatoris, admittitur verò, ſi nullus ſupereſt, qui eum excludat, ſed qui ſuperſunt ſunt in eodem gradu cum eo.*

45 *Coniunctus ſuperſtes, quando eſt magis dilectus quàm ſubſtitutus, eũ excludit.*

47 *Subſtitutionis vulgaris factæ pluribus de natura eſt, vt regulariter non admittatur ſubſtitutus, niſi omnibus hæredibus repudiantibus.*

48 *Fideicommiſſaria in ſubſtitutione, purificata conditione in perſona vnius, ſubſtitutus admittitur ad eius portionem, etiam ſi ſit vocatus ad totam hæreditatem, & nu. 49.*

50 *Ius accreſcendi locum non habet poſt aditam hæreditatem, & ſic ceſſat in fideicommiſſaria.*

51 *Magis dilecti cenſentur hæredes inſtituti, vnus quiſque in parte ei relicta, quàm ſubſtituti, tamen in partibus cohæredum magis dilecti cenſentur ſubſtituti.*

53 *Iuri accreſcendi locus eſt inter coniunctos, quando non eſt datus ſubſtitutus in fideicommiſſaria.*

58 *Pupillaris ſubſtitutio tacita comprehenſa ſub expreſſa vulgari non excludit matrem.*

59 *Subſtitutus excluditur per filium coniunctum virtute iuris accreſcendi.*

61 *Gratian. diſcep. foren. lib. 2. cap. 299. doctrina refertur, & declaratur.*

62 *Subſtitutio fideicommiſſaria ſimpliciter pluribus facta ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerint, in cuiuſcunque perſona conditio extiterit, ſubſtitutio locum habet, niſi ſuperſit perſona, quæ ex præſumpta voluntate teſtatoris excludat ſubſtitutum.*

63 *Reciproca ſubſtitutio non inducitur ex eo ſolùm, quòd eſt facta in tota hæreditate poſt mortem omnium, & hæc eſt communis opinio.*

64 *Subſtitutio reciproca vt inter aliquos facta dicatur, tria requiruntur. Primò, quòd fiat expreſſè vltimo decedenti. Secundò, quòd facta ſit in tota hæreditate, vel in omnibus bonis. Tertiò, quòd ſint expreſſè vocati.*

65 *Reciproca ſubſtitutio requirit, quòd illi, inter quos de illa inducẽda agitur, ſint vocati, & quòd ſubſtitutio ſit facta in tota hæreditate, &*

Digitized by Google

vltimo morienti, & ita fuit deciſum ſæpius in Rotis Romana, & Bononienſi.

66 *Reciproca ſubſtitutio ob hanc rationem cenſetur inducta, quia ſi teſtator voluit vltimũ morientem reſtituere totã hæreditatẽ, neceſſe eſt, quòd ad eũ prius tota peruenerit, peruenire autem non poteſt, niſi ipſe dicatur ſubſtitutus præmortuo.*

67 *Subſtitutio facta tribus fratribus hæredibus inſtitutis de eorũ filijs intelligi debet diſtributiue, ita vt filij ſolum cenſeantur vocati, & ſubſtituti in portione ſuorum parentum reſpectiuè, non autem in portionibus aliorum fratrum.*

68 *Filij inſtitutorum, quando ſunt ſubſtituti per fideicommiſſum teſtatoris fratribus, præſumptio eſt, quod teſtator grauauit vnum quemque fratrum inſtitutorum filijs ſuis reſtituere ſolam portionem ſibi relictam.*

69 *Pluralitas in materia fideicommiſſariæ facta pluribus reſoluitur in ſuas ſingularitates ex mente teſtatoris.*

70 *Pluribus hæredibus inſtitutis, quamuis verbis coniunctis facta ſubſtitutio fideicommiſſaria ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerint, ſi in perſona vnius, vel duorum locum habet, admittitur ſubſtitutus ad portiones eorum, excludendo coniunctum, quãdo nõ eſt de liberis teſtatoris, & ita fuit deciſum in Regia Audientia Valentina, & in S. S. R. Aragonum Conſ.*

CASVS.

ELISABETH Franciſca de la Torre cũ ſuo vltimo teſtamento incõmendam tradito Ioſepho Caſanoua notario die 8. Ianuarij 1591. & per eundẽ notarium poſt mortem teſtatoris publicato 27. eiuſdẽ menſis, ita diſpoſuit, inſtituo hæredes vniuerſales fratres meos, Frãciſcũ Ioannẽ de la Torre, Iacobũ Lazarũ de la Torre, & Elionorẽ de la Torre & de Vrſo, & poſt eorũ obitũ eorũ filios legitimos, & naturales. Et, decedentib' dictis hæredibus abſque filijs legitimis, & naturalibus, dicta teſtatrix diſpoſuit, quòd eodem modo ſuccederent in trib' æqualibus partibus, & portionib' ſuæ hæreditatis Petrus Caldarer, Sebaſtianus Caldarer, & Suſanna Caldarer fratres, filij ſororis prædefunctæ eiuſdẽ teſtatricis, & ſucceſsiue hæreditas tranſiret de vnis in alios. Dicta Eleonor de la Torre ex matrimonio per illam cõtracto cum Dominico Vrſo habuit vnicũ filiũ legitimũ, & naturalem Andreã Vrſo Medicinæ Doctorẽ in preſenti iudicio agẽtẽ, & eo ſuperſtite, vita functa fuit. Alij verò cohæredes nẽpe Frãciſcus, & Iacob' de la Torre, nullis relictis filijs legitimis, & naturalib', nec cõtracto matrimonio, ab hoc ſeculo migrarũt, ſuperſtitib' dictis Andrea Vrſo, Petro Caldarer, Sebaſtiano Caldarer, & Suſanna Caldarer. Hij verò fratres poſt mortem dicti Iacobi Lazari de la Torre duas

duas reſpectiue obtinuerunt decla rationes, ſeu ſententias ab ordinario vrbis. Primã ſcilicet plublicatã die primo mẽſis Martij anni 1601. Secundã verò die 29. Aprilis anni 1604. quib' reſpectiue declaratũ fuit, tertiam partẽ hæreditatis dictæ Eliſabethis Frãciſcæ dela Torre, in qua inſtitutus fuit memoratus Iacobus Lazarus de la Torre, per illius mortem abſq; filijs legitimis, & naturalibus ad dictos fratres Caldarers virtute ſubſtitutionis in dicta hæreditaria clauſula factæ æquis partibus, & portionibus pertinuiſſe. A quibus declarationibus prouocatũ extitit pro parte dicti Doctor Vrſo cõtendentis, per mortem dictorũ ſuorum auunculorũ abſq; filijs legitimis, & naturalibus ſucceſsiſſe in duabus ex tribus partibus dictę hæreditatis, in quibus dicti Franciſcus, & Iacob' de la Torre hæredes inſtituti fuerunt in vim ſubſtitutionis factæ in fauorẽ filiorũ hæredum primo loco inſtitutorũ, ac virtute iuris accreſcẽdi prouenientis ex coniũctione verbali reſultãte ex vocatione filiorũ dictorũ heredum primo loco inſtitutorũ, excluſis dictis eius conſobrinis, vti vocatis in caſum mortis inſtitutorũ abſq; filijs legitimis, & naturalibus. A qua ſententia dictus Doct. Vrſo appellauit, & appellationis cauſam in regia Audiẽt. Valẽtina introduxit, quæ fuit commiſſa Illuſtriſsimo dõ Andreæ Roig tunc auditori in Regio Valentino Senatu, nunc verò Vicecancellario, & Præſidi in S.S.R. Aragonum Conſilio, in qua fuit diſputatum dubiũ. An in ſubſtitutione fideicõmiſſaria pluribus facta ſub conditione, ſi deceſſerint ſine liberis, vno ex eis tantum ſine liberis decedente, ſuccedat in eius portione ſubſtitutus, & ſic, an pluralitas in hoc caſu reſoluatur in ſuas ſingularitates, an verò dicto ſubſtituto præferatur coniunctus verbis tantum virtute iuris accreſcendi. Pro parte dicti Doctoris Andreæ Vrſo appellantis allegabantur ſequentia.

1 Primò, ius accreſcendi habet locum inter coniũctos verbis tantũ in ſubſtitutione fideicommiſſaria, ſed Doctor Vrſo vti filius Eleonoris de la Torre eſt verbis coniunctus cum Franciſco Ioanne de la Torre, & Iacobo Lazaro de la Torre hæredibus inſtitutis, & eorum filijs, ergo virtute iuris accreſcendi debet ſuccedere in duabus partibus, ſiue portionibus, quas habebant dicti Franciſcus, & Iacobus de la Torre hæredes inſtituti, & quas habituri erant eorum filij. Cum igitur non extiterint filij dictorum Franciſci, & Iacobi, qui poſt mortem parentum erant ad fideicommiſſum vocati, & in eorum portionibus per ius accreſcẽdi ſucceſſerit Andreas Vrſo Eleonoris filius, nullatenus poſſunt ſuccedere dicti Petrus, Sebaſtianus, & Suſanna Caldarer. Maior illa propoſitio, quòd ius accreſcẽdi habet locum inter con-

iunctos verbis tantum in fideicōmiſsis, probatur in l. vnica. §. vbi autem C. de caduc. toll. in l. filius familiâs 114. §. Diui de leg. 1. in l. Scæuola 76. ff. ad Trebell. & tenuerunt Bart. Ioann. Anan. Raphaël Fulgoſ. Paulus Caſt. Corn. Alciat. Pariſ. Anton. Gomez, Berouſ. Pereg. Guid. Papæ. Gerar. Maynard. & Cancer. in locis à me relatis in deciſ. 48. numer. 4. cum ſeqq. & ibidem numer. 7. in fine refero, ita bis fuiſſe iudicatum in R. Audien. Cathal. & numer. 8. & fi. dixi, ita fuiſſe bis iudicatum in S. R. Audien. Valentina cum ſententijs ibi relatis.

2 Minor illa propoſitio, quòd Doctor Vrſo, Iacobus, & Lazarus de la Torre, & eorum filij ſint verbis coniuncti, probatur in l. re coniuncti 89. ff. de leg. 3. ibi: *Item verbis, non etiam re Titio & Seyo fundum æquis partibus do, lego, quoniam ſemper partes habent legatarij*. Et ibi Bart. numer. 3. in fine inquit, quòd ſi plures perſonæ ponuntur in eadem oratione, induci tur coniunctio verbalis, & idem docuit gloſ. in verbo *ſeparatim* in l. 5. §. interdum, ff. de vſuf. accreſcen. ſed in noſtro caſu in eadem oratione ſunt poſiti Franciſcus de la Torre, Iacobus de la Torre, & filius Eleonoris de la Torre & de Vrſo his verbis: *Inſtituo*

3 *hæredes meos fratres Franciſcum Ioannem de la Torre, Iacobum Lazarum de la Torre, & Elionorem de la Torre, & de Vrſo, & poſt obitum eorum filios illorum legitimos, & naturales*, omnes enim iſti ponuntur in vnica oratione, quæ regitur per illud verbū *inſtituo*. Ergo ſunt verbis cōiuncti, & cum verſemur in ſubſtitutione fideicommiſſaria, dictus Doctor Vrſo filius legitimus, & naturalis Eleonoris ſuccedet excluſis dictis Caldarers.

4 Secūdò, namà fortiori hoc procedit inter coniunctos re, & verbis, qui cæteris præferuntur dicta l. re cōiuncti de leg. 3. ibi: *Præfertur igitur omnino cæteris, qui re & verbis cōiunctus eſt*. Sed in caſu noſtro dictus Doct. Vrſo filius Eleonoris cū hæredibus inſtitutis re, & verbis cōiūctus eſt, quia teſtator eos ſimpliciter vnica oratione hæredes inſtituit, & nō dixit, quòd vnus quiſque ſit inſtitutus in 3. part. nec portiones declarauit, & ita in tota hæreditate, & in eadē re ſunt omnes inſtituti, & per cōſequēs tāquā re, & verbis cōiūctus dictus Doctor Vrſo debet capere portiones dictorū Frāciſci, & Iacobi de la Torre auūculorū. Et ita fuit deciſum in Senatu Sabaudiæ teſte Fab. in ſuo Cod. Fabri. lib. 6. tit. 3. quādo non peten. part. diff. 2. pagina mihi 93.

5 Tertiò, ius accreſcendi excludit ſubſtitutum, quoties interpretamur, ſubſtitutionis conditiones non extitiſſe, veluti ſi teſtator, pluribus hæredibus inſtitutis, ſi hæredes non erūt, Titiū ſubſtituat, nō enim aliter admittitur ſubſtitu-

ſtitutus, niſi omnes repudiauerint hæreditatem, quia veriſimile eſt, teſtatorem magis dilexiſſe coniun ctũ eundẽ cohæredem quã ſuſtitu tum iuxta legem Publius, §. vlt. de cond. & demonſ. Ita Mantica de coniect. vl. vol. lib. 4. tit. 11. num. 25. vbi allegat Paulum Caſtren. Soc. Sen. Ioan. Cro. & alios, & cõ-munem dicit Corneus conſ. 296. n. 5. vol. 4. vbi inquit, quod dicitur
6 in l. vnica §. in primo, & ſeq. C. de caduc. tol. cum concordantibus, ſubſtitutum præferri coniuncto, verum eſſe, ſi purificata eſt ſubſtitutio, nam defecta conditione non cenſetur eſſe, nec eſt ſubſtitutio l. 1. in prin. ff. de reg. Catonia. Cum igitur in caſu noſtro nõ euenerit caſus ſubſtitutionis, quia nõ omnes hæredes inſtituti deceſſerũt ſine liberis, præferetur dictus Vrſo coniunctus prædictis Caldarers ſubſtitutis.

7 Quartò, pluralitas nõ reſoluitur in ſuas ſingularitates, quando extat cõiunctus, qui poteſt venire per ius accreſcẽdi, vt tradit Hier. Zanch. in l. hæredes mei. §. cum ita part. 2. numer. 35. & part. 8. numer. 275. pag. 267. qui allegat ita tenentes Bart. in d. §. cũ ita inſi. & Corne. conſ. 298. numer. 8. vol. 4. & Zancum refert, & ſequitur Cãcer. tom. 3. var. cap. 22. de iure accreſcendi nu. 143. Cum igitur in caſu noſtro dictus Doctor Vrſo poſsit venire per ius accreſcendi, illa pluralitas. *Decedentibus hæredibus inſtitutis.* non reſoluetur in ſuas ſingularitates, teſtatrix enin tantum vocauit ad fideicommiſſum Petrum Caldarer, Sebaſtianum Caldarer, & Suſannam Caldarer decedentibus dictis eius hæredibus abſque filijs legitimis, & naturalibus his verbis. *Y ſi cars ſos, que los dits moõ germans moriſſen ſens fills legitims, y naturals, vull, y es ma voluntat, que de la mateixa manera hereten, y ſucceheixquen en tres parts iguals de ma herencia mos nebots Pere Caldarer, Se-*
8 *baſtia Calderer, y Suſanna Calderer.* Ergo non aliter ſuccedere poterunt dicti Caldarers fideicommiſſarij, niſi mortuis omnibus fratribus, & hæredibus teſtatricis, quia indefinita æquipollet vniuerſali l. ſi quis ita 16. ff. de teſtam. tutel. l. ſi plures delega. 3. & ſi diceremus, quòd, vno ex tribus dictis hæredibus ſine liberis mortuo, prædicti Caldarers ſucede-
9 re poſſent, non verificatur conditio concepta cum verbis numeri pluralis, & eſſet exponere album pro nigro, vt in noſtris terminis inquit Alexander Rau-
10 den. var. reſolutio. cap. 48. num. 59. & non aliter à proprietate verborum recedendum eſt, niſi appareat manifeſte, aliud ſenſiſſe teſtatorem l. non aliter 59. de leg. 3. & Euerard. in locis legal. loco à vi numeri numer. 6. inſin. inquit, pluraritatem in numero ſingulari non verificari ex proprietate ſermonis l. final. ad Trebell. ibi: *Quia ei vel eis verba,*

Digitized by Google

vtrūq; fratrem complecteretur, ſed ex mente loquentis. Et non eſt veriſimile, in occurrenti caſu teſtatricis mentem fuiſſe, recedere à proprietate verborum, vocando filios ſororis minus dilectæ, & eos præferendo hæredibus inſtitutis re, & verbis coniunctis, & ſic ab ea magis dilectis, vnde illa pluralitas, de qua in caſu noſtro, dum vocat filios hæredum inſtitutorum, nō reſoluetur in ſuas ſingularitates, ita vt filij ſuccedant reſpectiuè, vnus quiſque in portione ſui parentis, ſed imò cùm filij hæredum inſtitutorum ſint ſuſtituti hæredibus inſtitutis ſub eadem oratione, & conſequenter verbis coniuncti, dicendum eſt, in portionem aliorum cohæredum per ius accreſcendi ſucceſſuros, excluſis ſubſtitutis. Corroboratur ex his, quę ſcribūt Bart. & Bal. in l. quidam teſtam. Proculum. ff. de vulg. & Bald. in l. penul. C. de impube. Qui docent, purificata conditione in perſona vnius, non admitti ſubſtitutum, quando ſubſtitutio eſt facta in tota hæreditate, quia tunc videtur, quòd purificari debet conditio in perſona ommnium, aliter enim non poteſt verificari diſpoſitio teſtatoris, quòd ſubſtitutus habeat totam hęreditatem, quæ doctrina valde quadrat caſui noſtro.

13 Quintò, probatur in l. quidam teſtam. 30. ff. de vulg. cuius verba ſunt: *Quidam teſtamento Proculum ex quarta parte, & Quietum ex parte dimidia & quarta hæredem inſtituit. deinde Quieto Florum, Proculo Soſiā hæredes ſubſtituit. Deinde ſi neque Florus, neq; Soſia hæredes eſſent: tertio gradu ex parte dimidia, & quarta coloniam Leptitanorum, & ex quarta cōplures hæredes ſubſtituit in plures, quā in tres vncias. Quietus hæreditatē adijt. Proculus & Soſia viuo teſtatore deceſſerunt. Quæritur Quadrans Proculo datus ad Quietum, an ad ſubſtitutos tertio gradu pertineat? Reſpondi, eam videri voluntatē patris familiās fuiſſe, vt tertio gradu ſcriptos hæredes ita demum ſubſtituerit, ſi tota hæreditas vaccaſſet: idq; apparere euidēter ex eo, quòd plures quàm duodecim vncias inter eos diſtribuiſſet, & id circo quartā partem hæreditatis, de qua quæritur, ad Quietum pertinere.*

14 Sextò, facit, nam quos teſtatrix magis dilexit in inſtitutione, cenſetur etiam magis dilexiſſe in ſubſtitutione l. Publius Mæuius 36. §. Titia codicillis, ff. de conditio. & demonſ. Sed in caſu noſtro magis dilexit Franciſcum de la Torre, Iacobum de la Torre, & Elionorem de la Torre & de Vrſo, quos hæredes inſtituit, quàm dictos Petrum, Sebaſtianum, & Suſannam Caldarer, filios ſororis prædefunctæ, de quibus in inſtitutione nullam fecit mentionem, itaq; ſi dicti tres hæredes inſtituti cum liberis deceſsiſſent, nullatenus ſucceſsionem prætendere potuiſſent dicti Caldarers. Ergo pariter dicendū eſt in ſubſtitutione, potius vocatū fuiſſe Doctorem Vrſo, filium ſororis inſtitutæ, quam dictos Caldarers,

Digitized by Google

rers,filios ſororis prætéritæ, ſi enim dicta teſtatrix æqualiter dilexiſſet dictos Caldarers, ac dictam Eleonorem,& eius filios,in locum ſororis prædefunctæ eos vocaſſet ad quartam partem ſuæ hæreditatis,quod nullatenus fecit,imo potius oſtendendo prædilectionem duorum fratrum,& ſororis inſtitutorum,nec non filiorum eorumdem,tantum vocauit dictos Caldarers,caſu quo omnes fratres decederent abſq; filijs legitimis,& naturalibus,qui caſus non euenit,cũ ex dicta Eleonore de la Torre ſuperſit dictus Doctor Andreas Vrſo,eius filius legitimus,& naturalis, & maximum eſſet abſurdum,&

15 contramentem teſtatricis, vt dicti Caldarers, qui in inſtitutione omnino fuerũt excluſi ab hæreditate,obtinerent portiones dictorum Franciſci, & Iacobi de la Torre, hæredum inſtitutorum, & dictus Doctor Vrſo, qui fuit vocatus in locum Elionoris de la Torre, eius matris, vnius ex inſtitutis nullam portionem haberet in bonis dictorum eius auunculorum, qui ſine liberis deceſſerunt.

16 Septimò,multum aſtringit prò hac parte deciſio Gerardi Maynardi Toloſana 10.lib.5.cuius hypotheſis ab eodem proponitur in deciſione 8.eiuſdem libri, valde ſimilis caſui noſtro. Nam vbi Franciſcus de Vrba teſtator hæredes inſtituit Guillermum de Vrba filiũ ſuum, & poſthumum, ſi maſculus eſſet, (prout fuit, quia natus fuit Petrus) ſi vero filia naſceretur,diſpoſuit,vt dictus Guillermus ex aſſe hæres eſſet, & poſthumæ legatũ mille quingentarum librarum præſtare deberet, ſi vero omnes hæredes ſine libris decederent,vniuerſæ hæreditatis ſemiſſem ad vxorē ſuam appellatam Deliſeri:alterius vero ſemiſsis dimidium, ſiue totius aſsis quadrantem ad Ioannam de Vrba dicti teſtatoris ſororem, eiuſque filium Martinum du Verger,& tandem reliquum quadrantem ad Franciſcum de Bors peruēnire voluit, eoque caſu illos ſubſtituit, & hæredes vniuerſales ſcripſit. Dictus teſtator à domeſticis fuit interfectus, interquos fuit vxor Deliſeri,& de hoc crimine conuicta capitalē pœnam luit, obijt deinde menſe Maij 1556. Franciſcus Bors vnus ex ſubſtitutis, & poſt eum 24. Septembris 1573. Guillermus de Vrba teſtatoris filius,ac Petri cohæres abſque liberis ſexta Iulij 1575.& poſtea dicta Ioanna de Vrba ſubſtituta Kalendis Octobris eiuſdē anni. Petrus, qui fuit teſtatoris poſthumus, expirauit, relicto hærede Petro de Authenac.Martinus du Verger filius dictæ Ioannæ de Vrba petijt in Senatu Toloſano declarari, caſum ſubſtitutionis in teſtamento dicti Franciſci compræhenſæ iam eueniſe, & prædicta bona ſibi adiudicari tanquam ſoli poſt omnes, tam in inſtitutione, quam in ſubſtitutione compræhenſos, ſicque etiam poſt obitum Petri poſthu-

mi vltimò mortui ſuperſtiti, & ſic ſupplicauit declarari, quòd in ſui gratiam caſus ſubſtitutionis, tam in proprio ſuo capite, quam ex iure accreſcendi quoad portiones, & quotas inſtitutorum, & ſubſtitutorum eueniſſet. Cui inſtantiæ contradicens Antonius Maret vnus ex poſſeſſoribus dictæ hæreditatis ad excludendum intentionẽ actoris allegauit inter alia in deciſione 10.lib.5.dicti Maynardi, in fideicommiſſo vniuerſali minime locum habere ius accreſcẽdi, quia in eo ceſſat ratio, ob quam introductum fuit, nam hæres inſtitutus, & grauatus, qui ſemper manet heres, retinet portionem, quam quidam ex fideicommiſſarijs nolebat, aut non poterat accipere, nihilominus tamen refert Maynardus in dicta deciſione 10.prope finem, per areſtum in dicto Senatu Toloſano prædictum du Verger victoriã cauſæ obtinuiſſe, & fuiſſe declaratum, inominibus teſtatoris bonis ſucceſiſſe, tam ratione inſtitutionis in ſuam perſonam factæ, quàm propter ius accreſcendi, & in eadem deciſione à num.5.multis argumentis probat Maynardus hãc opinionem, & num.8.cum ſeq.cõtrarijs argumentis reſpondet.

17 Octauò, pro hac etiam opinione facit tex.in l. quanuis C.de impub. cuius verba ſunt: *Quanuis placuerit ſubſtitutionem impuberi, qui in poteſtate teſtatoris fuerit, à parente factam ita ſi hæres non erit, porrigi ad eũ caſum, quo poſtea quàm hæres extitit, impubes deceſſit, ſi modò non contrariam defuncti voluntatẽ extitiſſe probetur: cum tamen proponas ita ſubſtitutionem factam eſſe, ſi mihi Firmianus filius & uxor mea (quod abominor) hæredes non erunt, in locum eorum Publius Firmianus hæres eſto, manifeſtum eſt in eum caſum factam ſubſtitutionẽ quo vtrique hæredum ſubſtitui potuit.*

18 Nonò, facit text.in l. pen.C. de impub.cuius verba ſunt: *Cum quidam duobus impuberibus filijs ſuis hæredibus inſtitutis, adiecit, ſi vterque impubes deceſſerit, illum ſibi hæredem eſſe dubitabatur apud antiquos legum auctores, vtrum ne tunc voluerit ſubſtitutum admitti, cum vterque filius eius in prima ætate deceſſerit: an alterutro decedente, illico ſubſtitutum in eius partem ſuccedere. Et placuit Sabino ſubſtitutionem tunc locum habere, cũ vterq; deceſſerit, cogitaſſe enim patrem, primo filio decedente, fratrem ſuum in eius portionem ſuccedere. Nos eiuſdem Sabini veriorem ſententiam exiſtimãtes: non aliter ſubſtitutionem admittendam eſſe cẽſemus, niſi vterq; eorum in prima ætate deceſſerit.* Et ita neceſſarium erat, omnes hæredes inſtitutos abſq; liberis decedere in caſu noſtro, vt dicti Caldarers ſubſtituti ſuccedere poſſent, & cum dicta Eleonor de la Torre altera ex hæredibus inſtitutis ab hac vita migrauerit, relicto Doctore Vrſo eius filio, ſubſtituti nõ admittẽtur.

19 Decimò, facit text.in l.fi. C. de inſtitutio.& ſubſtitu.vbi mater cohæres filij impuberis præfertur ſubſtituto.

Vn-

20 Vndecimò, multum aſtringit, quod ſcribit Stephanus Gracian diſputa.for.tom.2.cap.299.per totum pag.414. & ſeq. vbi, cum in ſuo caſu teſtator vocaſſet filios Marci, & Pompei fratrũ poſt mortem eorum cópulatiuè coniunctorũ, latè probat, requiri, quòd prius ambo fratres ſint vita functi, antequam filij ſubſtituti ſuccedant, & præſertim num.6.inquit, pluralitatem in illo caſu non reſolui in ſingularitates, cum ſimus in altero ex vocatis, ſuperſtite qui ex præſumpta mente teſtatoris cenſetur magis dilectus quam ſubſtitutus, ita vt iſta maior coniunctio operetur, vt non ſit admittendus ſubſtitutus ad portionem præmortui, pro qua ſententia allegat Cornel. Deci. Caſſan. Roman. Mandoſ. Onded. in locis ibi relatis, & Card. Mant. de cóiect. vltim. vol. lib. 11. tit. 5. n. 18.

21 Duodecimò, in caſu noſtro videtur facta reciproca ſubſtitutio inter tres fratres teſtatricis hæredes inſtitutos, & eorum filios, poſt quorum omnium mortem ad totã hæreditatem fuerunt vocati dicti tres fratres Caldarers, ex quo fuit facta ſubſtitutio fideicommiſſaria poſt mortem omnium; & in tota hæreditate; ita Paulus Caſtr. in l. pen. C. de impub. & alijs ſubſt. & in l. Titia Seio, §. Seia. num. 2. ff. de leg. 2. vbi ſic ait: *Sed quid ſi facta fuit ſubſtitutio ſub expreſſione nominis collectiui, vt ſi omnes deceſſerint ſine liberis, talem ſubſtituo, an ex hoc videantur inuicem ſubſtituti, & videtur, quòd ſic, quia propter illud nomen collectiuum tacitè videretur velle teſtator, quòd quicunque eorum ſuperuiuat excludat ſubſtitutum.* Eadem opinionem tenuerunt Soc. in l. hæredes mei §. cũ ita col. 2. verſ. Tertius caſus ff. de cond. & demõſtr. Curt. Iun. cóſ. 43. col. 21. verſ. Ego autem ſemper fui, & cóſ. 139. col. 2. & conſ. 11. col. 3. verſ. Secundo & principaliter. Iaſ. conſ. 33. col. 1. vol. 1. Ioan. Bapt. de S. Seuerino in d. l. pen. Calder. conſ. 24. tit. de teſt. Imol. in l. Centurio colum. 12. verſ. fallit quando procederet, ff. de vulg. & pup. ſubſt. vbi Alex. col. pen. verſ. Nec obſtat. Paulus de Caſtr. conſ. 405. num. 2. lib. 1. & conſ. 271. & conſ. 321. col. 2. lib. 2. Raphaël Cuma. in l. ſi pater impuberis, ff. de vulg. & pup. ſubſt. Ioan. Anan. conſ. 22. Crauet. conſ. 113. num. 1 per d. §. Seia, & l. codicillis, C. de vſufru. lega. in 2. reſp. Cum igitur filij dictorum hæredum cenſeantur per reciprocam inuicem ſubſtituti, & defecerint filij dictorum Franciſci de la Torre, & Iacobi de la Torre, dictus Doctor Vrſo filius Eleonoris de la Torre ſucedere debet, quo decedente ſine filijs legitimis, & naturalibus, ſunt vocati dicti Petrus Caldarer, Sebaſtianus Caldarer, & Suſanna Caldarer.

22 Decimo tertiò, (vt legitur in clauſula fideicommiſſi, de quo agitur) dicti Petrus, Sebaſtianus, & Suſanna ad hæreditatem fuerunt inuitati

Digitized by Google

inuitati,nullis exiſtentibus liberis dictorum Franciſci, Ioannis, Iacobi,&Eleonoris dela Torre, quæ cõditio videtur defecta per exiſtentiam dicti Andreæ Vrſo filij dictę Eleonoris, cum conditio debeat verificari in vtroque,& non ſufficiat in vno, vt probat tex.in l.ſi plures ff.de condi.inſti. & in l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem, ff.de verb. obiga. & tenent aliqui relati per Pereg. defideicom.art.13. nu.61.

Sed his non obſtantibus, in contrariam partem inclinauit maior pars Auditorum noſtræ Aulæ R. Audientiæ Valentinæ ex ſequentibus.

23 Primò, per tex.in l. hæredes mei 57.§.cum ita ff.ad S.C. Trebel.cuius verba ſunt:*Cum ita fuerat ſcriptum. Fidei filiorum meorum committo, vt ſi quis eorum ſine libris prior diẽ ſuum obierit, partẽ ſuam ſuperſtiti fratri reſtituat, quod ſi vterque ſine liberis diem ſuum obierit: omnes hæreditatem ad neptem meam Claudianã peruenire volo. Deffuncto altero ſuperſtite filio, nouiſsimo autem ſine liberis, neptis prima quidem facie propter conditionis verba non admitti videbatur: ſed cum in fideicommiſsis voluntatem ſpectari conueniat: abſurdum eſſe reſpõdi ceſſãte prima ſubſtitutione partis neptis petitionem denegari, quam totum habere voluit auus ſi nouiſsimè fratris quoque portionem ſuſcepiſſet.* Ex quo textu ibi Bart.num.5.in verſ.ſi vero loquimur infideicommiſſaria

1. ſubſtitutione, ponit hanc regulã: *In cuiuſcunque perſona exiſtit conditio locus eſt ſubſtitutioni reſpectu ſuæ partis*, Et hoc tenet Socin. Iun. in d. §. cum ita num.83. vbi teſtatur communem opinionẽ,& ibi Alex. num.19. Socin.Sen.num.26. Ripa num.129. qui etiam teſtatur communem,& refert hanc tenuiſſe Anchar.in conſ. 31. & in conſ. 390. Quia Eliſabeth Alex.conſ.38.nu. 1.Socin.Sen.conſ.49.lib.4. Alcia. reſponſo 487.cõſultationibus nu. 4.14.& 19. ſecundum antiquam impreſsionem Lugdunen. Coraſ. in l.pen.nu.18.C.de impub. Torniel.in d.§.Cum ita num. 136. & Marzar.conſ.14. num. 6. & 8.qui alios plures recenſet, & prædictis relatis Menoch.de præſump. lib. 4. præſump. 186. num.12.& nouiſsime don Nicolaus Intrigilio de ſubſtitu.Cent.3.q.48.num.14. vbi etiam dicit communem Mantic.de coniect.vlt.vol.lib.11. titu. 5. num.17. Seraph. Oliuar.deciſ. 1190. vbi etiam teſtatur communem, & fuit deciſum in Senatu Pedemon.Cachæra. deciſ.110. & Grego.Lopez in l.14.tit. 5. part. 6.gloſ.in verbo.tãto tiempo. prope finẽ ait, communem eſſe reſolutionẽ, quòd ſi ſubſtitutio fiat poſt mortem pluriũ, etiam in tota hæreditate, ſubſtitutus admittitur poſt mortem cuiuslibet eorum ad partem, cum hæc pluralitas reſoluatur in ſuas ſingularitates.

25 Et hæc opinio probatur etiam in l.vlt. §.filium, ff. de leg.2. cuius verba ſunt:*Filium & filiam hæredes iuſtituit, & libertis legata dedit: eorum-*

Digitized by Google

eorumque; fideicommiſsit in hæc ver-
ba: A vobis peto, vt quicquid vobis le
gaui contenti ſitis viuẽtes, vt poſt vos
filijs meis reſtituatis: defuncta teſtatri
cis filia Mæuia, libertus deceſsit hæ-
rede inſtituto patronæ filio ex parte de
bita ex altera extraneo. Quæſitũ eſt
an adita hæreditate patronæ filius à co
26 *hærede ſuo partem eorum, quæ ex teſta*
mento matris ad Mæuium libertum
peruenìant, petere poſſet? Reſpõdi, eius
quòd ei deberetur ſi hæreditatem non
adijſſet, partem à cohærede petere poſſe.
Hactenus I.C. Scæuola, qui aper-
tius idem reſpondit in l. Lucius
78. §. Caio. ff. ad Trebel. cuius ver
ba ſunt: *Caio Seio ex ſemiſſe, Titia*
ex quadrante, & alijs ex reliquis por-
tionibus hæredibus inſtitutis, ita cauit:
Fidei autem veſtræ mando Cai Sei
& Lucia Titia, vti poſt obitum ve-
ſtrum reddatis, reſtituatis Titio, & Sẽ
pronio ſemiſſem patrimonij & portio-
nis eius, quam vobis dedi. Quæſitum
eſt cùm vtrique adierint hæreditatem,
& poſtea Caius Seius defunctus ſit,
Lucia Titia hærede inſtituta, an hæc
Lucia Titia partem dimidiam ſemiſ-
ſis, quam rogatus erat Caius Seius re-
ſtituere, protinus debeat: an verò poſt
ſuam demum mortem vniuerſum fidei
commiſſum, tam ex ſua perſona quàm
ex Caij Seij datum reſtituere debeat?
Reſpondi, Luciam Titiam ſtatim te-
neri, vt partem dimidiam ſemiſsis ex
perſona Seij reſtituat. Cum igitur in
caſu noſtro dicti Petrus Calda-
rer, Sebaſtianus, & Suſanna Cal-
darer ex diſpoſitione teſtatricis
totam hæreditatem habituri eſ-
ſent, ſi omnes tres fratres ſubſtitu-
ti ſine liberis deceſsiſſent, duobus
ex illis nimirum Franciſco, & Ia-
cobo de la Torre defunctis, nullis
relictis liberis, in eorum portio-
nes ſuccedere debent dicti Calda-
rers.
27 Secundò, quia ſubſtitutus con-
iuncto præfertur l. 2. §. ſi duo ff. de
bon. poſſeſ. ſecun. tab. ibi: *Si duo*
ſint hæredes inſtituti, Primus & Secũ
dus, Secundo Tertius ſubſtitutus: omit
tente Secundo bonorum poſſeſsionem;
Tertius ſuccedit: Quòd ſi Tertius nolue
rit hæreditatem adire, vel bonorũ poſ-
ſeſsionem accipere recidit bonorum poſ
ſeſsio ad Primum, nec erit ei neceſſe pe
tere bonorum poſſeſsionem: ſed ipſo iu-
re ei accreſcet, hæredi enim ſcripto ſicut
portio hæreditatis, ita & bonorũm poſ
ſeſsio accreſcit, authentica hoc am-
plius C. de fideicom. ibi: *Defertur*
ſubſtitutis, mox ordine ſeruato cohære-
dibus. Et ratio eſt, quia ſubſtitutus
28 venit ex expreſſa voluntate teſta-
toris, ius vero accreſcendi ex ta-
cita Menoch. conſ. 688. nu. 6. vol.
7. & conſ. 220. num. 133. vol. 3. &
dicitur tacita ſubſtitutio vulgaris
l. quia tacita ff. de hære. inſt. Oddo
de reſt. in integr. q. 62. nu. 104. &
expreſſum facit ceſſare tacitum l.
cum ex filio, vbi Bart. ff. de vulga.
& pupil. Bal. in l. teſtamento C. de
impub. Bertachi. in reper. in verb.
expreſsio verſ. 3. Craſſus in §. ſub
ſtitutio q. 13. num. 1. in fine, Paul.
Leon. in tract. ſubſt. in materia vul
29 garis num. 141. vel quia prouiſio
hominis facit ceſſare prouiſionẽ
legi,

Digitized by Google

legis.Craſſus in §.ſubſtituti q.13. num.1.in fin.l.fin.C. de pact. conuent.Socin.Iun.in l. ſtipulationes non diuiduntur n.418.ff. de verb. oblig.l.maritus C. de procur. Salic.in l.cum in antiquioribus nu.
30 6.verſ.6.C.de iure deliber. Cum igitur dicti Caldarers ſint expreſſè à teſtatrice vocati, & ſubſtituti in caſu ſequuto,quòd dicti Franciſcus,& Iacobus de la Torre ſine liberis decederent,præferẽdi ſunt dicto Doctori Vrſo venienti ex tacita mente defunctæ,& ex prouiſione legis virtute iuris accreſcendi, quod principaliter prouenit ex legis diſpoſitione, & ſecundariò ex teſtatoris iudicio, ſeu tacita,& coniecturata voluntate defuncti,vt poſt Bart.Decium, & alios, quos allegat, hãc dicit communẽ, & receptiorem ſententiam Craſſus in tract.de ſucceſ.§. ius accreſcendi q.2.& vt inquit Mantic. de coniect.vlt.vol.lib.4.tit.11.num.
31 24.Quando vnus eſt ſubſtitutus, & alius coniunctus,ſubſtitutio ius coniuncti excludit,quia per ſubſtitutionem expreſſam ceſſat præſumptio tacitæ voluntatis,quæ ex coniunctione elicitur.
32 Tertiò,licet coniunctus ratione iuris accreſcendi admittatur ad portionem cohæredis, & plerunque ſubſtitutum excludat, tamen, (vt inquit Pereg.de fideicom. art. 13.num.48.) vt coniunctus ſubſtitutum excludat, hæc concurrere oportet. Primum, quòd ſit de liberis.Secũdum, quòd in ſucceſsione defuncti in totum excludat ſubſtitutum,ita quòd ſubſtitutus cum eo non concurrat. Tertium, quòd ſit de honoratis,aut in conditione poſitis.Hæc autem tria clarè fuerunt de mente Bart.in d.§.cum ita, Salic. in l.pen.col.vlt.C.de impu. Bald.d.conſ.271.Subſtitutio.lib. 3.Paul.Caſtr.cõſ.123.lib.1.& melius 449.lib.2.Corn.conſ. 276.n. 13.in 3.latiſsimè Zanch. nu. 463. & iterum nu.1071. & pulchrè Decia.conſ.1.nu.129.lib.2.licet hoc tertium requiſitum nõ eſſe neceſſarium ſcripſerunt plures relati à Pereg.d.num.48.verſ.Sed contra. Hæc autem non concurrunt in caſu noſtro.Ergo &c.

33 Quartò, pluralitas reſoluitur in ſuas ſingularitates in materia fideicommiſſariæ l.fin.§.filium, & ibi Paul.de Caſtr.& alij deleg. 2. l.Lucius 78.§.Caio ff. ad Trebell. quod procedit, quando ſumus in extraneis Cæſar de Barzis deciſ. Bono.6.num.50. & hanc dicit cõmunem Pariſ.conſ.42.num.8.2.p. exactè Pereg.conſ.37.num. 6.lib. 3.& dixi latè in mea deciſ. 52. nu. 12.pri.par.vbi num.30.retuli,hãc opinionem fuiſſe canonizatã cũ regia ſententia lata in ſacra Regia Audientia Valentina in fauorem Petri,& Chriſtophori Verges cõtra Matthæum,& Vincentiũ Mayerdo,pub.per Fran.Paul.Alrreus die 1. Ianuarij 1606. confirmata in S.S.R.Aragonum conſ. & poſt Rui.conſ.115.nu.12.lib.3. Pariſ. conſ.18.num.1.lib.3. Alex.conſ.

93.

93.num.9.lib.3.Mantic. de coniè ctu.lib.7.tit.5.nu.17.in Rota fuiſſe dictum in firmana fideicommiſſi 5.Maij 1593.coram bo.memo, Seraphi. & in Ceſenaten. bonor. 23.Ianuarij 1608.coram Reuerendiſsimo D.Attrebaten.refert Far. deciſ.316.nu.4.in princ.tom.1 primæ partis deciſ.Rot.Roma.& Mãtic.per eum ibi allegatus inquit:

34 Quòd ſi teſtator diſpoſuit,vt poſt mortem filiarum,quas prius vocauit,bona perueniant ad filios earum, intelligitur filios cuiuslibet ſubſtituiſſe in parte ,ad quàm mater eorum fuerat vocata, ſed filios vnius non intelligitur amitæ ſubſtituiſſe Seraphi. deciſ.409.num. 6.p.part.Ergo in caſu noſtro,quãdo teſtator vocauit Franciſcũ de la Torre,Iacobum de la Torre,& Elionorem de la Torre,& poſt eorum obitum eorumdem filios legitimos,& naturales,cenſetur vocare in portione Frãciſci eius filios, & in portione Iacobi eius filios, & Doctorem Vrſo filium Eleonoris de la Torre in portione dictæ eius matris,non autem ad portionem dictorum Franciſci, & Iacobi eius auunculorum , & cum dictus Doctor Vrſo non ſit de liberis teſtatricis, ſed collateralis,non poteſt excludere dictos Caldarers ſubſtitutos,nam,vt inquit Peregr.

35 de fideicom.art.13.n.48. Ad hoc, vt coniunctus ſubſtitutum excludat,requiritur, quòd ſit de liberis teſtatoris. Nec obſtant in cõtrarium adducta. Ad primum enim reſpondetur,verum eſſe,inter coniunctos verbis tantùm in ſubſtitutione fideicommiſſaria locum eſſe iuri accreſcendi l.vnica §. vbi au-

36 tem legatarij C.de cadu.tolle.Hoc tamen non procedit,quando à teſtatore datus eſt ſubſtitutus, tunc enim iſte præfertur coniuncto; vt probaui ſupra num.27. & ſatis deducitur ex d. l. vnica §. in primo, ibi: *Niſi vacuatis vel ſubſtitutus ſuppoſitus, vel coniunctus fuerat aggregatus.* vbi primo nominatur ſubſtitutus tanquam à teſtatore expreſſe vocatus,& ſecundo loco coniũctus quaſi in ſubſidium vti à lege vocatus virtute iuris accreſcendi.

37 Nec obſtat 2. licet enim coniũctus re,& verbis cæteris præferatur l. re coniuncti in §. præfertur de leg.3.hoc tamen intelligitur,vt præferatur coniuncto re tantùm, vel verbis tantùm,non tamẽ præferatur ſubſtituto l.2.§. ſi duo ff.de bon.poſſeſ.ſecun.tab. & latius dixi ſupra num.27.Vnde cum in caſu noſtro Petrus Ioannes Caldarer,Sebaſtianus Caldarer, & Suſanna Caldarer ſint ſubſtituti,præferentur dicto Doctori Vrſo coniũcto. Præterea forſan dictus Do-

38 ctor Vrſo de rigore iuris non eſſet coniunctus cum ſuis auunculis,attenta declaratione, quam fecit teſtatrix,dicendo, quòd,decedentibus hæredibus ab ea inſtitutis, eodem modo ſuccederent in tribus æquis partibus ab eadem ſubſtituti, in illis verbis: *Y es ma voluntat, que de la matrixa manera heretens*

Digitized by Google

hereu̇, y ſuccehēſquē entres parts iguals de ma herencia. Nam licet à principio omnes hæredes inſtituerit, tamē poſtea declarauit, intellexiſſe, quemlibet eorum in tertia parte hæredem inſtituere, quo caſu ceſſat ius accreſcendi l. Lucius 78. §. qui habebat ff. ad Trebell. & in hoc caſu teſtatrix nō tam coniunxiſſe, quàm celerius dixiſſe videtur l. ſi ita quis hæredes 66. de hæredibus inſtituendis.

39 Nec obſtat tertium, quia reſpō deo, illud procedere quoties ſubſtitutio fuit vulgaris ita concepta, ſi hæredes non erunt, Titium ſubſtituo, & in his terminis loquitur Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 4. tit. 11. nu. 25. & idem Mantic. lib. 11. tit. 5. n. 24. refert, aliquos idem tenuiſſe, quando ſubſtitutio fidei-
40 commiſſaria facta fuit in toto, quia cum ſubſtitutus, impleta conditione in perſona primi, totum conſequi nō poſſit, nō videtur in hunc caſum vocatus, inquit tamen Mantica, hanc limitationem veriſsimā eſſe, ſi intelligatur inter grauatos facta reciproca ſubſtitutio, ſed ea ceſſante, eſſe maximè dubiam, & aliud tenuiſſe Angelū, Imol. & Alex. in d. §. cum ita, idem Angel, Imol. Raphaël Cuma. & Paul. Caſtren. in d. l. Lucius §. Caio, & in d. l. quidā teſtamento, & Raphaël Fulgoſ. in d. l. pen. C. de impub. & alijs ſubſt. & alij plerique, & maximè Socin. Sen. qui eam teſtatur communem in conſ. 94. num. 16. & ſeq. vol. 4. Et hanc ſententiam communem, & in practica ſeruari dixiſſe Ripam. in l. hæredes mei §. cum ita num. 136. ſed poſtea ſubiungere, hunc punctum eſſe terribilem, & periculoſum, & opinionem Bartoli tueri, quam etiam hodie dicit communem videri, ſi authoritates computentur. Itaque contrarium procedit in ſubſtitutione vulgari, cuius rei rationem reddit Bart. in d. l. hæredes mei §.
41 cum ita ad Tebell. nu. 4. verſ. vel verius, quia ſubſtitutio vulgaris locum habet ante aditam hæreditatem, & ſic eo tempore, quo eſt locus iuri accreſcendi inter hære-
42 des, vnde niſi conditio exiſtat in perſona vtriuſque, ſecundū quod verba ſonant, non vocatur ſubſtitutus, videntur enim illi plures ſimul coniuncti vnum corpus, vt C. de cad. toll. l. vnic. §. his ita ver. Hæc ita tam variè: cum natura verborum, & propria ſignificatio requirat, quòd in perſona vtriuſque exiſtat conditio ſubſtitutionis, ab hac non receditur, eſt enim alius, cui poteſt queri per ius accreſcen-
43 di expræſumpta voluntate defuncti. Sed ſubſtitutio pupillaris, & etiam fideicommiſſaria habēt locū poſt aditam hereditatem, & poſt emolumētum quæſitum, & ſic ceſſat ius accreſcendi l. 1. in fi. de vſu fruc. accreſcen. & ideo ſi in vnius perſona exiſtat conditio, eſt locus fideicommiſſo. Hactenùs Bart.

Nec obſtat quartum, quod ſcribit Hier. Zanch. in rep. §. cum ita 2. p. num. 35. & 8. part. num. 275.

nam

nam Zanch. refert ad ea, quæ ſcribit Bartol. in d. §. cum ita circa finem, & Corneus in conſil. 298. colum. 4. vol. 4. Et quæ ſupradicti ſcribunt nobis non obſtăt, Bartol. enim in d. §. cum ita
44 in fine inquit, quòd ſecundum interpretationem, quæ ex defuncti mente colligitur, ſi ſupereſt aliquis de liberis, qui ſubſtitutum ex præſumta voluntate defuncti excludat, & ſubſtitutus excluditur, ſi vero nullus ſupereſt, qui eum excludat, ſed illi, qui ſuperſunt, ſunt in eodem vel pari gradu cum eo, & tunc ſubſtitutus admittitur, & ipſe Zanchu. ſe declarat in dicto §. cum
45 ita numer. 194. 195. 195. & Peregr. conſil. 30. numer. 17. & 18. volum. 3. vt intelligatur, quando coniunctus ſuperſtes eſt mamagis dilectus quàm ſubſtitutus, & ſi rectè ponderetur dicta Bartol. doctrina, qui vult, eſſe de liberis, vt ſubſtitutum excludat, potius facit pro hac opinione, nam in caſu noſtro Doctor Vrſo non eſt de liberis teſtatricis, & cum ea ſunt in pari gradu Petrus Caldarer, & eius fratres, ac dictus Doctor Vrſo, cum omnes ſint filij ſororum teſtatricis, & ita dicti Caldarers ſubſtituti admittuntur, & Corneus dicto conſ. 298. numer. 8. volum. 4. loquitur in ſubſtitutione vulgari propter rationem, quam reddidi ſupra numer. 39. & in caſu noſtro non verſamur in ſubſtitutione vulgari, ſed in fideicommiſſaria.

46 Nec obſtat l. quidam teſtamento 30. ff. de vulg. (ſupra allegata num. 13.) loquitur enim in vulgari ſubſtitutione vt inquiũt Zanch. in l. hæredes mei §. cum ita ad Trebell. 8. par. n. 204. vel ſ. Ex prædictis, Bart. Soc. conſil. 94. num. 18. lib. 4. & Pereg. de fideicommi. art. 13. num. 54. qui cùm num. 53. docuiſſet, in fideicommiſſaria ſubſtitutione poſt mortem plurium facta quemlibet in ſua portione videri grauatum, & locum eſſe ſubſtituto poſtea in dicto num. 54. inquit, nõ obſtare dictam l. quidam teſtamento, vbi in vulgari ſumitur contrarium argumẽtum, quòd ex quo teſtator vocauit ſubſtitutum in tota, ideo ex vulgari, non adeunte vno hæredum portionem ſuam, ſubſtitutus non admittitur, niſi tota hæreditas vacet per non aditionem alterius cohæredis, & ius accreſcendi inter cohæredes magis euidenter videtur reſeruatum in caſu dictæ legis, vbi, quantumuis verum ſit, neque Sociam, neq; Florum ſubſtitutos in ſecũdo gradu fuiſſe hæredes, ac ideo videretur purificata conditio ſubſtitutionis in tertio gradu de Colonia, & alijs, attamen ſicuti inter ſecundò ſubſtitutos ſeruatum erat ius accreſcendi ad excluſionẽ ſubſtitutorũ in tertio gradũ, ſic & inter inſtitutos in primo gradu, qui fuerunt prædilecti, ideóq; ſubſtituti in tertio gradu nõ aliter admittuntur,

tuntur, niſi tota vacet hæreditas, & hæc eſt vera interpretatio illius tex. In fideicommiſſaria autẽ aliud eſt, nam locum habet poſt rem quæſitam, quo caſu ceſſat ius accreſcendi inter grauatos, ideo ratio illa, ſi totam habere voluit, ergo & cuiuſlibet partem, quia partem cuiuſlibet capiendo, totum conſequitur, & partem primi morientis non poſſet capere à ſecundo ob deffectum iuris accreſcendi, & citra reciprocam inter eos, ideo cuiuſlibet morientis partem ſubſtitutus capit iure fideicommiſſariæ. Hactenus Peregrin. dicit autem Bartholo. Socin. conſil. 94. numer. 18. lib. 4. ideo diſpoſita in d. l. quidam teſtamento de vulgar. locum habere, quia de natura ſubſtitutionis vulgaris factæ pluribus cohæ-
47 redibus ſimul eſt, vt regulariter non admittatur ſubſtitutus, niſi omnibus repudiantibus l. quamuis cum gloſ. C. de impuberum & alijs ſubſtitut. & notant Bart. & alij in d. §. cum ita, cuius contrarium eſt in fideicommiſſaria,
48 in qua, purificata conditione in perſona vnius, ſubſtitutus admittitur, vt eſt caſus in l. Lucius §. Caio. ff. ad Trebell. vbi hoc tenet Paul. Caſtren. idem etiam docent Peregrin. de fideicomiſ. articul. 15. numer. 52. & 54. & Mantic. de coniectur. vltim. volun. libr. 11. titul. 5. numer. 25. & licet Bartol. & Bald. in d. l. quidam teſtamento inquiunt, etiam in ſubſtitutione fideicommiſſaria, purificata conditione in perſona vnius, non admitti ſubſtitutum, quando ſubſtitutio fuit facta in tota hæreditate, quia tunc videtur, quòd purificari debeat conditio in perſona omnium, tamen inquit Bartholom. Socin. in d. conſil. 94. numer. 16. dictam opinionem Bartol. & Bald. non eſſe veram, & communiter non teneri, & quòd contra eam opinionem eſt caſus in l. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebell. in verbo: *Omnem hereditatem*, & ſic fuit appoſitum verbum ſignificans totalitatem, & tamen ſubſtitutio reſoluitur in ſingularitates, & ibi hoc tenent Angel. Imol. Rapha. Cuma. Paul. Caſtr. & communiter moderni.

49. Præterea etiam in dicto §. cum ita erat poſitum aliud verbum, ex cuius proprietate fortius induci videbatur, quòd ſubſtitutio non deberet reſolui in ſingularitates, ſcilicet verbum vtrumque, & tamen reſoluitur. Contra Bart. etiam eſt caſus, ſi non cauilletur in l. fin. §. filium ff. de leg. 2. vbi ponitur dictio vniuerſalis: *Quicquid*, & tamen ſubſtitutio reſoluitur in ſingularitates, quia ſubſtitutus ſuccedit in parte vltimi morientis dumtaxat, & hanc opinionem contra Bartol. tenent Angel. Imol. Raphaël Cuma. & Paulus Caſtrenſ. in dicta l. quidam teſtamento, & reſpondent ad illum textum, quod loqui-

tur

Digitized by Google

50 tur in ſubſtitutione vulgari, in qua teſtator, apponendo dicta verba, videtur voluiſſe conſeruare ius accreſcendi inter cohæredes, quod locum habet ante aditam hæreditatem, ſed iſta ratio ceſſat in fideicommiſſaria, quę locum habet poſt aditam hæreditatem, & ſic non poteſt regula iuris accreſcendi locum habere, & iſta fuit ratio diuerſitatis aſsignata per Bart. in alia quæſtione in dicto §. cum ita. Et hanc opinionem ſequitur Alex. in dicta l. quidam teſtamento dicens, quòd ſecundum illam ſæpius conſuluit, & ita aliàs ſecundum eius conſilium in magna cauſa fuit iudicatum in Conſi-illuſtriſsim. Ducis Ferrariæ, exiſtēte aduocato dicto Bartholomeo Socino. & Manti. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 5. num. 24. inquit, eſſe veriſsimam hāc limitationem, quòd quando ſubſtitutio fideicōmiſſaria facta fuerit in totum, ſi tātum vnus ex inſtitutis ſine liberis deceſſerit, non ſuccedat ſubſtitutus, ſi intelligatur inter grauatos facta reciproca ſubſtitutio, ſed, ea ceſſante, ait, eſſe maximè dubiam, nam aliud tenent Angel. Imol. & Alexand. in d. §. cum ita. Idem Angel. Imol. Rapha. Cuma. & Paul. Caſtre. & Raphaël Fulg. in d. l. pen. C. de impub. & ali. ſubſt. & alij plerique, & maximè Socin. Sen. qui eam teſtatur communem in conſil. 94. numer. 16. volu. 4. & hanc quidem ſententiam communem eſſe, & in practica ſeruari, poſt alios teſtatur etiam Ripa in d. §. cum ita numer. 136. ſed poſtea ſubiungit, hunc punctum eſſe terribilem, & periculoſum, & opinionem Bartoli tuetur, quàm etiam hodie dicit communem videri, ſi authoritates computentur, & ſimiliter eam deffendit, & teſtatur hodie communem eſſe, & Socin. Iun. vt inquit Mantic. d. libr. 11. tit. 5. numer. 24. qui numer. 25. ait probari in d. l. quidam teſtamento ff. de vulga. quæ, licet loquatur de ſuſtitutione vulgari, tamen non admittit ſubſtitutum niſi tota hæreditas vacauerit, nam ea videtur voluntas patris familias fuiſſe, vt tertio gradu ſcriptos hæredes ita demum ſubſtitueret, ſi tota hæreditas vacaſſet. Hactenus Mantica, qui latius proſequitur d. num. 25.

51 Nec obſtat ſextum de quo ſupra numer. 14. nam verum eſt, teſtatricem magis dilexiſſe hæredes inſtitutos, videlicet vnumquemque eorum in parte ei relicta, quàm ſubſtitutos, tamen in partibus cohæredum magis dilexit eis ſubſtitutos, quos expreſſè vocauit ad portiones delatas fratribus decedentibus ſine liberis, quàm alium cohæredem, & ita verum eſt, Eleonorem de la Torre, & Doctorem Vrſo dictæ Eleonoris filium in tertia hæreditatis parte eidem Eleonori relicta eſſe præferendos dictis Petro, Sebaſtiano, & Suſahnæ ſubſtitu-

ſtitutis. Sed in alijs duabus tertijs partibus relictis Franciſco, & Iacobo duobus ex tribus hæredibus inſtitutis magis dilecti videntur dicti ſubſtituti, quod ſatis probatur in d.l. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebell. ibi: *Sed cùm in fideicommiſsis voluntatem ſpectari conueniat: abſurdum eſſe reſpondi, ceſſante prima ſubſtitutione partis nepti petitionem denegari, quam totum habere voluit auus, ſi nouiſsimus fratris quoque portionem ſuſcepiſſet.*

52 Nec est abſurdum dicere, quòd dicti Caldarers, qui ſunt filij ſororis teſtatricis, accipiant integriter duas tertias partes hæreditatis delatas dictis Franciſco, & Iacobo hæredibus inſtitutis, & dictus Doctor Vrſo, qui eſt filius alterius ſororis prædilectæ, nihil ex dictis duabus tertijs partibus percipiat, & ſic videtur deterioris conditionis. Namque conſiderandum eſt, immo eſſe melioris conditionis, ex quo habet certam tertiam partem hæreditatis Eleonori eius matri relictam, dictis autem Caldarers nihil certum fuit relictum, nam, ſi prædicti Franciſcus, & Iacobus de la Torre ex hoc ſeculo migraſſent, liberis relictis, nihil penitus haberent dicti Caldarers ex bonis dictæ hæreditatis, & præſtat habere tertiam partem abſque dubio, quàm ſpem ſuccedendi in alijs duabus tertijs partibus cum tanta incertitudine. Et quia dicti Caldarers, qui etiam erant filij ſororis teſtatricis, in inſtitutione nullam habebant portionem, & in ſubſtitutione, defecta conditione, nihil penitus habebant, credendum eſt, in caſu incerto adimpletæ conditionis teſtatricem eis voluiſſe relinquere duas tertias partes, vt ſic, quemadmodum reliquerat abſque dubio dicto Vrſo filio ſororis ſuperſtitis, dicti etiam Caldarers ſaltem cum dicta incertitudine, ſequuto caſu ſubſtitutionis, à teſtatrice honorarentur, licet, ſi optionem haberent dicti Vrſo, & Caldarers, credendum eſt, quòd potius quilibet eorum eligeret inſtitui in tertia hæreditatis parte, quam ſub incerta conditione mortis dictorum Franciſci, & Iacobi ſine liberis vocari ad portiones ſæpe dictorum Franciſci, & Iacobi, & cum omnes eſſent filij ſororum teſtatricis, credendum eſt, ab ea omnes fuiſſe dilectos, dictum Vrſo in tertia parte hæreditatis, ad quam in locum ipſius matris fuit vocatus, dictos vero Caldarers in duabus partibus dictis Franciſco, & Iacobo eius auunculis relictis, in quibus reperiuntur ſubſtituti.

53 Nec obſtat deciſio Senatus Toloſani Gerardi Maynardi 10. lib. 5. ibi enim nō fuit datus ſubſtitutus, qui poſſet præferri ijs, qui volebant venire per ius accreſcendi. Sed tantum controuerſia erat inter Martinum de Verger prætendentem, ex quo vxor Deſiderij,

& Fran-

& Franciſcus de Bors ſimul cum
eo virtute fideicommiſsi ad hæ-
reditatem vocati prædeceſſerant,
ipſum ſuccedere in vniuerſali hæ
reditate, videlicet in quadrante ex
proprio capite, in alijs verò tribus
quadrantibus ex iure accreſcendi.
Et inter Antonium Matet poſſeſ-
ſorem bonorum in fideicommiſſo
recadentium prætendentem, non
eſſe locum iuri accreſcendi in ſub
ſtitutione fideicommiſſaria inter
coniunctos verbis tantùm. Et me-
rito per arreſtum Senatus Toloſa
ni fuit iudicatum, locum eſſe iuri
accreſcendi iuxta ea, quæ dixi ſu-
pra num. 1. & in caſu noſtro hoc
non negamus, ſed tantùm conten-
dimus, Petrum, Sebaſtianum, & Su
ſannā ſubſtitutos hæredib⁹ inſtitu
tis, præferēdos eſſe Doctori Vrſo
in ſubſtitutione fideicommiſſaria
verbis cōiūcto venięti per ius ac-
creſcēdi iuxta ea, quæ latè proba
ui ſupra n. 23. 24. 25. 26. 27. & 28.

54 Nec obſtat l. quamuis C. de im-
pub. de qua ſupra nu. 17. quia reſ-
pondet Bart. in l. hæredes mei §.
cum ita ad Trebell. num. 4. loqui
in ſubſtitutione vulgari, ſecus eſſe
in fideicommiſſaria iuxta dictum
§. cum ita, & poteſt (inquit) eſſe ra
tio, quia vulgaris ſubſtitutio reſpi
cit vnum effectum, ſcilicet volun-
tatē teſtatoris, ideo facta cōmuni-
ter pluribus nō reſoluitur in plu-
res ſingularitates, fideicōmiſſaria
verò reſpicit plures effectus, vel
verius quia ſubſtitutio vulgaris lo
cum habet ante aditā hæreditatē,
& ſic eo tempore, quo eſt locus iu
ri accreſcēdi inter hæredes, vnde
niſi cōditio exiſtat in perſona v-
triuſq; non vocatur ſubſtitutus,
quia plures ſimul cōiūcti videtur
vnū corpus, ſecus eſt in fideicōmiſ
ſaria, quæ habet locū poſt aditā hę
reditatē, & ſic ceſſat ius accreſcen
di, & ideo, ſi in vnius perſona exi-
ſtat cōditio, eſt locus fideicōmiſſo
quia nō eſt ali⁹, cui poſsit accreſce
re ex præſūpta volūtate teſtatoris.

55 Ad l. pen. C. de impub. de qua ſu
pra n. 18. reſpōdet ibi gl. in verbo
cū vterq; ſpeciale eſſe in filijs, ſecus
in extraneis, & eadē gl. in additio-
ne inquit, aut ſupereſt aliquis de li
beris, qui expręſūta volūtate defū
cti ſubſtitutos excludat, & tūc ſub
ſtitutus excluditur, & ita loquitur
d. l. pen. in qua teſtator, duob⁹ im-
puberib⁹ filijs hæredib⁹ ſuis inſti-
tutis adiecit, ſi vterq; pubes deceſ
ſerit, illū ſibi hæredē eſſe ſcilicet
Titiū, vt ait ibi gloſſa, hoc enim ca
ſu nō eſt veriſimile, teſtatorē vo-
luiſſe pręferri Titiū ſubſtitutū alte
ri filio impuberi ſibi ſuperſtiti, ſę-
cus tamē eſt in caſu noſtro, quia nō
fuerūt inſtituti filij, ſed fratres te-
ſtatricis, & Doctor Vrſo nō eſt de
liberis teſtatricis, ſed in pari gradu
cū dictis Caldarers, & hoc idē ſē
tit Bart. in d. §. cū ita n. 3. ver. Vn-
56 de, dicēdo: *Vnde ſoluit gl. tertio modo
hic, & benè, nā ibi (ſcilicet in d. l. pen.
C. de impub.) cōditio exiſtit in perſona
primi moriētis, vnde remanebat alius
filius teſtatoris, qui ex præſumpta vo-
lūtate defūcti excludit ſubſtitutū extra*

neum l. cũ acutiſsimi C. de fideicom. l. cũ auuſ. ff. de cõd. & demõſtra. ſed hic (ſcilicet in d. l. hæredes mei §. cũ ita ad Trebell.) exiſtit cõditio in perſona vlti mi moriẽtis Vnde nõ ſupereſt alius, qui ex præſumpta volũtate defuncti ſubſtitutũ excludat, meritò ſubſtitutus ad mittitur. Iſta ſolutio probatur ad literã in l. ſi is qui ducenta §. Item ſi pater ff. de rebus dubijs.

57 Nec obſtat l. fin. C. de inſtitu. de qua ſuprà num. 19. vbi mater cohæres præfertur ſubſtituto pupillari. Reſpondeo enim primò, ibi non eſſe expreſſam ſubſtitutionem, vt in caſu noſtro, ſed ſubſtitutum venire ex tacita pupillari, quæ non excludit matrem, notat ibi gloſ. in verbo *prior*. Antonius Gomez tom. 1. var. reſolut. cap. 4. de pupillari ſubſtitutione num. 8. vbi hanc facit differentiam inter ſubſtitutionem expreſſam, & tacitam, & ibi Emanuel Suarez à Ribeira in additione, pupillaris enim expreſſa excludit matrem l. Papinianus §. ſed neque impuberis ff. de inoff. l. precibus C. de impub. c. ſi pater de teſtamen. in 6. & latiſsimè probat D. Nicolaus Intriglio. de ſubſtit. cẽtur. 1. quæſt. 90. vbi multos refert Doctores affirmantes, non ſolum hanc eſſe communem, & receptiſsimam ſententiam, ſed etiam totum orbem ſectari, & nullum du

58 bitare, nec contrarium ſentire. Pupillaris autem tacita comprehenſa ſub expreſſa vulgari non excludit matrẽ l. precibus C. de impub. & ibi glo. in verbo *omnimodo*, Bar. in l. 2. ff. de vulg. n. 32. & dicunt cõmunem Menoch. & plures ab eo relati de præſumptio. lib. 4. præſump. 39. n. 1. & in numeri relati à D. Nicolao Intriglio. de ſubſtitu. cent. 1. quæſt. 92. n. 1. eamque tenuerunt Matthæ. de Afflict. deciſ. 38. n. 5. & ſi. teſtatur, iuxta eã fuiſſe iudicatum in Sacro Con. Neapo. Theſau. deciſ. 200. nu. 6. Franciſ. March. deciſ. 175. n. 5. 2. p. & ibidẽ Intriglio. reſpondet contrarijs argumentis. Hic autem caſus longe eſt a noſtro diuerſus, nã hic nõ verſamur in tacita pupillari, ſed in fideicommiſſaria, in qua expreſsè fuerũt vocati dicti Caldarers filij ſororis teſtatricis, qui non agunt de excludẽdo matrẽ, ſed Doctorẽ Vrſo cõſobrinũ in eodem gradu cum eis exiſtentẽ. Præterea Surd. in deciſ. 54. num. 2. cũ tribus ſeq. recte cõſiderat, perſonã valde coniunctam teſtatori, cũ poſsit per ius accreſcẽdi admitti, excludere ſubſtitutũ d. l. fi. C. de inſti. ſed inquit, nõ ſufficere ſimplicem coniunctionem ſanguinis, niſi ſit filius teſtato

59 ris. Nam filium, bene verum eſt, ſuccedere per ius accreſcendi, non habita ratione ſubſtituti ſecundum Bart. in d. l. quidam teſtamento ff. de vulg. Bolon. conſil. 66. num. 7. vbi dicit, procedere coniecturam in ſolo filio, ideo non extendit ad priuignum, quia ſola ſanguinis coniunctio nõ eſt ſufficiẽs Mãt. d. lib. 4. tit. 10. num. 21. & quę dicunt Doctores. in l. quidam teſtamen-

ſtamento, & in l.fin. C. de inſtitu. & ſubſtitu. procedunt, quando ſubſtitutio non erat expreſſa, ſed tacita, tunc enim, ſi extitit filius, pro quo millitat præſumpta teſtatoris voluntas, ille excludit ſubſtitutum, atque ita declarat Iaſ. in l. reconiuncti de leg. 3. num. 157. Ripa num. 127. & ſequen. vbi dicit, quòd, ſi quælibet ſanguinis coniunctio, vel dilectio ſufficeret, ſemper ſubſtitutus excluderetur, quia inſtitutus ſemper præſumitur prædilectus ſubſtituto. Rurſus in l.fi. eſt contentio inter DD. an ille textus loquatur de matre teſtatoris, vel de matre pupilli, & an loquatur de pupillari, vel vulgari, omnes tamen ibi conueniunt, quòd intelligatur de tacita, vt per Bart. Ang. Imol. Soci. & Alexand. quos citat Mant. d. tracta. de coniectu. lib. 5. tit. 4. num. 6. Craſſus §. Subſtitutio. quæſtio. 12. num. 5. Caſtr. in d.l. fin. C. de inſtitu. & ſubſtitu. dicit, ibi ius accreſcendi excludere ſubſtitutum non ſimpliciter, quia eſſet mater, ſed quia concurrebãt tria. Primò, erat mater. Secũdò, erat cum filio inſtituta. Tertiò, ſubſtitutus habebat ſolam tacitam voluntatem, Iaſ. d.l. fin. n. 6. Mant. d. tit. 4. n. 23. & Rip. num. 127. dicit, illud eſſe ſpeciale fauore matris. Stat ergo concluſio, ibi ſubſtitutũ fuiſſe ſolũ tacitè vocatũ, quo circa non poteſt facere negotium, quia ſubſtituti in caſu noſtro habent expreſſam voluntatem teſtatoris.

61 Nec vndecimum obſtat, ſcilicet quod ſcribit Stepha. Gratian. diſcep. foren. li. 3. c. 299. caſus enim, de quo ibi, diuerſus eſt à noſtro, nã, vt ait n. 1. Marcus, & Popeius fuerũt inuicẽ ſubſtituti, quo caſu ſubſtitutus poſt eorũ mortẽ nõ admittitur, niſi ambo illi inſtituti deceſſerint, quaſi tũc præcedat prouiſio teſtatoris, quæ facit, vt pluralitas nõ reſoluatur in ſuas ſingularitates, Bal. in l. 1. n. 4. ad finẽ verſ. Sed quomodo C. de cõd. in ſert. Caſtr. coſ. 433. Præſuppoſito poſt princip. ver. Vnde remanẽt ambæ li. 2. & ibi põderat Gratiã. ſubſtitutionẽ eſſe compẽdioſam, quæ cõtinet vulgarẽ, maximè quia in teſtamento, de quo ibi, aderat illa clauſula, vulgariter, pupillariter, & per fidei commiſſum. Vnde vulgariter ſubſtitutus non admittitur niſi deceſſerint duo illi, quibus eſt facta ſubſtitutio, & hic caſus eſt diuerſus à noſtro, & quod ibidem ſcribit nu. 6. quòd pluralitas nõn reſoluitur in ſingularitates, cũm ſimus in altero ex vocatis ſuperſtite, qui ex præſumpta mente teſtatoris cenſetur magis dilectus quàm ſubſtitutus tanquam proximior, etiam non applicatur caſui noſtro, quia Doctor Vrſo non eſt proximior teſtatrici, ſed in æquali gradu cum dictis Caldarers, omnes enim ſunt filij ſororum eiuſdem teſtatricis, & dictus Vrſo non deſcendit à teſtatrice, vt dicere poſsimus, ex præſumpta voluntate teſtatricis excludi ſubſtitutũ, & doctrinæ

per dictum Gratian. allegatæ nu. 6.& maximè Mantic. de coniect. lib.11.tit. 5. num. 18. loquuntur
62 in his terminis,& ibidem Mantic. num.17. hanc ponit certiſsimam concluſionem,& communiter receptam,quòd ſi ſimpliciter pluribus facta ſit fideicommiſſaria ſubſtitutio ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerint, in cuiuſcunque perſona conditio extiterit,ſubſtitutio locum habet,& eam reſtringit,quando ſupereſt perſona,quæ ex præſumpta teſtatoris voluntate excludit ſubſtitutum, & reddit rationem, nam ſequenda eſt verò ſimilis voluntas teſtatoris, quę filio ipſius,magis quã extraneo ſuffragatur.

63 Ad duodecimum reſpondeo, quòd licet Doctores allegati ſupra num.21.quos refert don Nicolaus Intriglio.de ſubſtitu. cẽt.2.q. 74. num.37.tenuerint,reciprocã ſubſtitutionem inductam cenſeri inter dictos tres inſtitutos,tamen cõmunis opinio eſt in contrarium, vt refert idem Intriglio.in eadem quæſt.num,34.35.& 36.vbi dicit, hanc eſſe magis communem opinionem iuxta Anto. Gab. lib. 4. com.tit.de ſubſtitu.concluſ.1.nu. 1.& 3.& tenuerunt Angel.Imol. Paul.de Caſtr,& Alex. in l. ſi pater impuberis ff. de vulg. & pup. ſubſt.& in l.pater filium §. duob' ff.ad l.falcid.idem Alex. conſ. 11. col.3.verſ.Probatur etiam vol. 3. Soc. conſ. 103.col.pen. vol. 3.& conſ.249.col. 5.verſ. Aliquando; & tertiò,& conſ.238.col. fin.verſ. Et licet ex dictis,Alex.conſ.10. vol.4.Bertrand.conſ.6.col.4. vol. 2.vbi dicit, hanc eſſe opinionem communem Iaſ.conſ.142.col.10. verſ.Et ſi aliquis ſubtiliter vol. 2. vbi etiam teſtatur communem opinionẽ Soc.conſ.113.col.fin. verſ. & licet ex dictis Iaſ. in l. poteſt col.2.in fin.ff.de vulg.& pup. ſubſtit. & in l. pen. col.4. C. eod. & conſ.41.in fine vol.1. Pariſ. conſ. 42.col.4.& fin.vol.2. vbi teſtatur communem opinionẽ,Ruin.conſ. 134.col.4.vol.3.Rip.in l.hæredes mei §.cum ita num.14.verſ.Prima concluſio ff.ad Trebell. Menoch. li.4.præſ.pręſ.62.n.30.& cõſ.85. num.48.lib.1.& conſ. 376. num.
64 24.lib.4.Vbi ſubijcit, tria requiri, vt reciproca ſubſtitutio inter aliquos facta dicatur.Primò,quòd fiat expreſſè vltimo decedenti. Secũdò,quòd facta ſit in tota hæreditate, vel in omnib' bonis.Tertiò, ꝙ fuerint expreſſè vocati,nec ſufficit,quòd ſint poſiti in conditione Curt.Iun. conſ.16. n.3. Sforz. Odd.in tract. compendioſę. part, 5.art.6.num.6.verſ. Primus caſus fol.57.vbi ait,ita omnes communiter tenere,Zanch.in d.§.cum ita part.6.num.86.per l.vt ſingulis in tex. ibi: *Ius legitimarũ hæreditatum*, ff.de vulg. & pupi. ſubſt. iuncta l. 3. §. de illo ff. pro ſoc. Franc. Mantica.de coniect.vlt.vol.lib. 7. tit.5.num.6.vbi teſtatur communem opinionem, Alex. Rauden. poſt alios,quos refert deciſ. Piſa.

28.

28. num. 147. ita etiam tenet Ca-
cher. deciſ. 110. n. 12. ver. Non ob
ſtat quartum, vbi reſpondendo di
cto argumento inquit, non fuiſſe
65 factam ſubſtitutionem vltimo mo-
rienti, quamuis eſſet facta poſt mor
tem omnium, & ita non eſſe reci-
procam ſubſtitutionem, & quòd
ad illam inducendam requirantur
hæc tria. Quòd illi, inter quos de
illa inducenda agitur, ſint vocati.
Et quòd ſubſtitutio ſit facta in to-
ta hæreditate. Et vltimo morienti,
inquit Seraphi. Oliu. deciſ. 939. n.
3. part. 1. & fuit deciſum in Rota
Romana in vrbeuetan. fideicom-
miſſi 28. Aprilis 1586. corā Car
dinali Pamphilio, & aliàs ſæpius,
vt dicitur in deciſ. Rotæ Romanæ
300. num. 1. in recollectis per Fa-
rin. in p. part. tom. 1. & Cæſar Bar.
deciſ. Bonon. in 2. & deciſ. 5. num.
1. & deciſ. 6. nu. 3. 4. & 5. rationéq;
cur in hoc caſu cenſeatur inducta
reciproca ſubſtitutio, reddit Me-
noch. de præſump. lib. 4. præſump.
66 62. num. 1. prope finem in verſicu
lo huius verò ſententiæ, quia, ſi te-
ſtator voluit, vltimum morientem
reſtituere totam hæreditatem, ne-
ceſſe eſt, quòd ad eum prius tota
peruenerit, peruenire autem non
poteſt, niſi & ipſe dicatur ſubſtitu
tus præmortuo. Hæc autem ratio
ceſſat, quando ſubſtitutio eſt facta
poſt mortē omnium, vt in noſtro
caſu, non enim tunc cenſentur ad
inuicem ſubſtituti filij vnius reſ-
pectu portionis alterius, ſed filij
vnius in portione ſui patris, & ita
ſubſtitutio facta tribus fratribus
hæredibus inſtitutis, de eorum fi-
67 lijs intelligi debet diſtributiuè, ita
vt filij cenſeantur ſolum vocati, &
ſubſtituti in portione ſuorum pa-
rentum reſpectiuè, non autem in
portionibus aliorum fratrum, &
hoc ex coniectura ta teſtatoris mē
te, qui voluiſſe creditur, filios ſuc-
cedere patribus ſuis, non autem
admitti in ſucceſsione eorum cū
patruelibus, aut extraneis. Etenim
cum clauſula inſtitutionis in filijs
ſeparata accipiatur, eodem modo
& iſta ſequens nepotum, quæ in
locum prioris ſuccedit l. 1. C. de
impub. l. cohæredi §. 1. ff. de vulg.
quam rationem aſsignat Alciat.
reſponſ. 39. num. 9. lib. 9. Aliam ra
tionem aſsignat Bart. in l. hæredes
mei §. cum ita nu. 3. ff. ad Trebell.
& in l. falſa §. fin. ff. de condit. & de
68 monſt. nempe quod, vbi filij inſtitu
torum ſunt ſubſtituti per fideicō-
miſſum teſtatoris fratribus, præ-
ſumptio eſt, quòd teſtator graua-
uit vnum quemque fratrum inſti-
tutorum filijs ſuis reſtituere ſolam
portionem ſibi relictam, vt dixi ſu
pra num. 34. nam, cum fideicōmiſ-
ſum ſit onus, ſinguli grauati vide-
tur ſeparatim fuiſſe in conſidera-
tione, quia onus vnius ad alium
non pertinet. Ex quibus hanc ſen
tentiam, vt communem, & rece- 69
ptam, & in iudicando, & conſulē-
do obſeruandam poſt Bart. in l.
ſi mihi & Titio num. 6. ff. de verb.
oblig. ſequuntur Alciat. vbi ſupra,
& conſ. 87. lib. 9. Alex. conſ. 147.

num.10.vol.3.Ruin.conſ.115.n. 12.& conſ.134.nu.7.vol.3.Corn. conſ.32.lib.1.Socin.Iun.cõſ.188. vol. 2. Ceph. conſ. 401. vol. 3. Sfort.Odd.conſ.45.num.30. vſq; ad finem, Riminal. Senior conſil. 763.num.3.vol.4.Pereg.conſ.33. num.12.vol.3.Pariſ.conſ. 39. nu. 7.lib. 2. Hieronym. Gab. conſil. 140.num. 3. Menoch. qui plures allegat conſi.274.num.4.& plures alij,quos refert,& ſequitur Pereg. de fideicom.art.13.nu.72.

69 Nec obſtat decimum tertium, & vltimum argumentum,quia licet ſecundum proprietatem verborum requiratur concurſus conditionum in omnibus, ex mente tamen teſtatoris locus eſt ſubſtitutioni,in cuiuslibet perſona conditio verificetur, & pluralitas in materia hac reſoluitur in ſingularitates,vt dicit tex.in l.hæredes mei §. cũ ita ff.ad Trebell.& eſſe commune traditionẽ docent Ripa n.138. vſque ad 146.Ruin. conſ. 125. in 3.Alciat.conſ. 39.num. 19. & 20. Decius conſ.110.Socin.Iun. cõſ. 145. in 3. Pereg. de fideicom.art. 13.num.61.verſ.Sed contrà,Cancer.variarum lib.3. cap. 22. num. 146.atque ita fuiſſe deciſum in Senatu Pedemõ. teſtatur Cacher.de ciſ.110.num.6.in fi.& num.fi.

70 Ex quibus viſum fuit noſtro Regio Senatui Valentino, & concluſum, dictos Caldarers ſuccedere in dictis duabus partibus relictis ſupradictis Franciſco, & Iacobo de la Torre hæredibus inſtitutis.

Et ita fuit pronuntiatum in Regia ſententia lata in fauorem dictorũ Petri Ioannis Caldarer, & Sebaſtiani Caldarer notariorum, & Suſannæ Caldarer eorum ſororis cõtra dictum Doctorem Andreã Vrſo publicata per Franciſcum Paulum Alrreus die 31. Maij 1611. quæ etiam in gradu ſupplicationis cum voto maioris partis iudicum fuit confirmata in Sacro Supremo Regio Aragonũ conſ.ſententia publicata die 2.Maij 1616.

DECISIO CXXII.

TENVTAM FORALEM cum facultate faciendi fructus ſuos habet vidua in bonis fidei commiſſo ſubiectis, quæ maritus tempore mortis poſsidebat.

1 *Species facti.*
2 *Tenuta non eſt locus cum priuilegio faciendi fructus ſuos iuxta opinionem Olibæ in bonis fideicommiſſo ſubiectis, ſed contra n. 6.& 11.*
3 *Vidua ex diſpoſitione forali habet duntaxat tenutam in bonis mariti, & expenditur forus 9. rub.ſolut. matri.& num.7.*
4 *Soceri bona non ſunt obligata pro tenuta forali,ſed contra num. 12.*
5 *Soceri bona vbi eſſent obligata pro tenuta forali nurus,non haberet hoc locum,quando pater filio feciſſet donationem propter nuptias.*
6 *Tenuta cõpetit vxori in bonis fidei com-*

commiſſo ſubiectis per aſcendentes mariti, deficientibus bonis liberis, & in bonis, quæ maritus tẽpore mortis poſsidebat, & ita fuit deciſum.

7 *Tenuta vxori cõpetit in bonis mariti, ſui intra annum luctus, ſi dos, & augmentum non ſoluantur, & ipſa facit ſuos fructus bonorum mariti, donec dos ei reficiatur.*

8 *Vxor tenutaria tuta eſt in foro conſcientiæ, fructus bonorũ mariti percipiendo, donec dos ei reſtituatur, quod procedet etiam reſpectu bonorum fideicommiſſo ſubiectorum in defectum bonorum liberorum.*

9 *Fideicommiſſo ſubiecta ex cauſa dotis, & donationis propter nuptias poſſunt alienari, & expenditur forus 7. verſ. Dehim de hæred. inſtit.*

10 *Tenutam habere locum in bonis fideicommiſſo ſubiectis, varijs regijs ſententijs fuit declaratum.*

11 *Vxorem habere tenutam in bonis fideicommiſſo ſubiectis, quæ eius maritus tempore mortis poſsidebat, verior eſt, & praxi recepta ſententia in regno Valentiæ.*

12 *Tenutam habet vxor in bonis ſoceri ex conuentione, & ita fuit declaratum per regiam Audientiam.*

1 IOannes Baptiſta Soler ſenior agricola loci de Ruçafa hæredẽ inſtituit Ioannem Baptiſtã Soler iuniorem eius filium, & eum grauauit, vt ſi ſine liberis decederet, omnia bona reſtitueret Sperãtiæ Soler & de Blaſco eius ſorori dicti teſtatoris filiæ, & poſtea collocando in matrimonium dictum Soler eius filium, donationem ei fecit contemplatione matrimonij bonorum ſufficientium ad ſecuritatem dotis infra ſcriptæ, & augmenti, & Onufrius Nauaſquillo agricola colocando in matrimonium Hieronymam Nauaſquillo, eius filiam cum dicto Ioanne Baptiſta Soler, in dotem dictæ filiæ ſuæ conſtituit duodecim mille ſolidos monetæ Valentinæ cum inſtrumento dotali, de quo fuit rogatus Ioannes Baptiſta Giner notarius die 24. Maij 1602 & cum eodem inſtrumento dictus Soler eidem Hieronymæ Nauaſquillo futuræ vxori ſuæ fecit dotis augmentum, ſiue creix in quantitate ſex mille ſolidorum, & pro decem & octo mille ſolidis debitis ratione dotis, & augmenti, dicta Hieronyma Nauaſquillo & de Soler vidua petijt tenutam omnium bonorũ, quæ dictus Ioannes Baptiſta Soler iunior quõdam eius vir poſsidebat, vt eorum fructus ſuos faceret, donec de dictis dote, & augmento eſſet ſoluta, quod ita declarari, & fieri ſupplicauit, citata dicta Sperantia Soler & de Blaſco dicta bona poſsidente, quæ excipiendo allegabat.

2 Primò, dicta bona eſſe fideicõmiſſo ſubiecta, & ita in eis non habere vxorem tenutam cum priuilegio faciendi fructus ſuos, vt affirmat Oliba de actio. part. 1. in §. fuerat in poſterioribus ſcholijs nu. 8. pag. 556. quia, inquit, lex ſuum, non tuum tibi denegat auxilium, & nu.

& num.33.dicit,bona fideicõmiſ-
ſo ſubiecta cum onere dicti fidei-
commiſsi peruenire ad manum v-
3 xoris viduæ, & eſſe extra patrimo
niũ ipſius mariti. Et in noſtro Re-
gno forus 9.ſolut.matri.ſolũ con-
cedit viduæ tenutam cum faculta
te faciendi fructus ſuos in bonis
mariti,his verbis: *Mas en ans que li*
haien ſatisffeyt ne pagat la dot ne ſon
ſpoſalici:la muller prena los fruits tots
dels bens del marit,è aquells ſien ſeus,
& in ferius ibi: *E ſi la muller pres*
fruits, è ſdeuenimentes cens, è loguers
de totes les coſes,è bens del marit.Er-
go non poſſunt dicta bona obliga
ri pro tenuta vxoris in præiudiciũ
fideicommiſſarij, quod ſatis dedu
citur ex ratione tex.in l.fin. §. ſed
quia noſtra in verſ.Nemo C.com.
deleg.cuius verba ſunt: *Nemo ita-*
que hæres ea,quæ per legatum vel pure,
vel ſub certo die relicta ſunt, vel quæ
reſtitui alijs diſpoſita ſunt, vel ſubſti-
tutioni ſuppoſita, ſecundum veterẽ di-
ſpoſitionem putet eſſe in poſterum alie-
nanda,vel pignoris vel hypothecæ ti-
tulo aſsignanda, vel mancipia manu-
tenenda, ſed ſciat hoc,quod alienũ eſt:
non ei licere, vtpote ſui patrimonij exi
ſtens,alieno iuri applicare:quia ſatis ab
ſurdum eſt & irrationabile rem, quã
in ſuis bonis purè non poſsidet, eam ad
alios poſſe tranſferre,vel hypothecæ pi-
gnoris vè nomine obligare, vel manu-
mittere & alienã ſpẽ decipere.Facit e
tiam quod ſcribit Bald. in cap.1.
§.quanuis ante nu.1.verſ.Sed con
trarium in rub. de in veſtitura de
re aliena.fac.in vſib.feud. vbi per
illum tex.ait, quòd coniux inops
ſuperſtes nõ habet in fæudo quar
tam,quæ ſibi debetur in bonis vi-
ri,quia alienatio legis non intelli-
gitur fieri cum præiuditio tertij,
nec in rebus ſui natura prohibitis
alienari.

4 Secundò,bona ſoceri non ſunt
obligata pro tenuta forali, vt in
terminis ſcribit Mieres ſuper con
ſtitutione.Hac noſtra colla. 6. nu.
53.in fine,& 54.fol.148. ea ratio-
ne,quia cùm dicta conſtitutio Ca-
thaloniç(quæ concordat cum fo-
ro 9.ſol.mat. noſtri regni) loqua-
tur de bonis viri,videtur ſecus de
alijs bonis arg.l.cum prætor ff.de
iud.cum ſimilibus,& quia dicta cõ
ſtitutio eſt exorbitans à iure com-
muni,& ſic nõ debet extẽdi c.quæ
à iure cõmuni de reg.iur.li.6.& ar
gumento corũ,quæ dixit ipſe Mie
res ſuper eadẽ conſtitutione. Hac
noſtra num.39. eandem opinionẽ
tenuit Oliba de actio p.par. lib.3.
in §.fuerat num.10.pag. 557. quã
etiam confirmat Deſpujol. in ad-
ditio.ad Mieres in dicta conſtitu-
tione.Hac noſtra num.84. & 85.li
cet num.86. ab ea recedere videa-
tur, & cùm dicta Sperantia Soler
ſuccedat in dictis bonis virtute fi
deicommiſsi inſtituti per dictum
Soler ſeniorem eius patrem,& nõ
tanquam hæres dicti Soler iunio-
ris eius fratris,tanquam bona ſo-
ceri reputabuntur l.cohæredi 4.rũ
§.cum filiæ ff. de vulgari l. vnum
ex familia 67.in princ.de leg. 2.&
per conſequens in eis non poteſt
habere

Digitized by Google

habere tenutam, & fructus ſuos fa
cere dicta Hieronyma Nauaſquil
lo vidua relicta ab hærede fideicõ
miſſo grauato.
5 Tertiò, dato quòd bona ſoceri
eſſent obligata iuxta l. ſi cum dotẽ
22.in §.trãſgrediamur ff. ſol.mat.
adhuc tamen hoc caſu non tene-
tur ſocer, quando fecit filio dona-
tionem propter nuptias, vt dixi ſu
pra deciſ.30.nu.4.& 5. Sed in ca-
ſu noſtro dictus Soler ſenior fecit
eius filio donationem contempla-
tione matrimonij ſufficientem ad
ſecuritatem dotis, & augmenti: Er
go bona di Soler ſenioris ſoceri
non tenebuntur.
6 His tamen non obſtantibus, me
referẽte, contrarium fuit deciſum,
nimirum bonis liberis mariti de-
ficientibus, quæ ſufficiant ad inte-
grã dotis, & augmenti, ſiue eorũ
ſolutionem, vxorem habere tenu-
tam in bonis fideicommiſſo ſubie
ctis per aſcendentes mariti, & quæ
dictus eius vir tẽpore mortis poſ-
ſidebat. Et ita fuit cõdemnata Spe
rancia Soler fideicommiſſaria, quæ
dicta bona poſſidebat, ea reſtitue-
re dictæ Hieronymæ Nauaſquillo,
vt ea poſſideret, & fructus ſuos fa
ceret, donec ſoluta eſſet integri-
ter de dote, & augmento, liquida-
tione liquidandorum reſeruata.
7 Primò, vxor, ſi intra annum nõ
ſoluatur dos, & augmentum, ha-
bet tenutam in bonis mariti, & fa-
cit fructus ſuos, donec dos ei re-
8 ſtituatur for. 9. ſol. mat. vxorque
eos percipiendo tuta eſt in con-
ſcientia, vt ſcribit conciuis meus
frater Michael Salon de iuſti.&
iu.tom.2.q.78.art. 2. controuerſ.
15.in §. Iacobus primus col.846.
cum ſequent.& probaui deciſ.62.
num.15.cum ſequent. Ergo eam
etiam habebit in bonis, quæ mari-
tus poſſidebat fideicommiſſo ſu-
biecta, nam eorum fuit verus do-
minus, durante eius vitã, quamuis
ea teneatur poſt mortem reſtitue-
re. Pro qua ſententia facit tex. in l.
generaliter §. ſub conditione ff.
qui & à quibus, cuius verba ſunt:
*Sub conditione ſeruus legatus, penden-
te conditione pleno iure hæredis eſt, ſed
nullam libertatem ab eo conſequi po-
teſt: ne legatario in iuria fieret*, & illũ
tex. ad hoc notat, & commendat.
Bald. licet corruptè alleget in l.
voluntas C.de fideicom. ii.col. ibi:
*Quia plenum ius incipit habere tex. in
l. ſi poſt acceptum eod. tit. tex. in l. non
ideo minus rectè, quia noſtrum eſſe vẽ
dicamus, quod abire à nobis dominium
ſperatur, ſi conditio legati, vel liberta-
tis extiterit, tex. in l. ſi ancilla. C. de
actio. emp. tex. in l. ſi ſeruus furibus ff.
de cond. furti. vbi licet ſoli domino il-
la actio competat, tamen datur hæredi,
vel domino, qui habet rem ſubiectam
reſtitutioni, tex. in auth. de reſtit. ſi dei-
com. verſ. volo, ibi: Poſſeſsionem, &
proprietatem colla. 6. tex. in l. fin. C. de
lega. tex. in auth. cui relictũ de indict.
vid. collẽ.* Et hanc opinionẽ, quòd
ſit dominus, tenet, & latiſsime cõ-
firmat Molin. de Hiſp. primoge.
lib.1.c.19.à n.4.
9 Secundò, nam bona fideicom-
miſſo

miſſo ſubiecta ex cauſa dotis, & donationis propter nuptias poſſunt alienari auth. res quæ C. cōmunia de leg. cuius verba ſunt: *Res quæ ſubiacent reſtitutioni, prohibentur alienari quidem, vel obligari. Sed ſi liberis portio legitima non ſufficit ad dotis ſiue donationis propter nuptias obligationem: permittitur res prædictas in eam cauſam alienare, vel obligare pro modo honeſtati perſonarum congruo* l. mulier 22. §. cùm proponeretur ff. ad Trebell. cuius verba ſunt: *Cùm proponeretur quidam filiam ſuā hæredem inſtituiſſe, & rogaſſe eam, vt ſi ſine liberis deceſsiſſet, hæreditatē Titio reſtitueret, ea que dotem marito dediſſe certæ quantitatis, mox decedēs ſine liberis hæredem inſtituiſſe maritū ſuū: & quæreretur, an dos detrahi poſſet? dixi, non poſſe dici in auerſionem fideicommiſsi factum, quod & mulieris pudicitiæ, & patris voto congruebat. Quare dicendum eſt, dotem decedere, ac ſi quod ſuperfuiſſet, rogata eſſet reſtituere*, & idem diſpoſitum eſt in foro 7. verſ. Dehim de hæred. inſtitut. fol. 155. his verbis: *Dehim en cara que les coſes que deuhen eſſer reſtituhides ò que ſeram vinclades a algu no poden eſſer alienades ne obligades. Si donchs no ſeran donades en exouar ò en donacio per nupties ſegons la qualitat, è la honeſtat de les perſones que faran lo matrimoni.* Si igitur filius habens bona fideicommiſſo ſubiecta poteſt illa alienare ex cauſa dotis, à fortiori poterit obligare pro tenuta, ſumpto argumento de maiori ad minus, gloſ. in l. 2. C. de patri. qui fil. diſtra. vbi quòd ſi pater poteſt filium vendere, à fortiori poterit illum pignori dare, & Molinus in repertorio fororum Aragoniæ in verb. *viduitas* fol. 332. col. 2. in verſ. Veritas tamē eſt inquit, in bonis vinculatis habere locum ius viduitatis, ſiue vſusfructus, quod habet cōiux ſuperſtes in bonis coniugis defuncti, & quòd cōſuetudo illius Regni ſic ſe habet, & refert, Ioannem Patos gloſſatorem antiquum fororum in foro 1. de rebus vinculatis aſsignare triplicem rationem, quarū duas priores, quæ ſunt ad noſtrum propoſitum refert, his verbis: *Propter fauorem matrimonij, quia ſi in bonis vinculatis non poſſet conſtitui, ſeu dari ius viduitatis vxori, impedirentur multa matrimonia, quòd eſſet dandus caſus, quòd quis haberet plures proprietates vinculatas, vnde poſſet bene viuere, & tamen non inueniret vxorem ſaltem ſibi condecentem, attento quòd non poſſet in eis habere vxor viduitatem.* Pro quo allegat authen. res quæ C. communia de legatis, & quod ibi notatur, pro cuius intellectu vide Bal. in l. nulla C. de iur. dot. vbi dat intellectum ad dictam authen. Res quæ, faciens differentiam, an vinculum fuit poſitum in contractu, vel in teſtamento. Secunda ratio eſt, quòd licet de foro ille, qui habet bona ſubiecta reſtitutioni iuxta vinculum teſtatoris, aut aliàs, non poſsit alienare talia bona, ſaltem in præiudicium ſubſtituti, vt in dicto foro antiquo de rebus vincul.

culat.etiam ibi,dum dicit nunquã poſsit aliquid alienare de ipſis bonis vinculatis etiam,& in l. fin. C. communia vtriuſque iud. tamen dicit ipſe Ioannes de Patos,quòd tenere,ſeu conſtituere viduitatem in bonis vinculatis non eſt alienare,quia non tollitur vinculum,ſed differtur effectus vinculi. Eandem opinionem tenuit, & latè confirmat Portoles in ſcholijs ad dictũ Molinum in verbo *viduitas* num. 46.47.48. & 49. & Beroſ. conſil. 58.num.26.& 31.lib.1. & Portol. dicto num.47.primam rationem à Molino relatam iuſtam, & æquitati conſonam dixit,& illam in terminis probare Paul. Caſtr. in authen.res quæ num. 5. ad medium, & ibi Bal.num.4.iuncto.num. 14. C.com.delega.qui aſſerũt,quòd ſi ex forma ſtatuti coniux ſuperſtes certum quid ex bonis prædefuncti lucrari debet, illud lucrabitur etiam ex bonis fideicommiſſo ſubiectis, ne aliás cõtingat,quòd habens bona fideicommiſſo ſubiecta coniugem ſibi condignam reperire nõ poſsit,& propterea innuptus remanere cogatur, & hanc eandẽ rationem probare videntur Aym. conſ.186.numer.4.7. 15.& 16.& Phanu.in tract.de lucro dotis glo. 10.num.60.cum ſeq. qui plures refert,habetur in tom. 9. tracta. nouiſsimorum fol. 442. vbi probat, ſtatutum de dote lucranda habere locum in bonis fideicommiſſo ſubiectis, & hãc eandẽ rationẽ, ne cõtingat habentẽ bona fideicõmiſſo ſubiecta cõiugẽ cõdignã reperire non poſſe,amplectitur Io.Lupi.in rep. rub. de donat. inter virum §. 13.num.1.& 2.fol.16.& Pechi.de teſta.cõiug.lib.1.cap.6.Bal. conſ. 79.num.4.vol.1.& conſ.77. num. 2.vol.4.& conſi.103.in fin.& cõſ. 227.num.3.eo vol.4.& Ruy.conſ. 199.vol.2.num.5.& Rolan.in tracta.de lucro dot.quæſtio 58. & Petrus à Petra in tract. de fideicommiſ.quæſt.8.numer.353.& 365.& Socin.conſ.23.nu.5.ad med. verſ. Secundo loco,& num.6.& 7. vol. 3.& nonnulli alij,quos citat Aym. dicto conſ.186.num. 15. & 16. & idem Portol.ad Mol.in dicto verbo *viduitas* num.49. exornat ſecũdam rationem adductam à Molino dicẽs,quòd ſicut de iure licet grauato etiam in præiudicium perpetui fideicommiſsi ratione dotis, vel donationis propter nuptias de corpore fideicommiſsi perpetui aliquam quantitatem ſubducere:l. mulier §.cum proponeretur & ibi Caſtren.ff.de Trebell.& tradit idẽ Caſtr.in authen.Res quæ nume.5. & ibi Iaſ.nu.32.verſ.16. C. com. de legat.& Socin.conſ.23.num.6. vol.3.& Burg.de Paz conſ. 9.nu. 19.Ruin.conſ. 123. num. 16. vol. 2.& in Regno Aragoniæ foro fin. tit.de iure doti.& Ioa.Lup.in rep. rub.de donat.inter virum & vxor. §.13.num.1.& 2.fol.16.quòd multo fortius lege, vel ſtatuto licere debet,viduitatem, & vſumfructũ in bonis vinculatis coniugi ſuperſtiti in præiudicium ſubſtituti cõſtitu-

Digitized by Google

ſtituere,ex quo per huiuſmodi cõſtitutionem vſufructus fideicommiſſo non perpetuum præiudiciũ, ſed temporale infertur,nempè dũ coniux ſuperſtes viuit, quod quidem temporale præiudicium non ita attendendum eſt, ſicut præiudicium perpetuum attendi debet.

Tertiò,in bonis fideicommiſſo ſubiectis tenutam locum habere ſcripſit in terminis Cancer. to.1. variar.reſolut.cap.9.de dote num. 104. & in noſtro regno pluribˀ cũ Regijs ſententijs hoc deciſum reperitur,in primis cũ Regia ſententia lata in fauorẽ Domnæ Agnetis Manrrique Vicecomitiſſæ de Chelua,& contra don Petrũ Lladrò & de Vilanoua publicata per Ludouicum Domingues die 23. Ianuarij 1534.cum qua fuit declaratum his verbis:*Pronunciamus,& declaramus,& cum hac noſtra ſententia ſententiamus,dictam tenutam petitam eſſe tradendam memoratæ egregiæ Agneti, ſicut cum preſenti eidem tradi mandamus de omnibus bonis,terris,locis,& poſſeſſionibus,quæ dictus quondam eius vir tempore eius obitus tenebat,& poſsidebat, illorumque fructus ſuos faciat,donec, & quo vſque fuerit integriter ſatisfacta de dictis ſuis dote,& augmento,quam tamen tenutam, meritis dicti proceſſus attentis,& alijs, quæ ex dicto proceſſu colliguntur, & aliàs,volumus excuſari, ſi prælibatus ſpectabilis Petrus Lladrò & de Vilanoua Vicecomes de Chelua conuentus ſoluerit dictos ſexaginta mille ſolidos pro dote,& dictos triginta mille ſolidos pro dicto augmento intra triginta dies,hoc videlicet modo,quód ſi superſint bona hæreditaria dicti quondam viri prædictæ egregiæ Agnetis, de illis ſiat ſolutio de dictis dote,& augmento prælibatæ Vicecomitiſſæ agenti pro ſe,& ſuis hæredibus ad ſuas voluntates, attento quòd dictus eius quondam vir in ſuo teſtamento legatum fecit de dicto augmento dictæ Agneti. Si vero bona hæreditaria prædicta non ſuperſint,prouidemus, & mandamus fieri ſolutionem de dictis dote, & augmento de dicto Vicecomitatu, & alijs bonis vinculatis. Primó de bonis mobilibus vinculatis,ſi quæ reperiantur ,ſin autem minus,ne inducatur ſectio dictæ dignitatis,& pro modico res magnæ importantiæ venderetur, reſpectiuè loquẽdo,ſiat ſolutio dictorum dotis, & augmenti per viam carricamenti duorũ cenſualium , vnum de precio ſexaginta millium ſolidorum ratione dictæ dotis prædictæ Vicecomitiſſæ,& hæredibus ad ſuas voluntates, & alterum ratione augmenti de triginta mille ſolidis in proprietate,& in pẽſione annua duorum millium ſolidorum, quod cenſuale duret de vita dumtaxat prælibatæ Vicecomitiſſæ,cùm agatur de ſolutione bonorum vinculatorum,ſuper quibus dictus quondam Vicecomes eius vir diſponere,aut legare non poterat,* & idem fuit deciſum cum alia ſententia lata in fauorem Angelæ Pellicer & de Fertiol viduæ contra curatores datos,& aſsignatos bonis, tam liberis,quam fideicommiſſo ſubiectis filiorum Ioannis Fráciſci Fertiol eius viri publicata per Vincẽtium

tiũ de Albriçu die 29 Martij 1571. his verbis: *Conſtat inſuper ex deductis, & allegatis pro parte dictæ Angelæ, ipſam fuiſſe, & eſſe creditricẽ prædictarũ ſuarũ dotis, & donationis propter nuptias, ratione cuius crediti, forali diſpoſitione huius regni ſic diſponente, habuiſſe, & habere tenutã omniũ bonorũ, quæ per eius virũ poſſidebãtur tẽpore mortis eius, & ea ratione à die finiti anni luctus omnes fructus peruẽtos ex dictis bonis, tã liberis, quam vinculatis fuiſſe, & eſſe ipſius dictæ Angelæ, donec, & quo vſq; de prædicta dote, per eã ad domũ, & poſſe dicti eius viri allata, & etiã de donatione propter dictas nuptias eidẽ debita ſoluta, & ſatis facta fuerit.* Rurſus idẽ fuit declaratũ cũ alia ſentẽcia lata in fauorẽ Raphaëlæ Aluado cõtra Angelã Artes & de Aluado publicata per eũ dẽ Vincẽtiũ de Albriçu die 21. Nouẽbris 1577. & iterũ cũ alia lata in fauorẽ Domnæ Ioſephæ Saluador viduæ D. Petri Ioã cõtra D. Philippũ Rois ſucedẽtẽ iure fideicõmiſſi in loco de Binaleſa publicata per Frãciſcũ Paulũ Alreus die 22. Augusti 1588. in qua cauſa cũ dubitaretur, an Baronia de Parcẽt, quã poſſidebat dictus D. Petrus Ioan eius vir, eſſet libera, vt ex illa poſſet ſatisfieri de dote, & augmẽto, quia dicta Baronia erat valde litigioſa ob varias petitiones cõtra dictũ D. Petrũ Ioã adhuc viuẽtẽ poſitas, & quia finis litiũ erat incertus, fuit declaratũ, dictã Domnã Ioſepham habere tenutã bonorũ liberorũ, in quibus ſucceſſit Chriſtophorus Cathala hæres dicti D. Petri Ioã, & ꝙ illorũ fructus ſuos fecit poſt annũ luctus, & ꝙ habeat, & poſſideat dicta bona, & illorũ fructus faciat ſuos tãdiu, & quo vſq; fuerit integriter ſoluta de dote, & augmẽto ſibi debitis, & ꝙ nõ teneatur eos imputare in ſortẽ dictæ dotis, & augmẽti. Reſpectu vero bonorũ recadẽtiũ in vinculo D. Franciſci Ioã fuit declaratũ, quod dicta Domna Ioſepha illa poſſideret, & illorum fructus perciperet, donec eſſet integriter ſoluta de dictis dote, & augmẽto per illã, ad quẽ de iure ſpectabat, vel aliter fuiſſet ſuis caſu, & loco per Regiã Adietiã declaratũ. Idẽ etiã fuit deciſum cũ alia ſentẽtia lata inter Hieronymã Alemany & de Aragones ex vna, & Beatricẽ Annã Aragones parte ex altera publicata per Frãciſcũ Paulũ Alreus die 26. Februarij 1592. & cũ alia lata in S.S.R.C. in fauorẽ Comitiſſæ de Almenara Dõnæ Marcheſiæ de la Cerda contra D. Ioſephũ de Proxita Comitẽ de Almenara publicata die 28. Maij 1599. cũ qua fuit ei cõceſſa tenuta in Comitatu de Almenara, & loco de la Loſa fideicõm. ſubiectis vna cũ fructib⁹.

11 Nec obſtãt in cõtrariũ adducta. Ad primũ ex ſupradictis reſultat ſolutio, vidua enim iuxta veriorẽ, & praxi receptã ſentẽciã in præſenti regno habet tenutã in bonis fideicõmiſſo ſubiectis, quę eius maritus tempore mortis poſſidebat, eorũ enim erat dominus, licet grauatus ea reſtituere, vt probat Ant.

Gom. in l.40. Taur. n.76. fol. 135. qui inquit, nõ obſtare tex. in l.fin. §.ſed quia C.comm. de lega. quia debet intelligi, quòd ille, qui habet rẽ ſubiectã reſtitutioni, nõ eſt dominus quo ad hũc effectum, vt poſsit rẽ vẽdere, vel alienare, ſicut alias videmus, quòd maritus, cõſtãte matrimonio, bene eſt dominus, itẽ minor viginti quinq; annorũ, itẽ & alię perſonæ, & tamẽ nõ poſſunt alienare, vt in toto tit. ff. & C. defun. dota. cũ ſimilib⁹, & ita apertè ſoluit Bald. in d.l.fin. §.ſed quia 1.oppo. & cõm. Docto. ibi Molin. de Hiſp. primogen. li. 1. c. 16. n. 10.

12 Nec obſtat ſecũdũ, licet enim nõ recorder, vidiſſe deciſũ, tenutam foralẽ cõpetere in bonis ſoceri nec cõpetit, vt opinor, quia forus, qui exorbitãs eſt, tãtũ cõcedit tenutã in bonis mariti, & ſolùm memini, legiſſe Regiã ſentẽtiã latã in fauorẽ dõnæ Greidæ Pardo & de Belluis cõtra D. Guillermũ Belluis dominũ Baroniæ de Belgida eius ſocerũ publicatã per Vincẽtiũ de Albriçu regiũ mãdati ſcribã die 10. Iunij 1572. cũ qua fuit declaratũ, dictã dõnã Greidã habere tenutã in Baronia de Belgida, & in alijs locis eius ſoceri, eorũq; fructus ſuos facere poſt annũ luctus ex cõuẽtione facta cũ dicto ſocero, qui in capitulis matrimonialib⁹ hoc ei promiſſerat, & pro ſecuritate dotis, & augmẽti poſſeſsionẽ dictorũ locorũ ei tradiderat, & fecerat, vt vaſſalli dictę ſuæ nurui prętarẽt homagia, vt, aduenięte caſu ſoluendi dotẽ, & augmẽtũ, eã tenerent pro domina. Tamẽ in occurrẽti caſu nõ venit diſcutiendus articulus, an tenuta foralis habeat locũ in bonis ſoceri, cũ dicta bona fuerint Ioãnis Baptiſtę Soler iunioris mariti dictæ Hieronymæ Nauaſquillo, & tẽpore mortis dictus eius vir ea poſsidebat licet cũ grauamine reſtitutionis, & ſic nõ petit tenutam bonorũ ſoceri, ſed bonorũ mariti.

Ad tertium reſultat ſolutio ex ſupradictis, & ex his, quæ latè ſcripſi ſupra in deciſ. 30.

Ex quibus, me referente, ita fuit deciſũ ſentẽtia lata in fauorẽ dictę Hieronymæ Nauaſquillo & de Soler cõtra dictã Sperãciam Soler & de Blaſco publicata per Franciſcũ Paulũ Alreus die 29. Nouembris 1612. quæ in gradu ſupplicationis fuit cõfirmata in alia Aula huius Regię Audiẽriæ ſentẽtia publicata die 17. Octobris 1614.

Sed an tenutaria faciat fruct⁹ ſuos bonorũ, quæ maritus poſsidebat ſi deicõmiſſo ſubiecta, & quorũ, & à qua die, dicã in ſequẽti deciſione.

DECISIO CXXIII.

Tenuta foralis (cuius virtute vxor poſt annũ luctus, ſi nõ fuit ei ſoluta dos, & augmẽtũ (vulgo dictũ creix) facit fructus ſuos bonorũ, quæ maritus tẽpore mortis poſsidebat, etiã ſi eſſẽt fideicommiſſo ſubiecta in deffectũ liberorũ) ita intelligẽda eſt, vt ſi vidua poſsidet bona fideicõmiſſo ſubiecta, faciat fruct⁹ ſuos ſtatim finito anno luctus, ſi vero non poſsideat,

deat, conſequitur ab ea die fructus bonorũ liberorũ, etiã ſi ea ab hæredibus poſsideâtur: reſpectu verò bonorũ in fideicõmiſſo recadẽtiũ tantùm conſequitur eorum fructus à die petitionis intentatæ contra dicta bona poſsidentem.

1 Facti ſpecies.
2 Tenuta in bonis fideicõmiſſo ſubiectis in deffectũ liberorũ æquiparatur tenuta in bonis liberis mariti.
3 Bonæ fidei poſſeſſor fructus ſuos facit, & infra num. 17.
4 Dubiũ facti, uel iuris facit rẽ obſcurã.
5 Debitor non eſt in mora, qui habuit iuſtam cauſam nõ dandi rẽ petitã.
6 Mora nõ committitur, vbi quis poteſt ſe exceptione tueri, quominus ſoluat.
7 Morã excuſat error iuris dubij, & intricati, vel facti.
8 Mora non committitur pro debito, quod non eſt certum, & liquidum.
9 Mora nõ cõtrahitur in liquidãdis, ante quã ſit per iudicẽ declaratum.
10 Intereſſe dotis non liquidæ non debetur, donec ſit liquidata, declarã vt infra num. 27.
11 Intereſſe nõ debetur, quando illud, quod reſtituturus eſt curator, nõ eſt liquidum ex probabili dubio facti, vel iuris.
12 Vxor tenutaria non poteſt facere fructus ſuos earũ rerũ, quarũ hæres non faceret, ſed contrà, in fran. 31.
13 Fructus pertinẽt ad fideicõmiſſariũ, vbi dominium in eũ eſt trãslatũ.
14 Fructus debẽtur fideicõmiſſario ſtatim in caſibus, in quibus lex ipſo iure inducit reſtitutionem fideicommiſſi.
15 Tenutariæ debentur à die petitionis fructus bonorum in fideicommiſſo recadẽtiũ, quæ fideicommiſſarius poſſidet, & ita fuit deciſum infra n. 32.
16 Fructus debentur tenutariæ à die finiti anni luctus iuxta forum.
18 Inuentariũ nõ tenetur facere vidua tenutaria Valẽtiæ, ſecus in Cathalonia.
20 Fori 9. ſolut. matr. diſpoſitio exorbitans eſt, & ita fuit declaratum cũ ſententia S.S.R.C.
21 Tenuta cõceſſa per forũ 9. ſol. matr. intelligitur caſu, quo vidua remaneat in poſſeſſione bonorũ in fideicõmiſſo recadentium, quæ maritus tempore mortis poſſidebat.
22 Tenuta, cuius virtute quis lucratur fructus, intelligitur, quando actualiter habuiſſet tenutã bonorum, & fructus percepiſſet.
23 Tenuta diuerſimodè conſideratur quo ad fructus bonorum liberorum, & quoad fructus bonorum fideicõmiſſi, & diuerſitatis ratio redditur.
24 Fideicommiſſaria poſsidens bonã à die petitionis tenutæ efficitur poſſeſſor malæ fidei.
25 Tenuta debetur viduæ, etiã ſi minima pars dotis, & augmenti ei nõ ſit ſoluta.
26 Iuſta cauſa excuſat ab interitu rei petitæ, non tamen à reſtitutione fructuum à tempore moræ.
27 Mora vt inducatur, requiritur interpellatio.
28 Mora in liquidandis committitur, vbi quis ſcit, vel ſcire poteſt, ſe eſſe debitorem in aliqua parte, nam illam tenetur offerre.

Digitized by Google

29 *Dotis vſuræ debentur, etiam ſi ad-*
ſit legitima cauſa litigandi.

30 *Error iuris, & facti quando ex-*
cuſat ab intereſſe, & quando vxor
tenutaria facit fructus ſuos aliqua-
rum rerum, quarum hæres non face-
ret, & exempla ponuntur.

1 CVm Sperancia Soler & de
Blaſco, ſtatim mortuo Ioã
ne Baptiſta Soler iuniore
eius fratre fideicommiſſo grauato:
accepiſſet poſſeſsionem bonorum
recadentium in fideicommiſſo in-
ſtituto per Ioannem Baptiſtã So-
ler ſeniorem eius patrem (ad quæ
ipſa erat vocata) & Hieronyma
Nauaſquillo, & de Soler vxor di-
cti Soler iunioris eius fratris obti
nuiſſet Regias ſententias memora
tas in præcedente deciſione, cum
quibus condemnata fuit dicta Spe
rancia Soler, vt reſtitueret dictæ
Hieronymæ prædicta bona, (quæ
tempore mortis poſsidebat dictus
Soler iunior) vt ea poſsideret di-
cta Hieronyma tenutaria, donec
fuiſſet ſoluta de dote, & augmẽto, li
quidatione liquidandorũ in poſte
rũ reſeruata, & ageretur de liqui-
dandis fructibus.

Dubitatũ fuit, an dicta Hierony
ma Nauaſquillo tenutaria cõſequi
deberet omnes fructus à die finiti
anni luctus, vel an à die petitionis,
an verò à die latę ſentẽtiæ, cũ qua
fuit declaratum, habere tenutã in
bonis fideicommiſſo ſubiectis.

2 Et dicta Hieronyma prætẽdebat
à die finiti anni luctus ſibi deberi
fruct⁹ virtute tenutę foralis. Quia
bona fideicõmiſſo ſubiecta, quę ma
ritus grauatus tẽpore mortis poſ-
ſidebat, æquiparãtur bonis liberis
ad effectũ tenutæ, vbi bona libera
nõ ſufficiũt ad dotis, & augmẽti ſo
lutionẽ, ex his quæ dixi in deciſio
ne præcedẽti. Sed vidua cõſequitur
virtute tenutę fructus in bonis li-
beris mariti à die finiti anni luctus
etiam ſi multo poſtea iudiciali-
ter tenutam petierit, vt latè pro
baui ſupra deciſ. 61. p. lib. Er-
go pariter debet conſequi omnes
fructus bonorũ in fideicõmiſſo re
cadẽtiũ à die finiti anni luctus, cũ
cõgrua diuerſitatis ratio reddi nõ
poſsit inter vtrumque caſum.

At verò dicta Sperãcia Soler, quę
poſtmortẽ fratris ſui poſsidebat di
cta bona iure fideicõmiſsi ab eorũ
patre inſtituti, contẽdebat, tãtum
dictæ Hieronymæ Nauaſquillo de
beri fructus dictorũ bonorũ à die
latæ dictæ ſentẽtię in caſu tenutæ,
& vſq; ad illũ diẽ eſſe proprios di
ctę fideicommiſſarię, quod ſuade-
tur ex ſequentibus.

3 Primò, nã ipſa fuit in poſſeſsio-
ne dictorũ bonorũ bona fide vſq;
ad diẽ, in qua fuit lata ſentẽtia, de-
clarãdo bona libera non ſufficere,
& bonę fidei poſſeſſor ſuos fructus
facit l. bonę fidei 48. ff. de adquirẽ.
rer. domi. & nõ fuit in mora ſoluẽ
di dotẽ propter probabile dubiũ,
quod incidit in cauſa: an dicta dos
eſſet ſoluẽda (in occurẽti caſu) ex
bonis fideicommiſſo ſubiectis, ex
4 quo prętẽdebatur, extare bona li-
bera ſufficiẽtia ad dotis, & augmẽ
ti

Digitized by Google

ti ſolutionẽ,& dubium facti,vel iuris facit rem obſcuram l.3.§.ibidẽ ff.ad exibendum & ibi gloſ.in verbo ſi obſcurior.Et debitor non eſt
5 in mora,qui habuit iuſtam cauſam non dandi rem petitam l. quod te ff. de rebus creditis, cuius verba ſunt: *Quod te mihi dare opporteat, ſi id poſtea perierit, quàm per te factum erit, quo minus id mihi dares, tuum fo-*
6 *re id detrimentum conſtat. Sed cum quaeritur, an per te factum ſit, animaduerti debebit non ſolum in poteſtate tua fuerit, nec ne, ſed etiam ſi aliqua iuſta cauſa ſit, propter quam intelligere deberes, te dare opportere,* & non dicitur in mora, qui aliqua ſe poteſt exceptione tueri, quo minus ſoluat. l. ſi quis ſolutionem ff. de vſur. Iaſ. d.l.quod te num.1.Ripa num. 55. Menoch.de arbitra.caſu 220. nu. 46.& vſuræ non debētur propter hæredis iuſtam cauſam litigandi Bart.in l.1.C.de vſur.& fructi.legat.Et error iuris dubij, & intrica
7 ti,& error facti excuſat à mora iuxta allegatos per Barſat.conſ.9.nu. 59.vol.1.

Secundò,mora non committi-
8 tur pro debito,quod non eſt certum,& liquidum l.in fideicommiſſi in principi.ff. de vſur. vbi Bald. id not. l. cùm fideicommiſſum ff. de confeſ. Bald. in l.acceptam C. de vſur.num.5.& 11. vbi conclu-
9 dit,quòd in liquidandis non contrahitur mora, antequam ſit per iudicem declaratum,allegat. l. 2. C. de vſur. & fructi. leg. & ibi etiam dicit,quòd dubium facti, vel iuris curſum vſurarũ,vel intereſſe impedit multa iura ad id allegans,dicẽs iſta multũ notãda, quia faciunt honorẽ in practica, Michaël Ferrer
10 obſeruat.Cathalon.3.p.c.385.fol. 205.vbi loquitur de intereſſe dotis non liquidæ,quòd nõ debetur, donec ſit liquidata, Afflict. deciſ. 205.vbi ait, ita deciſum in Sacro Conſilio,& ibi Vrſil. in addit. latẽcõfirmat,Surd. deciſ.179. num. 13.cõciuis meus Belluga in ſpec. princip.Rubr.11. §. de Vſurarijs
11 nu. 55.verſ.ſed ſi pecunia fol.73. vbi inquit, non deberi intereſſe, quãdo illud, quod reſtituturus eſt curator,nõeſt liquidũ exprobabili dubio facti,vel iuris, nã nõ poteſt improbus videri,qui ignorat,quãtũ ſoluere debeat l.nõ poteſt 99.ff. de reg.iu.Cũ igitur vſq; ad diẽ latæ ſentẽtiæ(cũ qua fuit declaratũ, dictãSperãciãSoler teneri reſtituere dictæ Hieronymæ Nauaſquillo bona fidei cõmiſſo ſubiecta,vt ratione tenutæ eorũ fructus perciperet,donec eſſet integriter ſoluta de dote,& augmẽto) dicta Sperancia iuſtã habuerit cauſam credẽdi, nõ teneri dotẽ, & augmentũ ſoluere vxori fratris ſui,nõ tenebitur fructus ante prolationẽ dictæ ſentẽtiæ perceptos ei reſtituere.
12 Tertiò,vt inquit Oliba de actio. p.par.li.3.ad §.fuerat n.16. & 18. vxor tenutaria non poteſt facere fructus ſuos earum rerum, quarũ hæres non faceret, ne ſit melioris conditionis vxor,quàm filius, aut alius hæres, ne plus operetur

Digitized by Google

fictio in caſu ficto, quàm veritas
13 in caſu vero l. filio cum pater ff.
de liber, & poſth. Sed hæres non
faceret ſuos fructus bonorum in
fideicommiſſo recadentium, quia
vbi rerum dominium tranſlatum
fuit in fideicommiſſarium vniuer-
ſalem, aut particularem, ex tunc
fructus, & vtilitates omnes ex re-
prouenientes pertinent ad fideicõ
miſſarium Peregri. de fideicomm.
art. 49. num. 88. & 89. quia domi-
nus eſt l. ſolum. §. meum, & l. ex
14 diuerſo §. 1. ff. de rei vend. gloſſa
Bart. & communiter DD. in l. in
fideicommiſſaria ff. ad Trebell. &
in caſibus, in quibus lex ipſo iure
inducit reſtitutionem fideicõmiſ-
ſi, in illis debentur fructus ſtatim
fideicommiſſario, ſic Bart. & com
muniter alij in d. l. fideicommiſſa-
ria, & ibi Ripa num. 14. & in Ec-
cleſia, & loco pio Capra conſ. 32.
in vlt. dub. Aret. conſil. 156. dub.
vlt. Cephal. conſil. 215. num. 50.
etiam quòd fideicommiſſarius fuiſ
ſet negligens in petendo reſtitu-
tionem realem, ſicuti clarè cen-
ſerunt Doctores in locis proxi-
me adductis, clariſsimè Cephal.
conſil. 50. vbi pulchrè declarat
Bart. doctrinam in hoc puncto in
d. l. in fideicommiſſaria, & in Re-
gno Valentiæ etiam abſque reſti-
tutione dominium tranſit in fidei
commiſſarium, vt dixi deciſ. 84.
num. 12. & in dictam Speranciam
Soler fideicommiſſariam, ne dum
fuit tranſlatum dominium ipſo iu
re, ſed etiam ipſa accepit poſſeſsio

nem bonorum in fideicõmiſſo re-
cadentiũ, & eam habuit. Ergo fru-
ctus dictorũ bonorũ ſuos fecit, &
reſtituere nõ tenetur tenutariæ.

15 Sacra noſtra Regia Audientia,
ſupradictis nõ obſtantibus, me re-
ferẽte, declarauit, deberi dictæ Hie
ronymæ tenutariæ fructus bonorũ
in fideicõmiſſo recadentiũ à die pe
titionis tenutæ, & ſic nõ ſimpliciter
ad iudicauit viduæ fructus à die fi-
niti anni luctus, vt ipſa prætende-
bat, nec à die latæ ſententiæ, vt prę
tendebat dicta fideicommiſſaria,
ſed à die iudicialis interpellatio-
nis.

16 Primò, quia, ſi inſpicimus rigo
rem fori 9. ſolut. matr. viduæ de-
bentur fructus à die finiti anni lu-
ctus, vt conſtat ex verbis finali-
bus ibi: *Mas del primer any à enant
ſi hom no la paga del exouar, tots los
fruyts dels bens qui foren del marit ſiẽ
18 ſeus*, etiam ſi nõ fecerit inuentariũ,
& ita ſemper vidi, & audiui, fuiſſe
obſeruatũ, licet in Cathalonia ſer
uatur cõtrariũ, quia cõſtitutio hæc
noſtra, ſiuè abaqueſta noſtra ſolut.
matr. pag. 389. expreſsè diſponit,
viduã teneri facere inuẽtariũ bo-
norũ viri, vt fructus ſuos faciat, q
etiam procedit in fructibus bono
rũ fideicõmiſſo ſubiectorũ, quos
tenutaria ſuos facit, vt fuit declara
tum cũ Regia ſententia lata in fa-
uorem Angelę Pellicer contra cu
ratores datos bonis liberis, & fi-
deicommiſſo ſubiectis Franciſci
Ioannis Ferriol eius viri publi-
cata per Vincentium de Albri-

çu

ſũ die 29. Martij 1571. tamen ſi fideicommiſſarius poſt mortem grauati accepit poſſeſsionem bonorum (vt in caſu noſtro accepit, & bona fide illa poſſed t dicta Sperancia Soler fideicommiſſaria) ratione bonæ fidei fecit fructus ſuos, l. bonæ fidei ff. de acquir. rer. dom. ſi enim ille, qui dominus non eſt, ſed tantum bona fide poſſidet, non tenetur vero domino reſtituere fructus conſumptos l. certum C. de rei vend. for. 3. cod. tit. ergo à fortiori fideicommiſſaria, quæ domina eſt, non tenetur tenutariæ reſtituere fructus bona fide perceptos, & conſumptos.

20 Secũdò, dictus forus 9. ſolu. mat. cõcedens tenutã vxori, & fructus bonorũ mariti perceptos, lapſo primo anno ſolut. matrimon. exorbitãs eſt, vt dicit Mierez in cõſtitutione hac noſtra de iure dotiũ n. 54. Oliba de actionib. p. par. lib. 3. in §. fuerat in poſterioribus ſcholijs num. 16. in fi. pag. 558. vbi ait, ꝙ illa conſtitutio, de qua ibi (quæ concordat cum dicto foro) fuit odio hæredis facta. Et exorbitantem eſſe fuit declaratum cũ Regia ſententia lata in S.S.R.C. in fauorem Marchionis de Quirra publicata die 17. Iulij 1615. vbi fuit deciſũ, ex hac cauſa fore ſtrictè intelligendã de bonis, quorum poſſeſsio in continenti transfertur, & cõtinua-
21 tur à viro defuncto in viduam. Debet igitur dicti fori diſpoſitio tantũ intelligi caſu, quo vidua remanſit in poſſeſsione bonorum eius mariti, tam liberorum, quàm eorũ, quæ grauatus erat reſtituere; &
22 hoc videtur præſupponere fori 6. & 8. ſolut. matr. & ſucceſsiuè forus 9. qui venit cõtinuatiue ad præcedentem, non debet extendi ad caſum, in quo vidua nõ fuit in poſſeſsione bonorum in fideicommiſſo recadentium, nec obtulit petitionem tenutę contra fideicommiſſariam poſsidentem, quod iuuatur ex his, quæ ſcribit Deci. cõſ. 400. num. 8. verſ. non obſtat 3. p. his verbis: *Non obſtat dum dicitur, quòd videtur adeptus poſſeſsionem vigore ſtatuti Florentini, quo cauetur, quòd miſſus in tenutam lucretur fructus ad rationem quinque pro cẽtenario, per quod ſtatutum videtur poſſeſsio translata in ipſum detinentem, vt not. Bald. in l. cõſentaneum colum. penulti. verſ. idem forte ſi ſtatutum C. quomodo & quando iudex, & in l. acceptam C. de vſur. in quæſt. 18. & in l. 2. §. ſi abſenſ. in 6. quæſt. ff. ſi ex cauſa noxa. agatur, & in cap. conſultationibus colum. 2. verſ ſed nun quid valeat ſtatutum, quia reſpondetur, quòd hoc haberet locum, quando actualiter iſte Franciſcus habuiſſet tenutam dictorum bonorum, & re ipſa fructus percepiſſet, pro vt præſupponit Bald. in locis præallegatis, ſecus videtur in caſu iſto, in quo verè, & realiter fructus non percepit, diſpoſitio enim ſtatuti facit, quòd fructus debeantur, ſed non inducit actualem perceptionem, quæ in facto conſiſtit argumento legis cum hæredes in princip. ff. de acquirend. poſſeſsio. fa-*

cit tex. in l. 1. §. ſi vir ff. eod. tit. & quia ius petendi, quod in iure conſiſtit, eſt ſeparatum à poſſeſſione, quæ in facto verſatur l. ſciendum §. ſi fundum ff. qui ſatiſda. cogan. facit tex. in l. naturaliter §. nihil commune ff. de acquirend. poſſ. vnde, licet transferatur dominiū, non tranſit poſſeſſio, vt per glo. in l. fin. in verbo in rem C. de Sacro San. Eccleſ. & in l. cum duobus §. idem reſpondet, & ſecundo in verbo dominiū, ff. pro ſocio, tota enim vis videtur conſiſtere in actuali perceptione fructuum, quæ non habetur vigore talis ſtatuti, ſicut etiam per ſolum conſtitutum non percipiuntur fructus, vt Alex. dicit in l. quod meo in princip. col. fin. de acquirend. poſſeſ. cuius dictum ex ſupra dictis confirmatur, & not. Bart. in l. ſicut §. ſuperuacuum circa fi. ff. qui. mo. pig. nam in poſſeſſione conſideratur vſus, & exercicium, quod in facto conſiſtit, vt not. Petr. de Ancha. in cap. 1. per illum tex. de relig. domi. Accedit etiam, quòd iſte non videtur verè, & actualiter habuiſſe tenutam in dictis bonis, quia admiſſus nunquam fuit, & ideo non verificatur quod preſuppoſuit Bald. in locis ſupradictis, qui loquitur, & præſuppoſuit, illum, qui debet lucrari fructus, tenutam habere, & tenere, cum præſuppoſitum in caſu iſto non ſit verum, eius dictum non videri procedere iuxta not. per Iacob. Butri. Salice. & Fulgo. in l. mancipia C. de ſer. fugi. Rom. in ſingulari 486. ſtatutum puniens. Hactenus Decius.

23 Nec obſtāt in contrarium adducta, nā ex ſupradictis patet diuerſitatis ratio inter caſum, quo agitur de fructibus bonorum liberorum recadentium in hæreditate mariti, quos conſequitur tenutaria à die finiti anni luctus, etiam ſi ſtatim ſuper hoc lapſo anno non fuerit ſubſequuta petitio, & inter caſum noſtrum, in quo agitur de fructibus bonorum recadentium in fideicommiſſo. Nam in primo caſu, cùm hæredes mariti non poſsint capere poſſeſsionem bonorum hæreditatis, donec vxor ſit ſoluta de dote, & ſponſalicio iuxta foros 6. & 8. ſolut. matr. contrauieniendo dictis foris, ſunt in mala fide, & ita non poſſunt facere fructus ſuos, ſed eos reſtituere tenentur vxori, cui debentur poſt annū luctus iuxta diſpoſitionē dicti fori 9. ſolu. matr. At in ſecundo caſu (in quo verſamur) fideicommiſſaria, quæ poſt mortem hæredis grauati accepit poſſeſsionem bonorum in fideicōmiſſo recadentiū, fuit in bona fide, cū vere eſſet domina dictorum bonorum, & crederet, ex bonis liberis poſſe ſolui dotem, & augmentum, & ſic eam ad id non eſſe obligatam, & quia cum bona fide dicta bona poſſedit, fecit fructus ſuos, donec fuit poſita contra eam petitio tenutæ, ex tunc enim
24 incepit eſſe poſſeſſor malæ fidei l. certum C. de rei vēd. & for. 3. eod. tit. & ita merito vxor vidua nō cōſequitur fructus perceptos ante, ſed poſt petitionem tenutæ.

Ad deducta autem pro parte dictæ Sperianciæ Soler fideicommiſſariæ reſpondetur.

Ad pri-

Ad primum, quod à die petitio-
nis tenutæ fideicommiſſaria, licet
haberet bonam fidem, cœpit eſſe
in mala fide, quoad effectum reſti-
tutionis fructuum poſtea perce-
ptorum dicto foro 3. de rei vendi
ca. & non eſſe in occurrenti caſu
probabile dubium facti, an bona
libera ſufficerent ad integram do
tis, & augmenti ſolutionem, pro-
bè enim ſciebat dicta Sperācia So
ler fideicommiſſaria, in hæredita-
te eius fratris nō extare tot bona,
quot erat neceſſaria ad ſoluēdum
integriter dotem, & augmentum,
& licet probabiliter credere poſ-
ſet parum deficere ad integram ſo
25 lutionem, hæc tamen credulitas
eam non excuſabat, cùm ſcire de-
beret, tenutam competere viduæ,
etiam ſi minima pars dotis, & aug
menti ei non ſit ſoluta, & in hoc
nullum probabile dubiū iuris ver
26 ſatur. Et iuſta cauſa, de qua in l.
quod te ff. ſi certum petatur be-
nè excuſat ab in teritu rei petitæ,
non tamen à reſtitutione fructuum
à tēpore moræ, vt inquit ibi Accur.
in gloſ. fi. ad med. & ad inducendā
moram requiritur interpellatio,
vt inquiunt ibi gloſ. prima in fin.
27 Bart. num. 12. Iaſ. num. 5. Ripa nu.
34. Surd. deciſ. 179. num. 21. mora
enim fieri intelligitur non ex re,
ſed ex perſona, id eſt, ſi interpella-
tus opportuno loco nō ſoluerit l.
mora 32. ff. de vſur. & ſic à die pe-
titionis tenutæ fuit in mora. Et
28 quod fuit deciſum in conſ. Nea-
poli. in liquidandis non cōmitti
moram, vt dicit Afſl. deciſ. 205. de
claratur per Vrſil. ibi in additione
num. 4. his verbis. *Intelligas, quo-
niam quis penitus eſt ignarus aliqua de
bere nam ſi ſcit vniuerſale, ſcire po-
teſt ſe eſſe debitorem in aliqua parte,
& tenetur offerre liquidum, & pro a-
lio offerre verbo ſaltem ſe ſoluturum
cum cautione, pro vt voluit Imo. in l.
prætor ait §. ſi quis paratus ff. de-
po. ope. nunc Alex. in l. ſi mora num. 4.
fallen. 3. ff. ſolut. matr.* Vnde in
caſu noſtro parum refert, quòd ma
ior, vel minor quantitas vxori de-
beatur ratione dotis, & augmen-
ti, vt competat ei tenuta cum priui
legio faciendi fructus ſuos, donec
enim integriter ſit ſoluta, etiam ſi
quid minimum ei debeatur, adhuc
durat dicta tenuta foralis, & ſic in
hoc caſu non eſt neceſſaria liqui-
datio crediti.
29 Nec obſtat ſecundum, nam li-
cet regulariter mora non commit-
titur pro debito, quod non eſt li-
quidum, tamen, vt inquit Burſatus
conſ. 9. num. 58. ad med. vol. 1 vſu
ræ debentur, etiam quòd ſit legiti
ma cauſa litigandi, in vſuris dotis
ponit Soc. Iun. conſ 74. num. 36.
& 39. vol. 1. Nata conſ. 495. num.
2. & ibidem Burſat. numer. 60. re-
ſpondet ad id, quod dixerat num.
59. non deberi interuſuria pro-
30 pter errorem iuris vel facti, habe-
re locum, ſi talis error probetur,
ex quo a peritis bonæ famæ, & con
ſcientiæ pars conſilium habuerit
per Felin. in cap. de quarta num.
28. de præſcriptio. Rui. n. cóſ. 128.

Digitized by Google

num. 11. vol. 2. pręter quod, & illius iuris intricati exemplum ponunt DD. vt puta in redditione rationis, in detractione falcidiæ, & ſimilibus caſibus, in quibus homines ſæpe falluntur, non in articulis iuris tantum per Neguſ. p. part. 7. membro num. 102. & Plotum vbi ſupra num. 182. & 472.

31 Ad tertium reſpondeo, de iure non ſubſiſtere, quod inquit Oliba, vxorem tenutariam non poſſe facere fructus ſuos earum rerũ, quarum hæres non faceret, ne ſit melioris conditionis vxor, quàm hæres, nam contrarium conſtat ex ſupra dictis, hæres enim extraneus non ſuccedit in bonis fideicommiſſo ſubiectis, quæ defunctus reſtituere tenebatur fideicommiſſarijs, nec earum fructus conſequi poteſt, ſecus tamen eſt in vxore, cui non fuit integriter ſoluta dos, & augmentum, in defectum enim bonorum liberorum mariti conſequitur fructus etiam bonorum in fideicommiſſo recadentium, quæ tempore mortis maritus poſsidebat cum grauamine reſtitutionis, vt ſupra latè probaui, fideicõmiſſarius enim in hoc caſu de iure, & iuxta forũ tenetur ſoluere dotẽ vxori hæredis fideicõmiſſo grauati, qui bona accepit à patre, vel ab alio aſcendẽte, & dũ nõ ſoluit, vxor facit fructus ſuos, & ſic melioris eſt cõditionis in hoc, quàm hæres grauati vltimi eorum poſſeſſoris.

32 Et ita fuit pronunciatum, me referente, ſententia lata in fauorem dictæ Hieronymæ Nauaſquillo & de Soler viduæ contra Sperãciã Soler & de Blaſco publicata per Franciſcum Paulum Alreus die 8. Auguſti 1615.

DECISIO CXXIIII.

INSTRVMENTVM, vel eius clauſulam, an, & quando notarius tradere teneatur habenti intereſſe, quanuis non ſit ex contrahentibus, qui eum rogarunt.

Salarium inſtrumenti quando debeat ſolui ab eo, qui notarium rogarunt, & in qua quantitate.

1 *Notarius non poteſt cogi tradere inſtrumentum ei, qui non rogauit, licet prætendat intereſſe, & num. 6. fallit num. 8.*

2 *Tabellio cogi poteſt à iudice, vt tradat copiam inſtrumenti habenti intereſſe, præſtito iuramento.*

3 *Iuramentum calumniæ præſtari debet à petente ſibi edi inſtrumentum pro ſuo intereſſe.*

4 *Editio inſtrumenti vbi petitur à prætendente intereſſe, exhibendum eſt à notario prothocollum ſeu inſtrumentum iudici, vt videat an interſit petentis illud, & ſic an mãdare debeat notario illud tradere.*

5 *Inſtrumentum edi debet à notario, quoties pars illo indiget ad fundandum ſuam intentionem, & ſic habet notorium intereſſe.*

7 *Notarius ſecundum ſtyllum Rotæ tenetur inſtrumentum edere ei, qui*

qui prætendit intereſſe, licet non mã dauerit.

8 *Inſtrumentum edi debet à notario in vltimis voluntatibus omnibus prætendentibus intereſſe, etiam eis, à quibus rogatus non fuit.*

9 *Salarium duplex debetur notario, vnum pro rogitu, alterum pro exẽplatione inſtrumenti.*

10 *Notarius pro eodem contractu, ſeu facto poteſt recipere duplicem ſolutionem, vnam pro ſcriptura, quam facit in papyro de prima rogatione, aliam de exemplatura, quam facit in membrana.*

11 *Inſtrumentum in membrana non cogitur pars recipere, niſi mãdauerit.*

12 *Salarium inſtrumenti ſi ſemel ſit ſolutum ad valorem, alijs vicibus ſoluitur ad laborem, hoc eſt ius ſcribendi.*

13 *Notarius tenetur iuxta forum Valentiæ tradere copiam aliquorum inſtrumentorum habenti intereſſe, ſoluto vno argenteo pro ſalario cuiuſlibet folij.*

14 *Notario ſoluere debet ſalarium inſtrumenti ille, qui rogauit illud recipere.*

15 *Copia, ſiue exemplar inſtrumenti, ſi tertius vult ſibi tradi, tenetur ſalarium illius ſoluere.*

16 *Notarius iuxta verum intellectũ gloſſæ in verbo exemplaria in l. fin. C. de princip. agent. in reb. lib. 12. tãtum poteſt recipere ſemel integrum ſalarium inſtrumenti, & ſi iterum tradat copiam, percipere ius ſcribendi pro labore, & ita practicatur Valentiæ.*

17 *Teſtamenta de iure Cæſareo poſſunt ſcribi, tam in membrana, quam in papyro.*

18 *Inſtrumenta teſtamentorum, & cẽſualium, ſiue annuorum redditum de conſuetudine Valentiæ ſemel tantum traduntur per notarium rogatum in membrana, poſtea vero copia authentica in papyro.*

19 *Notario de conſuetudine Valentiæ ſoluitur integrum ſalarium per eũ, qui petit ſibi tradi pro ſuo notorio intereſſe, quando eo vti vult ad agendum, & non aliter cogitur illud tradere, niſi ſoluto ſalario, facta ei ceſſione per notarium contra eum, qui eum rogauit, ſi autem eo indiget ad ſe tuendum, non ſoluit ſalarium, ſed tantum ius ſcribendi pro labore, & ita fuit iudicatum num. 21.*

20 *Ritus habetur pro lege, eſt enim ritus lex non ſcripta.*

DON Hector Corella petijt à Martino de la Cerna notario, qui fuit rogatus de vltimo teſtamento dominæ Annæ Caſanoua, vt illius clauſulæ hęreditariæ copiam authenticam ſibi traderet, & à iudice mandatum obtinuit, vt ſibi traderetur, ſoluto labore ſcribendi, vel ſalario ſolui ſolito pro clauſula inſtrumenti, & ad id præſtandum notarium teneri, fuit declaratum in regia Audiẽtia cum ſententia lata die 9. Aprilis 1601. à qua dictus Martinus de la Cerna notarius ſupplicauit, & cauſa ſupplicationis fuit introducta in alia Aula eiuſdẽ regiæ Audientiæ,

dientiæ,in qua eo tunc ego regius Conſiliarius,& Audiror exiſtebã, & mihi commiſſa, & dum de meritis cauſæ ageremus, Senatui viſum fuit,reſpectu editionis dictæ clauſulæ benè fuiſſe declaratum, cum enim dictus don Hector Corella notorium haberet intereſſe, vt ſibi dicta clauſula hæreditaria
1 traderetur ad probandum, quis eſſet hæres dictæ domnæ Annæ Caſanoua,iuſtè potuit obtinere, vt à iudice ordinario mandaretur dicto notario,eam ſibi tradi,licet enim notarius non poſsit cogi tradere inſtrumentum ei, qui non rogauit,licet prætendat intereſſe,latè probat Angel.conſ. 399. quem refert, & ſequitur Cagnolus in l. ſi librarius ff.de reg. iur. num. 52. Octauia.Cachera.deciſ. Pedemõ. 57.incipienti quidam n.:.vbi hãc
2 dicit eſſe communem concluſionem, tamen vbi conſtat de intereſſe,iudex poteſt cogere notarium, vt tradat copiam inſtrumenti,maximè præſtito iuramenro per prætendentem intereſſe l. fi. C. de iu-
3 re iur.& l.Theſaurus 15.ff.ad exibendum,ibi: *Non eſſe autem iniquũ iuranti mihi non calumniæ cauſa id poſtulare &c.* l.3.C.quemad.teſt.aperian.quæ iura,& aliquas doctrinas ad id allegat Cacher. vbi ſupra n. 4.& 6.vbi inquit,regulare eſſe, vt à quocumque perenre,ſibi edi inſtrumentum, exigatur iuramentũ
4 calumniæ l.ſi quis ex agentarijs §. exigitur ff.de edendo,& n.8. concludit idem Cacher. vltra iuramētum à parte requirente editionem præſtandum, eſſe exibendum à notario prothocollum, ſeu inſtrumē
5 tum iudici,qui, perſpectis verbis inſtrumenti,cognoſcet,an interſit petentis habere huiuſmodi inſtrumentum publicum, &ſi cognouerit aliquam iuſtam, vel ſaltem probabilem cauſam faciendæ editionis,coget tunc notariũ,media mercede,inſtrumentum publicũ edere,aliàs non,Bart.in l.1. in princ. verſ.fateor tamen ff. quemadmod. teſtam.aperian.Paul.de Caſtr.in l. quædam in principio ff. de edendo,Sola in commentarijs ad decreta antiqua ducum Sabaudiæ,in rubrica de rabellionibus, in decreto preſenri gloſ.in verbo notarij nu. 13.pag.233. & pro hac ſententia facit elegans textus in l.3.in §.ſciẽdum ff. ad exhib. ibi: *Sciendum eſt autem,non ſolum ei, quos diximus,cõpetere ad exhibendum actionem: verũ ei quoque,cuius intereſt exhiberi. Iudex igitur ſummatim debebit cognoſcere, an eius interſit,nõ & an eius res ſit: & ſic iubere vel exhiberi,vel nõ:quia nihil intereſt.* Licet hoc male ſeruãt aſſeſſores in ciuirate Valentiæ, qui ſolo iuramento partis prætendentis,habere intereſſe, mandant notarijs rogatis de inſtrumenris,vt ſatis facti de ſuo condecenti ſalario copiam authenticam tradant ei, qui iurauit habere intereſſe: In occurenti autem caſu iuſtè videtur, hoc fuiſſe prouiſum, quia dictus don Hector Corella indigebat dicta clauſula hereditaria teſtamenti

ad

Digitized by Google

ad fundandam ſuam intentionem in iudicio, & hoc caſu edi debet l.1.& 2.& ibi gloſ.in verbo *publicum* ff.quemadmod.teſt.aper.& apertius in l.fin.poſt medium C.de princ.agen. in reb.lib. 12. ibi: *Et quotieſcunque exemplaria poſtulantur his,quorũ intereſt,accepto ſolido, quod*
6 *petitur,præbere non differant*. Imo inquit Caputaquẽ.deciſ. Rotę Rom. 243.in 2.parte fol.62.quòd notarius, quanuis de iure non poſsit cogi ad edendum inſtrumenta per eum rogata, niſi duo concurrant. Primum,quòd eo mandante. Secũdum,quòd eius interſit gloſ.Alex. & Iaſ.in l.prætor in principio ff. de edendo,& ſi vnum ex his tantũ concurrat,non ſufficiat Dec. in c. 1.num.55.de prob. Bart. & Bald. quos omnes ſequuntur in d.l.Præ
7 tur,tamen ſecundum ſtyllum dominorum de Rota, de quo atteſtator deciſ.Rotæ Romanæ, 5.de probatio.in nou.alias 213. tenetur notarius inſtrumentum edere ei, qui prætendit tantùm intereſſe, licet non mandauerit, & ita dicit,fuiſſe tentum per Rotam, & hoc in oc-
8 currenti caſu bene fuit obſeruatũ, quia,vt inquit Decius in cap.1.de probationibus num.48. non procedit in vltimis voluntatibus, in quibus editio à notario fieri debet omnibus prætendentibus intereſſe, etiam eis, à quibus rogatus non fuit,ſequitur Tuſchus in verbo *edere* concl.43.nu.17. pag. 34. & per totam.

Dubium autem fuit in noſtra Aula Regię Audientiæ circa ſalarium teſtamenti,quod petebat dictus notarius à dicto don Hectore Corella,regulariter enim, attento
9 iure Cæſareo, notario duplex debetur ſalarium,vnum pro rogitu, alterum pro exemplatione inſtrumenti l.fin.C.de princip. agen. in reb.lib.12.& ibi Ioannes de Platea nu.4.ita ait. *Tertiò nota ex verſ.*
10 *exemplaria,coniuncta gloſſa, quòd pro eodem contractu,ſiue facto,poteſt notarius recipere duplicem ſolutionem, videlicet vnam pro ſcriptura, ſeu abreuiatura, quam facit in papyro de prima rogatione, & aliam de exemplatura,quam poſtea facit in membrana, & tradit parti, & pro hoc d.l.in facit verſ.& pro editione,& l.fin.infra de Caſtreſianis ver.in cognitionalibus, & verſ.in huiuſmodi autem,& fin.de re millitari l.tam collectores verſ. ita vti*
11 *ſi vniuerſitas.* Hanc tamen ſcripturam publicam non cogitur pars recipere, niſi mandauerit per ea, quæ not.Bart.in l.argentarius, & in l.quædam ff.de eden. Anto. tamen Sola ad decreta antiqua Sabaudiæ rub. de Tabellio.& notar. in decreto, quod incipit: In pre-
12 ſenti gloſ.in verb.notarij, inquit, quòd ſi prima vice ſoluta ſit merces ad valorẽ,alijs vicibus ex ſtylo ſoluitur ad laborẽ,quod in no-
13 ſtro Valentiæ Regno ſancitum eſt in cap.24.actuum Curiæ Brachiorũ Eccleſiaſtici, & millitaris Curiæ anni 1604. fol.74. pag.2. vbi diſponitur,quòd, ſi aliquis habet intereſſe in inſtrumẽtis,de quibus in

In capitulo præcedenti, notarius
teneatur, illi copiam tradere, ſolu-
to vno argenteo pro quolibet fo-
14 lio, & regulariter merces ſolui de
bet ab eo, qui rogauit notarium,
recipere inſtrumentum, notario e-
nim competit actio ex locato, ita
Cagnolus in d.l.ſi librarius num.
51.ff.de reg.iur. Vincentius Car-
15 ros.in tractatu de locato, tit. de fru
ctibus, & lit. expenſis quæſt.8. nu.
35. Decius conſil.27.num. 4. poſt
Bart.in l.1.§.1.ff.de varijs, & ex-
traordin.cognit. Surd.conſ. 66.li.
1. tamen ſi tertius vult, ſibi tradi e-
xemplar, tenetur etiam ſalariũ ſol
uere l. fin. C. de princip. agent.in
reb.lib.12.ibi: *Et quotieſcunque exē
plaria poſtulant hij, quorum intereſt,
accepto ſolido, quod petitur, præbere nō
differant*.& ibi gloſ.in verbo *exem
plaria* notat, aliud pro ſcribendo,
& aliud pretium pro exemplatura
dari, & licet Ioannes de Platea in
d.l.fin.num.4.ex dicta gloſ.in ver-
bo *exemplaria* affirmet, pro eodem
contractu, ſiue facto poſſe notariũ
recipere duplicem ſolutionem, vi
delicet vnam pro ſcriptura, ſeu a-
breuiatura, quam facit in papyro
de prima rogatione, & aliã de e-
xemplatura, quam poſtea facit in
membrana, & Surd. conſ. 6. nu.5.
lib.1.ait, quòd tabellioni, qui tē-
pore rogationis fuit ſolutus de
mercede confectionis inſtrumen-
ti, debet iterum ſolui ſalariũ, quã-
do pars vult copiam inſtrumenti
iuxta d.l.fi.§.exēplaria C.de princ.
agen.in reb.lib.12.referr, & ſequi
tur Bo. conſ. 27.ante num.1.& n.
1.lib.1. Ego tamen aliter intelligo
16 mentem dictæ gloſſæ in verbo *exē
plaria* nimirum notariũ poſſe per-
cipere integrum ſalarium pro ro-
gitu, & ſcriptura inſtrumenti, &
poſtea, ſi tradit copiam eiuſdem,
tantùm poſſe percipere ius ſcribē
di pro labore exemplationis, &
ita declarat Romanus ſing. 581.
incipienti: An tabellioni, habetur
in volumine ſingularium Docto-
rum, & Antonius Sola ad decreta
antiqua Sabaudiæ tit. de tabellio-
nib⁹ & notarijs ſuper decreta præ
ſenti gloſ. vnica num.6. ait: *Sed ſi
prima vice ſoluta ſit merces ad valo-
rem, alijs vicibus exemplar ſoluitur
ad laborem.* Et ita etiam Practica-
tur Valentiæ, quòd notario rece-
ptori, quando tradit inſtrumentū
in membrana, ſiue, vt vulgo dici-
tur, en forma, totum debetur ſala-
rium ad rationem decem pro mil
liario, ſiue vnius procentenario in
ſtrumentorum contractuum, po-
ſtea verò, ſi traditur copia eiuſdē
inſtrumenti, tantùm ſoluitur labor
iuris ſcribendi dictam copiam, ſi-
17 ue exemplar, & licet iuxta l. quo-
niam indignum 15.C.de teſtamē-
tis teſtamenta poterant ſcribi tam
in membrana, quàm in papyro, vt
conſtat ibi: *In quacunque materia cō
ſcribere* vbi gloſ. in verbo *materia*
declarat *membranis vel cartis*, Valē
tiæ dicitur, *en publica forma, ò en ſe-
da* vt in foro 43. tit. de notarijs, &
18 de conſuetudine teſtamenta, & in
ſtrumenta cēſus, ſiue annuorum
red-

Digitized by Google

redditum ſemel tantum, hoc eſt prima vice traduntur per notariũ rogatum in membrana, ſiue *en publica forma*, poſtea verò eorum copia authentica traditur in papyro,
29 & quod attinet ad ſalarium, in ciuitate Valentiæ de conſuetudine ſeruatur diſtinctio: Aut ille, qui habens notorium intereſſe petit inſtrumentum inter alios actum ad agendum, & tunc notarius, qui de eo fuit rogatus, illud non tradit, niſi facta ſibi ſolutione totius ſalarij, facta ceſsione per notarium illius receptorem ad exigendum ſalariũ à vero debitore, nimirum ab eo, qui notarium rogauit, vt reciperet inſtrumentum, ſi verò iſte tertius, qui pro ſuo intereſſe petit inſtrumenti copiam authenticam, indiget illa ad ſe tuendum, tunc non tenetur ſoluere ſalarium inſtrumẽti, ſed tantum ius ſcribendi debitũ pro labore. Et ritus habetur pro
30 lege in Curia Romana, vt poſt Speculatorem in tit. de teſt. §. 9. verſ. deinde, & de reſcrip. §. 4. ſcribit Scaglionus ſuper ritib. magnæ Curiæ ritu 1. num. 4. vbi inquit, quòd in magna Curia ritus habetur pro lege, & Carauita ritu 1. num. 1. inquit, quòd ritus lex non ſcripta dicitur, & Vincent. de Franc. multis relatis, deciſ. 148. num. 5. dicit, ritus in regno Neapolitano dici poſſe ius commune, & ita ſeruari debet, & iuxta hanc conſuetudinem fuit declaratum in dicta cauſa, ex quo dictus don Hector Corella petebat dictum teſtamentũ ad agẽdum, Martinum de la Serna notarium rogatum non teneri, copiã illius authenticã tradere, niſi prius ſibi ſoluto ſalario iuxta valorem bonorum teſtatoris ad rationem ſex decim ſolidorum, & octo denariorum pro milliario, dum modo ſalarium non excedat quingentos ſolidos, ſiue viginti quinq; libras monetæ Valẽtinæ iuxta forum 39. de notarijs fol. 220. facta ceſsione dicto don Hectori per dictum Martinum de la Serna notarium contra hæredes teſtatoris. Et ita, me referente, fuit pronuntiatum, reuocando ſententiam in alia Aula lãtam per Auditorem, cui fuerat cõmiſſa ad decidendum, iudicem à quo, cum regia ſententia lata in fauorem dicti Martini de la Serna notarij, & publicata per Franciſcum Paulum Alreus die 30. Octobris, 1604.

DECISIO CXXV.

EX indicijs indubitatis, & violentiſsimis poſſunt Regiæ Audientiæ, & Senatus ſupremi, Regiaque Conſilia, quæ nomine Regis ſententias proferunt, etiam nullo exiſtente teſte de veritate facti, in pœnã mortis naturalis condemnare, ſecus alij iudices, niſi indicia ſint taliter à lege approbata, vt ipſo iure faciant probationem.

Quadrupli pœna, in qua ineſt ſimplum, tenetur, qui per vim rapit, quanuis non ſit fur manifeſtus,

ſtus, & per iudicem cauſarũ criminalium ad reſtitutionem rei, & ad dictam penã condemnari poteſt.

1 *Caſus, ſiue facti ſpecies.*

2 *Infamia oritur ex ſententia, qua quis pro furto fuit condemnatus, & ita infamis redditur.*

3 *Furtum remanet ipſo iure probatũ, ex quo res furata reperta eſt penes eum, qui de furto erat infamatus, ſi non conſtet de alia cauſa, ob quã res furata ad eum peruenerit.*

4 *Furata res, ſi reperiatur penes eum, qui eſt de furto infamatus, oritur cõtra eum indicium ad torturam de iure Cæſareo.*

5 *Fur pro primo furto non attingente valorem centum librarum monetæ Valentinæ nõ poteſt iuxta forum Valentiæ ad mortem condemnari.*

6 *Indicium oritur ex cauſa delicti cõtra eum, qui eſt inclinatus ad illam cauſam.*

7 *Deliquiſſe præſumitur, qui cauſam delinquendi habuit.*

8 *Criminalibus in cauſis duo inſunt circunſtantiæ, nimirum, quis fecerit, & quam ob cauſam fecerit.*

9 *Delinquens vbi ignoratur, iudex per cauſas debet inquirere, quis ſit reus.*

10 *Deliquiſſe quis præſumitur ex cauſa, etiam ea non exiſtente, ſi inquiſitus putauit cauſam ad eſſe, quia inſpicitur cauſa, & non euentus.*

11 *Inclinatus de ſui natura ad illam cauſam, propter quam deliquiſſe imputatur, eſt de delicto indiciatus, maximè quando nemo alius imputatur de illo delicto, quàm inquiſitus.*

12 *Malus ſemel ſemper præſumitur malus in eodem genere mali.*

13 *Homicida, qui ſemel fuit, præſumitur etiam occidiſſe eum, cuius homicida ignoratur.*

14 *Socius iteneris non denuntiãs mortem ſocij in itinere interempti remanet indiciatus de homicidio, & numer. 15.*

16 *Mendacium facit indicium contra inquiſitum, & maximam præſumptionem.*

17 *Mendacium præſupponit dolum præſumptum*

18 *Indicium oritur contra inuentũ in loco delicti, quod illud cõmiſſerit, & contra eum, qui reperitur in loco propinquo, & num. 19. licet non ſufficiens ad torturam, niſi alia concurrant n. 20.*

21 *Cruor in veſtimentis alicuius repertus facit indicium in crimine homicidij iuncto cum alio.*

22 *Enſis madefactus ſanguine facit indicium de homicidio.*

23 *Vulnera ad menſuram gladij faciunt indicium contra eum, penes quem reperitur gladius ſanguine madefactus.*

24 *Indicium oritur, ex quo ſunt foramina reperta in tunica exiſtente penes inquiſitum correſpondentia foraminibus ſubuculæ repertæ in cadauere occiſi, quado ſunt eiuſdem menſuræ, & in eiſdem locis.*

25 *Indicium furti oritur contra eũ,*

qui

Digitized by Google

qui viſus fuit exire cum fardello à domo, in qua fuit factum furtum.

26 Indicium oritur contra eum, qui viſus fuit deferre fardellum prope locum, in quo reperitur cadauer hominis denudati, maximè ſi deferẽs fardellum erat ſocius itineris occiſi.

27 Fama orta ex probabilibus cauſis facit indicium ad torturam, & ſemiplenam probationem numer. 29.

28 Fama, quæ non oritur ex probabili bus cauſis, dicitur vana vox populi, quæ exaudiri non debet.

30 Indicijs indubitatis conuictus non poteſt ad mortem condemnari, & hæc eſt magis communis opinio, contrariã tamen tenent relati num. 36.

31 Condemnari quis non poteſt iuxta foros ex præſumptionibus, vt docet Belluga.

32 Indicia indubitata extra ſuprema Regia tribunalia non ſufficere ad condemnationem ſentit autor, & Belluga infra num. 40. declara vt num. 41.

33 Regia Audientia poteſt ex indicijs indubitatis condemnare, & nu. 44. & ratio redditur hic, & num. ſequenti, & ita practicatur numero 35.

34 Rex poteſt iudicare ſecundum conſcientiam.

35 Regia Audientia Valentina ſæpius ex indicijs indubitatis ad mortem condemnauit, & num. 51.

36 Pœnam delicti ordinariam imponi poſſe ex indicijs indubitatis tenuerunt multi hic relati, & numer. 42. & probatur n. 40. & 42.

37 Mortis pœna condemnari poſſe ex indicijs indubitatis tenuerunt hic relati.

38 Indicia, ſi adeo ſunt violenta, & vrgentia, vt iudex aliud credere non poſſit, ſufficiunt ad pœnam ordinariam imponendam.

39 Ordinaria pœna imponi poteſt ex indicijs indubitatis in delictis occultis.

41 Indicia indubitata, quando ſufficiant ad pœnam ordinariam imponendam in delictis occultis; & quãdo in reliquis delictis, hic declaratur.

43 Regia Audientia fuit inſtituta in Regno Valentiæ per Catholicum Regem Ferdinandum Secundum die 30. Nouembris 1507.

45 Pœna quadrupli imponitur, quando furtum eſt manifeſtum.

46 Fur eſt manifeſtus, qui deprehenditur cum furto.

47 Quadrupli pœna tenetur, qui per vim, & cum armis commiſit latrocinium. In quadruplo ineſt ſimplum, & num. 50.

48 Actio furti, & vi bonorum raptorum, quando agitur ad rei reſtitutionem, ciuilis eſt.

49 Iudex maleficiorũ poteſt condenare iuxta forum ad rei reſtitutionem in quadruplum.

51 Condemnatus fuit per Regiã Audientiam conuictus ex ſolis indicijs abſque vllo teſte ad pœnam mortis, & quòd cadauer in fruſtra ſcinderetur cum Regia ſententia, de qua hic.

1 MICHAEL Marti aliàs Balonetes anno 1606. cum eſſem iudex Regiæ Curiæ exiſtens in Regio crimina. Conſilio Valentino, fuit à me inquiſitus de homicidio proditorio, ſimul cum furto perpetrato in perſonam cuiuſdam hominis Siculi, cuius cadauer fuit inuentum in via, quæ ducit ab opido de Cullera ad mare cum vulneribus illatis cum enſe, vel pugione, cum ſola ſubucula, abſque alijs veſtibus, quibus incedebat indutus, & in dicta ſubucula fuerunt inuenta foramina ictuū enſis, ſiue pugionis, & plenè fuit probatum, dictum inquiſitum fuiſſe ſocium itineris occiſi, & quòd ambo peruenerant ad diuerſorium opidi de Cullera, in quo ſimul prandium ſumpſerunt, & potea ſimul diſceſſerunt ſumentes viā, quę ducit ad ciuitatē Valētiæ, quæ paulò poſt diuiditur in duas, alia itur per terrā ad vrbem, alia vero per litus maris, & ſimul iuncti viſi fuerunt ambo ſoli incedētes per iter, quo itur ad litus maris poſt trans actum locum, quo itur ad vrbem Valentiæ per terram, & paulò poſt in eodem itinere inuentum fuit cadauer dicti Siculi occiſi, & denudati adhuc conſeruans calorē, & ſic ex quo corpus mortuum adhuc non erat frigidum, conſtabat fuiſſe interemptum, & circa dictum cadauer in via, quę ducit ad mare, viſus fuit dictus Michaël Marti inquiſitus deferens ſupra dorſum veſtes inuolutas cum funibus ligatas in fardello, & ipſe inquiſitus incedebat cum femoralibus linteis ſanguine aſperſis, & maculatis, & dictum fardellum veſtium ipſe in commendam tradidit cuidam concubinæ ſuæ, & poſtea ab ea recuperauit exiſtens in carcere, & confeſſus fuit, proprias eſſe ipſius, & à me interrogatus, vnde illas habuiſſet, dixit emiſſe à perſona incognita, & fuit de mendacio conuictus, quia ante diem, in qua dixit, eas emiſſe, conſtitit, eas commendaſſe dictæ ſuæ concubinæ, & fuit probatum, veſtes fuiſſe eaſdem, quibus incedebat veſtitus dictus Siculus occiſus, & in tunica vulgo appellatā *ſayo*, quæ reperta fuit penes dictum inquiſitum, inuenta fuerunt foramina, quæ correſpondebāt foraminibus inuentis in ſubucula dicti hominis occiſi, & omnia dicta foramina videbātur acta cum ictu enſis, ſiue pugionis; & cum eſſet ſocius itineris, non detulit mortem ſocij. Dictus Michaël Marti de quodam homicidio perpetrato in oppido de Almenara fuerat condemnatus, & remiſſus per Comitem Almenaræ, & poſtea propter quoddam furtum parui valoris fuerat per me in exilium miſſus. Et licet aliquandiu erat piſcator, tamen noſcebat laborare, & reputabatur vagabundus, homo malæ famæ,

&

& opinionis,quia luxurioſè viue-
bat,pluries fuit conuictus,de men
dacio in confeſſionibus. Quibus,
& alijs adminiculis concurrenti-
bus,viſum fuit S.R.V.Conſ. pœ-
na mortis naturalis fore condem-
nandum,licet nullus teſtis de viſu
adeſſet contra dictum inquiſitum,
ſed tantum ſupra dicta indicia. In
primis enim graue indiciū faciebat
inuētio veſtiū occiſi penes ipſum
inquiſitū,cū enim ipſe eſſet de fur
to aliàs cōdēnatus,& ſic in famat°
2 l. ſi furti 8.C.ex quib° cau. infa.in
roga.ibi: *Si furti cōdēnata es citra ver*
bera quoq; fuſtiū famæ damnū ſubijſti,
&dictæ veſtes furto ſubtractæ ab
occiſo penes eū repertæ,remane-
batplenè conuictus de furto abſq;
alia probatione; cū nō cōſtaret de
alia cauſa,obquā dictæ veſtes fura
tæ adeū perueniſſēt,ita enim diſpo
ſitū eſt lege noſtri Valētiæ Regni
foro 101.de Curia & baiulo fol.
22.licet aliàs iuxta l.in ciuileC.de
furtis hæc nōſit ſufficiēs probatio,
ſed tātū facit indiciū cōtra eū pe-
nes quē res furtiua fuit reperta,ni-
ſi oſtēdat à quo emit,vel habuit di
ctā rē,vt,plurib° relatis,probat An
ton.Gom.tom.3. variarū c.13. de
tortura reorū n.12.tamē in noſtro
Regno propter diſpoſitionē dicti
fori habetur pro plena probatio-
ne,ex quo tamen veſtes ſubtractæ
nō valebāt cētū libras monetæ Va
lentinę,ſolùm propter dictum fur
3 tum nō poterat ad mortē cōdēna
ri iuxta forum 85. anni 1585. Fa-
ciebat tamē graue indicium,quòd
ex quo illū denudauerat, & veſtes
ſurripuerat, eū occiderat,nō enim
poterat cōſiderari alia cauſa illum
occidēdi,quā furādi, & cauſa deli
cti facit indiciū cōtra eū,qui eſt in
6 clinatus ad illā cauſam Fari.in pra
xi tit.de indicijs q.52.n.144.147.
& ſequēti fol.532.vbi inquit,ꝙ il-
7 le,qui cauſam delinquēdi habuit,
deliquiſſe præſumitur ſecūdū Frā
ciſcū Caſon.de indic.tract. 2. c.1.
8 n.2.& c.3.n.1.2.6.& 7.vbi,magi-
ſtraliter loquēdo,dicit,ꝙ in cauſis
criminalibus duo inſunt circun-
ſtātiæ,quis ſcilicet fecerit, & quā
obrem fecerit:ſi enim quis fuerit
interfectus,& ignoratur à quo, is
9 præſumitur interfeciſſe,qui inter-
ficiēdi cauſam habuit, & ſic quan
do delinquēs ignoratur,iudex illū
per cauſas quæret, quia cauſę nō
ſolū indicāt propoſitū, ſed etiā re
ū, vt ibi per Caſon.Vnde cū in ca
ſu noſtro dict° Michaël Marti aliàs
Balonetes,ſit inclinatus ad furādū
&pro furto fuiſset inexiliūmiſſ°,&
nō cōſideretur alia cauſa in dicto
homicidio,quā furādi, quæ ex ef-
fectu deducitur,cū interfect° repe
riatur veſtib° exutus, dicendū eſt,
ex hac cauſa fuiſſe interfectū,vt pe
cunias,quas ſecū veriſimiliter de-
10 ferebat,ei auferret,qui eū interfe-
cit.Quod procedit etiā, nulla cau
ſa exiſtēte,ſi delinquēs putauit,cau
ſam adeſſe,vt inquit Fari.dicto n.
146.poſt Caſon.dicto tract.1.c.3.
n.3.ver.Nihil tamē refert, iudex e
nim animaduertit,quo animoquid
quiſq; faciat,nō autē quo euētu v-

Digitized by Google

tatur l.1.§.ſi quis inſtrum.C.de la
tina liber.tollẽ.cũ alijs ibi per eũ
allegatis.Vnde quãuis in dictoSi-
culo occiſo nõ fuerit inuẽta pecu-
nia,tamen idẽ Michaël Marti poſt
latã ſentẽtiã confeſus fuit, ipſum
occidiſſe animo furãdi pecuniam,
quã putabat ſecũ deſerre, & poſt
perpetratũ crimen eum recogno-
uiſſe,& tãtũ penes ſe inueniſſe v-
11 nũ numũ.Addit Farin.d.n.47.mul
tò magis hoc indiciũ procedere,
quãdo inquiſitus de ſui natura eſt
inclinatus ad illã cauſam,propter
quam deliquiſſe imputatur,vt per
Caſon.de indicijs d.tract.2.d.c.3.
n.11.& hoc indiciũ magis afficit,
quãdo nemo alius imputatur de de
licto,quã ille,qui eſt inquiſitus de
eo,aut carceratus,itaFari.d. q.52.
n.149.vbi pro hac ſentẽtia allegat
Soc.in cõſ.54.circa fi.lib.3. Bald.
cõſ.427.n.5.in vlt.vol.quẽ refert,
& ſequiturBonac.in cõmun.opin.
crim.p.2.ver.indicia debent præ-
cedere in fi.f.mihi 36.col.1.inpri.

Præterea,cũ eſſet de homicidio
cõdẽnat⁹,licet fuiſſet remiſſus,ſiue
cõdonat⁹,adhuc tamẽ ex hoc orie
batur cõtra eũ præſũptio inhoc ge
12 nere delicti per ſentẽtiã, & ſemel
malus ſẽper præſumitur malus in
eodẽ genere mali,ca. ſemel malus
de reg.iur.in ſexto, & latè probat
Menoc.de præſ.lib.5. præſ.3. vbi
probat autoritatibus Ciceronis,
13 Fabij Quintiliani,& aliorũ, & nu.
10.in terminis noſtris inquit quòd
qui ſemel cõmiſsit homicidiũ,præ
ſumitur etiã occidiſſe eũ,cuius ho
micida ignoratur,ita Sali. in l.vlt.
col.pen.C.de quæſtio. & apertius
Marſilius in l.1.inpri.ff. de quæſt,
& in ſing.217. & clarius Alcia.in
tract.de præſ.reg.2.præſ.7.n.1.

Cõcurrebat etiã in caſu noſtro a
liud indiciũ, ꝙ occiſus, & dictus
Marti inquiſitus erãt ſocij itineris
14 & ita,nõ inuẽtohomicida,cõtra ſo
ciũ præſumitur l.1.§. cũ dñs.ff. ad
S.C.Syllania.ibi:*Cũ dominus in iti-
nere eſt occiſus de his,qui vnà cũ eo fue
rũt,cũ occideretur, vel cũ vnà fuiſſent
profugerũt:ſuppliciũ ſumẽdũ eſt*,& ibi
Igneus n.8.inquit,ſociũ itineris te
neri oſtẽdere,quis ſociũ interfece
rit,aliàs cõtra ſociũ viuũ reſultat
indiciũ.Agebatur cõtra dictũMar
ti aliàs Balonetes,quia ipſe nõ de-
15 tulit mortẽ ſocij occiſi,ita Meno.
de præſ.lib.1.præſ.89.n. 107. vbi
inquit,indiciũ ad torturã ſufficiẽs
oriri ex eo,ꝙ ſocius reperitur oc-
ciſus in domo ſocij,qui mortẽ ſo-
cij nõ detulit,ſed tacuit,ita egre-
giè Rom.in l.excipiũtur in fi. ff.ad
S.C.Syllan.quẽ ſequuti ſunt Aug.
de Arim.in addit.ad Angel.Aret.
in tract. malefic.in verbo fama pu
blica.Et licet de hac opinione du
bitauit Marcil.in pract.crim. in §.
ex pedita in fi.tamẽ,vt inquit Me-
noc.nõ erat,ꝙ dubitaret,quia ne-
gari nõ poteſt, ſe ſuſpectũ facere
ſociũ,qui nõ ſolũ non detulit, ſed
etiam tacuit homicidium ſocij.

16 Cõcurrebat etiã in noſtro caſu
mẽdaciũ dicti inquiſiti circa hoc
ipſũ,nã cũ fuiſſet à me interrogat⁹
quis interfeciſſet dictũ ſuũ ſociũ,
reſpon-

reſpondit, hoc ignorare, quia, poſt quã ambo profecti fuerũt ab opido de Cullera ad ciuitatẽ Valẽtię & peruenerũt ad locũ, in quo via diuiditur in duas, quarũ vna tẽdit ad orbẽ per terrã, alia verò per lit' maris, ſocius, qui fuit repertus interfectus interceſsit per viam, qua itur per terrã, ipſe verò inquiſitus inceſsit per iter, quo itur ad litus maris, & de hoc fuit conuictus de mendacio cũ teſtib', qui dixerũt, ambo ſimul incedẽtes inueniſſe, dimiſſa via, qua itur per terrã incedẽtes ambo ſoli per viã, qua itur ad mare, & mẽdaciũ facit indiciũ, & maximã præſumptionẽ cõtra reũ, ita Farin. in praxi tit. de indicijs, & tortura q. 52. n. 2. & 3. fol. 523. vbi allegat Bar. originaliter dicentẽ in l. fi. n. 3. ff. de quæſt. quẽ ſequuti ſunt Pariſ. de Put. in tracta. de Synd. in ver. tortura c. 5. incip. viſo de indicijs indubitatis n. 2. in fi. Alex. conſ. 77. in caſu auiſ. col. 2. ver. primũ eſt indiciũ lib. 1. Gram. cõſ. 5. n. 5. in fi. & cõſ. 17. n. 9. Blãc. de indi. ad l. fi. ff. de quæſt. nu. 265. & eſt cõmunis, vt per Rolã. in cõſ. 14. n. 19. li. 4. vbi alios plures refert cõcordãtes, ex mẽdacio enim præſumitur dolus l. ſeruus §. ſi perſuaſe-
17 rit ff. de dolo l. ſi quis affirmauerit ff. eodẽ Bar. in l. procurator qui pro euictione ff. de procura. Aym. cõſ. 2. n. 13. li. 1. & cõſ. 282. n. 7. Iacob. Port. Imol. conſ. 78. in princ. Hip. Rimin. conſ. 274. n. 67. lib. 3. Dec. conſ. 32. n. 24. & ſeq. lib. 3. Maſcar. de prob. lib. 1. concl. 531. num. 19. & ſeqq. & ſtante dolo negantis veritatem, non eſt mirũ, quod contra ipſum oriatur delicti præſumptio.

Rurſus, Michaël Marti viſus fuit prope locũ cõmiſsi delicti, nimirũ
18 vbi exiſtebat cadauer hominis Siculi vulneribus interfecti adhuc cõſeruans calorem, & inuẽtus in loco delicti habet indiciũ cõtra ſe
19 l. 1. §. quid ergo, & §. hoc autẽ ff. ad Syllan. idẽ eſt ſi reperiatur in loco propinquo, videtur enim ac ſi reperiretur in loco ipſo argum. l. cũ ilis in prin. ſupra de via pub. & l. pen. §. 1. ſupra de flumi. & l. fi. §. ſi quis ſupra de muner. & honor. & l. ſi locus §. cum via ſupra, quem admod. ſer. amit. & cap. ſi ciuitas de ſent. excom. libr. 6. ita pro indicio tradit. Pariſ. de Put. in tract. de Syndica. in verſ. ſi quis eſt inuentus, intelligens quando eſt nimis proprinquus, vt quaſi contiguus videatur c. 1. de cõſecrat. li. 6. indi-
20 ciũ hoc, dixit Fari. vbi ſupra, putarẽ de per ſe nõ eſſe ſufficiẽs ad torturã, niſi repertus ſit cum armis, vt verificetur id, ꝙ dicit Bar. dũ vult, indiciũ propinquũ eſſe, ſi captus eſt ibi, & dicitur quòd eſt propter hoc, vt dixit Fari. ſupra in ver. prope mortuũ, vel ꝙ cũ iſta inuẽtionẽ cõcurreret aliquid aliud indiciũ, vt dixit Marc. Blãc. in tract. de indicijs & tortura n. 300. & 301.

Ad hæc extabat etiã aliud maximũ indiciũ, nã femoralia dicti Mi-
21 chaëlis Marti inquiſiti reperta fuẽrũt ſaguine aſperſa & madefactã ita Fra. Caſan. de maleficijs tract.

Digitized by Google

10.cap.6.tom.11.tract.part. 1.fol. 288.p.2.vbi inquit, quòd ſi cruor in veſtimentis, aut armis alicuius apparebit,oritur indicium ad torturam ſecundum multos,licet hoc indicium ſimpliciter non probet, dicens per ſe non ſufficere,ſed iuncto cum alio,veluti ſi reus in eodẽ loco fuerit,vbi de delicto conſtet, & Carrerius in pract.crim.indicio 21.fol.62.inquit,indicium ad tor-
22 turam eſſe,ſi quis reperiatur cum enſe ſanguinolento exiens de domo,vel vinea,& ibi reperiatur homo mortuus,& idem Carrerius in dicio 36.fol.65. inquit, indicium
23 eſſe de homicidio,ſi reperiatur enſis madefactus ſanguine,vel vulnera erant ad menſuram gladij, & Menoch.de præſumpt.lib.1. præſump.89.num. 135. inquit, ſufficiens indicium ad torturam oriri, quando reperitur enſis ſanguine madefactus,& probatur,enſem illum fuiſſe illius inquiſiti,itaPariſ. àPuteo in tracta. de ſyndicatu in verbo *tortura* il.3.quem ſecutus eſt Carrerius in dicta pract.crim.pag. 36.in 36.indicio,idem ſenſitBoërius quæſt.165.num.2.

Porro in veſtibus occiſi,quæ repertæ fuerũt penes dictũ Michaële Marti,nimirũ in tunica,ſiue *ſaio*
24 reperta fuerũt foramina ſimilia his quę reperta fuerunt in ſubucula reperta in cadauere occiſi,nimirum eiuſdem menſuræ,& in eiſdem locis,ita vt quodlibet foramẽ tunicę correſponderet ſimili foramini ſubuculæ,vnde,ſicut quando vulnera ſunt admenſurã gladij inquiſiti,cõtra illũ oritur indiciũ,vt dicit Carr.re.dicto indicio 35.& dixi ſupra n.23.ita etiã in caſu noſtro.

Cõcurrebat etiã aliud indiciũ, quòd dictus Michaël Marti viſus fuerat à loco,inquo inuẽtũ fuit cadauer per viã,qua itur ad litus ma-
25 ris deferẽs ſupra dorſum fardellũ veſtiũ,& ſicuti furti indiciũ oritur cõtra eũ,qui viſus fuit exire cũ fardello à domo,inqua fuit factũ furtũ,vt probat Farin. de furtis q. 176.n.64.fol.104.vbi pro hac ſententia allegat Cyril.in ſum. crim.p. 3.rub.de queſt.§.9.Brun.de indic. p.1.q.3.n.4.Blãc.de indic. n. 418. Plot.de in litẽ iur.n.889.ſecũdum antiquã impreſsionẽ Grat.cõſ.94. n.14.ver.tertia probatio li.2. practi.Cõrrad.ru.de negatione crimi. & tormẽ.n.20.ver.4.ad idẽeſt indiciũ, Nouel.in pract.crim.in §.furtũ n.6.& 7.fol.mihi 118. Menoc. de præſ.li.5.præſ.31.n.8. Maſcar. de probat.li.2.cõcl.831.n.2. Bru. in ſolẽni ſuo cõſ.crimi.nu. 128.in fin.vbi tenet,ꝙ hoc indiciũ debeat probari per duos teſtes,& dicit verũ Bonif.in tract.de furtis §.2. nu.
26 55.Ita etiã & afortiori in noſtro caſu,cũ repertus fuerit dictus homo in itinere occiſus,& denudatus,& nõ longè ab illo ſocius itineris repertus fuerit cũ fardello veſtiũ,quibus ille incedebat veſtitus,præſumitur ab illo occiſus, & denudatus.

Et fortius aſtringebat dictũ indiciũ,nã interrogatus vnde habuiſſet dictas veſtes,reſpondit, emiſſe

in

in ciuitate Valentiæ paulò ante quàm fuiſſet carceribus mancipatus à quodam homine, cuius nomen ignorabat, quem fortuitò inuenit in quodam vico. Et de hoc mendacio fuit etiam conuictus, cōſtitit enim multò antea viſum fuiſſe cum fardello dictarum veſtium-quod ſuæ concubinę commendauit, & mendacium, vt ſupra dixi num. 16. facit indicium.

27 Denique præter alia adminicula, quæ cōcurrebant, extabat vox, & fama publica, quòd ipſe occiderat dictum ſuum ſocium itineris, vt ei ſurriperet, quæ ſecum deferebat, & poſtquam interemerat, eum denudauerat, & hæc fama orta erat ex probabilibus cauſis, nimirum ex ſupra dictis omnibus indicijs, & hoc caſu fama indicium facit ad torturam, ita Angel. in l. fin. C. de quæſt. & ibi Alan. num. 313. verſ. fama ibi *ſi vero vltra*, Bald. in conſ. 502. incipien. quæritur an per ſolam famam, vbi dicit, quòd tunc ad tormenta venitur per publicam famam, quando orta fuit ex probabilibus cauſis, ex quibus ſurgunt indicia ad torturam, & dicitur orta ex probabilibus cauſis, quando inducitur populus ad ita credendum, vel dicendum, aliàs eſſet vana vox populi, quæ exaudi-
28 ri non debet l. de curionum C. de pœnis & quod fortius eſt, fama ſemiplenam probationem facit, quā-do ortum habuit ex veriſimilibus
29 coniecturis, ita Farin. in praxi tit. de indicijs quæſt. 47. num. 54. vbi multos Doctores allegat ita tenentes, Caputaquenſis deciſ. 208. nu. 7. par. 2. & idem Farin. nu. 58. hanc dicit magis cōmunem ſententiam quando fama ortum habuit ex vero ſimilibus coniecturis, de quibus ſtandum eſt arbitrio iudicis. Et licet ſupra dicta indicia per ſe ſumpta non ſufficerent, tamen ſimul iuncta faciunt probationem, iuxta ea quæ dicit Bart in l. 1. §. ijdem Cornelio ff. de quæſtionibus, quòd quādo plura tendunt ad perficiendum vnum totum, tuncque non poſſunt ſingula, multa iuuant, ſicuti parietes de per ſe, & tectum de per ſe non faciunt domum, tamen ſimul iuncta eam faciunt. Et quòd iungantur plura indicia ad faciendam probationem, pluribus relatis probat Boërius diciſ. 164. n. 3. 4. & 5. vbi dicit, ſecundū hanc partem latum fuiſſe Areſtum, & n. 6. in fin. dicit, relinquendum eſſe arbitrio iudicantium, quando ſunt plura vehementiſsima indicia indubitata, Gram. deciſ. 11. num. 16. Quibus omnibus concurrentibus, per ſacrum Regium criminale Valentinum Conſilium, dictus Michaël Marti aliàs Balonetes, me referente, fuit ad mortem cōdemnatus, concordi omnium voto, cum ſentētia in fine huius deciſionis referenda.

30 Sed dubium legenti faciet id, ꝙ cōmuniter dicitur, ex indicijs etiam indubitatis, quem non poſſe ad mortem condemari iuxta l. abſentem ff. de pœnis, ibi: *Sed nec de ſuſpi-*

ſuſpicionibus debere aliquem damnari diuus Trajanus Auſi dio Seuero reſcripſit. Sanctius enim eſſe, impunitū relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnare l. fin. C. de probat, ibi: *Sciant cuncti accuſatores, eam ſe rem deferre in publicam notionem debere, quæ munita ſit idoneis teſtibus, vel instructa apertiſsimis documentis, vel indicijs ad probationem indubitatis & luce clarioribus expedita.* Glo.& Bar. in d.l.abſentem col .1.verſ. venio ad ſecundum, Bald.in l. millites n. 5.C.de quæſt.Bart.in l. quod Nerua nu.15.in fin.ff. depoſiti, Aret. in cap.tertio loco num. 15. in fine de probat.gloſ. in l.fin. verbo *vel indicijs* verſ.non autem ex præſumptione C.de probat. & ibi Cinus num.1.Paul.de Caſtr.num.3. Bal. in l.1.num.6. verſ. item quoniam ad commiſsionē pœnarum C. de his quæ pœn. nom. Boër. deciſ. 164.num.1. Brun. de indic.& tortur.par.1.quæſt.4.num.7. verſ.itē adde Aug.dic.Caſtr. conſ. crimi. diuerſ.94.num.2.lib. 1. in paruis, Gram.conſ.13.num.37.Dec. cōſ. 189.num.3.& num.15.Boſſ.in tit. de coniect.num.16.Ant.Gom. de delict.cap.12.rub.de prob. delict. nu. 25. vbi de cōmuni. Monticel. reg.crim.11.num.2. ampliat, etiā quòd præſumptiones eſſent probabiles, & euidētes, Octauian.Cacheran.conſ.65. nu. 46. Maſcard. de probat.lib.1.concl. 459. num. 8.& 9.& concluſio. 496. nu.2. & lib.3.concl.1167.num.3.& faciūt pro hac concluſione, à qua tanquā veriſsima in iudicando non recedas, Doctores allegati à Farina eadem quæſt.num. 3.in ſeq. ampliatione, quos refert, & ſequitur Farin.in praxi.3.part.tit.de reo conſeſſo, & conuicto, quæſt. 86. n.1. & plures alios etiam allegat nu. 2. & per totam illam quæſtionem latiſsmè pro ſequitur, & num. 117. dicit hanc magis communiter receptam a Doctoribus, & hanc cōmuniorem, & veriorem, multis relatis, dicit Ceuallos in practicis quæſtionibus communibus cōtra communes quæſt. 337.ver.ſed contrariam ſententiam pag. 437. quā probare videtur in noſtro regno forus Alcu 52.de crim. quem
31 allegat Valentinus noſter Belluga in ſpeculo Principum rub.33. de materia fiſcalium num.22. in fine, & num.23.& facit, nam in criminalibus ad plenam probationem faciendam duæ etiam ſemiplenæ probationes non iunguntur Menoch.alijs relatis, de præſump. li.
32 1.præſump.41. num.8. vbi dicit, hanc eſſe magis receptam opinionem, vnde ſequenda videtur opinio Petri Belluga vbi ſupra, quā
33 veriſsimam eſſe puto obſeruandā extra regia ſuprema tribunalia. Tamen in Regia Audientia, & in Senatibus ſupremis, in quib⁹ ſententiæ nomine Regis proferuntur, vbi indicia ita ſunt indubitata, vt judices non poſsint aliter credere, tunc in praxi recepta eſt contraria ſententia, vt teſtatur Farin. dicta quæſt.86.num.117. Cuius ratio-

tionem ipſe reddit num. 113. poſt medium, dicendo, hoc facere propter authoritatem, quam habent iudicandi ſecundum conſcientiã, quam etiam reddit Iulius Clarus
34 in §. fin. quæſt. 63. num. 9. verſ. bene verum eſt. Rex enim poteſt ſecundum eam iudicare, ſola veritate inſpecta tanquàm Deus, & etiã Senatus, qui eum repreſentat, Cravetta conſ. 198. num. 7. ad medium, Cancer. tom. 2. variarum cap. 5. de ſolutionibus num. 19. vnde ſi iudices R. C. ita ex proceſsibus ſunt informati, vt nõ poſsint aliter credere, niſi delinquentem tale homicidium perpetraſſe, quia reus conuictus eſt indubitatis indicijs, poteſt regium conſilium, quod Regẽ repreſentat delinquentem ad pœnam ordinariam condemnare, vt factum fuit in S. R. conſ. Neapolitano, teſte Thoma. Grammat. deci. 56. num. fin. & pluries in R. Audiẽtia Cathaloniæ, vt teſtatur don Ludouicus Peguera deciſ. 17. nu. fin.
35 & per totam, & in Regia Audientia Valentina pluries etiã ita fuit obſeruatũ, & inter alia ita fuit iudicatum præſidente Illuſtriſsimo & Excellentiſsimo Domino Don Ioanne de Ribera Patriarcha Antiochiæ Archiepiſcopo & Prorege Valentino cum ſententia lata, referente nobile don Raymundo Sans contra Iaques Naxes ſententia pub. per Franciſcum Paulum Alreus die 7. Septembris 1603. in qua, cùm quinque eſſemus iudices dictæ cauſæ, vnus fuit contrarij voti, & poſt hæc ſcripta fuit lata ſententia cum votis S. S. R. C. in fauorem Reg. Fiſci contra N. publ. per Franciſcum Paulũ Alreus die 20. Septembris 1622. cum qua ex ſolis indicijs propter mandatum de homicidio fuit ad mortem condemnatus. Rationẽ huius practicæ rreddit Peguera vbi ſuprà num. 43. quia, quando concurrunt multæ probationes in ſuo genere perfectæ, iunguntur etiã in criminalibus ad plenam probationem faciendam, licet quando probationes in ſuo genere ſunt imperfectæ, veluti quando indicia non ſunt cõcludenter probata, non coniungũtur ad plenam probationem faciẽdam.

36 Et hanc opinionem; quòd ex indicijs indubitatis poſsit condẽnari ad pœnam delicti tenuerunt Bald. in l. excipiuntur nu. 1. ff. ad Syllania. vbi ait, quòd ex multis indicijs reſultat plena probatio, etiam ad condemnationem capitalẽ, & in l. fi. C. de probatio. inquit. *Tertio nota, quòd per indicia indubitata, & luce meridiana clariora conuincitur quis plenè de maleficio*, & num. 6. ait. *Indubitata indicia ſunt ea, quæ à lege ſunt approbata, ſicut quando ſimul plura collecta, & in vnam conſonantiam tendentia indicant indubitabiliter veritatem*, & ibi Salic. nu. 2. ait, quòd quandoque indicia non ſunt indubitata, ſed eorum dubitatio eſt commiſſa iudici, & tunc, ſi plura ſimul collecta indicant veritatem, illa dicuntur tunc indubita-

ta,& ſufficiunt ad condemnationẽ vt in d.l.fin.ibi:*Vel indicijs ad probationem indubitatis*.Et quod pœna ordinaria delicti poſsit imponi ex ſolis indicijs indubitatis conuicto,tenuerũt Abbas Panor.in cap. afferte de præſumptionibus an.6. Menoch.de præſumptio.lib. 1. q. 97.num.finali, vbi allegat ita tenẽtes Felin.in d.c.afferte num.8.Anton.Roſſell.in tractatu de conſilio §.23.num.4.Auguſt.Ariminen.in additio.ad Angelum de maleficijs in verbo quòd fama publica num. 27.& Franc. Brunus in tracta. de indicijs & tortura par.p. quæſt.4. num.15.in fine,& ſentit Gram. in deciſ.42.n.5.eandem tenuit Maſcard.de probatio.concluſio 865.
87 num.2.qui ait, ex huiuſmodi indicijs indubitatis poſſe ad condemnationẽ deueniri,etiam ad mortẽ ſine alijs probationibus,& ſubiungit Maſcard.verba ſequentia: Ita ſcripſerunt impp.Theodo.Archad.& Honor.in l.ſi qui adulterij C. de adult. & Grat. Valent.& Theodo. in l. vlt.C. de probatio. & ſum.Pōtif.in cap.is qui de ſpōſ. & in cap.quia veriſimile de præſump.& probat.text.in cap. excomunicamus in fin.de hęret. id etiã proditum reliquit Ioan. Andr.ad Spec.tit.de probat.§.videndum reſtat ad n.19.verſ. 13. in littera D. in verb.ſciant, & aſſeuerauit Ang. in tractat.de malef.in verbo:*Comparuerunt dicti inquiſiti & negauerũt totum* colum.4.hoc cognitũ etiam habuit Sal.in l.vlt.C. de probat.atque Bald.ibi in prin.neque ab his diſſenſit Abb.in conſil.113.incip. Tria ſunt col.1. in princip. lib. 2. dum ibi monet, indicia multũ vrgentia plenam facere probationẽ, cuius pronuntiatum ex tollit Marſili.in pract. crim. in §. diligenter nu.21.verſ.& vltra prædicta, quo in loco admonet, id perpetuò mẽti tenendum eſſe,quia alibi non lẽgitur,& vna mente omnes id ſenſiſſe ſcribentes,à teſtatur Carer.in d. pract.crim.l.obſeruare curabis d. num.105.verſ.ex quo omnium dictis, vbi quam plures idem comprobantes citat,alios etiam plures hanc partẽ ſequentes adducit Marſil.in pract. crimin. in §. quoniam num.29.verſ.quæro vlterius,& videtur concludere Franc. Brun. in tract.de indic.& tort. quæſt. 4. 1. part.num.1.vbi diſtinguit inter indicium ſemiplenum, & dubitatũ, & indicium plenũ,& in dubitatũ. Ex primo,inquit, nunquàm quis damnatur,quia ſanctius eſt, impunitum facinus nocentis relinquere,quàm innocentem condemnare,l.abſentem in princ.ff.de pœn. & illud indicium dirigit iudicem in iure quæſtionis habendæ, ſecundum verò dirigit in viam condemnationis,& ex eo quis poteſt,& debet condemnari per text. in d.l. ſi quis adulterij C.de adult.Eandem ſententiam tenuit Barboſa in l. 2. in princ.ſolut.matr.p.1. num 87. vbi ait cum Dec.in cap. tertio loco num.13. de probatio. quòd, ſi
38 indicia adeo ſunt violenta, & vrgentia,

gentia,vt iudex aliud credere non
poſsit,tunc hæc indicia ſufficiant
etiam in criminalibus ad pœnam
ordinariam imponendam,& idem
Barboſa num.89.in verſiculo ſi ta
39 men agatur de delictis occultis, &
indicia ſint in dubitata, ex illis po
teſt procedi ad imponendam ordi
nariam pœnam delicti, vt conſtat
ex ſupra traditis, quidquid relu-
ctetur Auendan.reſponſo 35. nu.
5.Eſt nihilominus aduertendum,
quòd licet hæc in ſe vera ſint, ta-
men applicata deciſioni dict.l. fin.
40 C.de probatio.multum reſtringũt
eius generalitatem,quæ in quibuſ
cunque delictis probat, indicia in
dubitata ſufficere ad imponendã
41 pœnam ordinariã delicti. Et ideò
vt hæc fundamentalius percipian
tur,ſciendum eſt,quòd credere ali
quid firmiter,poteſt duobus mo-
dis conſiderari.Primò quando cre
do,quid ita eſſe abſque aliqua hæ
ſitatione actuali, & tamen cum ali
qua hæſitatione virtuali, ita vt, ſi
me aliquis interrogaret,verum il-
lud habeam pro indubitato, vel
quòd exiſtimem illud poſſe nõ eſ-
ſe verum,veriſimiliter reſponde-
rem,quòd forſitan non erit verũ,
ſed pro nũc credo firmiter,ita ve-
rum eſſe.Secundò,quando credu-
litas eſt ita firma,vt neque actualẽ
neque virtualem habeam dubita-
tionem,ita vt,ſi quis me interroga
ret,reſponderem,illud eſſe veriſsi
mum,neque alicui dubitationi lo
cum eſſe relictum,quæ credulitas
dicitur aſſertiua,vt explicat Caiet.
2.2.quæſt.60.art.3. Nauar.in rub.
de indic.num.50. iuxta quæ dicẽ-
dum eſt,quòd,ſi ſimus in delictis,
quæ occultè committuntur,ex pri
ma ſpecie credulitatis poteſt pro-
cedi ad pœnam ordinariam, quia,
attenta materia illa, cenſentur in-
dicia indubitata, quamuis in alijs
delictis talia non cenſerentur, vt
conſtat ex ſupra traditis. Et quia,
quamuis iudex habeat in prædictis
delictis credulitatem cum aliqua
hæſitatione,debet tamen depone-
re hæſitationem conformando ſe
cum iuris diſpoſitione,quæ in hu-
iuſmodi delictis præſumptiones
vrgentes iubet reputari pro plena
probatione,vt ſupra diximus. In
alijs autem delictis non ſufficit
prædicta credulitas,quia tunc illa
indicia non debent cenſeri indu-
bitata,cum aliqua adſit hæſitatio,
ſaltem virtualis,& ſic ſumus extra
terminos d.l.fin. C. de probatio.
& paulo inferius ſubiungit idem
Barboſa hæc verba: *Sed ſi propter in*
dicia indubitata perducatur iudex ad
ſecundam ſpeciem credulitatis, tunc in
omnibus delictis poteſt procedi ad pœ-
42 *nam ordinariam,per tradita ſupra, &*
in his terminis procedit generalitas d.l.
fin.C.de probatio. quàm ita expreſsim
intellexerunt Ioan. Andr. in additioni
bus ad Specul.tit.de probatio.§. viden
dum reſtat,littera E.Bald. in l. milli-
tes num.5.C.de quæſtio. Panor. in cap.
3.loco num. 8.de probation. & conſil.
113.num.2.in fin.lib.2.Imol.in l.fin.
num.11.ſupra de hæred.inſt. Roman.
in l. excipiuntur num.3.infra ad Syl-
lanian.

lanian. Menoch.lib.2.de Arbitrar.caſu 279.num.4.& Maſcard.de probation.3.part.concluſ.1386.num.22.& ante omnes Speculator tit.de probatio. §.videndum reſtat num.19. Villadiego de hæretic.quæſt.13.num.2. concludens,in crimine hæreſis ad condemnandum ſufficere indicia indubitata,& tenent etiam alij ſupra relati num. 86. ad finem: Hactenus Barboſa,dō Ludouic.à Peguera deciſ.17.nu.44. & 45. & indicia indubitata viſa fuerunt R.C.ſupra relata,quæ cōcurrebant in hoc caſu:& cùm cauſa eſſet decidenda in R. Audiētia, non obſtat doctrina Bellugæ rub. 33.de materia fiſca. num. 23. non enim loquitur,vbi ſententia eſt ferenda per Regiam Audientiā, ſuo
43 enim tempore adhuc non erat inſtituta Regia Audientia,ſiue Rota Valentina,quam inſtituit Catholicus Rex Ferdinandus II. die 30. Nouembris anni 1507. cum Regia pragmatica,de qua in corpore priuilegiorū Regni Valentiæ fol. 232. inter priuilegia Ferdinandi II.cap. 36. in cuius principio fit mentio alterius pragmaticæ temporalis inſtitutionis eiuſdem Regiæ Audiētiæ datæ Barcinonæ die 30. Augusti 1506. Petrus autem Belluga ſuum opus Speculi Principum perfecit 17. Ianuarij anni 1441.vt ipſe teſtatur in rūb. final.
44 ad medium paulò ante verſ. Oro vos,& ita quòd ſcribitBelluga,obſeruandum eſt intribunalibus Prætoris,ſiue Gerentis vices generalis Gubernatoris,& iudicum ordinariorum Vrbis,& Regni, qui ex indicijs quantumcumque indubitatis,niſi ſint à lege ita approbata, vt plenam faciant probationem (quale eſt illud, de quo in foro 101.de Curia & Baiulo,& in cap. pro humani de homicid.in 6) non poſſunt in criminalibus ad pœnā ordinariam condemnare. Secus tamen eſt in tribunali Principis, vt dixi ſupra à num.33.& ita in caſu noſtro dictus reus fuit, nedum in pœnam mortis condemnatus, ſed etiam ad reſtitutionem rerum per latrocinium,& vim ablatarum in quadruplum.

45 Quadrupli autem pœna, licet tantum imponitur, quando furtū eſt manifeſtū §. ex maleficijs inſt. de actionibus foro.45.de criminibus, & latè, pluribus iuribus, & Doctoribus relatis,probat Farin. in tract.de furt.quæſt.167. nu.17.
46 fol.10.& in occurrenti caſu furtū non erat manifeſtum,quia nō erat dictus Michaël Marti depræhenſus cum re furata l.fur eſt manifeſtus ff.de furtis,& ita videbatur,in pœnam tantum dupli fore cōdemnandum. Tamen,ex quo per vim, & cum armis commiſſerat latrocinium,& furtum,meritò fuit condēnatus in pœnam quadrupli,in qua ineſt ſimplum in princi. inſt. de vi bonor.raptorum,ibi: *Qui vi res alie-*
47 *nas rapit, tenetur quidem etiam furti (quis enim magis alienā rem inuito domino cōtrectat,quā qui vi rapit? Ideoque rectè dictum eſt, eum improbum furem eſſe) ſed tamen propriam actionē*

eius

elus delicti nomine Prætor introduxit, quæ appellatur, vi bonorum raptorum, & eſt intra annum quadrupli. Et li-
48 cet actio furti, & actio vi bonorũ raptorum, quando agitur ad rei reſtitutionem, ciuilis ſit, tamen iudex maleficiorum poteſt eamdem nare ad rei reſtitutionem inqua
49 druplum, ex quo iuxta forum 45. de crimin. imponitur ſimul pœna corporalis, & pecuniaria, & obligatur fur ad rei reſtitutionem, ita Iulius Clar. in pract. crim. quæſt. 2. num. 2. prope finem verſ. illam tamen, & ponderandum eſt, quod dicit text. in principio inſtitut. de
50 vi bonorum raptorum, ibi: *Quadruplum autem non totum pœna eſt, ſicuti in actione furti manifeſti diximus: ſed in quadruplo ineſt & rei perſecutio: vt pœna tripli ſit, ſiue comprahendatur raptor in ipſo delicto, ſiue non. Ridiculũ enim eſſet leuioris conditionis eſſe eum, qui vi rapit, quàm qui clam amouet.*
51 Ex quibus, me referente, fuit lata ſententia in fauorem Regij Fiſci contra dictum Michaëlem Marti aliàs Balonetes, eum condemnãdo ex deliberatione Regij Conſilij in pœnam mortis naturalis, & quod raptatus ad caudam equi duceretur per loca ſolita ciuitatis Valentiæ vſque ad locum ſupplicij, ibique ſuffocaretur, & cadauer in fruſtra ſcinderetur, caputq; illius in loco commiſsi delicti figeretur, & ad reſtituẽdum res per vim ablatas in quadruplum, ſententia publicata per Franciſcum Paulum Alreus Regium mandati ſcribam die 5. Iulij 1606.

DECISIO CXXVI.

VENDITIO CVRIÆ anullat locationem etiam per curiam factam.

1 *Caſus.*
2 *Emptor fundi non tenetur ſtare colono l. 19. tit. 8. par. 5. concordat cum l. emptorem C. de loca.*
3 *Venditio Curiæ reſcindit locationẽ.*
4 *Reſoluto iure dantis reſoluitur ius accipientis.*
5 *Venditio Curiæ rei corporalis diuerſa eſt à venditione annui redditus quia in venditione prædij, vel domus & ſic rei corporalis mercedes ſiue precium conductionis ſunt acceſſoria ad ipſam rem, & ità ſublato principali eſt ſublatum & acceſſorium.*
6 *Locatio remanet reſciſſa quãuis per curiam fuerit facta, ſi res locata iudicialiter vendatur.*

1 PEr Curiam Bayuli generalis ciuitatis Oriolæ fuit facta locatio Martino Cobos quarumdam terrarum ſui debitoris in ſolutũ ſui crediti, & cũ fuiſſet fact' dominus virtute dictę locationis Curiæ, & cum dicto titulo iudicialiter haberet dominiũ dictorum fructuum, durante tempore locationis, Gregorius Malla iudicialiter ſiue per Curiam Gerẽtis vices generalis Gubernatoris Regni

Regni Valentiæ vltra Sexonam emit eaſdem terras, dictus Cobos pretendebat non potuiſſe vendi iudicialiter dictas terras in præiudicium locationis earũ ſibi per curiam factæ. Et per dictum gerentẽ vices Gubernatoris fuit pronuntiatum nullitates per dictum Cobos allegatas, contra decretum de vendendo prædictarum terrarum, non procedere, quæ ſententia fuit confirmata in Regia Audientia, cum alia publicata per Franciſcũ Paulũ Alreus die 21. Iunij 1617. à qua Regia ſententia dictus Cobos, ſupplicauit ad aliam Aulam dictæ R.A. in qua tunc ego exiſtebã, & in cauſa ſupplicationis dubitatũ fuit, an per decretum de vendẽdo, ſiue venditionem iudicialem,
2 dictarum terrarum eſſet reſciſſa locatio per curiam facta dicto Cobos, in hac quæſtione regula iuris eſt: *Emptorem fundi neceſſe non eſt eſtare colono, cui prior dominus locauit niſi ea lege emit*, l. emptorẽ 9. C. de loca. concordat l. 19. tit. 8. part. 5. & ita attento iure Cæſſareo per venditionem curiæ non reſcinditur locatio. Et Carrocius in tractatu de locato, & cond. tit. de ſucceſſore quæſt. 6. dicit creditorẽ miſſum in poſſeſsionem ex primo, vel ſecundo decreto teneri ſtare colono. Et hanc dicit communem opinionẽ Cacher. deciſ. Pedemõ. 82. num. 6. & 7. vbi alios allegat,
3 Surd. deciſ. 40. num. 2. & 3. de iure tamen noſtri Valentiæ Regni cõtrarium procedit, quia per venditionẽ curiæ reſcinditur locatio, & conductio, vt diſpoſitum eſt in foro quarto tit. de locato fol. 117. ibi: *Aquell qui llegara à altres ſes caſes per cert temps deulo lexar eſtar ena quelles caſes per aquell temps, ſi doncbs la iuſtitia de la Villa nol deſtreny de vẽdre aquelles caſes per raho de deute que degues.* Vnde, cum dictus Gregorius Malla per curiam emiſſet dictas terras per dictum ſecundum decretum, ſiue venditionem iudicialem fuit reſciſſa locatio dictarũ terrarum, quia forus generaliter loquitur, et ita generaliter debet intelligi, vt comprahendat etiam locationem factam per curiam, reſoluto enim iure datoris reſolui-
4 tur ius acceptoris l. ſi quis domum §. 1. ff. de locati, ibi: *Si vſusfructuarius locauerit fundum inquinquenniũ, & deceſſerit, hæredem eius non teneri, vt frui præſtet, non magis quam inſula exuſta teneretur locator conductori.* Et ibi hoc notat Paul. Caſtr. Carrocius de locato tit. de vſufructuario quæſt. 4. nu. 1. fol. 81. l. lex vectigali ff. de pignoribus, Surd. deciſ. 226. num. 38. vbi plures allegat.

5 Facit pro hac opinione, quod fuit dictum in Regia ſententia lata in R. A. V. in fauorem domnæ Ioannæ Fenollet, viduæ don Michaelis Augelido Proxita, contra don Ferdinandum de Proxita Cõmitem de Almenara, publicata per Ludouicum Domingues die 14. Octobris 1560. cuius verba retuli in libro primo deciſ. 70. nu. 15.

ibi:

ibi: *Et longe diuerſum eſt venditio ra- ria prædij, & ſic rei corporalis, nam in corporalibus penſiones, & logeria ſunt acceſſoria, & acceſſiones ipſius prædij, & domus &c.* Vnde diſtracto per curiã prædio, merces ſiue pretium conductionis vti acceſſoria cenſentur diſtracta, maximè cum locatio reſcindatur pro debito locatoris, & quemadmodũ ſi domus fuiſſet exuſta, conductor illius non poſſet eam habitare, nec fructus percipere: ita etiam iſte conductor, cui per curiam fuit facta locatio, non poteſt vti acceſſionibus rei locatę, & habebit iſte conductor actionem aduerſus ſuum debitorem, quia iudex, repreſentando perſonam locatoris, ei locauit dictum prędium ruſticum, cuius fructibus vti non poteſt culpa, & facto ipſius locatoris, cũ pro eius debito fuerit res locata alteri creditori iudicialiter vendita, locatio tamen reſciſſa remanebit.

6 Ex quibus referente Doctore Ioanne Hieronymo Blaſco, fuit reuocata ſententia in alia Aula eiuſdem Regiæ Audientiæ lata, & declaratum, remanere reſciſſam dictã locationem per dictum decretum de vendendo, & ita fuit pronuntiatum ſententia lata in fauorem Gregorij Malla contra Martinum Cobos publicata per don Ioannem Daça die 12. Setembris 1617.

DECISIO CXXVII.

IVS OFFERENDI competit poſſeſſori rei hipothecatæ aduerſus quemlibet creditorem volentem exercere idem ius offerendi, vel hypothecariã intentare.

1 *Factum ſiue thema.*

2 *Creditor ſecũdus habet ius offerendi contra primũ creditorem.*

3 *Poſſeſſor qualiſcunque ſit poteſt remouere à vindicatione eũ, qui pignoris iure rem perſequitur offerendo ei ſuum creditum.*

4 *Ius offerendi competit cuilibet poſſeſſori.*

5 *Forus 33. de pigno. limitatur, quando poſſeſſor rei hypothecatæ offert ſuum creditum volenti vti iure offerendi*

6 *Creditor reddituali, ſiue dominus cenſualis, non poteſt inſtare, vt ſibi reſtituatur pretiũ dicti annui redditus, & n. ſequenti.*

7 *Redimere annuum redditum in facultate eſt debitoris, & ad hoc compelli non poteſt.*

8 *Pactum de redimendo annuo redditu ad voluntatem emptoris eſt contra coſtitutiones Romanorum Pontificum, & contra eius naturam.*

9 *Poſſeſſor rei ſpecialiter hypothecatæ in cenſuali, qui ad ſe tuendum cõtra creditorem intentatem ius offerendi offert ſoluere penſiones cenſualis impoſiti, tenetur etiam ſe obligare ad ſoluendum penſionẽs illius de cætero deben-*

debendas, & ita fuit iudicatum in Sacra Regia Audientia.

1 THomas Aluaro executionem inſtauit contra Eliſabethā Ledeſma, & de Eſteue vti poſſeſſorem trium domorū ſpecialiter hypothecatarū in quodam cenſu, ſiue cenſuali pretij, & proprietatis quingentarum librarum firmato per Eliſabetham Gil, & de Vilana viduam eidem Aluaro, dicta Eliſabeth Ledeſma exceptionem retentionis oppoſuit ex credito hypothecario anteriori, & cum Regia ſententia lata in Regia Audientia Valentina die 3. Iunij 1611. fuit declaratum, mandatum exequutiuum per dictum Aluaro impetratum virtute cenſualis ſpecialiter impoſiti ſuper dictis domibus non fore deducendū ad realem facti executionem contra dictam Eliſabetham Ledeſma, donec illa eſſet ſoluta de quingentis libris ei debitis virtute ſui crediti hypothecarij anterioris, dictus Aluaro obtulit ſupra dictæ Eliſabethæ Ledeſma dictas quingentas libras, & ſupplicauit, vt virtute iuris offerendi, condēnaretur ad ſibi relaxandum dictas tres domos ei poſtea hypothecatas in dicto cenſuali, dicta vero Eliſabeth obtulit ſoluere dicto Aluaro ſecundo creditori ſuum creditum, quod habet in dictis domibus cùm hoc, quod dictus Aluaro creditor poſterior ei cedat iura ſibi competentia: dictus autem Aluaro inſtauit, & ſupplicauit, vt mādaretur ſępe dictę Eliſabethæ, vt intra decē dies ei ſolueret, ex vna parte dictas quingentas libras pretij, & proprietatis ſui cenſualis, & ex alia parte centum ſeptuaginta ſeptem libras vnum ſolidum, & octo denarios debitas & debitos de penſionibus dicti ſui cenſulis decurſis vſque ad diē primam menſis Aprilis proximè effluxi, & ratam ab ea die debendā vſque ad diem realis ſolutionis, & denique viginti libras eiuſdē monetæ debitas de expenſis executorijs offerens ſe dictus Aluaro ad faciendum ceſsionem petitam.

Dubitatum fuit: quid iuris in hoc caſu.

Et pro parte dicti Aluaro, qui vti volebat iure offerendi allegabatur, quòd ſecundus creditor habet ius offerendi contra primum creditorem l. 1. C. ſi antiquior creditor, ibi: *Sed ita perſequens res obligatas audieris, ſi quod eidem poſſeſſori propter præcedentis contractus autoritatem debitum eſt, obtuleris*, l. 44. tit. 13. part. 4. foro 33. de pign. fol. 178. ibi: *E gens peraço no es vedat al ſegon crehedor aqui aquella coſa matexa era obligada que no puſque demanar à aquell primer crehedor qui la coſa hauia comprada, ô preſa en paga q̄ li liure aquellas coſa que a ell era obligada, ab que li pach totço que ell, y hauia per lo primer contrat, o per la primera obligacio.* Et ita fuit deciſum in S. C. Nepolitano teſte Matthęo de Afflict. deciſ. 259. num. 1. vnde cùm dictus Aluaro ſecundus creditor offerat di-

ctæ

ctæ Eliſabethæ Ledeſma creditri-
ci hypothecariæ anteriori ſolue-
re quantitates ei debitas virtute di
cti crediti, videtur, quòd teneatur
dimittere dictas domos hypothe-
catas.

Sed dicta Eliſabeth Ledeſma
habens prius creditum hypothe-
3 carium obtulit ſoluere dicto Al-
uaro ſecundo creditori quantita-
tes ei debitas, ratione ſui crediti,
& ſic dicebat dictas domos hypo-
thecatas retinere poſſe l. Paulus
12.§.qui pignoris ff.quibus mod.
pig.vel hypo.ſoluitur, ibi: *Qui pi-
gnoris iure rem perſequuntur a vin-
dicatione rei eos remoueri ſolere, ſi qua-
liſcunque poſſeſſor offerre vellet: neque
enim debet quæri de iure poſſeſſoris, cum
ius petitoris remoueatur, ſoluto pignore,*
gloſ.in l.1.C.qui potio.in pig. ha
be, quæ dicit, quòd ſi prior credi-
tor poſsideat rem hypothecatam,
habet locum oblatio per ſecundũ
creditorem, niſi ipſe primus credi
4 tor offerat ſecundo. Nam tunc po-
terit retinere ſicut quilibet poſſeſ
ſor, quia ius offerẽdi competit cui
libet poſſeſſori, vt in l.Paulus & l.
mulier ff.qui pot.in pig. habeã.&
in l.Sempronius §.1.eod. tit. & in
tantum hoc eſt verum, quòd etiam
ſi poſſeſſor eſſet iniuſtus, haberet
ius offerendi, vt tenet gloſ. in d. l.
mulier, quam ſequutur ibi Bart. &
Sal.& cõmuniter Doctores, & ita
fuiſſe iudicatum in Sacro Conſi-
lio teſtatur Matth.de Afflict. de
ciſ.259.num.3.& ita fuit viſum Sa
cræ Regiæ Audiẽtia, quòd ex quo
dicta Eliſabeth Ledeſma, quæ poſ
ſidebat dictas tres domos, offere-
bat ſoluere dicto Aluaro ſecundo
creditori ſuum creditum, ceſſabat
5 ius offerendi, & quòd in hoc caſu
limitatur diſpoſitio d.l.1.C.ſi an-
tiquior creditor, & dicti fori 35.
de pig. cum quibus concordat l.
44.tit.13.part.5. dubitatum autẽ
fuit, an dicta Eliſabet Ledeſma,
quę poſsidebat dictas tres domos
ſpecialiter hypothecatas, ſatisface
ret ſoluendo penſiones debitas di
cto Aluaro, ad excludendum ius of
ferendi, quod ille intentabat, & li-
cet verum ſit, quòd creditor reddi
tualis ſiue dominus cenſualis non
6 poteſt inſtare, vt ſibi reſtituatur
pretium, & proprietas cenſualis,
ſeu vt cenſus redimatur, quia in fa-
cultate eſt debitoris, cenſum redi-
7 mere, & ad hoc compelli non po-
teſt, vt inquit Felician. Solis de cẽ
ſi.lib.1.cap.4.num.14.prop.fin.&
8 cap.7.n.15.poſt.Couari.quem al-
legat lib.3.Variar.num.4.dicentẽ,
hãc pactionem redimendi ad volũ
tatem emptoris eſſe contra conſti
tutiones Romanorum Pontificum,
quæ de hoc contractu cenſus ege
runt, & cõtra eius naturam, qua ab
vſura diſtinguitur (& ibidem So-
lis alios allegat huius ſentẽtiæ au-
ctores) tamẽ quia ſi dicta Eliſabeth
Ledeſma tãtũ ſolueret pẽſiones, &
expenſas ad excludẽdũ ius offeren
di, & poſtea ſe tueretur cõtra eũ-
dẽ Aluaro executionẽ inſtãtẽ pro
penſionibus ſuperuenientibus cũ
iure retentionis ſibi cõpetente vir

Digitized by Google

tute hypothecę anterioris, dictus
9 Aluaro remaneret illuſus, viſum fuit Regio Conſilio æquum eſſe, vt dicta Eliſabeth ſe obligaret vti detentrix ſiue poſſeſſor dictarum domorum ſpecialiter hypothecatarum ſoluere annua tim penſiones dicti cenſualis, & ita fuit pronuntiatum, me refferente, dictam Eliſabeth Ledeſma, & de Eſteue teneri intra decem dies ſoluere dictas penſiones, & expenſas dicto Aluaro, & intra eundem terminum ſe obligare ad ſoluendum ei de cætero penſiones dicti cenſualis, & quod ſi intra dictum terminum prædicta Eliſabeth adimpleret, ſi pè dictus Aluaro faceret ei ceſsionem iurium in concurrenti quantitate ei ſoluta. Dicto vero termino elapſo, ſi ſupradicta non eſſent adimpleta, remaneret condemnata dicta Eliſabeth, vt ſolutis ſibi dictis quingentis libris, relaxaret ſupradicto Aluaro vacuã, & expeditam poſſeſsionem dictarũ trecim domorum, vt eas iure pignoris, & hypothecæ poſsideret, & ita fuit pronuntiatum cum ſententia lata in dicta Regia Audientia inter dictos Thomam Aluaro ex vna, & Eliſabeth Ledeſma & de Eſteue viduam parte ex altera puplicata per Franciſcum Paulum Alreus ſcribam Cameræ ſiue Regij mandati die 9. Iulij 1611.

DECISIO CXXVIII.

PENSIONES CENSVALIUM, quarum dies ceſsit in vita hæredis fideicommiſſo grauati, ab eo non exactæ ſpectant ad eius hæredem, non verò ad fideicommiſſarium.

1 *PENSIONES cenſualium, quarum dies ceſſit in vita hæredis fideicommiſſo grauati ab eo non exactæ ad fideicommiſſarium, non ad eius hæredem pertinere, declarauit S. C. Neapolitanum, teſte Vincentio de Franch. deciſ. 13.*

2 *Redditus cenſualium, aut introitus maturos ante diem reſtitutionis pertinere ad fideicommiſſarium, & nõ ad hæredem probare videtur text. in l. poſtulante 44. §. ſed in huiuſmodi ff. ad Trebell. ſed vide num. 12.*

3 *L. deducta 58. §. qui poſt tempus ff. de vſur. declaratur num. 13.*

4 *L. Herennius Modeſtinus 42. ff. de vſur. declaratur num. 14.*

5 *Vſufructuaria mortua, licet penſio, quæ pro fructibus ex agro ſublatis percipitur, ad eius hæredem integra pertineat, ſecus tamen eſſe videtur in hærede fideicommiſſo grauato.*

6 *Cenſualium penſiones ad fideicommiſſarium & non ad hæredem grauati pertinere, dixerunt plures.*

7 *Cenſus redditus decurſos, & debitos in vita hæredis grauati ad fideicõmiſſariũ, & nõ ad hæredẽ grauati pertinere declarauit S. R. A. Valentina: ſed contra n. fin.*

8 *Fru-*

8 *Fructus non veniunt in fideicommiſſaria hæreditatis reſtitutione.*

9 *Hæres vſufructuarij percipit penſionem integram locationis prædij ruſtici, cuius dies ceſsit poſt mortẽ vſufructuarij, ſi fructus prædij ſunt collecti in vita illius.*

10 *Penſiones, quarũ dies ceſsit, cẽſentur fructus collecti, & à ſolo ſeparati.*

11 *Penſiones cenſualium, quarum dies ceſsit in vita hæredis grauati, ad hæredem eius, & non ad fideicommiſſarium pertinere, tenuerũt plures hic relati.*

12 *L. poſtulante §. ſed in huiuſmodi ff. ad Trebell. loquitur in hærede purè, non ſub conditione grauato.*

13 *L. deducta §. qui poſt ad Trebell. loquitur de vſuris, quæ ſunt odioſæ, non de penſionibus, aut redditibus.*

14 *L. Herennius Modeſtinus de vſur. loquitur de fructibus pendentibus; non de collectis, quales cenſentur eſſe penſiones cenſualium, quarũ ſolutionis dies ceſsit.*

15 *Hæres grauatus maius habet ius, quàm vſufructuarius: ille enim proprietarius eſt, & dominus bonorum vita durante.*

16 *Penſiones cenſualium ad hæredem fideicommiſſarij grauati, non ad fideicommiſſarium vocatum ſecundo loco pertinere, verior eſt opinio, & contraria non ſequenda.*

17 *Hæredem fideicommiſſo grauati percipere debere penſiones cenſualiũ, quarum dies ceſsit in die grauati, & non fuerunt ab eo exactæ, & non pertinere ad fideicommiſſarium pluribus regijs ſententijs fuit deciſum.*

1 PEnſiones cenſualium, ſiue annuorum reddituum à teſtatore emptorum, quarũ ſolutionis dies ceſſerat in vita hæredis fideicommiſſo grauati, ſiue introitus maturati ante diem reſtitutionis, & ab eo nõ exacti, an pertineant ad hæredem dicti hæredis, an vero ad fideicommiſſarium: cõtrouerſa eſt quæſtio, circa quã contrariæ reperiuntur latæ ſententiæ in hac Sacra Regia Audientia, & in qua Vincẽtius de Franch. deciſ. 13. num. 1. p. 1. ait hæc verba: *Hæc quæſtio videbatur abſque difficultate, quia poſtquam fructus, ſiue introitus erãt maturi ante diem reſtitutionis, erat in poteſtate hæredis primo loco inſtituti illos exigere, ſi non exegit, quia fecit gratiam debitoribus, non debebat ſibi in fauorẽ fideicõmiſſarij obeſſe, quia gratia facta vni nõ porrigitur ad aliũ;* & n. 4. ait *& re vera nõ poterat ſacrum Conſilium ſibi prima facie perſuadere, quòd iſti introitus non exacti pertinerẽt ad fideicommiſſarium, non autẽ ad hæredẽ hæredis primo loco inſtituti, in cuius vita ceſſerãt, veneratq; dies ſolutionis faciẽda. Nihilominus S. C. habita matura diſcuſione, iudicauit, hos introitus maturos ſpectare ãd fideicõmiſſariũ cui poſt mortẽ hæredis primo loco inſtituti erat faciẽda reſtitutio, per text. clarum in l. poſtulantes § ſed in huiuſmodi ff. ad Trebell. & in l. deducta §. qui poſt eod. tit.*

2 Et quòd pertineãt ad fideicõmiſſariũ probatur primò in d. l. poſtulãte 44. §. ſed in huiuſmodi, cuius verba ſũt: *Sed in huiuſmodi quæſtione*

rogo,reſpōdeas, an rectè ſenſerim: rogata eſt filia ex aſſe hæres reſtituere hæreditatis partem dimidiam deductis legatis minimis, & ære alieno non magno, vt legi falcidiæ locus non ſit, mora facta non eſt reſtitutioni fideicommiſſi, deſidero verbo tenus mihi reſtitui hæreditatem, vt ex Trebelliano S.C. agenti, & ex eo competentibus actionibus etiam vſuras debitas ex mortis die in tempus reſtitutionis perſequar. Item quæro & de penſionibus: quia ea actionum obligatio in hæreditate fuit: ab hærede fructus nullos peto, ſed illa deſiderat refundere me, aut concedere ei actiones vſurarum & penſionum. Nō poſſum perſuadere, hæreditatis appellatione quam rogata erat mihi reſtituere, etiam hanc ſtipulationem vſurarum ad me pertinere. Reſpondi, omnia ea hæreditatis appellatione continentur. Quantum enim quod ad hoc refert, inter hæc cæteraque, quæ ſub conditione ſunt promiſſa, aut in annos ſingulos, vel menſes, nihil intereſt. Sanè pro fructu rei, quæ hæreditate continetur, hæc cedunt: nec fructus fideicommiſſarium ſequitur, ſi mora non interceſſit. Sed quia non vt hæres fideicommiſſum (vt ſic dixerim) ſuppleat, poſtulet, ſed qualis nunc eſt hæreditas, deſideret reſtitui ſibi: nequaquā id debet hæres recuſare.

3 Secundò probatur in l. deducta 58. §. qui poſt tempus ff. eod. tit. ad Trebell. ibi: *Qui poſt tempus hæreditatem reſtituere rogatur, vſuras à debitoribus hæreditarijs perceptas, quarum dies poſt mortē creditoris ceſſit, reſtituere nō cogitur, quib⁹ nō exactis, omniū vſurarū actio (nam hæreditaria ſtipulatio fuit) ex Trebell. transfertur.*

4 Tertiò facit l. Herennius Modeſtinus, prima, aliàs 42. ff. de vſuris, ibi: *Fructus, qui poſt acquiſitum ex cauſa fideicommiſſi dominium, ex terra percipiuntur, ad fideicommiſſarium pertinere:* Hactenus I.C. cum igitur dictæ penſiones non exactæ ſint, veluti fructus pendentes tranſeunt in fideicommiſſarium, vt inquiunt Mandel. Alberi. conſil. 79. num. 14. Gratian. diſcept. forenſ. 2. part. cap. 194. num. 45.

5 Quartò facit, nam licet, defuncta fructuaria, omnibus fructibus exagris ſublatis, pēſio, quæ pro dictis fructibus poſtea ſoluitur, mortua interim vſufrutuaria, ad eius hæredem integra pertinet l. defuncta 57. ff. de vſufruct. ſecus tamen eſt in hærede fideicōmiſſo grauato, quia, vt inquit Pereg. deciſ. 83. n. 6. fideicōmiſſario vniuerſali hæreditas reſtituitur, id circo actiones perſonales pro pēſionibus, & obuētionibus præteritis nō exactis per hæredē grauatū, quia prouenīūt ex cōtractu defuncti, & proinde hæreditariæ ſunt, trāſeunt cū hæreditate ipſa in fideicommiſſarium ſubſtitutum, & iſta eſt ratio l. poſtulante §. ſed in huiuſmodi ad Trebell. & l. deducta §. qui poſt eod. tit. quæ quidem nullatenus cadit, cùm res agitur inter proprietarium, & vſufructuariū, nā vſufructuarius nō reſtituit hæreditatē, & iura hæreditaria, ſed abſcedēte vſufructu à perſona vſufructuarij ſtatim vſusfruct⁹ vnitur, & cōſolidatur cum

Digitized by Google

cũ proprietate ad text. in §. finitur inſtit. de vſufruc. idcirco cõuenit, vt omnia, quæ iure vſusfructus pertinent ad vſufrutuarium ſua ipſius ſint, & ſuorũ hæredum, & quæ occurũt poſt vſusfructus cõſolidationem pertineant ex tunc ad proprietariũ: nihil mirũ quia omnes vtilitates, omniaque emolumẽta prouenientia ex rebus, durãte vſufructu, pertinẽt ad fructuarium, idcirco iura, & actiones interim ſibi quæſita ad hæredes ſuos tranſeunt. Hactenus Peregrin.

6 Quintò facit authoritas grauiſſimorũ Doctorũ, qui hãc tenuerũt opinionẽ, nimirũ Albert. Paul. de Caſtr. Imo. & Angel. in d. l. poſtulante §. ſed in huiuſmodi ad Trebell. Mãdel. Albẽ. cõſ. 79. n. 1. D. Nicolaus Intrigliol.. de ſubſtit. cẽtur. 3. q. 74. nu. 45. & 46. Ripa in l. in fideicommiſſariã n. 23. ad Trebell. Menoc. de arbitrar. caſu 256. n. 24. Simon de Pret. de interpræt. vlt. volunt. lib. 7. cap. 10. num. 35. Surd. deciſ. 88. n. 8. & 9. Caualca. deciſ. 1. n. 46. part. 4. allegati à Peregri. de fideicom. art. 49. n. 66. Coſta de rata port. q. 28. num. 9. & ita fuiſſe deciſum in S. Neapolitano Conſ. teſtatur Vincent. de Franc. deciſ. 13. qui per totam hunc articulum pertractat. & Gratian. diſcept. forenſ. lib. 2. cap. 294. numero 41.

7 Sextò & vltimò, nam ita fuit deciſum in fauorem fideicommiſſarij in hac Regia Audientia ſententia lata in fauorem Petri Ludouici Almunia contra don Franciſcum Lançol publicata per Ludouicum Berbegal. die 22. Octobris 1599.

8 Quod autẽ pertineãt ad heredẽ heredis, probatur primò, nã in fideicõmiſſaria hæreditatis reſtitutione cõſtat fructus nõ venire l. in fideicõmiſſaria 18. ff. ad Trebell. & ratio redditur à I.C. qui ſubiũgit: *Quoties quis rogatur hæreditatem reſtituere id videtur rogatus reddere, quod fuit hæreditatis, fructus autẽ non hæreditati, ſed ipſis rebus accepto ferũtur*, & idẽ patet in l. poſtulãte §. ſed in huiuſmodi ad Trebell. ibi: *Nec fructus fideicommiſſarium ſequitur.*

9 Secũdò, nã indubitatũ eſt, quòd vſufructuarius habet minus iuris quàm hæres fideicõmiſſo grauatus ita Soc. cõſ. 42. n. 6. vol. 3. Caſt. cõſ. 214. n. 3. p. 2. ſed hæres vſufructuarij percipit pẽſionẽ integram locationis predij ruſtici, cuius dies ceſſit poſt mortẽ vſufructuarij, ſi fructus predij ſint collecti in vita illius l. defuncta 57. ff. de vſufructu. ibi: *Fructuarij vero hæredẽ integram penſionẽ percepturũ*. Ergo multo fortius talis penſio ſpectabit ad hęredem hæredis, & non ad fideicommiſſarium.

10 Tertiò, nam penſiones, quarum dies ceſsit, cenſentur fructus collecti, & à ſolo ſeparati l. Item veniũt aliàs ſi poſſeſſor §. redacta ff. de petitio. hæred. ibi: *Redacta inquit pecunia ex pretio rerũ vẽditarũ, redactã ſic accipiemus nõ ſolũ iã exactã, verum & ſi exigi potuit nec exacta eſt*. Bald.

Digitized by Google

in rubri.de pace tenenda in princi. num.25.in vſib . feudor.idem in c. quæ in Eccleſiarum n.20.ad med. ex.de coſtitut. Caldas Pereyra in 2.reſpon. impreſſo poſt repetit l. ſi curatorem habens num.15.Rodrig.de annu.reddit. li.1. q. 3.nu. 11.& lib.3.q.6.n.5.Pelaez de ma iora.4.par.q.24.n.2.Tuſc.in verb. fideicommiſ.concluſ.277.nu. 31. Vincent.de Franch.deciſ.168.nu. 13.& 14.& deciſ.264. num.5. in 2.part.vbi ait,ita deciſum fuiſſe in conſ. & idem fuit declaratum in hac Regia Audientia ſententia la ta in fauorē domnæ Agnetis Man rique & de Ladro Vicecommitiſſæ de Chelua hæredis vltimi Vice commitatus poſſeſſoris,contra Vi cecomitem don Franciſcum Pallas iuniorē, qui in eo ſucceſsit,pu blicata per Alreus die 4. Feb ruarij 1571.his verbis: *Penſiones verò cenſualium,& pretia regaliarum,quarum ſolutionis dies,viuente donFranciſco Ladro eius poſſeſſore,venerat,& etiam quantitates pœnarum adiudicatarum & applicatarum tempore vltimi poſſeſſoris,quamuis exacta non fuerint,cum ſint quaſi fructus collecti, & re ipſa pendentes dici non poſſint, adiudicamus ipſas dictæ domnæ Agnetæ Mārrique & de Ladro dicto nomine.*

11 Et denique hãc opinionē,quòd penſiones,quarū dies ceſsit in vita hæredis grauati,& abeo exactæ nō fuerūt,pertināt ad eius hæredē, & nō ad fideicōmiſſariū,tenuerūtPau lus Caſt.cōſ.214.2.part.& Pereg. de fideicōmiſ.art.49.n. 100. verſ. aut conſtitutæ Couar.lib.1. varia. c.15.n.fin.ver.cui duo,vbi ait in ſi deicōmiſſario eſſe obſeruādā diſpoſitionē l.ſi defuncta ff. de vſufr. iuxta quā fuit iudicatū in hac R. A.cū prepè dicta Regia ſentētia. Et idē etiā fuit virtualiter declaratū cū ſententia lata in S.S.R.A.C. in fauorē dñæ Eliſabethis Mattheu & de Seruia cōtra Ioſephū Simo publicata die 7.Septēbris 1594.vbi dicitur pēſiones cēſualiū decurſas in vita Laurētij Simo fideicommiſſo grauati tāquā bona libera,& ab omni grauamine exēpta ad Frāciſcā Annā Simo dictiLaurētij filiā pertinere,& tamē dicta Frāciſca erat ad fideicōmiſſū vocata,vnde ſi pēſiones nō exactæ ad fideicōmiſſariū pertinēt,illa dictas pēſiones iure fideicommiſſi,non autem vt bona libera caperet.

Quibus ſic cōſtitutis,nō obſtāt pro contraria opinione allegata.

12 Primò nō obſtat l. poſtulante §. ſed in huiuſmodi ff.ad Trebell. reſpōdeo enim cū Paul.de Caſt.cōſ. 214.n.3.part.2.quòd ille §. ſed in huiuſmodi re vera loquitur in hærede purè grauato,qui non fuit in mora reſtituēdi,quia nō fuit interpellatus, ſed fideicōmiſſarius fuit negligēs petere,quo caſu hæres lucratur fruct' in pœnā negligentiæ nō petētis per rationē,quę ibi ponitur in text.ne hęres cogatur eſſe procurator fideicommiſſarij , & illud lucrum tanquam odioſum reſtringitur ad illas penſiones,in quibus aliqua induſtria verſata eſt,vel

in contrahendo, vel in exigendo in alijs vero: in quibus nulla eius induſtria verſata eſt, locum habeat quod ibi dicitur ne pertineant ad fideicommiſſariũ ſicut & aliæ res hæreditariæ & tunc reputantur hęreditatiæ, dictæ penſiones. Et quòd loquatur in pure rogato, patet dũ dicit, quòd per hæredem non fuit facta mora reſtitutioni, & ſic loquitur quando potuit fieri, & non fuit facta, quia nõ fuit grauatus ſub cõditione, vel indiem, non potuiſſet illam committere, & tunc lucratur fructus interim perceptos iudicio teſtatoris l. mulier §. ſi hæres ad Trebell. & ſic non eſt lucrum odioſum, & ita non reſtringendũ, quia ceſſat ratio reddita in ſi. d. §. ſed in huiuſmodi, vnde non debet reſtringi, ſed ampliari, vt obſeruetur voluntas teſtatoris, quæ fuit, vt commoda medij tẽporis ad ipſum grauatum pertinerent, vnde nõ debet ſibi nocere exactio non facta poſt quàm habet voluntatem defuncti, & credo quòd ſi hanc diſtinctionẽ aduertiſſet Conſ. Neapolitanũ in d. deciſ. 13. Vincent. de Franch. cõtrariũ iudicaſſet ſicuti viri illi doctiſsimi ſenciebant caſu ſibi propoſito, ſi authoritate d. §. ſed in huiuſmodi ad cõtrarium declarandũ moti nõ fuiſſent, & ſi Paulũ de Caſtro in d. cõſ. de recẽti legiſſent vt noſtra fert opinio nullã eis dictus text. dificultatẽ feciſſet: Sed cũ omniũ, habere memoriã diuinitatis potius quam humanitatis ſit, nihil mirũ ſi doctiſsimi Conſiliarij, qui ſæpius dictum conſilium legerãt, obliti eius eſſent, quando hæc cauſa agebatur.

13 Nec obſtat ſecũdũ l. deducta §. qui poſt ad Trebe. loquitur enim (vt ex eius lectura cõſtat) in viſuris, quę ſunt odioſæ, ſecus in lucro nõ odioſo, ita Caſtr. d. cõſ. 214. n. 3. poſt med. 1. p. Itẽ dictæ vſurę ſũt acceſſoriæ ad ſortẽ, redditus autem ſiue penſiones cenſualium debentur de per ſe principaliter, & non acceſſoriè, & capitale, quia illud nullo modo debetur, ita vt exigi poſsit. Sed pro illo ſolo annui reddit⁹ ſũt debiti ita Vinc. Frãc. deciſ. 254. n. 8. & 9. qui benè cõfirmat.

14 Nec obſtat tertiũ l. Herennius Modeſtinus de vſur. quia loquitur in fructibus pendentibus: at penſiones, quarum ſolutionis dies ceſſit, non dicuntur fructus pendẽtes, ſed collecti. Aliter reſpondet Molin. de Hiſp. primog. lib. 3. c. 11. n. 14. Quòd vbi hæredi fideicommiſſum ſimplex iniungitur, nõ id agere videtur teſtator, vt hæres commodum ex illo fideicommiſſo cõſequatur, ſed vt illud ſtatim fideicommiſſario reſtituat, nec fructus interim lucrifaciat l. in fideicommiſſariam in princ. cum ſimilibus ff. ad Trebell. Item hæres quartam Trebellianicam detrahere debet, ideoque non mirum ſi fructus pro rata frui nõ debeat, cũ hi ex mẽte teſtatoris nõ cõpræhendantur, & ſibi commodũ quartæ ſufficiat, & ita d. l. diſpoſitio locum nõ habet in caſu noſtro, in quo nõ debebat reſti-

reſtitui hæreditas ſtatim ſed poſt mortem filij grauati.

15 Nec obſtat quartum argumētū deſumptum ex interpretatione tradita per Peregrin.ad l.defuncta de vſufru.negari enim non poteſt maius,& fortius ius habere hæredem grauatum,qui eſt proprietarius,& dominus bonorū,durante eius vita,quàm vſufructuariū. Et ita ſi ad hæredem vſufructuarij pertinent penſiones locationum debitæ pro fructibus pendentibus iuxta d.l. defuncta,a fortiori debent ſpectare ad hæredem hæredis fideicommiſſo grauati.

16 Nec obſtat quintum argumentum deſumptū ex authoritate DD. contrariam ſententiam tenentium fundatur enim eorum opinio in d. l.poſtulante §. ſed in huiuſmodi ad Trebell..Et ita opinio maioris partis eorum intelligenda eſt iuxta terminos d.text.nimirum in hærede grauato in continenti hæreditatem reſtituere,non in grauato poſt mortem.Et licet aliqui ex Doctoribus pro contraria parte allegatis idem etiā teneant in noſtris terminis,nimirum in hærede grauato poſt mortem reſtituere,nihilominus tamen eorum opinio nō eſt ſequenda, cum fundetur in diſpoſitione d.§. ſed in huiuſmodi, qui rectè perpenſus,& intellectus hoc non probat, & noſtra opinio melioribus innititur fundamentis eſt magis æqua, & rationi magis conſona,vt patet ad ſenſum,& eſt credibile,quòd contrariam tenentes ab ea receſsiſſent, ſi genuinum intellectum d.§.ſed in huiuſmodi à Paul.Caſtr.traditum vidiſſent,& Peregri. vir doctiſsimus,qui materiam fideicommiſſorū ſcripſit,hūc articulum ex profeſſo tractādo cōtrariam opinionem ſequi auſus non fuit. 17

Deniq; non obſtat Regia ſententia in cōtrariū allegata,cum pro noſtra opinione extent plures Regiæ ſententiæ, de quibus ſupra numer. 11. & 12. & ita fuit iudicatum, me referente, in Sacra Regia Audientia ſententia lata in fauorem Monaſterij Sancti Hieronymi de Cotalua aliàs de Gandia contra Capitulum Eccleſiæ Collegiatæ Gandiæ publicata per don IoannemDaça Regij mandati ſcribam die 27. Octobris 1616. & idem fuit deliberatum in eadem Regia Audientia, me referente,in cauſa, quæ vertebatur inter executores vltimæ voluntatis Marchionis de Eriſa don Franciſci de Palafoix ex vna parte,& Marchionem don Iacobum de Palafoix ex alia, non tamen fuit pronuntiatum, donec ego fui promotus ad hoc Sacrum ſupremum Regium Conſilium ,vbi me exiſtente fuit iuxta dictam deliberationem lata ſententia publicata per dictum don Ioannem Daça die 21.Februarij 1618.

(.?.)

DE-

DECISIO CXXIX.

APPELLARE POTEST tertius, qui ſe oppoſuit in cauſa executionis quantumcumq; priuilegiatæ, licet ab ea appellare non poſsit executiuè conuentus.

1 *Caſus, & dubia huius cauſæ.*
2 *Appellatio vbi eſt prohibita, tantum cenſetur reiecta reſpectu litigantium, non reſpectu tertij, qui executioni ſe oppoſuit, & num. 16.*
3 *L. 64. Tau. quæ hodie eſt l. 3. tit. 21. lib. 4. nouæ recollectionis Regiæ, an procedat etiam contra tertium oppoſitorem, de cuius iure conſtat. Et reſoluitur cum Gurier. quod nõ. Forus 58. de iur. emphyteu. declaratur.*
4 *Appellare non licet ab interlocutoria de iure Cæſareo.*
5 *Inter locutoria appellabilis non eſt de iure Regni Valentiæ.*
6 *Non poteſt appellari ab interlocutoria in Delphinatu.*
7 *Appellare licet de iure Canonico ab interlocutoria.*
8 *Appellare non licet à ſententia lata in cauſa executionis inſtatæ virtute inſtrumenti cenſualis iuxta forum, ſiue legem Regni Valentiæ.*
9 *Incidens cauſa aſſumit naturã cauſæ pricipalis.*
10 *Interlocutoria vbi habet vim diffinitiuæ, ab ea licet appellare.*
11 *Interlocutoria in viginti quatuor caſibus hic relatis habet vim diffinitiuæ,*
12 *Interlocutoria omnis, quæ non ſperat aliam ſententiam poſt ſe, dicitur habere vim diffinitiuæ.*
13 *Interlocutoria, quæ diffinit vnum articulum ſubſtantialem cauſæ principalis, dicitur habere vim diffinitiuæ.*
14 *Appellationis cauſa interpoſitæ à quadam ſententia interlocutoria, cũ qua fuit declaratum, non teneri cauere eum, à quo petebatur cautio de iuditio ſiſti & iudicatum ſoluendo, fuit euocata ad Regiam Audientiam Cathaloniæ.*
15 *Prouiſio, ſiue interlocutoria, cũ qua fuit declaratum, admittendo depoſitum non integrum pretij rei iudicialiter venditæ, vt vim diffinitiuæ habens, & non ſpectans aliam poſt ſe, eſt appellabilis.*

1 IN executione inſtata per curiã Gerentis vices generalis Gubernatoris in ciuitate, & Regno Valentiæ per Syndicũ Eccleſiæ parochialis Sancti Saluatoris dictæ ciuitatis contra Ioannã Aſenſi & de Amador, fuit facta iudicialis venditio cuiuſdam prædij ruſtici, quod erat Ludouici Amador, & in dicta cauſa ſe oppoſuit Simeõ Cabanes I.C. nomine eius proprio, & procuratorio eius matris virtute cuiuſdam crediti: Et cum Ioannes Andræas Nuñez I.C. etiam emptor dicti prædij ruſtici pretiũ illius in curia depoſuiſſet, partem illius penes ſe retinendo ob cauſas in libello depoſiti deductas: dictus Simeon Cabanes

ab interlocutoria ſententia,ſiue vt apud nos dicitur à prouiſione ad miſsionis depoſiti dicto modo facti appellauit ad Regiam Audientiam,in qua fuit declaratum, non potuiſſe appellare, quæ prouiſio fuit facta,quando vnica tantum erat Aula Regię Audientię ciuilis, in qua exiſtebant nobiles & magnifici don Ioannes de Aguirre Regens Cancellariam,don Raymundus Sans, don Marcus Antonius Siſternes,Ioachimus Real, & don Michaël Mayor Auditores. Ab hac prouiſione facta in dicta Aula Regiæ Audientiæ Doctor Simeon Cabanes dictis nominibus ſupplicauit,& cauſam introduxit in eadem Regia Audientia,tempore quo iam erant duæ Aulæ Regię Audientiæ ciuilis, in quarum vna interueniebamus cum Doctoribus Siſternes,& Mayor Illuſtriſsimus don Andræas Roig,& ego, in alia vero cum don Raymundo Sans,& Doctore Real magnificus Ioannes Baptiſta Guardiola,& nobilis dō Franciſcus de Caſtellui nunc Regens Cancellariam in hoc S.R.C. & quia dicti quinque iudices,cum quorū voto fuerat facta dicta prouiſio per ſupplicationem pendens erant impediti,& non poterat de cauſa ſupplicationis cognoſcere iuxta forum 18.curię anni 1604. Ideo quatuor Auditores, qui nouiter ingreſsi fueramus duas Aulas Regiæ Audientiæ ciuilis, tantum votauimus in hac cauſa ſupplicationis,quæ mihi fuit commiſſa,in qua duo dubia fuerunt diſcuſſa.Primū:an ex quo cauſa, quæ vterbatur in curia Gubernationis Valentiæ,erat executiua priuilegiata,in qua erat prohibita appellatio,potuiſſet dictus Doctor Simeon Cabanes tertius ad eam veniens pro ſuo intereſſe appellare. Secundum:an eſſet appellabilis dicta interlocutoria, cum qua fuit prouiſum,depoſitum eſſe admittēdum,eo modo quo factum fuit per Curiæ emptorem, retinendo penes ſe certas quantitates ex pretio rei emptæ.

2 In primo dubio dictū fuit,quòd in cauſa,in qua eſt prohibita appellatio,tantum cenſetur illa reiecta reſpectu litigantium, non autē quo ad tertium, qui executioni ſe oppoſuit cap. ſupereo 15. §. hoc tuam extrà de officio iudicis delegati,ibi:*Hoc tuam volumus diſcretionem tenere,quod licet quæſtionem, quæ de præſentatione vertitur appellatione remota committamus alicui terminandā non tamē eſt noſtræ intentionis diœceſano Epiſcopo vel Archipræsbitero, vel archidiacono præiudiciū generare Ideo q; præſentādus eſt illi qui inſtituēdus fuerit,& tenebit eorū appellatio, ſi vidētes iuri ſuo detrahi duxerint appellandum, quia non illis,ſed partibus,inter quas cauſa commiſſa eſt, appellationis remedium eſt ſublatum.* Et ibi Abb. nūm.4.Bald.Felin. & alij. Bart. in l.1. §. interdum num.4.ff. à quib. appel.non licet Marant.in ſpec.p.4.diſtin.5.num.71.in fin.Franc. in cap.paſtoralis 7.quæſt.col. penul. de

de appella. Corſet. in ſingul. verb. clauſula, & in verbo appellatio limit. 4. eſt communis opinio, quam refert, & ſequitur Couar. prac. q. cap. 15. num. 5. pag. mihi 870. quã ſequuntur Fel. in cap. veniens 2. n. 5. de teſtibus, Curtius Iun. conſil. 179. num. 6. Rebuf. ad leg. regias part. 1. in tract. de litter. oblig. art. 1. gloſ. 10. num. 11. Bald. per illum tex. in l. cũ filius ff. de milit. teſtam. Iaſ. in l. à Diuo Pio §. ſi ſuper rebus col. vlt. ff. de re Iud. Vant. in tracta. de nullit. tit. quis poſ. dicere de nullitate num. 15. Dec. in c. tua nobis col. 2. de appella. Felin. in cap. qualiter in num. 13. de acuſat. Ant. in cap. vt debitus num. 14. de appella. Menoch. de adipiſcenda poſſeſ. remed. 4. num. 846. Carolus de Graſſalis in tractatu de exceptionibus in præludijs n. 253. vbi alios allegat, Intriglio. de cenſibus quæſt 17. nu. 2. Caſane. in conſuet. Burgun. rub. 5. §. 3. in verbo Quand. num. 19. & 20. Gutier. pract. quæſt. lib. 1. quæſt. 118. vbi quærit, an lex 64. Tau. quæ hodie eſt l. 3. tit. 21. li. 4. nouæ recoll. regię, ibi: *Que el remate ſe haga como la dicha ley lo diſpone ſin embargo de qualquier apelacion que dello ſe interpuſiere:* Quod diſponit etiam l. 19. huius tit. in finalibus verbis, procedat etiam contra tertium oppoſitorem, de cuius iure conſtat, vt, nõ obſtante ſua appellatione, ſententia de remate exequatur, quod videtur ex verbis ſupra relatis dictæ legis, quæ admodũ generalia ſunt, ibi: *Sin embargo de qualquir apelaciõ, que dello ſe interpuſiere.* Nam licet in principio lex loquatur cũ debitoribus, poſtea verò in verbis nõ ſemel relatis quoſcunque alios comprahendere videtur. Sed nihilominus, inquit Gutier. contrarium eſt tenendum per text. in §. ſuper eo de offi. delega, ibi: *Quia non illis ſed partibus* &c. vbi probatur, quòd clauſula, appellatione remota, intelligitur tantùm inter partes litigantes, ſecus verò reſpectu tertij opponentis ſe pro ſuo intereſſe, quia ipſe poterit appellare, ſuaque appellatio ſuſpendit effectum ſententiæ, & ita tenet gloſ. ibi per illum text. verbo *tenebit.* Vnde cũ Doctor Simeon Cabanes non ſit executiuè conuentus, ſed tanquã tertius pro ſuo credito, & notorio intereſſe in hac cauſa executiua ſe oppoſuerit, potuit appellare. Et ita quod diſponit forus 58. de iure emphytheotico fol. 123. col. 3. ad medium, quòd à ſententia lata in cauſa executionis inſtatæ virtute inſtrumenti cẽſualis, ſiue annui redditus non poſſit appellari, & quòd ſi de facto fuerit appellatio interpoſita, incontinenti per iudicem reppellatur, intelligendum eſt reſpectu executiuè conuenti, cuius appellatio reijciẽda eſt, non reſpectu tertij, qui ſe in cauſa oppoſuit, cuius appellatio admittenda eſt.

In ſecundo dubio, videbatur, dictam interlocutoriam, ſiue prouiſionẽ admiſſionis depoſiti pretij

tij rei per curiam iudicialiter vē-
ditæ,eo modo quo factum fuit, nō
eſſe appellabilem.Tum quia ab in
terlocutoria non licet appellare de
4 iure Cæſareo l.apertiſsimi 14. C.
de iudicijs,ibi:*Cum poſt litem con-
teſtatam neque appellari poſſe ante diſ
finitiuam ſententiam iam ſtatuerimus.*
l. ante ſententiæ 7. & ibi gloſ.in
verb.*diſcuſſione*,quorum appellatio
nes non recipiantur,& tenent Ci-
nus Bart. Paul. Caſtr.Speculator,
Bald.Papien.Franch.Soci. Nicel.
Carauit.Veſtr.Marant.Graua.Aſ-
ſinius & Contard. in locis relatis
per Sagiſmund.Scaccia.de appel-
lat.quæſt.17.lim.47.memb. 1. nu.
1.pag.732.& de iure regio noſtri
5 Valentiæ regni foro 9.de appella-
tio.& idem fuiſſe ſtatutum per Lu
6 douicum Delphinum Viennēſem
anno 1449. teſtatur Guido Papæ
deciſ.75. Dicens in parlamento
Guationopolitano circa hoc ſer-
7 uari ius Cæſareum non verò Cano
nicum,quo attento ab interlocuto
ria appellare licet ca.ſuper eo 12.
de appella.cap.cordi 1.eodem ti-
tulo in 6.& latè multis relatis pro
bat Scaccia.de appella. quæſt. 17.
lim.47.membro 1.nu.73.pag.mi-
hi 742.& alijs relatis probat Tri-
uiſa.deciſ.4.num.16.vnde,cum di
cta prouiſio admiſsionis depoſiti
ſit ſententia interlocutoria, non li
cet ab ea appellare.

8 Secundò,de iure noſtri regni iux
ta forum 58.de iure emphyteuti-
co,ſi,non obſtantibus exceptioni-
bus oppoſitis mandato executiuo
relaxato virtute inſtrumenti cen-
ſualis ſiue annui redditus,fuerit de
claratum,dictum mandatum exe-
cutiuum eſſe validum, & deducē-
dum fore ad realem executionem,
non licet appellare,ſed appellatio
debet repelli, extante d. lege non
licet appellare ab interlocutoria
ita Dec.in cap. Paſtoralis num. 4.
9 verſ.ſed cū in caſibus extra de ap-
pellat. & ante eum apertè docuit
Franch. in cap. interpoſita §. ille
de appella.quem ſequutus eſt Feli
nus in ca.cauſam, quæ adfinem de
reſcript. quos refert , & ſequitur
Menoch.de adipiſcend.poſſeſ.re-
medio 4.num.814.& ratio eſt , vt
inquit Dec.vbi ſupra,quia incidēs
cauſa aſſumit naturam cauſæ prin-
cipalis clem. diſpendioſam de iu
dicijs,vnde cum hæc cauſa ſit exe
cutiua videtur,quòd à dicta inter-
locutoria ſiue prouiſione admiſ-
ſionis depoſiti,eo modo quo factū
fuit,appellare non potuit.

10 Sed his non obſtantibus,con-
trarium fuit deciſum,quia licet ab
interlocutoria,tam de iure cæſa-
reo, quàm regio noſtri regni regu
lariter non licet appellare, fallit ta
men, quando talis interlocutoria
habet vim diffinitiuæ Guido Pa-
pæ deciſ.75.&Treuiſa.deciſ.4.ait
in ſententijs interlocutorijs ſiue
grauaminibus nō habentibus vim
diffinitiuæ cauſas grauaminum de
bere nominatim inferi clem. ap-
pellanti de appellatio.in ſententia
verò interlocutoria inferente gra-
uamen irreparabile,vimque diffi-

nitiuæ

nitiuæ habente, non teneri appellantē in libello appellationis cau-
11 ſas grauaminum inſerere, & num. 17. refert 42. caſus in quibus inter locutoria habet vim diffinitiuæ, &
12 Marant. de ordi. iudi. tit. de ſententia num. 42. ait, quòd omnis interlocutoria, quæ non ſperat aliam ſententiam poſt ſe, dicitur habere vim diffinitiuæ, quia videtur facere effectum, quem facit diffinitiua, quia imponit finem illi inſtantiæ, & n. 44. inquit Marant. quòd o-
13 mnis interlocutoria, quæ diffinit vnum articulum ſubſtātialem cauſę principalis, dicitur habere vim diffinitiuæ gloſ. 1. in fin. Clem. fin. de appellati. Bald. in l. 1. C. quādo prouoca. non eſt neceſſe, Cancer. tom. 3. variarum cap. 17. de ſentē. num. 143. & 144. vbi refert, ad Regiam Audientiā Cathaloniæ fuiſ-
14 ſe euocatam cauſam appellationis interpoſitæ à quadam ſententia interlocutoria, cum qua fuit declaratum per iudicem primarum appellationum villæ Perpiniani, quemdam, à quo petebatur cautio de iudicio ſiſti, & iudicato ſoluendo, cū de re mercantili ageretur, non teneri cauere, quia talis interlocutoria habebat vim diffinitiuæ, & continebat grauamen irreparabile, cū debitor potuiſſet fugere, & fruſtrare creditorem, vnde cum in occur-
15 renti caſu dicta prouiſio ſiue interlocutoria habeat vim ſentētiæ diffinitiuæ, & in ea agatur de damno irreparabili per diffinitiuam ſententiam, dictus enim Doctor Simeō Cabanes, qui habet notoriū intereſſe virtute ſui crediti, vt pretium prædij ruſtici per curiam vēditi integriter deponatur, vt ex eo poſsit abſtrahere pecuniam ſibi debitam, ſi dictus Doctor Nuñez curiæ emptor penes ſe retinere poſſet partem prætij, & dictum depoſitum diminutum valeret, pro vt in alia Aula Regiæ Audientiæ prouiſum fuerat, non poſſet ei fieri ſolutio ſui crediti, & quia iam in hac cauſa non ſpectatur alia ſententia, hoc damnum per diffinitiuam reparari non poſſet, merito à dicta prouiſione admiſsionis depoſiti diminuti potuit appellare,

Nec obſtant in contrarium adducta: nam ad primum reſultat ſolutio ex proximè dictis. Ad ſecundum verò reſpondetur, quòd in contrarium deducta ſolum poſſūt habere locum inter perſonas litigantes, qualis eſt executiuè conuētus, non tamen procedunt reſpectu tertij ſe in cauſa opponentis, vt dixi ſupra num. 3.

Ex quibus in hac cauſa fuit lată ſententia, me refferente, tenoris ſequentis.

xps. Quoniam appellabilis eſt prouiſio vim diffinitiuæ habens facta, & prouiſa per Gerentem vices Generalis Gubernatoris in præſenti ciuitate, & Regno Valentiæ in fauorem Ioannis Andræ Nuñez I. V. D. cum qua fuit prouiſum, eſſę admittendū depoſitum per ipſum factum pretij prædij ruſtici Ludouici Amador, eo modo quo ab eo fuit

fuit factum, retinẽdo penes ſe quã titates in ſcriptura depoſiti memoratas, cum appellatio fuerit interpoſita per Simeonem Cabanes iuris conſultum nomine eius proprio, & procuratorio eius matris (qui ſe oppoſuerat in executione inſtata per Syndicum Cleri Eccleſiæ parochialis Sancti Saluatoris præſentis ciuitatis contra Ioannã Aſſenſi & de Amador, inqua fuit facta oblatio, & venditio dicti prędij ruſtici) habentem notorium intereſſe, pro quo potuit etiam appellare, & ita minus bene fuit prouiſum in alia Aula ciuili, cauſam eſſe reſtituendam dicto Gerenti Vices generalis Gubernatoris, & non eſſe euocabilem dictam appellationis cauſam, & perconſequens benè fuit ſupplicatum per dictum Simeonem Cabanes à dicta prouiſione facta in alia Aula Regiæ Audientiæ ciuilis, in qua de meritis dictæ cauſæ appellationis cognoſcendum eſt. Qualitas enim cauſæ executionis in occurrenti caſu nõ tollit facultatem appellandi tertio, qui ſe oppoſuerat virtute ſui crediti in eadem executione, vt ex pretio dicti prædij ruſtici venditi, ei ſatisfieret de quantitatibus, pro quibus inſtabat executionem, idcirco, & aliàs concluſionem, & deliberationem in R. C. ſumptam in ſequendo, pronuntiamus, ſentẽciamus, & declaramus, benè fuiſſe ſupplicatum perdictum Simeonẽ Cabanes dictis nominibus, & minus benè prouiſum cum ſupradicta prouiſione, quam reuocamus, reſtituendo cauſam alteri Aulæ Regiæ Audiẽtiæ ciuilis, vt de meritis dictæ cauſæ appellationis cognoſcat, & neutram partem in expenſis condemnamns. Aguirre Regens. V. Leo. V. Roig. V. Guardiola. V. D. Franciſcus de Caſtellui. Lata &c. publicata per Damianum de Berbegal regij mandati ſcribam die 28. Februarij 1608.

DECISIO CXXX.

SOLVTIO FACTA per tabulam nummulariam creditori inuito liberat debitorem.

1 *Caſus ſiue facti ſpecies.*

2 *Tabula in numularia Valẽtiæ non poteſt fieri ſolutio inuito creditori, ſed contrà num. ſequenti.*

3 *Solutio facta in tabula, ſiue in menſa numularia, inuito creditore, liberat debitorem, & ita fuit deciſum num. 14. & 15.*

4 *Liberatio inducitur, ſi campſor de voluntate mea promiſit meo creditori pro me ſoluere, & num. 7.*

5 *Creditori ſi facta ſit delegatio debitoris, debitor illius liberatur.*

6 *Delegans debitorem creditori ſuo ſoluiſſe videtur.*

7 *Campſorem delegans creditori ſuo liberatur, quando campſor eſſet debitor delegantis, & vti talis promittit ſoluere creditori.*

8 *Delegatio fieri dicitur, quando illi, qui*

qui promiſsit, eſt debitor delegantis, & uti talis promiſit.

9 *Delegatio acceptata per dibotem, quæ facta fuerat per ſuum creditorẽ ad commodum creditoris delegantis, valet, & eſt perinde, ac ſi notarius acceptaſſet per creditorem abſentem delegationem, & debitor liberatur.*

10 *Partita facta in menſa numularia ſiue tabula Valentiæ inducit liberationem.*

11 *Partitæ quæ fit in tabula Valentiæ forma.*

12 *Notarius per ſtipulationem alij adquirit.*

13 *Alteri per alterum quæritur actio Valentiæ.*

Geneſius Roca mercator, quantitatem debitã Comitiſſæ de Quirra ſoluit per menſam numulariam ſiue tabulam Valentiæ, quam ſolutionẽ procurator dictæ Comitiſſæ miſſus à ciuitate Barchinonæ ad vrbẽ Valentiæ ad exigendum dictam quantitatem recuſabat acceptare, dicens ſoluendam ſibi eſſe in pecunia numerata. Pro qua opinione faciebat, quòd ſcribit Regens Ioannes Sentis, qui ſexaginta annis retro erat aduocatus magni nominis in ciuitate Valentiæ, & a dicto aduocati munere fuit promotus ad officium Regentis Cancellariam in Sacro Supremo Regio Aragonum Conſilio, ille enim in ſuo Repertorio manuſcripto fol. 218. in verb. Tabula Valentiæ inquit, hũc caſum habuiſſe de facto, & ni fallebatur credere declaraſſe vti Aſſeſſorem iudicis ordinarij ſiue Iuſtitiæ in cauſis ciuilibus ciuitatis Valentiæ, hanc non eſſe veram ſolutionem, motum ex diſpoſitione fori. 1. de ſoluti. vbi dicitur, poſſe ſolui in ta bula numularia, ſi ambæ partes in hoc concordauerint, &
2 ita a contrario ſentit, ſi nõ fuerint concordes, non valeret ſolutio, nõ obſtante diſpoſitione fori 13. de clam. non mutan. in verſ. e ſi lo cõprador fol. 53. quia loquitur, etiã quando partes in hoc conuenerũt.
3 Sed hoc non obſtante, contrarium fuit deciſum. Primo: quia viſum fuit Regiæ Audientiæ eſſe inconueniens, & contra bonum publicum declarare, non eſſe bonam ſolutionem, quæ fiebat per tabulam, ex quo vniuerſitati dictæ ciuitatis maximum damnum ſequeretur, quia mercatores, & aliæ perſonæ recuſarent ſuas pecunias in dicta tabula deponere. Secundò, conſtat
4 dictam ſolutionem in dicta tabula factam inducere liberationem iuxta Bart. in l. ſingularia ff. ſi certum peta. num. 19. qui ponit hunc caſum. Ego dico campſori, vel mercatori, quod ſoluat tibi illud, quod debeo tibi pro pretio pannorũ. Sum ne ego à te liberatus? Reſpondeo, quod ſi quidem ille campſor promiſit tibi, iſta promiſsio, quam habes, cedit loco ſolutionis pecuniæ, & ego ſum liberatus l. Pupilli 96. ff. de ſolutio. l. inter cauſas 26. §. abeſſe ff. manda. Abeſſe intelligitur

gitur pecunia fideiuſſoria, etiam
5 ſi debitor ab eo delegatus ſit cre
ditori, licet eis ſoluendo non
fuerit,& ibi gloſ.in verbo credito
ri ſubiungit,quia ſoluiſſe videtur,
& ibidem Bart.ait,fideiuſſor dele-
6 gans debitorem,etiam non ſoluen
do,ſoluiſſe videtur l.quanuis §. in
terdum ff.ad S.C.Velleianum,ibi:
Soluit enim & qui reũ delegat, Bal.
in l.2.num.4.C.de execu. rei iud.
inquit,eum,qui campſorem dedit,
liberari,ſi campſor fuit delegatus
tanquam debitor.Et Iaſ.in l.ſingu
laria ff.ſi cert.pet.num.36. ad me-
dium hanc Bal. opinionem refert,
& eã ſequitur n.38.quãdo cãpſor
7 eſſet debitor meus,& vti talis pro
mitteret ſoluere creditori meo,
tunc enim,inquit, ipſo iure ſum li
beratus,& Pariſ.conſ.107.nu. 20.
3.part.inquit,quòd ſi debitor pro
mittat pro creditore de voluntate
creditoris,debet debitor liberari
ab ipſo creditore, & obligari ei,
cui ſoluere promiſsitdicto modo,
quia magis propriè iſto caſu fit de
legatio,quàm in caſu præcedenti.
8 Quoniam dicitur fieri delegatio,
quando ille,qui promiſsit, eſt de-
bitor delegantis, & tanquam eius
debitor promittit d.l. quanuis §.
ſi mulier,& ibi per gloſ.mag.ad fi.
& Iacob.Butr. & Paul. de Caſtr.
& Alex.in d.l. qui vſumfructum,
& quanuis in caſu ſuo(inquit Pa-
riſius)Aloyſius non eſſet preſens,
& ſic non videatur illi facta pro
miſsio per debitores,tamen perin
de eſt, ac ſi preſens eſſet, & pro-
9 miſsio illi facta fuiſſet.Vt declarat
idem Pariſ.in eod.conſ.107.num.
49.cum ſeq.vbi conſiderat, quòd
fuit acceptata illa delegatio per
debitores,quæ facta fuerat per Ni
colaum ad commodum Aloyſij
ſui creditoris.Et quod ſi ſtipula-
tio alteri facta valet de iure Cano-
nico, & nu. 51.dicit,perinde eſſe,
ac ſi notarius acceptaſſet pro di-
cto Aloyſio abſente dictam dele-
gationem,& Alan.Chartar.in de-
ciſ.Genuenſ. 126.nu.4.ait ex quo
ibi Virginia debitrix promiſsit
de volũtate Antonij creditoris ſol
uere Michaëli, & Nicolao, quòd
dicta Virginia liberata dicebatur
à dicto Antonio, & obligata di-
ctis Nicolao,& Michaëli: propriè
enim,inquit,hoc caſu fit delegatio.
10 Vnde nimirum,ſi per partitam fa-
ctam in menſa numularia,ſiue tabu
la Valentiæ per dictum Geneſium
Roca,inducatur liberatio, & nu-
mularius ſiue taulagerius remane
at obligatus ſoluere Comitiſsæ de
Quirra eãdem quantitatem,quam
debebat dicto Geneſio virtute di-
ctæ delegationis.In partitis enim,
quæ fiunt in tabula Valentiæ, ſer-
11 uatur formula relata per Pariſ. d.
conſ.107.num.43.in fi. & nu. 48.
Ita enim concipiuntur delegatio-
nes,ſiue partitæ,quæ fiunt in men-
ſa numularia Valentiæ.Dicit enim
numularius ſiue taulageriꝰ. Debet
Petrus,pro eo dicimus,Ioanni mil
le libras monetæ Valentinæ,dixit
ob talem cauſam, & niſi Petrus ha
beat mille libras in dicta menſa
numu-

numularia eum non admittit ad faciendum dictam partitam, ſiue delegationem coram notario publico, qui eſt ſcriba tabulæ de publico deputatus ad recipiendum inſtrumentum de partitis, quæ fiunt in tabula. Et ita in caſu noſtro concurrebāt hæc omnia requiſita. Primum, quod Geneſius Roca habebat dictam pecuniam in menſa numularia ſiue tabula, & ſic numularius, ſiue taulagerius erat verus illius debitor. Secundum, quod dictus taulagerius verus debitor promittebat dictæ Comitiſæ ſoluere eandem quantitatē. Tertiū, quod notarius, ſiue ſcriba tabulæ virtualiter ſtipulabatur pro dicta Comitiſa abſente, & notarius hoc facere poteſt, & nobis acquirere. Vt la-

12 tè probat Theſau. multis relatis deciſ. 70. num. 2. vbi hanc dicit cōmunem opinionem, & per totum mundum receptam. Et in noſtro

13 Valentiæ Regno hoc facilius admittitur, quia etiam abſque ſtipulatione notarij alteri per alterum quæritur obligatio, iuxta legem dicti Regni videbis & iuxta forum 3. in rub. Ad exibendum foleo 93. Vnde in occurrenti caſu cum interuenerit delegatio, dictus

14 Geneſius Roca fuit liberatus. Præterea conſuetudine receptum eſt in ciuitate Valentiæ pro vera ſolutione haberi partitam factam in menſa numularia, ſiue tabula dicendo ſiue girādo quantitatem, ita vt argentarius ſiue taulagerius remaneat obligatus ad eam dandum quoties voluerit, ei cui fit ſolutio per habentem pecuniam in dicta tabula. Et Regens Sentis in ſuo Repertorio manuſcripto in verbo tabula Valentiæ refert audiuiſſe in curia Conſulatus maris Valentiæ compelli accipere ſolutionem factam in tabula Valentiæ, & ſimilem conſuetudinem vigere in ciuitate Genuæ, & in reliqua Italia legitur in deciſ. 4. Rotæ Genuen. nume. 9. & 15.

15 vbi dicitur vſum approbaſſe opinionem plurium Doctorum, id ipſum de iuris cenſura procedere & num. 17. legitur ita viſum fuiſſe Rotæ. Ex quibus in occurrenti caſu ita fuit iudicatum ſententia lata in Regia Audientia in fauorem dicti Geneſij Roca contra dictam Comitiſam de Quirra, publicata per Franciſcum Paulum Alreus die 18. Septembris 1610.

DECISIO CXXXI.

TESTATVS PRO PARte, & pro parte inteſtatus quis decedere non poteſt de iure Cæſareo, ſi eſt paganus ſecus eſt in Regnis Caſtellæ, Aragoniæ, Valentiæ, & Neapoli. Et quomodo concilientur fori 26. & 27. de teſtamen. cum foro 5. de hæred. inſti. & l. 14. tit. 3. par. 6. cum lege pri. tit. 4. de teſtamentis libro 5. recollectionis, ſiue recopilationis legum Caſtellæ.

F 1 IN-

1 *INSTITVTVS à teſtatore in re certa loco legatarij habetur, quando ei eſt datus cohæres vniuerſalis.*

2 *Inſtitutus in re certa nullo relicto hærede à teſtatore hæres eſt vniuerſalis.*

3 *L.14.tit.3.part.6.concor.cum l.1. §.ſi ex fundo de hæred.inſtit.*

5 *Teſtator non poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus.*

6 *Teſtatus pro parte, & pro parte inteſtatus quis decedere poteſt Valentiæ & Caſtellæ num.7. & ita fuit declaratum cum Regia ſententia num 8.& in Regno Neapolitano num. 9.& Boltenia n.16.*

11 *Teſtatus pro parte & pro parte inteſtatus in Regno Aragoniæ decedere poteſt, ibi tamen inſtitutus in re certa; quamuis nullo alio hærede relicto non ſuccedit in tota hæreditate.*

11 *Chartæ vbi ſtandum eſt vt in Regno Aragoniæ iuxta forum nulla admittitur interpredatio, ſed cortici verborum ſtatur.*

13 *Leges Caſtellæ, & Valentiæ diſponentes poſſe teſtatorem decedere pro parte teſtatum, & pro parte inteſtatum non corrigunt alias leges eorundem regnorum, quibus ſancitum eſt inſtitutum in re certa nullo alio hærede relicto ſuccedere in omnibus bonis.*

14 *Teſtatum quem pro parte, & pro parte inteſtatum decedere poſſe tantum lex Caſtellæ concedit, quando nullus hæres inſtituitur, ſeu inſtitutus repudiat.*

15 *Miles decedere poteſt pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, ſi tamen in re certa inſtituat nullo relicto Coharede ille in totum hæres erit.*

16 *Inteſtatus pro parte, & teſtatus pro parte in paganis de iure Cæſareo fallit tamen in caſu authenticæ ex cauſa C.de lib.præteri. & num.17.& 19.*

18 *Forus nonus de teſtamentis concordat cum authentica ex cauſa C. de lib.præteri.*

20 *Forus 5. de hæred.inſtitu. & forus 27.de teſtamentis conciliantur, vt in Regia ſententia hic, relata, vt inſtituti in re certa non dato hærede vniuerſali ſuccedant in omnibus bonis ſecus tamen quando diſpoſitio à teſtatore non fuit facta per viam inſtitutionis, ſed tantum quædam bona fuerunt legata. Tunc enim non habet locum ius accreſcendi in reliquis bonis.*

1 INſtitutus à teſtatore in re certa loco legatarij habetur l.quoties C.de hæredibus inſtituendis, ibi quoties certi quidã ex certa re ſcripti ſũt hæredes vel certis rebus pro ſua inſtitutione contenti eſſe iuſsi ſunt quos legatariorũ loco haberi certum eſt. & dixi deciſione 24.nu.2.& 3. vbi probaui 2
inſtituto in re certa cui eſt datus 3
cohæres vniuerſalis, qui hæreditatem adijt, non competere remediũ legis fi.C.de edicto diui Adriani tollẽdo: & hanc eſſe cõmunẽ opinionem, quam tenuit Bart. Caſtr. Alex. Decius Corn. Mantic. Menoch.

2 noch. Guido Papæ Ferrarien. Anton. Gomez & Fachin. in locis à me relatis in dicta deciſ. 24. numer. 3. Tamen inſtitutus in re certa nullo relicto hærede à teſtatore hæres eſt l. 1. §. ſi ex fundo ff. de hæredibus inſtituendis, ibi: *Si ex fundo fuiſſet aliquis ſolus inſtitutus, valet inſtitutio detracta fundi mentione* l. quotienſ. 9. §. ſi duo ff. eodem, ibi: *Si duo ſunt hæredes inſtituti vnus ex parte 3. fundi Corneliani, alter ex beſſe eiuſdem fundi Celſus expeditiſsimam Sabini ſententiam ſequitur, vt detracta fundi mentione quaſi ſine partibus hæredes ſcripti hæreditate potirentur, ſi modo voluntas patris familiàs manifeſtiſsime non refragaretur.* Seraphi. Olliuar. deciſ. 384. num. 6. par. 1. pag. 331. & latiſsime Don Ioan. del Caſtillo poſt permultos, quos allegat lib. 3. quatidiana. cap. 17. per totum idem diſpoſitum eſt de iure Regio Regni Caſtellæ in l. 14.

3 tit. 3. partita 6. vbi inquit quod inſtitutus in vinea, vel in aliqua alia re nullo alio hærede inſtituto, conſequitur omnia bona teſtatoris, & tenetur ſoluere legata in teſtamento relicta: & idem diſponit de iure noſtri Valentię Regni in foro quinto de hæredibus inſtituendis, vbi dicitur, quod ſi quis habuerit plura prædia in diuerſis locis, & dixerit, ita inſtituo hæredem in tali prædio, & de alijs nullam mentionem fecerit, talis inſtitutus cenſetur in omnibus bonis, ne videatur pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, & ita concordant, & idem diſponunt dicta l. prima §. ſi ex fundo, lex partitæ Regni Caſtellæ, & forus Valentiæ, vt inſtitutus in re certa, vbi nullus alius extat hæres ſuccedat in omnibus bonis teſtatoris, & ſit eius hæres vniuerſalis. Cuius rei rationem reddit Ioannes de Immola in dicto §. ſi ex fundo num. 1. ne teſtator videatur pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus: & eandem rationem reddit dictus forus 5. de hæredibus inſtituendis.

4

5

6 Sed ſupradictæ reſolutioni cōtradicere videtur forus 27. de teſtamentis, vbi diſponitur, quòd ſi teſtator in ſuo teſtamēto legata reliquerit, & non diſtribuerit omnia bona ſua inter legatarios reliquum bonorū perueniat ad venientes ab inteſtato & l. 1. tit. 4. de teſtamentis lib. 5. recollectionis nouæ recopilationis legum Caſtellæ, his ver-

7 bis. *Y mandamos que el teſtamento, q̄ en la forma ſuſodicha fuere ordenado valga en quanto a las mandas, y otras coſas q̄ en el ſe cōtienen: aunq̄ el teſtador no aya hecho heredero alguno, y entonces herede aql q̄ ſegū derecho y cōſtūbre de la tierra auia de heredar.* Et ſic patet, q̄ poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, in regnis Caſtellę, & Valentiæ, & ita

8 fuit declaratum cum R. ſententia lata in hoc S. S. R. C. in fauorem Pauli Fontes heredis Sperantię Almenar publicata Antonium Angles die 23. Auguſti 1566.

cum qua fuit deciſum Franciſcum
Polo maiorem , qui ab Angela
Almenar ſua vxore fuit heres in-
ſtitutus, vita illius dumtaxat du-
rante: licet ſubſtituti prædeceſ-
ſerant, non remanere dominum
bonorum hæreditatis , ſed poſt
eius mortem, illum qui ſucceſ-
ſit in legitima dictæ teſtatricis,
ſucceſsiſſe in reliquis bonis iure
conſclidationis:cùm tamen tem-
poraliter maritus fuiſſet hæres in-
ſtitutus; & in dicta Regia ſen-
tentia legantur hæc verba: *Hu-
iuſque temporis adiectio iuxta forum
Regni Valentiæ , ſecundum quem
quis poteſt decedere pro parte teſta-
tus , & pro parte inteſtatus fieri po-
tuerit* . Idem etiam ſancitum eſt
9 in Regno Neapolitano in con-
ſtitutione: & ſi teſtator de ſucceſ-
ſionibus morien. ſine fil. his ver-
bis, *Etſi teſtator filios , ſeu liberos
& deſcendentes ex eis in infinitum
non habeat , poteſt de bonis paternis,
& maternis , & alijs ab agnatis, &
cognatis ſibi obuenientibus diſpone-
re iuxta velle vſque ad medieta-
tem ipſorum bonorum . Reliqua au-
tem medietas perueniat ad proximio-
res agnatos , & cognatos prout in
capitulis de ſucceſsionibus ab inteſta-
to dictum eſt ; de bonis vero per eum
acquiſitis poteſt diſponere pro arbi-
trio voluntatis* , & Neapoda in
conſuetudinibus Neapolitanis in
conſuetudine . Et ſi teſtator nu-
mer. 26. fol. 181. notat quod in
illo Regno teſtator poteſt ſuc-
cedere pro parte teſtatus & pro

parte inteſtatus virtute dictæ con-
ſtitutionis . Similis etiam con-
ſuetudo extat Borboniæ , quam
10 refert Ioannes Panormita in con-
ſuetudin. Borboniæ §. 293. fol.
262. & Hieronymus Portoles in
Scholijs ad Molinum in verbo
teſtamentum num. 25. pag. 422.
& ibidem poſt Molinum in re-
pertor. foror. Aragon. in verbo
11 teſtatus pro parte fol. 314. colu.
aſſerit in Regno Aragoniæ pro
parte teſtatum , & pro parte in-
teſtatum decedere poſſe idem ta-
men numer. 29. ait quod licet in-
teſtatus in re certa nullo hære-
de inſtituto in toto patrimonio,
& hæreditate teſtatoris ſuccedit
iuxta dicta l. 1. §. ex fundo de
hæred. inſtit. ſecus eſſe in illo Re-
gno Aragoniæ , & eius opinio
(vt opinor) in eo fundatur, quod
in dicto Regno Aragoniæ iuxta
12 forum ſtandum eſt chartæ, & nul-
la interpretatio admittitur . Sed
cortici verborum ſtatur , vt in-
quit Bero. conſil. 120. numer. 8.
in fi. & n. 9. vol. 2. vbi loquitur
de dicto foro Aragoniæ , & alij
plures relati à Portoles in ſcho. ad
Molinũ verbo forus nu. 16. & 18.

Secus tamen eſt in regnis Caſtel-
læ, & Valẽtiæ, in quibus admititur
interpretatio paſsiua legũ dicto-
13 rum regnorum, vt probaui deciſ.
1. nu. 36. & in his regnis non ob-
ſtantibus legibus de quibus ſupra
n. 6. & 7. inſtitut' in re certa nullo
alio dato herede vniuerſali in om-
nib' ſuccedit, vt loquẽs in terminis
legum

legem Caſtellæ affirmant Anto. Padilla in l. eam quam nu. 93. & 94. C. de fideicommiſsis Ludouicus Molina de Hiſpanorum primogenijs lib. primo cap. 17. numer. 23. Ioannes Gratianus (qui Matienſum refert & improbat) regula 281. numer. 8. Eiuſdem etiam opinionis fuiſſe videtur Alphonſus Azebedius. Is namque in eadem l. tit. 4. lib. 5. recopil. numer. 163. in fin. mouet prædictam quæſtionem, & ſe remittit ad ea, quæ Burgos de Paz in loco ſtatim citando, & ſupradictos allegans. Idem tenet Don Ioan. del Caſtillo quotidia. controuer. lib. 3. cap. 17. numer. 127. qui allegat etiam Burgos de Paz dicendo quod ille primus omniũ hanc opinionem defendit in l. 3. tau. 6. conclul. numer. 858. & 859. vbi ait: per dictam legem nouæ recopilationis, ſiue ordinamenti non eſſe abrogata prædicta iura, quæ diſponunt inſtitutum in re certa in omnibus bonis ſuccedere. Tum quia caſus dictę l. ordinamenti diſsimilis eſt à prædictis iuribus, ex quo in ea de hac ſpecie non agitur: nec lex illa concedit, quem ex parte in teſtatum decedere poſſe: niſi quãdo nullus hæres inſtituitur, ſiue inſtitutus repudiat ad quæ videre licet text. in l. ſiquis cum nullum ff. de. iur. codi. cum alijs quæ Curt. iuni. citat in d. auteh. ex cauſa n. 63. C. de lib. præteri. Verũ nec in eadem Regia lege diſponitur, hæredem in re certa inſtitutũ nullo alio cohærede relicto, a cæteris rebus hæreditatis excludi: & ob id non eſt dicendum, regulam tex. in l. ius noſtrum ff. de reg. iur. in hoc caſu eſſe correctam: nec leges ei conſimiles ex iuribus notiſsimis, quæ excludunt legum correctionem. Tum item, quia communis eſt Doctorum reſolutio, quòd & ſi milles decedere poſsit pro parte inteſtatus, vt in d. d. l. ius noſtrum & in d. §. non autem inſti. de hæred. inſti. cũ ſimilibus, quorum meminit Deci. in d. l. ius noſtrum col. 2. ſi tamen ipſe miles aliquem inſtituat in re certa nullo relicto cohærede in totum ille hæres erit, vt docet palam tex. in l. cogi. §. ſed & ſi milles ff. ad T. ... & tex. in l. quanquam C. de teſtamento milli. & in l. ſi certarum in prin. ff. eod. tit. & ita tenet gloſ. in l. ... C. de teſta. milli. vbi Alex. col. ... penul. teſtatur, hanc eſſe communem opinionem & Iaſ. columna 4. & Deci. etiam in ibi, & etc. ad idem gloſ. in l. ſi milles vnum ff. de mil. teſta. & in d. §. non autem inſti. de hæred. inſti. gloſ. etiam in d. §. ſed & ſi milles & ſi multi alij contrarium exiſtiment, maximè gol. in dicto §. ſi ex fundo & illic Immol. & & idẽ Imm. in d. §. ſi milles Fulgo. Roma. Ale. & Dec. in d. l. ... C. de teſta. mil. ex tex. in d. l. ſi miles vnum cuius legis verbũ, creditur, interpratãtur comuni ſentẽtiæ ad hæredes ſcilicet, à iure in hoc teſtatore volu iſſe, prouetur. Quæ ſolutio eſt glo.

14

15

Old. Alberic. & docto. illic, & in d.l.1.C.de teſta.mil.(præter hoc quòd & eandem legem alijs modis intelligi poſſe Iaſ.in dicta l. 1. ſtudioſe diiudicat.) In caſu enim prædictæ l. ſimiles vnum teſtator tantum fecit hæredem in fundo volens ne aliud conſequatur cæterarum rerum hereditatis, vt ſic ipſa lex trahatur ad dictam l. quanquàm.

16 Et licet iuxta legem ius noſtrũ ff. de regulis iuris in paganis de iure Cæſareo non poteſt quis decedere teſtatus, & inteſtatus. Cuius rei rationem reddit Hieronymus Cagnol. in dicta lege ius noſtrum num. 3. quia cauſa teſtati, & inteſtati opponuntur l. quandiu 2. ff. de acqui. hære. &
17 duo contraria in vno ſubiecto nõ poſſunt l. 1. cum ibi notatis C. de furt. tamen, vt notat idem Cagnol. vbi ſupra num. ſi. in verſicu-
18 lo poſtremo limita dicta regula limitatur iuxta communem opinionem in authen. ex cauſa C. de
19 lib. preteri. quæ ſic ait ex cauſa exhæredationis, vel præteritionis irritum eſt teſtamentum quantum ad inſtitutiones cætera namque firma permanent: (cum qua concordat forus 9. de teſtam.) & idem etiam dicit Bartholomæus Socinus regula 400. incipienti teſtatus pro parte numer. 7. vbi inquit regulam legis ius noſtrum de regulis iuris limitari in cauſa dictæ authenticæ ex cauſa, vbi legata conſeruatur ex teſtamento inſtitutio vero non vnde nihil mirum ſi iuxta dictam legem primam tit. 4. libro 5. recopilat. & iuxta dictum forum 27. de teſtament. vbi nullus eſt hæres poſſit quis decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus ita
02 quod ſuccedens ab inteſtato ſoluat legata, & omnia in teſtamento relicta, & ita concordantur dicta iura, vt fuit declaratum cum Regia ſententia infra, his verbis: *Quia licet iuxta foros regni inſtituti in re certa non dato hærede vniuerſali in reliquis bonis ſuccedunt iure accreſcendi: tamen quando diſpoſitio non fuit facta per viam inſtitutionis de aliquibus bonis, ſed tantum quædam bona fuerunt legata, non habet locum ius accreſcendi.* Et ita fuit declaratum in Regia Audientia in cauſa vertenti inter Franciſcam Vincentiam Gomis, & de Sans, & Annam Gomis & de Cifre, & Gaſparem Gomis Auditore nobili don Marco Antonio Siſternes, & me in eius locum referente ſententia publicata per Franciſcum Paulum Alreus Regij mandati ſcribam die 29. Ianuarij 1610.

(∴)

DE-

DECISIO CXXXII.

SOLVTIO, LICET REgulariter fieri debeat per debitorem creditori in loco iudicij hoc eſt vbi res petitur. Tamen annui redditus ſiue penſiones cēſualis deferēdæ ſunt ad domū creditoris, & debitor reddituālis non ſatisfacit, eas ſoluendo in loco iudicij.

1 *Facti ſpecies.*
2 *Solutio fieri debet in loco iudicij vbi res petitur.*
3 *Debitor, & creditor vbi ſunt eiuſdem fori, pecunia debita, eſt deferēda, ad domum creditoris.*
4 *Fori eiuſdem eſſe dicuntur, creditor, & debitor, vbi ſunt ſub eadem iuriſdictione, vel ſub eodem præſidatu.*
5 *Penſiones cenſualium debitæ, deferendæ ſunt ad domum creditoris abſque difficultate in regno Valentiæ propter clauſulam in inſtrumento cenſualis adiectam in quo loquendo de ſolidis cenſualibus venditis dicitur debere eſſe poſitos & apportatos intrà domum habitationis emptoris.*

1 MAgdalena Marti & de Aguilar, vxor Ioachimi Aguilar Doctoris Medicinæ, opidi Caſtilionis Planiciei, executionem inſtabat in Regia Audientia, contrà Angelicam Serra, & de Gaſco vxorem Bernardi Gaſco iuris conſulti eiuſdem opidi pro penſione cenſualis. Debitrix quantitatē pro qua executio inſtabatur atulit ad locū iudicij, & ibi ſoluere volebat. Contrà vero creditrix ſolutionē in dicto loco ſibi oblatam recuſabat. Dubitatū fuit quid iuris.

2 Videbatur fieri poſſe ſolutionē in mea domo, ex quo erā auditor cauſæ, & ſic ibi erat locus iudicij, & de iure ſolutio debet fieri in loco in quo quātitas petitur l. q̄ legatur 35. ff. de iudi. ibi tunc enim ibi dari debet, vbi petitur. Et ibi notat glo. in verbo vbi petitur, & apertius Bar. ibidē Alex. in l. vinū n. 7. ff. ſi cer. petat. deciſ. Genuæ 179. n. 18. fo. 233. & probatur in d. l. vinū in fi. ibi: *Si dictū non eſſet quanti vbi eſſet petitū*, & ibi gloſ. fi. quæ ſubiūgit, ità tamē ſi iure ibi cōueniatur l. fi. ff. de cōditione triticaria, ibi: *Si de loco nihil cōuenit, is locus expetetur quo peteretur, & ibi gloſ.* declarat Alex. in d. l. vinū n. 7. intelligēdū eſt quādo aliquid omninò in genere debetur, vt eſt pecunia, ſecus ſi in ſpecie iuxta d. l. q̄ legatur ff. de iudi.

3 Sed cōtrariū fuit deciſum in occurrēti caſu nimirū pecuniā debitā, & pēſionē dicti cēſualis, deferēdam eſſe, ad domū dictæ creditricis, ex quo ipſa, & debitrix erāt eiuſdē fori l. itē illa 18. ff. de cōſtituta pecunia, ibi: *Petitor non venit*, & ibi hoc not. glo. in verbo *nō venit*, & ibidē Bar. n. 3. Bal. in l. acceptā n. 36. cū ſeq. C. de vſuris & ibi Salic. n. 6. deci. Gen. 144. n. 4. vbi multos allegat Solis de cēſib⁹ tom. 2. lib. 3.

lib.3.cap.vlt.num.6.pag.213. vbi dicit,hâc eſſe communem opinionem,& allegat Iaſ.in l.2.num. 92. C.de iur. emphit. Crauet. conſil. 41.num.32.in princ. Guid. Pape. conſil.106.num. 2.& 3.Signor, de
4 Homode.conſ.254.num.3.Petrus Dueñas reg.161.limitat.1. Franc. Milanenſ.deciſ.6.num. 26. lib. 2. Brugnol.à Sole in quæſt.legalibus quæſt. 5.num.vlt.Ludouic. Merotius reſponſo 86.num.vlt.Dicuntur autem eſſe eiuſdem fori,vbicũque ſunt ſub eadem iuriſdictione, & ſub eodem præſidatu; vt obſeruarunt Bart.Iaſ.Craue.Guid.Pap. & Franc.Milan.vbi ſupra Rolan. conſ.87.num.14.& 15.vol.1.Caualca.Pinel.Aureli. Corbul. Mohedan.&plurimi alij relati àPetro
5 Cenedo in collect.adDecret.collectanea 144.num.28. Et hoc abſq; difficultate procedit in regno Valentiæ in executione inſtata virtute inſtrumenti cenſualis, propter clauſulam in eo adiectam. Nam loquendo de ſolidis cenſualibus venditis, dicitur eos debere eſſe poſitos,& apportatos,intra domũ habitationis emptoris dicti annui redditus ſiue creditoris hoc eſt, vt apud nos dicitur intrà domum domini cenſualis: & ita interloquutus fui,ſiue prouiſionem feci ex deliberatione Regij Cõſilij die 16. Octobris 1610.actuario ſiue ſcriba cauſæ Marco Antonio Orti notario & pro eo Philippo Piquer notario.

DECISIO CXXXIII.

CREDITOR HYPOthecarius anterior in exactione nominis debitoris præfertur ceſsionario.

1 C*Aſus.*

2 *Nomen debitoris is cui eſt hypothecatum habet actiones vtiles ad exigendum quantitatem debitam à debitore ſui debitoris.*

3 *Actiones vtiles habens virtute hypothecæ anterioris nominis debitoris prefertur ceſsionario habenti directas,cui fuerũt ceſsæ actiones ad exigendum idem debitum.*

4 *Ceſsionario ſi ſit facta ſolutio, debitor liberatur quamuis ſui creditoris eſſet nomen dicti debitoris hypotecatum.*

5 *Vtiles actiones habens quia nomen debitoris eſt ſibi hypotecatum poteſt impedire executionem ſententiæ latæ contrà debitorem in fauorem habentis directas actiones.*

6 *Creditor anterior hypothecarius cui nomen debitoris fuit hypothecatum poteſt impedire executionem inſtatam per poſteriorem inexactione nominis debitoris nedum ab ipſo debitore exigatur,ſed etiam ſi à quouis alio inquem ius nominis eſſet tranſlatum.*

7 *Creditor hypothecarius anterior in exactione nominis debitoris præfertur ceſsionario, & ita fuit indicatum in Regia Audientia Valentina.*

Doctor

1 DOctor Baltazar Barbera aduocatus ciuitatis Valētiæ habebat hypothecatum nomen debitoris domini locorum de Piles, & Palmera, hoc eſt ius exigendi quantitates debitas ex mercede ſiue pretio conductionis dictorum locorū, quæ poſſidebat Comes de Anna, qui pro ſoluendo credito chyrographario Ioanni Baptiſtæ Fabra, ei ceſſerat iura exigendi quantitates debitas ex pretio dictæ conductionis, & Hieronymus Climent habens cauſam, à dicto Fabra virtute dictæ ceſsionis, ſe proprietarie oppoſuit. Dubitatum fuit quis deberet præferri in dicto nomine debitoris: quod dubium fuit deciſum, me referente, cum ſententia, de qua infra his verbis. Dicendū eſt in viā iuris: dictum Doctorem Barbera creditorem hypothecarium eſſe praeferēdum in dicto nomine debitoris, aliás enim, exactis dictis quātitatibus per ceſsionariū dicti Comitis, hypotheca dicti Doctoris Barbera eſſet inanis, cum ſolutione dictorum triginta mille ſolidorum tollatur obligatio, & ita receptum eſt, hoc caſu creditorem hypothecarium ceſsionario nominis debitorum eſſe praferendum. Et ſic habentem vtiles actiones habēti directas, & ſi dictus Doctor Barbera virtute dictæ ceſsionis per Comitem de Anna factæ excluderetur, à recuperatione dictarum quantitatum quas per curiā emit, inutilis eſſet hoc caſu ceſsio facta pretij conductionis, dictorum locorum de Piles, & Palmera pro ſoluendis pēſionibus dicti cenſualis, cum quantitates depoſitæ in tabula cum effectu de ſeruire debeant ad ſoluendum pretium conductionis dictorum locorum, quæ deciſio fundatur in his quæ ſcribit Alex. cōſ. 17. vol. 1. & cōſ. 15. vol. 6.

2 quia dictus Doctor Barbera cui fuit hypothecatum nomē dicti debitoris, habet actiones vtiles, ad exigendum quantitates per debitorē ſui debitoris debitas l. nomē C. quæ res pignori. Et debet præferri dicto Climent ceſsionario habenti directas l. procurator in rem ſuam, & ibi notant Doctores ff. de procurato. & probatur in l. 3. C. de nouationibus, & ibi reprobata gloſ. ſic tenere Pet. Cyn. Bart. Angel. Salycet. Fulgoſ. & magis communiter ſcribentes teſtatur Alex. Trentacinq. lib. 3. varia. reſolutio. tom. 1. lib. 3. tit. de ſolutio. reſolutione 29. num. 8. qui alios allegat idem tradit Alex. d. conſ. 15. num. 2. & 3. vol. 6. qui bene confirmat, & conſil. 17. num. 3. ita ſcribit dato, quod vtilis hypothecaria de iure poſsit competere creditori, in rebus ipſius debitoris, cuius nomen eſt ſibi creditori, ab alio ſuo debitore obligatum (vt quædam gloſ. & non nulli ſcribentes tenuerunt) tamen facta executione dictæ ſententiæ in fauorem dicti ceſſonarij, contra dictum debitorē, non poſsit competere dictis creditoribus, vtilis hypothecaria in rebus

3

4

rebus prædictis.Ratio eſt euidens quod ſi verum eſt,quod dictus debitor debet ſoluere dicto ceſsionario,ſequitur quod facta ſolutione extinguitur omnis actio perſonalis,quæ poterat competere contra dictum debitorem, tam dicto primo creditori, quam etiam dictis creditoribus habentibus nomen prædictum obligatum, vt inſtit.quibus mo.tol.obli.in prin. & extincta perſonali actione,per ſolutionem, ſeu ſatisfactionẽ, neceſſe eſt,vt dicamus,quod omnis hypothecaria actio, ſit etiam extincta l. etiam liberatur in princ. ff. quib.mo.pign.vel hypo. ſol. & l. nouatione ff. de noua. extincta enim ipſo iure principali obligatione extinguitur acceſſoria ita dicunt iura vulgaria. Et hoc caſu habens

5 vtiles actiones poteſt impedire executionem ſententiæ latæ in fauorem habentis directas actiones Cache.deciſ.Pedemont.62.n. 17.Cartari.deciſ.19.num.4. Ambroſinus deciſ.Peruſ. 2. num. 42. Alex.Trentacinq.lib.3.var. tit.de ſolutio.reſol. 29.num.3.& 8. Marius Giurba.poſt hæc ſcripta viſus deciſ.61. num. 21. vbi allegat ita tenentes Tuſc.Nat.Bal.Nouel. Suarez,Carpan.Scacciam Felinũ.

6 Balliſ.Neguſ.Crauet. & Iofred.in locis per eum relatis, vbi ait nedũ creditorem anteriorem hypothecarium poſſe impedire executionem poſterioris in exactione nominis debitoris hypothecati,ſi nomen debiti ab ipſo debitore exigatur. Sed etiam ſi à quouis alio in quemuis nominis ceſsione adiudicatione,vel aliter eſſet tranſlatum irreparabile enim, inquit, eo caſu eſſet periculum.

7 Et ita fuit iudicatum, me referente,in hac Sacra Regia Audientia ſententia lata in fauorem dicti Doctoris Barbera contra dictum Hieronymum Clement publicata per Franciſcum Paulũ Alreus die 22.Aprilis 1611.

DECISIO CXXXIIII.

VARIARE NON LIcet cauſã executionis ab vno tribunali ad aliud quando in ea eſt concluſum.

1 *Clauſula ſubmiſsionis, & renuntiationis proprij fori, & variationis iudicij de ſtilo notariorum ponitur in inſtrumentis cenſualium in regno Valentiæ.*

2 *Variare non licet actori inuito reo iudicium de vno tribunali ad aliud quando eſt concluſum in cauſa.*

3 *Actor ſi poſſet variare cauſam executionis poſtquàm in ea eſt cõcluſũ poſſet explorare mentem iudicis an benè ſentiret de eius iuſtitia, vel an de ea dubitaret in magnum damnum rei exequutiuè conuenti.*

4 *Variare non licet cauſam de ſuperiori iudice ad inferiorem ex mente Senatus Cathaloniæ.*

5 *Executionis cauſam ad Regiã Audientiam euocatam non licet variare*

variare ad tribunal iudicis inferioris.
6 *Sententiæ, quæ, eſt penes ſcribā cauſæ publicatio non poteſt retardari iuxta forum.*

1 IN inſtrumentis publicis & præſertim cenſualium ſiue annuorum redditũum in ciuitate, & Regno Valentiæ, de ſtyllo notariorum apponuntur clauſulæ cum quibus obligantur debitores contrahentes, vt poſsit contra eos inſtari executio renuntiantes proprio foro, & ſubmittentes ſe foro cuiuſcũque iudicis layci intrà Regnum Valentiæ, & quod creditores poſsint variare executionem tam in bonis debitorum quam in perſonis iudicum toties quoties voluerint ita vt cepta executione in tribunali vnius iudicis poſsint eam variare, & proſequi in curia alterius iudicis, & ita obſeruatur. Hoc tamen locum non habet ſi actor quando eſt concluſum in cau
2 ſa vult eam variare ad aliud tribunal. Hoc enim inuito reo facere non poteſt, nam aliter facilè illuderent iudicium cap. bonæ, ſecundo §. nec obſtat vero ſi enim extr. de poſt. Prælat. ibi enim ſi poſtquã poſtulatio ſubſcriptionibus poſtulantium roboratur, & præſentatur Romano Pontifici approbãda poſſent ab ea recedere poſtulantes nobis frequenter illuderent, & iudicium noſtrum ex eorum pendere arbitrio videretur, & ibi gloſ. in verbo illuderent, quæ alia iura allegat, & Panorm. num. .o. & certũ
3 eſt quod ſi actor, qui execçutionem inſtat poſtquàm eſt in cauſa concluſum actori liceret variare, poſſet explorare mentem iudicis an benè ſentiat de eius iuſtitia, vel de ea dubitet, vel in aliam partem inclinet, quod aliquando contingit ratione execeptionum oppoſitarum in cauſa executiua, & ſi videret iudicem non benè ſentire de eius iuſtitia ne ſuccumberet variaret iudicium, & pariter exploraret mentem alterius iudicis in maximum dãnum rei executiõè conuenti, & ita ſentijt Senatus Chathaloniæ, vt refert Michael Ferrer
4 in 3. part. obſer. cap. 514. vbi probat non licere variare de ſuperiore iudice ad inferiorem, & ita refert fuiſſe deciſum in illa Regia Audientia. Et tractando de illo articulo dicit non licere variare ne iudicium illudatur hoc tamen nõ ita generaliter obſeruatur Valentiæ vbi à curia Gubernatoris, qui
5 ſuperior eſt iudicis ordinarij variãtur cauſæ executionis ad curiam iuſtitiæ in cauſis ciuilibus iudicis ordinarij, & hoc fieri poſſe ſentio virtute facultatis conceſſæ creditori per pactum cum dicta clauſula variationis iudicij. Non tamẽ permitteretur cauſam executionis ad Regiam Audientiam euocatam, ad tribunal inferius variare, quia euocatio cauſæ facta per ſuperiorẽ impedit vt iudex inferior de ea cognoſcere non poſsit etiam de conſenſu partium cap. vt noſtrum de appellatio. & ibi Panorm. num. 7. not.

not.quod euocatio negotij per ſuperiorẽ facta magis operetur in inhiciendo & ſuſpendendo iuriſdictionem iudicis inferioris quod facit appellatio quia appellatio conſiſtit in iure,& niſi ſit legitima non operatur effectum, euocatio autem conſiſtit in facto, nimirum ſi ſuperior eam fecerit, & ſiue ſit iuſta,ſiue iniuſta operatur effectũ latè multis relatis Lancell.de attẽ ta.2.p.cap.10.num.4. Abb. Sicul. in cap.vt noſtrum 56.à num.1. extrà de appellatio. Vnde cauſa executionis variata,& euocata ad Regiam Audientiam ſi ipſa Regia Audientia eam non remiſſerit ad iudicem inferiorem non poterit de illa ſe intromittere, etiam ſi actor dictam executionis cauſam virtute clauſulæ variationis voluerit à Regia Audientia ad tribunal iudicis inferioris eam variare. Non enim poſſunt partes per pactũ,tollere iuriſdictionem, iudici ſuperiori, & maximè Regię Audientiæ,quæ Regem repræſentat. Benè tamẽ ex cauſa Regia Audientia remittit cauſam ad iudicem inferiorem,vt fecit in cauſa executionis inſtatæ per don Hieronymum Ferrer millitẽ ordinis militaris Sancti Iacobi contra Fabianum Sllaua olim Cucalo de Montull Dominum de Carçre per curiam Gubernationis Valẽtiæ quia cum ſententia eſſet penes ſcribam, dictam executionis cauſam variauit ad Regiam Audientiam & cũ pro parte dicti Fabiani Sllaua rei conuẽti fuiſſet prætenſum nõ potuiſſe variare atteto ſtatu cauſæ, &
6 quod iuxta forũ 19.in rub. de ſent. publicatio ſententiæ, quæ eſt in poſſe ſcribæ cauſæ non poteſt retardari per reſcriptum principis,ſiue per commiſsionem Regis obtentum ab aliquo litigantium fuit per Regiam Audientiam declaratum cauſam eſſe reſtituendã, & reſtituta fuit dicto Gubernatori,& ita fuit per interlocutoriam ſententiam pronuntiatum cũ prouiſione facta in proceſſu dictæ cauſæ die decimoquinto Nouembris 1610. Actuario ſiue ſcriba cauſæ Ioſepho Ramirez notario.

DECISIO CXXXV.

DILATIO IN MATERIA impugnatiua ſiue terminus reprobatorius, debet concedi ei contra quem producuntur in iudicio ordinario inſtrumenta tam de iure Cæſareo quã regio Caſtellæ, & tempus dictæ dilationis de iure Cæſareo eſt arbitrarium de ſtyllo verò Valentię eſt 30.dierum.

1 *Dilatio in materia impugnatiua datur in iudicio ordinario ad impugnandum inſtrumenta per aduerſarium producta.*

2 *Productio inſtrumentorum facta, non data copia & termino ad impugnandum in præiudicium partis eſt nulla.*

3 Inſtru-

3 Inſtrumentorum productio abſente parte facta ei præiudicium aliquod probationis non parit.

4 Terminus ad dicendum contra producta eſt ſubſtantialis quoad effectum validandi productionem.

5 Dilatio in materia impugnatiua per leges, Caſtellæ approbata fuit.

6 Terminus reprobatorius parti petenti dari debet.

7 Dilatio in materia impugnatiua à parte peti debet.

8 Sententia non eſt nulla ob deffectũ dilationis in materia impugnatiua ſi reus illam non petijt.

9 Dilationis in materia impugnatiua praxis.

10 Dilatio in materia impugnatiua à foro non eſt introducta.

11 Forus 35. de teſtibus loquitur de alijs dilationibus non de impugnatiua, & eius verba referuntur.

12 Dilationis in materia impugnatiua tempus non reperijt autor diffinitũ à iure Canonico vel Cæſareo, & ita debet eſſe iudici arbitrarium.

13 Dilatio in materia impugnatiua eſt triginta dierum iuxta ſtylum Regiæ Audientiæ Valentinæ & num. 18.

14 Stylus introductus Valentiæ, vt dilatio impugnatiua ſit triginta dierum deduci videtur ex dilatione conceſſa in materia replicatiua per forum.

15 Stylus vim legis habet, & pro lege debet ſeruari, & ſecundum eum eſt iudicandum.

16 Stylus ligat etiam minores.

Stylus eſt obſeruandus, quando ſemper eodem modo fuit obſeruatus, & non vario modo.

1 Dilatio in materia impugnatiua debet dari alteri parti, quando vna producit in iudicio ordinario instrumenta, quæ altera impugnare vult l. fi. C. de fide inſtrumentorum, ibi: Cũ quidam inſtrumentum protulerit, vel aliam chartulam, ei que fidem impoſuerit, poſtea autem perſona, contra quã iſta chartula, vel inſtrumentum prolatum eſt quaſi falſum hoc coſtitutum redarguere nitatur, & inferius, ibi: Tũc neceſſitatẽ imponi ei, qui protulit chartam, de qua queritur iterum eam apud iudicem criminis proferre quatenus poſſit apud eum crimen falſitatis ventilari. Et ibi hoc notat gloſ. Bart. in extrauag. ad reprimendum in glo. in verbo de plano num. 3. in fi. Romman. conſil. 56. nu. 3. & conſ. 519. num 1. 2. & 3. vbi dicit productio-
2 nem instrumentorum factam non data copia & termino ad impugnandum in præiudiciũ partis eſſe nullam. Quia paria eſſe videntur aduerſarium abſentem eſſe tempore productionis inſtrumẽtorum, vel præſentem & ſibi denegari copiã,
3 & terminum ad contradicendum. Sed inſtrumẽtorum productio abſente facta ſibi non parat præiudicium aliquod probationis. Decian. reſpon. 5. nu. 30. ad medium vol. 1. vbi allegat Angel. Aret. in §. appellantur in vltimis verbis inſtit. de except. Iaſ. in l. de pupillo §. morte ante num. 29. verſ. 4. concluſio

cluſio de noui.epi nunti.& in l.ait prætor §.fin.num.21.de re iudic. Soci.Iun.conſ.134.in cauſa Chriſtophori num.4.& ſeq.lib.2. Crauet.de antiquit.temp.par.1.§.quæritur n.10.tom.17.tract.fol.132. pag.2.Caher.deciſ.1.num.47.vbi hanc dicit commun.Hippol. poſt multos per eum relatos ſing. 81. Rebuf.3.tom.tit.de partium pro-
4 ductionibus art.1.glo.vnica num. 5.Bellam.deciſ.27. vbi dicit terminos ad dicendum contra produ
5 cta eſſe ſubſtantiales quo ad effectum validandi productionem. Et hæc dilatio per leges Caſtellæ approbata fuit,vt in l.112. titul. 18. part. 3.& ibi gloſ.3.in verbo traſlado & apertius in l. 118. eod.tit. ibi. *Podria ſer, que alguna de las partes moſtraria al juzgador en juyzio carta por aprouar ſu intencion, no para defenderſe, e la otra parte contra quien la moſtraſſe, diria, que no deue ſer creida, porque era falſa, y que lo queria prouar. En tal caſo como eſte dezimos que el juzgador deue tomar la jura de que eſto non dezia malicioſamẽte, è darle plaço à que lo pueda prouar.*
6 Et hanc dilationem in materia impugnatiua,ſiue reprobatorium terminum parti petenti dari debet, vt pluribus relatis probat Marius Giurba deciſ.26.num.4.pag.149. & deciſ.36.nu.1.pag. 191.vbi inter alios allegat Intriglio. deciſ. 44.num.11.deciſ.14.num.15.Canal.deciſ.21.num.40.pri.part. Milan.deciſ.3.num.54.lib.1. Capic. deciſ.68.Gratian.deciſ.156.num. 25.pri.part.Viuium deciſ.118.nu. 10.& deciſ.32.num.5.& præter ſupradictos & alios à Giurba allegatos Caſſador. in deciſionibus ſuper regulis Cancel.deciſ.12.n.
7 10.Hæc tamen dilatio in materia impugnatiua à parte peti debet argum.tex.in l.2. ibi: *Vtrique parti ſi petatur dilationibus non negatis* C. vt tut.cert.tem p.criminalis quæſt. term.l.1.C.de dilat.ibi: *Poſtulatũ dari* Cacher.deciſ.1.num.47.Natta conſi.167.num.15.Anton.Sola in conſt.Sabaud.tit.de oppoſit. contra form.extrinſ.inſtrumẽto 1.glo. 1.nu.3.Muſcatel.in praxi ciuil.pa. 6.gloſ.Momentum num.8. & poſt ſupradictos & alios, quos allegat,
8 Giurba deciſ.26.num.13. vbi dicit,non eſſe nullam ſententiam, reo terminum reprobatorium, hoc eſt dilationem in materia impugnatiua non petẽte ob illius defectum. Quia tamen rei, quorum propriũ eſt fugere, & cauſam differre ratio omittunt petere dilationem in materia impugnatiua, idcirco praxi
9 receptum eſt, quod actores poſtquam inſtrumẽta produxerunt ſolent inſtare, vt per iudicem reo mã detur quod ſi vult copiam inſtrumentorum in proceſſu productorum intra biduum vel die ſequenti biſtrahat, hoc eſt partem mercedis pro copia debendæ ſcribæ cauſæ anticipatẽ præſtet, aliàs ſcriba ſeparatum reddat, & à die apparatus veri, vel ficti currat dilatio in
10 materia impugnatiua. Hæc autem dilatio impugnatiua à foro nõ eſt intro-

introducta. Nam forus 35. de teſti
bus incipiẽs: Nos Petrus fol. 100.
tantum loquitur de alijs dilationi
bus, his verbis: *In omni cauſa vel
facto ciuili propoſito libello, & eius co
pia reo data, vel miſſa ipſe reus intra
quadraginta dierum terminum à die
primæ aſsignationis ei factæ ad reſpon
dendum ipſi libello in antea ſequentiũ,
& continuè numerandorum omnes &
ſingulas ſuas defenſiones facti propone
re ac ſuper his quotquot teſtes voluerit
producere, ac eos deponere cum effectu
facere teneantur. Etſi actor contra ex-
ceptiones ipſas voluerit replicationes
proponere, habeat, & teneatur illas o-
mnes proponere ac ſuper eis omnes ſuos
teſtes producere, ac deponere facere in-
tra triginta dies poſt primum aſsigna-
tionem ſibi factam ad reſpondendum
dictis exceptionibus continue ſequentes.
Et ſimilis triginta dierum terminus ac
per ſimilem modum in propoſitione ac
teſtium productione ſuper duplicationi-
bus triplicationibus, & quadruplicatio
nibus ſi partes eas proponere voluerint
ſit, & fiat ac ſeruetur quemadmodum
ſuperius in replicationibus eſt iam di-
ctum. Qui ſiquidem termini tam ſupe-
rius quã inferius declarati, & ipſorũ
quilibet ſint perẽptorij nec oporteat eos,
vel ipſorum aliquẽ à parte requiri vel
à iudice deſignari, ſed eo ipſo ex diſpo-
ſitione fori, vel ordinationis præſentis
habeantur pro factis vel aſignatis, vt
præmittitur ſic quod eis & vnoquoque
ipſorum lapſis neutra pars ad proponen
dum aliquas rationes de facto, vel te-
ſtes producendum vllatenus admitta-
tur. Niſi forte eſſent obiectiones contra
perſonas aut dicta teſtium productorũ
ad quas proponendas, & probãdas. v-
traque pars habeat terminum quadra-
ginta dierum dumtaxat computando-
rum immediatè ac continuè poſtquã no-
tari⁹ vel ſcriptor cauſæ tradiderit, vel
tradere paratus fuerit ipſis parti vel
partibus copiam atteſtationum teſtium
prædictorum.* Nec reperij diſpoſitio
12 nem iuris Cęſarei vel Canonici,
quæ diffiniat tempus dicta dilatio
nis in materia impugnatiua. Et ita
debebat eſſe iudici arbitrarium vt
per tex. in l. 5. ff. de inter. actio. &
poſt alios quos allegat probat Me
noch. de arbit. lib. 2. caſ. 51. nu. 8.
13 cum ſeq. tamen ſtylus Regię Au-
dientię Valentiæ eſt quod conce-
datur dilatio triginta dierum in
materia impugnatiua. Et ita incon
14 cuſſe obſeruatur, qui ſtylus intro-
ductus videtur ex quo per dictum
forum 35. de teſtibus in materia re
15 plicatiua conceſſa eſt tantum dila
tio 30. dierum tam actori quã reo.
& ſtylus vim legis habet & pro le
ge debet ſeruari, & ſecundum eũ
eſt iudicandum, vt inquit Afflict.
deciſ. 135. num. 3. & 253. num. 4.
in fin. & deciſ. 78. nu. 6. in fi. Corn.
285. num. 2. lib. 3. & conſ. 277. nu.
6. eod. lib. 3. & conſ. 290. num. 11.
lib. 1. Dec. conſ. 599. num. 5. Pariſ.
conſ. 44. num. 8. lib. 1. dicens, etiã
habere vim legis & num. 19. dicit
facere ius, & conſil. 14. num. 9. lib.
4. & 112. nu. 4. lib. 4. Cephal. conſ.
25. num. 14. & 15. lib. 1. Crauet.
conſ. 201. Iaſ. in auth. iubemus C.
de iudic. Guid. Pap. deciſ. 292.

Grauat.

Grauat.in addit.ad prax.Veſt. lib. 5.cap.3.num.5.Senat.Pedem.poſt innumeros ab eo citatos deciſ.22. num.6.& ſeq. idem voluit Iacob. Nouel.in reg.198.num.1.vbi ampliat debere ſeruari ſtylum tam in cauſis ciuilibus quam criminali-
16 bus ex eo quod ſtylo ligari etiam minores voluit Nouel.in d.loco n. 2.& tanto magis ſtylus eſt obſeruandus cum ſemper eod.modo nō autem vario modo fuerit obſeruatus Felin.in cap.Rodulf.§.cæterū col.2.de reſcript.& poſt ſupradi-
17 ctos quos allegat Ioſeph. Ludouicus deciſ.Lucenſi 36.num. 8. cum ſeq.Cacher.pluribus relatis deciſ. 22.num.6.& 7.vbi pro hac ſententia ponderat tex.in l.fin.C.de iniurijs,ibi: *Ipſos quidem qui ſuper iniuria querūtur inſcribere alia que omnia,quæ in huiuſmodi cauſis demore procedunt ſolemniter obſeruari decernimus.* Conciuis meus Belluga in Speculo Prin-
18 cip.de materia cenſual.rub. 41. in §.leges Regni nu.44.fol. 189. per tex.in l.3.§.fin.ff. de teſtibus, ibi: *Quoad teſtes euocandos pertinet deligētiæ iudicantis eſt explorare,quæ conſuetudo in ea prouincia , in qua iudicat, fuerit.* Vnde cum hic ſtylus concedendi triginta dies dilationis in materia impugnatiua, ſiue termini reprobatorij inſtrumentorum ſemper eodem modo fuerit obſeruatus,ſeruandus erit ſtylum ſemper vidi obſeruatum,& ſeruaui tempore, quo fui Auditor in Regia Audientia Valentiæ in plurimis cauſis,& preſertim ita fui interlocutus die 7.Dec.1610.mandando ad inſtantiam Petri Ioannis Calderer notarij, vt mandaretur aduerſario,quod ſi,volebat copiam inſtrumentorū per partem aduerſam productorum per totum diem ſequentē biſtraheret,aliàs ſcriba ſe paratum redderet tradere copiam dictorum inſtrumentorum , & lapſa vna die poſt apparatū verum,vel fictum curreret dilatio in materia impugnatiua, quæ interlocutoria, ſiue prouiſio in gradu reuiſionis fuit per me confirmata cū alia prouiſione facta ex deliberatione Regij Conſilij die 19.Ianuarij 1611. quæ duæ prouiſiones factæ fuerūt in cauſa vertenti,inter Monaſteriū Monialium Sancti Ioſephi & Sanctæ Teclæ ciuitatis Valentiæ ex vna & Domnam Hieronymā Dixer parte ex altera actuario ſiue ſcriba cauſæ Hieronymo Nauarro notario cuius memini ſupra in deciſ.86.

DECISIO CXXXVI.

INSTANTIA CEPTA per primum fideicommiſſariū, ſiue ſuccedentem in maioratu reiuindicantem res fideicommiſſo ſubiectas tranſit actiue in ſequentem fideicommiſſarium, ſiue ſucceſſorem in maioratu.

1 F*acti ſpecies.*
2 *Actio,quam habet poſſidens bona ſideicommiſſo ſubiecta,circa ea , non tranſit in fideicommiſſarium.*

3 In-

3 *Inſtantia non tranſit in ſingularem ſucceſſorem.*

4 *Inſtantiam cœptam cum harede nō tranſire in fideicommiſſarium, tenēt plures hic allegati.*

5 *Inſtantia cœpta per defunctum trā ſit in ſucceſſorem, quando egit maioratus nomine, ſecus ſi egit nomine eius perſona tantum.*

6 *Innocent. in cap. quia V. 1. de iudi. inquit quod ſi reali actione agatur, oportet, quòd noua actio intentetur contra nouum poſſeſſorem, quod declara vt infra num. 23.*

7 *Inſtantia cœpta per anteceſſorem tranſit in ſucceſſorem, quando tranſit de neceſsitate, & n. 10.*

8 *Inſtantia tranſit in ſingularem ſucceſſorem rei, in quem pendentem iudicio, res fuit translata de neceſsitate. Et hæc eſt communis opinio.*

9 *Inſtantia dicitur tranſire de neceſſitate, quando tranſit ex cauſa præcedenti, quæ neceſſario tranſitum illū inducit.*

10 *Inſtantia tranſit actiuè in ſucceſſorem maioratus, & n. 24.*

11 *Molina de Hiſpa. primog. non tractat in ſpetie, an inſtantia cœpta per poſſeſſorem maioratus tranſeat actiuè in ſucceſſorem. Sed ſentire videatur tranſire.*

12 *Succeſſor vocatus ab inſtitutore maioratus dicitur neceſſarius, quantumuis ſi nolit, non ſuccedit.*

13 *Neceſſarij haredibus competit beneficium abſtinendi ab hæreditate.*

14 *Inſtantia tranſit à patrono in ſucceſſorem in patronatu.*

15 *Inſtantia cœpta per poſſeſſorem maioratus tranſit in ſucceſſorem, ex eo quod in illum abſque vlla reſtitutione ipſe iure tranſit dominium bonorum maioratus.*

16 *Actiones ipſo iure tranſeunt in fideicommiſſarium, nulla facta reſtitutione reali ſeu verbali per hæredē de iure Canonico, & in Regno Valentia.*

17 *Fideicommiſſarius, vt in eum ipſo iure tranſeant actiones, debet declarare velle agnoſcere fideicōmiſſū.*

18 *Ius Canonicum potius ſeruandum eſt, quàm ius Cæſareum, deficiente iure Regni.*

19 *L. cum hæreditas & l. ſi hæres pecuniam 73. ad Treb. declarantur.*

21 *Bart. in l. 1. num. 1. ad fin. ad Trebell. declaratur.*

1 FRanciſcus Penarroja die 15. Februarij 1566. iure fideicōmiſsi inſtituti per Gerardū Bou Dominū Baroniæ de Calloſa ſitæ in regno Valētiæ petijt in R. A. Valentina, ſibi adiudicari dictā Baroniam, & condemnari Dominā Ludouicam Bou, & de Mōcada vxorē Don Michaëlis de Mōcada dictā Baroniā poſsidentē ad ſibi relaxandū vacuam, & expeditam poſſeſsionem illius. Mortua dicta domna Ludocica, eiuſdē Baroniæ poſſeſsionem accepit Domna Catharina de Moncada vxor D. Gaſtoni de Mōcada Marchionis Aytonæ eius filia vnica. Et cū dictus Frāciſcus Penarroja ſine liberis deceſsiſſet, inſtātiā per illū cœptā proſequi voluit Laurētius Pena

roja vti ſucceſſor in dicto fideicõmiſſo,& Hieronima Villalba & de Penaroja auia,&curatrix dicti Laurẽtij cum ſupplicatione in eadẽR. A. oblata die 9. Ianuarij 1613. dicto curatorio nomine in dicta cauſa ſe oppoſuit,ſeu (vt apud nos dicitur) ſe immiſcuit ad pro ſequendum dictam inſtantiam,& reiuendicandum dictam Baroniam à dicta Marchioniſſa: & in calce dictæ ſupplicationis per Doctorem Ioannem Hieronymum Blaſco,cui dicta cauſa erat cõmiſſa fuit ad miſſa dicta oppoſitio,in quantum procederet de iure, & huius interlocutoriæ ſententiæ, ſiue prouiſionis petijt reuiſionem procurator dictæ Marchioniſſæ, eiuſque beneficio ſupplicauit,eam reuocari,allegando, dictum Laurẽtiũ Penarroja non habere ius ad reiuendicandum dictam Baroniam, vel ſaltem debere de eo docere, ſeparato proceſſu nouam inſtantiam incohando,ex ſequentibus.

2 Primò,actio,quam habet poſſidens bona fideicommiſſo ſubiecta circa ea,non tranſit in fideicõmiſſarium l. cum hæreditas 36. ff. ad Trebel.cuius verba ſunt: *Cùm hæreditas ex fideicommiſsi cauſa reſtituta eſt,ſi antea cum hærede compromiſſum,puto fideicommiſſarium cauere debere hæredi.* Nam(vt declarat Soci. iun.conſil.34.nu.5. (actio ibi quæſita per grauatum,& in hæreditate non inuenta,& ſimiliter inſtantia per grauatum incohata non dicitur transferri in fideicõmiſſariũ, &ſi prædicta inducatur etiam ſiue hæreditatis grauatis. Et ideo, inquit Bart.in d.l.cum hæreditas, debet per fideicõmiſſarium de indemnitate caueri. Idem apertius probatur in l. ſi hæres pecuniam 73. ff.ad Trebel.cuius verba ſunt: *Si hæres pecuniam hæreditariam crediderit,& in eam cauſam pignora acceperit, actiones non competunt ei,cui reſtituta fuerat hæreditas aduerſus pignora.*

3 Secundò, inſtantia non tranſit in ſingularem ſucceſſorem, Pract. Papien.in forma libelli executio. ſenten.diffinit.in princ.n.28.Peregri.de fideicõmiſ.art. vltim. num. 26.Carpa.ad ſtatuta Mediola. ca. 21.n.49. Coſta de facti ſciẽ. & ignor,cent.2.diſt.74.num.4.Aſin.in praxi §.2.c.13.n.56. Tuſch. litera I.cõcl.110.n.4.ſed dictus Laurentius Penarroja eſt ſingularis ſucceſſor:Ergo &c.

4 Tertiò, nam inſtãtiam cœptam cum hærede non tranſire in fideicõmiſſariũ,tenuerunt Bart. in l. 1. ff.ad Trebel.n.1.ad fi. & in l. ſi eũ hominẽ 34.nu.3.ff. de fideiuſſoribus,Alex.in d.l.1.in princ.ad Trebel.n.2.& in l.cum hæreditas 1.n. 2.ff.eod.Ang.in d.l. cũ hæreditas ante.n.1.& n.2. Paul. Caſtr. in l.ſi patroni §.actiones n.4. ff. ad Trebel.Ioan.Imol.in d.l. cum hæreditas in princip.Barthol.Socin. in l. primera ff.ad Trebel. num.2. Alberic. in legis 1. in princip. ff. ad Trebellian.Iaſ. in d.l.1. in princi. num.8.Rip.ibidẽ n.10.Bald. in §. ſed quia ſtipulationis in verbo: *Omnes*

Omnes hæreditariæ, inſtit. de fideicō. hæredita.Pereg. de fideicōmiſ.art. 53.n.19.Dō Iuan.del Caſtillo quo tidia.quæſt.lib. 2.c.9.n. 10.Raudē, cōſ.6.n.43.lib. 1.Aſini.in praxi §. 2.c.13.à n. 11.fol. 28.qui alios al llegant,& itâfuit deciſum inSenatu Luſitano(vt refert Cabedo deciſ. 198.n.7.1.p.(vbi refert, quod in proceſu Iacobi de Moura cum D. Ferdinādo de Caſtro Comite de Baſto ſupèr villa de Barbade Godim dubitatum fuit, ſi poterat prædictus Comes tan quā donatarius Regiæ Coronæ proſequi cau ſam cōtrà prædictum Iacobum de Moura,contra quē litē inchoauerat alter donatarius Coronæ antiquus,quo mortuo,bona ad Coronā reuerſa ſunt, & nouitér fuerūt donata per Regē prædicto Comiti de Baſto, & ait, deciſum fuiſſe, quòd non poteratComes nouus donatarius pro ſequi prædictā cauſā cœptam per priorem, & antiquiorem donatarium,

Quartò,in hoc articulo: an inſtantia cœpta per defunctū tranſeat in ſucceſſorē Cabedo dicta deciſ. 198.n.4. 1.p.cōciliando cōtrarias opiniones per eum antea relatas, diſtinguit: Aut defunctus egit nomine maioratus, quiàpetebat eius bona, vel aliquid ad maioratum pertinens,& tunc tranſit, & continuatur inſtātia,ſicuti dicitur de eo qui agit nomine dignitatis iuxta iura per eū ſuprà allegata aut egit nomine ipſius perſonæ tātum, vt quia petàt aliquid ſibi, nō maioratus,nec maioratus nomine. Tūc enim,quia inſtātia fundatur in perſona,aut in cauſa perſonali,nō trā ſit in ſucceſſorē.Cū igitur in caſu noſtro dictus Laurentius Penarroja nō intēderet reiuindicare dictā Baroniā à tertio,hoc eſt,ab extraneo à familia.Sed potius à dicta Marchioniſa deſcēdente à fideicomiſſi inſtitutore,& ſic contētio ſit inter duos eiuſdē familiæ, & in hac cauſa agitur,quis eorū ſit præferēdus,& non agitur de vēdicādis bonis extra familiā alienatis, vt ad familiāreuertantur. In caſu noſtro (videtur,quòd dictus Laurentius Penarroja agit nomine proprio, vt ſibi bona quærat,nō maioratus(inſtantia non tranſit actiuè in eum vti in ſucceſſorem.

9 Quinto, probatur autoritate Innocētij in cap. quia v. 11. extrà de iudicijs vbi inquit: quòd ſi rea li actione agitur,oportet, quòd nouã actio intētetur cōtra nouū poſſeſſorē argumēto ff. de peti. hære. l.pen. &ff.dereiuin. l.Is .àquo .58. &.l.ſeq.ff.de reg.iur.l.in ſumma §. fin.Niſi forte eſſet hæres, in quē benè datur actio poſt litē conteſtatā ff.de reiuēd.l.ſi is qui & l.ſi autē §. 1. refert,& ſequitur Rota Romana deciſ. 1.de teſta.in antiquis.

Sed,his nō obſtātibus,fuit deliberatū in R.Cōſilio, inſtātiā cepta per dictū Frācifcum Penarroja trāſire actiuè in dictū Laurentium Penarroja ſuccedētē in bonis fideicommiſsi, cuius virtute actio à principio fuit intentata.

7 Primò, quià quandò tranſit de neceſsitate; tùnc inſtàtia coèpta, per prædeceſſorem, tranſit, in ſucceſſorem. tex. in l. injudicio. 47. alias. 48. §. Et cum res. ff. famil. erciſcun. ibi. *Et ſicum res in judicio eſſet, ceno mineactum nonfuerit, eum conſequi integram actionem, cui totus fundus, aut pro quacũq; parte. adiudicatus erit. Item quę res moueri poſſunt, et in ea judicia veniunt; ſiinterea, ſurrepta ſint Furti eos agere quorũ periculo hę, res fuerunt poſſ. ſſe.* glo. ibi in verbo. *parte.* l. *Sed ſi vnius. 7.* §. *ſed etsi pater ff de Injur. Ibi. Sed etsi pater lite conteſtata, ceperit abeſſe, vel etiàm negligeret executionem pater velle, dicendum eſt cauſacognita tranſlationem filiò competere.* l. *Vni.* §. *Et hoc. C. de rei vxoriæ actione ibi: Et filis conteſtata eſſet; ad filiam quaſi proprium patrimonium dos reuerteatur.* Et quod in ſucceſſorem ex neceſsitate tranſeat Inſtantia Iudicij tenueruut Bart. in l. Sicumhominem. 34. n. 4. ff. de fideiuſſorib', & ibi Angel. & Paulus. n. 2. idè Bart. in l. 1. n. 4. ad Trebell. quam cõcluſionẽ omnes ſequũtur ſecũdũ Ias. ibi nu. 10. Bal. in c. quia, v. n. 3 Butri. n. 11. Ancha. n. 5. Feli. n. 1. & 3. ext. de iudit. Roderi. Suarez allegatio. 27. n. 1. & Soc. iun. conſil. 34. nu. 13. ver. Et iſtud lib. 3. ait hæc verba:

8 *Et iſtud probatur, quià communis, & vera concluſio eſt, quod qando pendente iudicio res, de qua agitur, tranſit in alium, etiam quod ſit ſucceſſor ſingula-*

9 *ris in illa re dicitur in eũdem tranſire etiam inſtãtia dicti iudicij, quãdo res illa tranſit de neceſsitate, hoc eſt, quãdo trãſit ex cauſa praecedenti, quæ, neceſſario tranſitum illum inducit. Hoc probatur recte intuẽti in l. in iudicio ff famil. erciſcũdæ vbi ſi res, de qua erat iudicium incæptum tranſit in alterum per adiudicationem in totũ, vel in partem, in eũ tranſit etiam inſtantia, quia dicitur traſlatio rei neceſſaria, vt ibi declarat glos. in verbo.* parte. *in fin. & ita perillum textumdeclarat Bart. in l. 1 uciutin. §. penul. ff ad. S. C. Trebel & idem etiam dixit in l ſicumhominem in vlt quaſt ff de fideiuſ vbi allegat etiam alia iura, vt pereum quidicit, quod ita voluit Iacobus de Aren. in l inter. quos §. 1 ff dedamno infecto & hancdoctrinã Bart. refert, & ſequitur Bald. in cap. quià. coluna. 2. in verſ. expeditaeſt & gloſ. extrà deiudici ſequitur Ang in d l. Lucius. § penul ff. ad Trebelli. & in l. tamex eõtractibus. in Vers. fallit, ſi ſuccedatur iure ff. de iudi & licet ibi. refert gloſ. in d l. iniudicio 47 ſentire cõtrarium, tamenillud eſtantum quando ſingularis ſucceſſor nolitproſequi lud ciũ ſeuinſtãtiaminchoatã Sedſivellit, poteſt, vt ibi per Angelum. Etſicquando ſucceſſor vult, inſtantia benetrãſit.* Hactenus Mariã Socinus Iunior, quẽ in terminis refert Marzar. in

10 Epitho. de fideicomis. 2. p. q. 72. n. 7. Valaſ. Conſul. 160. n. 1. lib. 2 fatetur vidiſſẽnonſemel inſuo Senatu iudicatum, inſucceſſorẽmaiorat' trãſire inſtãtiamlitis inchoatã à poſſeſſore. Eãdem opinionemſeqũtur Intrigli. & alijplures DD abeorelatiintractã. de ſubſtitu. centu. 3. q. 73. n. 130. cũ. ſeqq. & prætereos Mier. de maiorat. 4. p. q. 14. nu. 3. tom. 10. tracta. 1. p. 1. fol. 468. & innouaadditionenumer. 13.

13.foleo 171.pag.2. vbi ait,in illa Regia Cancellaria in practica ſeruari.Quod ſi ſucceſſor in maioratu ſe opponet liti per prædeceſſorem in cœptæ,tenetur aſſumere litem in eodem ſtatu, in quo illā reperit tēpore oppoſitionis,ſiue viuat adhuc ille,qui illā in cœpit, ſiue mortuus ſit, & iuxta eam fuit iudicatum in Senatu Luſitano ; vt refert Cabedo d.deciſ. 98.n. 6.p. 1.vbi ait:decretum fuiſſe , actionē tranſire actiuè in ſucceſſorē maiorat⁹,Peregr.de fideicom.art.58.n. 18.fol.522.vbi ait:eſſe valde vtile, vt inſtātia trāſeat propter expēſas, fructus,& acceſsiones, Dō Ioann. del Caſtillo quotidia. controuer. iur.lib.2.c.9.n.9.cū ſeq.& inſtantia tranſit in ſingularem ſucceſſorē quando neceſſarius eſt,Carpan.ad ſtatu.Mediola c.21.nu.56. Aſsin. in praxi §.2.c.13.num.57. &. 58. Pereg.de fideicom.art.fi.n.24. Polidor.Rip.obſerua.95.n.1.cū ſeq. Et poſt ſupra dictos, quos allegat Marius Giurba deciſ. 107.n.1.Puteus deciſ. 181. fuit dubitatū lib. 2.vbi ait:ita fuiſſe in Rota deciſū, quod inſtātia cœpta trāſit in eius primogenitū ratione primogenituræ.Quia cùm inſtantia fuiſſet in hoc lata nomine primogenituræ, & ſic veluti nomine dignitatis,trāſit ad illū,ad quē tranſit primogenitura,quæ eſt veluti quædā dignitatis.Et hāc opinionē ſequi videtur Molina deHiſp.primog.lib.4.
11 c.8.n.6.vbi licet in ſpetie non tractet huic articulū:an inſtantia cœpta per poſſeſſorem maioratus trāſeat actiuè in ſucceſſorē,ſed tantū (inquit)inſtantiam cœptam cū maioratus poſſeſſore in ſequētes ſucceſſores per tranſire , ita vt denuo lis non debeat cum eiſdē inchoari,ſed ſequens ſucceſſor in eo ſtatu iudicium ſubire debeat,in quo ab ipſo maioratus poſſeſſore relictū fuerit, tamē ex quo fundatur in dicta ratione, quòd in ſucceſſorē ex neceſsitate trāſit inſtātia iudicij d. l.in iudicij ff.familiæ erſiſcūdæ, & ad hoc multos Doctores allegat, quæ ratio cūuincit inſtantiā factā per poſſeſſorem maioratus in ſucceſſorem tranſire actiuè,benè deducitur,hanc noſtrā tenuiſſe opinionē.Et mirandū eſt,quòd vir doctiſsimus qui ſumma cū eruditione exactiſsimè materiā maioratum Hiſpanorū ſcripſit,hunc articulū: an inſtātia trāſeat actiuè in ſucceſſorē ſpecifice,& clare nō ſcripſerit.Et quāuis Aluar.Valaſ. cōſultatio.160.n.4.& 5.lib.2.hāc rationē
12 impugnat,dicēdo, quòd in ſucceſſorē moioratus bona nō tranſeunt ex neceſsitate iuris,ſed volūtariè, ſi ſucceſſor velit in maioratu ſuccedere,& q nulla neceſsitas prouenit ab inſtitutione fundatoris,ſi
13 ſucceſſor nolit ſuccedere.Hoc tamē argumētū nō conuincit. Quia neceſſarijs hæredib⁹ cōpetit beneficiū abſtinēdi ab hæreditate,l.neceſſarijs 57.ff.de adquirēda hæreditate.Et tamē filius,qui eſt in poteſtate dicitur ſuus , & neceſſarius hæres §.ſui inſt.de hæred.qualit.&

differen. Quia de iure ei neceſſario hæreditas defertur,ſi velit eſſe hæres,non ſi nolit; & ita eſt ſucceſſor in maioratu.

14 Secundò,idē probatur in l. ſi operarū 29.ff.de oper.liber. Cuius verba ſunt:*Si operarū iudicio actum fuerit cū liberto, & patronus deceſſerit conuenit tranſlationē hæredi extraneo non eſſe dandā;filio autē,& ſi hæres nō exiſtat,& lis cōteſtata non fuerit, tamen omnino cōpetit, niſi ex hæredatus ſit*,quē tex.pro hac ſententia inducit Suarez allegat.27.nu.1.Pereg. de fideicom.art.53.n.13.& Valaſ. conſul.160.n.8.ad fin.tom.2.

15 Tertiò,quod Molina de Hiſpa. primog.c.8.n.6.& Don Ioan.del Caſtill.lib.2.quotidia.cōtrouer.c. 9.n.9.cū ſeq.ſcribunt in ſucceſſore maioratus,locū habet in caſu noſtro.Quia licet dictus Caſtillo nu. 17 probat,inſtātiā cœptā per poſſeſſorē maioratus ex eo tranſire in ſucceſſorē, quod in illū abſq; vlla reſtitutione ipſo iure trāſit dominiū bonorū maioratus.Et ſic ex iudicio reali bona trāſferūtur ex cauſa neceſſaria,& per cōſequēs locū habet diſpoſitio l. in hoc iudicio familiæ herſiſcun. Secus eſſe,dicit in fideicōmiſſario,in quē res fideicōmiſſo ſubiectæ nō trāſferūtur,niſi re,aut verbo reſtitutio fiat per hęredē.tūc autē omnes actiones fideicōmiſſario, & in fideicōmiſſarium trāſeunt.Tamē quod ipſe probat,

16 habere locū in Caſtella, in ſucceſſore maioratus locū habet in fideicōmiſſario in Regno Valētiæ, vbi etiam, non facta reſtitutione reali, ſeu verbali per hæredem, actiones trāſeūt ipſo iure in fideicōmiſſariū Hoc enim procedit de iure Canonico ca.in præſentia, de probatio. & ibi probat Bal.n.31.& ſequūtur Benedi.in repeti.c.Raynūt.2.p.in verbo:*Si abſq; liberis* 2.n.fi. ad mediū,& verbo *mortuo* 2.n.74. Boër. deciſ.156.n.7.Zāch.in repet.§. cū ita 4.p.n.483.Rolā.à Valle cōſ.78. n.20.ad fi.vol.3.Gratia.diſceptat. 245.n.16.&alijs relatis,Scapuch. in tract.de vtili Saluia.interdi.lib. 1.q.8.n.3.vbi refert, ita fuiſſe deci

17 ſum in Rota Romana.Pereg.de fideicō.art.2.n.63. hoc dicit procedere,dū tamē prius fideicōmiſſarius declaret,ſe velle agnoſcere fideicōmiſſum.Cū igitur in R.Valē

18 tiæ deficiēte lege regni, ſiue foro, pro vt deficit in hoc caſu , potius recurratur ad diſpoſitū in iure Canonico,quā in iure Cæſareo, vt inquit cōciuis meus Bellu.in rub.11. §.his igitur n.3.Et ita obſeruatur, meritò in d.Regno praxi receptū eſt,actiones ipſo iure abſq; reſtitutione trāſire in fideicōmiſſariū , & per cōſequēs inſtantia cœpta per hæredē, ſeu per primum fideicōmiſſarium tranſit actiuè in ſucceſſorem in dicto fideicommiſſo.

19 Nec obſtant in contrarium adducta.nō primū.Nā l. cum hęreditas 36.& l.ſi hęres pecuniā 73.ad Trebel.procedūt in actione perſonali procedente ex contractu facto per hæredem , quæ actio non recadebat in hæreditate fideicommiſ-

ſi

ſi inſtitutoris:& ita cum hæredita ria non fuerit,non tranſit in fideicommiſſarium.Secus tamen eſt in caſu noſtro.Nam cum dictus Laurentius Penarroja vti fideicommiſſarius intendat reiuindicare dictã Baroniam de Calloſſa iure fideicõmiſsi inſtituti per Gerardum Bou dominum illius;& hæc actio realis reiuindicationis recadat in hæreditate dicti fideicommiſsi inſtitutoris, tranſit in fideicommiſſarium.

20 Ad ſecundum reſpõdetur,inſtãtiam non tranſire in ſingularẽ ſucceſſorem voluntariũ,vt ait Pereg. art.fi.n.26.ſecus in ſucceſſorẽ neceſſarium,vt dicit ibi Pereg.n.24.

21 Ad tertium reſpondetur, quòd Bart.in l.1.n.1.ad ſi.ff. ad Trebell. loquitur in terminis d.l. cum hæreditas,nimirũ in actione quæſita ex contractu per hæredẽ,quæ hæreditaria nõ fuit,& tunc inſtãtia cœpta per dictũ hæredẽ grauatũ nõ trãſit in fideicommiſſarium. Hoc dicit expreſſè Bart. his verbis: *Item contradicitur hic,quòd iudicia,ideſt inſtãtiæ trãſeunt in fideicommiſſariũ,cõtrà infra eo l. cũ hæreditas. Reſpõdeo, inſtãtia cœpta cum defuncto tranſit in fideicõmiſſarium,vt hic. Quia erat ius hæreditariũ,ſed inſtantia cœpta cũ hærede nõ tranſit in fideicõmiſſariũ, vt ibi quia nõ eſt hæreditaria*,& ita procedãt aliæ doctrinæ in cõtrarium allegatæ.Secus tamẽ eſt,quãdo agitur actione reali ex diſpoſitione maiorat⁹ ſeu fideicommiſsi inſtitutoris,vt in caſu noſtro.Et quòd dicit Cabedo deciſ.198.n.71.2.p.deciſum fuiſſe in Senatu Luſitano,nõ eſt in noſtra ſpecie,ibi ſecũd⁹ donatarius R.Coronæ nõ agebat iure fideicõmiſsi neceſſario eadẽ donatione,cuius virtute egerat antiquus donatarius,ſed ex nouo contractu vltimæ donationis, & ſic in diuerſis terminis verſamur.

22 Ad tertiũ reſpõdetur,quòd dict⁹ Laurentius Penarroja,qui intẽdit reiuindicare Baroniam de Calloſſa à Marchioniſſa Aytonæ, non agit nomine proprio,ſed vti fideicommiſſarius vocatus a Gerardo Bou dictæ Baroniæ domino, & fideicõmiſsi inſtitutore,& ſibi dicto nomine,& eius deſcẽdẽtibus tãquã ſucceſſoribus in dicto fideicõmiſſo, prætẽdit,dictã Baroniã cõpetere. Quo ſuppoſito Cabedo in d.deciſ. 198.cũ nobis ſe mit. Et licet dicta Marchioniſſa tãquã deſcendẽs ab eodẽ fideicõmiſsi inſtitutore prætẽdat,dictã Baroniam iuſtè poſsidere:hoc tamẽ nõ impedit, quin dictus Laurẽtius Penarroja nõ agat nomine fideicõmiſſarij, & nõ nomine eius proprio, quãuis ad eius cõmodũ, quemadmodũ Epiſcop⁹ nomine ſuæ dignitatis agẽs ad reiuindicãdũ rẽ Epiſcopat⁹,ad ſui cõmodũ actionem intentat: nõ tamẽ propter hoc dicitur nomine proprio, ſed potius nomine dignitatis agere.

23 Denique,quod ſcribit Innocentius in cap. quia V. de iudicijs, & iura per eum allegata loquuntur in diuerſis terminis, nimirũ in reiuindi-

uindicatione intentata à diuerſis perſonis ex diuerſis titulis, ſiue cauſis, inter quas perſonas de vna in aliam non tranſis actio de neceſsitate ſecus tamen eſt in caſu noſtro. Quia in fideicommiſſarium de neceſsitate tranſit actio, hæreditaria: & ſic reiuendicatio intentata virtute fideicommiſsi ad res in fideicommiſſo recadentes.

Ex quibus cum reſolutum eſſet, inſtantiam ceptã per dictũ Franciſcum Penarroja virtute fideicommiſsi inſtituti per dictum Gerardum Bou tranſiuiſſe in dictum Laurentium Penarroja ſequentem fideicommiſſarium, abſque vllo motiuo ex deliberatione Regij Conſilij per dictum Doctorem Blaſco eiuſdem cauſæ Auditorem, & cõmiſſarium die 2. Maij 1613. fuit confirmata interlocutoria ſententia, ſiue prouiſio admiſsionis oppoſitionis factæ in calce dictæ ſupplicationis poſitæ per curatricem dicti Laurentij Penarroja die 5. Ianuarij 1613.

DECISIO CXXXVII.

DETENTOR REI SPEtialiter hypothecatæ in cenſuali habens hypothecam anteriorem poteſt impedire executionem contra eũ inſtatam virtute cenſualis, quanuis non ſit facta diſcuſsio in bonis principalis debitoris.

Manifeſtatio, ſiue regiſtratio inſtrumenti donationis requiſita per legem Regni Valentiæ, nimirum per forum 17. in rubrica ſoluto matrimonio, non eſt neceſſaria in conſtitutione dotis, nec in donatione facta de praeſenti contemplatione matrimonij certi.

1 *Executionem inſtatam virtute inſtrumenti cenſualis non poteſt impedire executiue conuentus.*

2 *Prior tempore potior eſt in iure inter creditores hypothecarios.*

3 *Diſcuſsio neceſſaria eſt, quando tertius poſsidet rem hypothecatam, vt creditor anterior agens hypothecaria præferatur poſteriori, ſed an hoc procedat ad effectum retentionis n. 4. & 6.*

5 *Poßeſſor rei ſpecialiter in cenſuali hypothecatæ ſuccedens anteriori creditori reddituali habenti dictam rẽ ſpecialiter hypothecatam ſe tueri poteſt contra creditorem poſteriorem reddituálem executionem inſtantẽ contra ipſum vti poſsidentem dictã rem, & idem etiam procedit, ſi tantùm illam poſsideat virtute hypothecæ anterioris, licet non ita priuilegiatæ.*

6 *Retentionis iure vti poteſt poſsidẽs rem hypothecatam ex cauſa anteriori, etiam non facta diſcuſsione cõtra poſteriorem creditorem, & ita fuit iudicatum.*

7 *Donatio non manifeſtata, ſiue regiſtrata iuxta forum non nocet creditoribus, quibus poſt factam donationem fuerunt bona donatoris hypothecata, & ita fuit iudicatũ in Regia*

gia Audientia, etiam ſi ſit facta contemplatione matrimonij n. 8.

9 *Forus 17. ſoluto matrimonio non habet locum in donatione facta contemplatione matrimonij de præſenti contrahendi cum certa perſona, ſi dictum matrimonium fuerit ſequutum & nu. 28. & quæ ſit ratio finalis dicti fori, & nu. 12. 15. & 18.*

10 *Cauſa finali legis ceſſante, ceſſat eius diſpoſitio.*

11 *Fraus ceſſat quando pater facit donationem filio, vel filiæ contrahenti matrimonium, & num. 16.*

14 *Manifeſtatio donationis neceſſaria eſt in donatione facta contemplatione matrimonij ince ti, & ratio redditur num. 15.*

17 *Donatio inter viuos facta à patre filio in cõtractu matrimonij eſt pars ipſius contractus, & n. 24. & 25. & eſt irreuocabilis num. 18. & 19. & 23.*

20 *Melioratio facta filio matrimoniũ contrahenti eſt irreuocabilis*

21 *Renuntiare non poteſt filius donationem ſibi factã, ne nurus decepta remaneat.*

22 *Finalis cauſa præſumitur, quando cauſa ob quam aliquid ſtatuitur, eſt ad alicuius tertij commodum.*

26 *Donatio contemplatione matrimonij in capitulis matrimonialibus facta non ſubiacet diſpoſitioni fori 17. ſoluto matrimonio, & ita fuit deciſum cum Regia ſententia hic relata.*

27 *Donationes omnium bonorum ſedentium in Aragonia requirunt fidantiam ſaluitatis: fallit in donatione facta in capitulis matrimonialib⁹.*

CASVS.

ELISABETH Gil & de Vilana vidua relicta à Francifco Vilana, inſtrumento recepto per Michaẽlẽ Ioannẽ Pitarch notariũ die 0. Iulij 1596. contemplatione matrimonij contrahendi per Ludouicam Eſteue eius neptem cum Franciſco Olgiat, ei donationem fecit ſexcentarum librarum monetæ Valentiæ, videlicet centum ſoluendarum in continenti, & reliquarum poſt obitum dictæ donatricis. De quibus ſexcentis libris inſtrumentis nuptialibus receptis per eundem notarium eadem die fuit dotata dicta Ludouica Eſteue, contrahendo matrimonium cum dicto Olgiat. Poſtea verò eadẽ Eliſabeth Gil & de Vilana inſtrumẽto recepto per Gaſparem Sepulchre notariũ die prima Aprilis 1605. vẽdidit Thomæ Aluaro ſeptingentos octo ſolidos, & quatuordenarios annuos cenſuales ſingulis annis ſoluendos diebus ſeptimis Maij, & Nouembris mediatim pretio quingentarum librarum ſpecialiter, & expreſſè ſuper tribus domibus ſitis in præſenti ciuitate Valentiæ in vico vulgo dicto de les Barques. Deinde verò eadẽ Eliſabet Gil & de Vilana vidua inſtrumẽto recepto per VincẽtiũLepanto notariũ die 5. Februarij 1606. ſub prætextu, quòd tempore contractus dicti

matrimonij fecerat donationē dictæ Ludouice Eſteue, ſeu verius eam dotauerat de ſexcentis libris ad opus ſoluendi dictis Franciſco Olgiar, & Ludouicæ Eſteue coniugibus quingentas libras, partem dictarum ſexcentarum, nec non ad opus ſoluendi Eliſabethi Ioannæ Ledeſma eius filiæ viduæ relictæ a IacoboEſteue centum libras (vt dixit) ſolutas dictæ Ludouicæ Eſteue eiuſdem Ledeſma filiæ, neq; dictæ Eliſabethis Gil & Vilanæ, quas centum libras, dixit, ſolutas fuiſſe per eandem Ledeſma, & non per dictam Eliſabethā Gil, [illegible] tenorem apocha erat fa[illegible] [illegible] ſæpè dictæ Eliſabeth [illegible] Ledeſma dictas tres domos [illegible] itas in vico de les Barques pretio ſexcentarū librarum, ita vt pecunia pretij illarum conuerteretur in ſolutione facienda de prædictis quantitatibus, & pignora, res, & bona obligata eidē emptrici obligarentur, ſuccedendo in iuribus prioritatis, & potioritatis. Cum què dicta Eliſabeth Ledeſma & Eſteue vti detinens dictas domos ſpetialiter hypothecatas in dicto cenſuali via executiua eius virtute couēniatur per dictum Thomam Aluaro dominum dicti cenſualis, ipſa prætendit, mandatū executorium fore reuocandum, ex quo poſsidet dictas domos ex cauſa hypothecæ anterioris. Cum ſuccedit in iuribus dictæ donationis antea factę. E contrà verò dictus Aluaro duplici ex cauſa dictā exceptionē impugnat. Prima, quia cùm dicta donatio non fuerit manifeſtata iuxta forum 17. ſolut.matrim. non potuit nocere creditori hypothecario poſteriori. Secūda, quia cùm non ſit facta diſcuſsio in bonis dictæ Eliſabethis Gil & de Vilana, debet præferri dictus Aluaro habens ſpetialem hypothecam virtute cenſualis.

In hac cauſa, me referente, in Sacra R. A. Valentina duo dubia diſcuſſa fuerunt. Primum: an poſsidens rem prius ſibi hypothecatā conuentus executiuè propenſionibus cenſualis à poſteriore creditore redditicali habenti eandem rem ſpetialiter hypothecatā in inſtrumento cenſualis, ſiue annui redditus poſsit ſe tueri exceptione retentionis contra dominum dicti cenſualis.

Secundum: an manifeſtatio, ſiue regiſtratio inſtrumenti donationis requiſita per forum noſtri Regni ſit neceſſaria in donatione, quæ fit contēplatione matrimonij de præſenti cum certa perſona contrahendi.

1 In primo dubio, videbatur prima fronte, executiuè conuentum non poſſe impedire executionem inſtatam virtute inſtrumenti cenſualis, ex his quæ dixi in prima mearum deciſionum à num. 13. vſque ad num. 27. incluſiue.

2 Secundò, quoniam licet inter creditores hypothecarios, qui prior eſt tempore potior eſt iure, vt ad literam dicit tex. in reg. qui

prior

prior 54. de regulis iuris in 6. l. potior & l. creditor 12. ff. qui potiores in pign. l. ſi fundũ C. qui potiores for. 5. & 18. de pign. Hoc tamẽ
3 procedit, ſi debitor poſsideat rem hypothecatã, alioenim (hoc eſt tertio) poſsidente, neceſſaria eſt diſcuſsio, vt creditor hypothecarius anterior præferatur poſteriori authen. hoc ſi debitor C. de pign. & à pertius diſponitur in noſtro Regno in for. fin. in rub. de actio. & obligatio. fol. 96. & in caſu noſtro non eſt facta diſcuſsio in bonis dictæ Eliſabeth Gil & de Vilana principalis debitrici ergo nõ poteſt exercere hypothecariam, & virtute hypothecæ anterioris ſe tueri, & hoc videtur ſenſiſſe Bellu
4 ga in Speculo Princ. rub. 51. de materia cenſualium §. leges Regni 63. ad medium, vbi agens de hac quæſtione dicit hæc verba: *Et quia ex quo eſt facta diſcuſsio per curiam notoriè locus eſt hypothecariæ iuxta not. in l. decem de verb. oblig. & in l. fin. ſi cert. peta. meritò, vt circuitus, euitetur dabitur priori retentio, quia etiam per hypothecariam ſimiliter rem eueniet.*

Sed his non obſtantibus contrarium fuit reſolutum ex his, quæ à me fuerunt allegata in d. deciſ. 1. ſatiſque ibidem fuit reſponſum. Et licet caſus, de quo ibi, erat aliquantulum à noſtro diuerſus, quia ibi conuentus à creditore reddi-
5 tuali, ſiue domino cenſualis tanquam poſſeſſor rei ſpecialiter in eo hypothecatæ dictam rem per curiam emerat pro ſoluendo domino alterius cenſualis anterioris, quantitates ei debitas, pro quibus inſtauerat executionem, & dictam rem ſpecialiter hypothecatam iudicialiter vendi fecerat, & quia, tã prior, quã poſterior creditor redituales, & hypothecarij habebãt eandem cauſam priuilegiatam, & antiquior potior erat, meritò ibi abſq; difficultate procedebat quòd fuit deciſum, vt dixi in dicta deciſ. prima num. 27. cum ſeq. Secus eſt in caſu noſtro, quia dictus Aluaro non habet hypothecam priuilegiatam virtute cenſualis, ſiue annui redditus, ſed tantum hypothecam generalem non priuilegiatam, & tunc maius eſt dubium, an iſte poſſeſſor poſsit impedire executionẽ inſtatam virtute cenſualis. Nihilominus tamen millitant in occurrenti caſu, quæ ſcripſi in d. deciſ. 1. n. 25. quòd ſecundus creditor non poteſt auocare rem à primo creditore poſſeſſam l. 1. & in princ. C. ſi antiquior creditor. Vt ibi latè probaui, & num 3. in eadem deciſ. allegaui Doctores ita tenẽtes, & deciſ. ſenatuum, in quibus ita fuit iudicatum.

6 Secundò, licet verũm ſit ad intentandam actionem hypothecariam neceſſarium eſſe, quòd præcedat diſcuſsio in bonis debitoris authen. hoc ſi debitor C. de pign. Tamen vbi creditor hypothecarius poſsidet, poteſt vti iure retentionis contra poſteriorem creditorem, etiam non facta diſcuſsione, Bald. in l. exceptione 11. ante num.

num.1.C·de euictio. Anto. Gabr. lib.3.commu. de fideiuſ. concluſ. 1.num.70.Nata conſ.300.num. 2. ad medium tom.2.Flam.Cart.deciſ.19.num.4.Marius Giurba poſt hæc ſcripta viſus deciſ. 61. maximè num.20.Milanenſis deciſ.1.n. 181.lib.2.Et ita fuit iudicatum in Regia Audientia Valentina,me referente,cum ſententia lata in fauorem Don Ludouici Blaſco millitis Ordinis millitaris Virginis Mariæ Monteſiæ, & Sancti Georgij contra Balthaſarem Barbera iuriſconſultum publicata per Franciſcum Paulum Alreus die 6.Februarij 1610.

Ex quibus patet ſolutio ad contrarium argumentum.Et quod Belluga dicit rub.41.num.63.ad medium in ſuo caſu factam eſſe diſcuſſionem,& ita ſibi competere retētionem cuiuſdam horti,de quo ibi ex anteriori hypotheca,non exclu dit noſtram opinionem.Ipſe enim non affirmauit, non competere retentionē quando non eſt facta diſcuſsio,ſed tantum retulit circunſtantiam in illo caſu exiſtentem,nimirum quòd erat facta diſcuſsio, & ſic nimirum habebat dubitationem ius retentionis,quòd Belluga in cauſa propria allegabat. In ſecundo dubio videbatur,non poſſe dictum Aluaro ſetueri iuribus hypothecæ anterioris Ludouicæ Eſteue competentibus virtute ſupradicti donationis ſexcentarum librarū,quàm dicta Eliſabeth Gil & de Vilana eius auia ei fecerat contemplatione matrimonij per eam contrahendi cum Franciſco Olgiat & dicta Eliſabeth de Ledeſma & de Eſteue, emit dictas domos inter alia ad opus ſoluendi quingēras libras partem dictarum ſexcentarum cum pacto ſuccedendi in iuribus prioritatis & potioritatis.Dicit enim Aluaro nullum ius porioritatis competere dictæ Ludouicæ Eſteue contra dictum Aluaro poſteriorem creditorem hypothecarium, ex quo donatio non fuerit manifeſtata, ſiue regiſtrata,& iuxta legem noſtri Regni Valentiæ,hoc eſt,iuxta forum 17.

7 in rubrica ſoluto matri. cuius literam retuli in mea deciſsione 110. num.8.& in latinum ſermonē conuerſam refero infra num. 11. talis donatio non manifeſtata non nocet creditoribus hypothecarijs poſterioribus:Nam tales donationes non regiſtratæ quanuis anteriores habentur pro poſterioribus reſpectu creditorē donatoris. Quæ lex noſtra ſimilis eſt conſtitutioni Sabaudiæ ſub rub.de regiſtr. inſtrumentorum,quam refert Antonius Sola in Commentarijs in nouas conſtitutiones ducales patriæ Siſmontaneæ in tit. de regiſtratione inſtrumentorum. Quanuis igitur inſtrumentum donationis ſexcentarum librarum fuerit factum per dictam Eliſabeth Gil & de Vilana dictæ Ludouicæ eius nepti die 10. Iulij 1596.& inſtrumentum cenſualis,cuius virtute dictus Aluaro inſtat executionem,fuerit receptū

die 1.

die 1. Aprilis 1605. Ex quo tamē dicta donatio non reperitur regiſtrata, ſiué manifeſtata in librom anifeſtationum iudicis ordinarij Vrbis non poteſt nocere eo dicto Aluaro. Et itá fuit iudicatū cum Regia ſententia lata in Sacra Regia Audientia in fauorem Ioſephi Aſnar contrà Hieronymam Domenech, Publicata per Franciſcum Paulū Alreus die, 20. Decembris Anno. 1595. In donatione, facta per Franciſcum Deſcals dictæ Hieronymæ Domenech futuræ vxori ſuæ contemplatione dicti, matrimonij de triginta mille ſolidis. Fuit enim cum ea declaratum iuxtà dictum forum, dictam Hieronymam Domenech nō poſſe impedire dictum Aſnar. poſteriorem creditorem executionē inſtantem in bonis, quæ Franciſcus Deſcals dictę Hieronymæ dederat in ſolutum dictorum triginta. mille ſolidorum, qui propriè eſt caſus in terminis, in quibus verſamur, & pariter diſpoſitionem dicti fori. 17. fuiſſe ſeruandam, & cū alia ſententia in eadem Regia Audientia lata in fauorem hæredum Franciſci de Anna, & Melchioris Centoll notarij contrà Michaelem Hieronymum Arguis maritum Hieronymæ Aones publicata per Vin-
8 centium de Albiçū Regium Scribam Mandati, die 11, Menſis Aprilis Anno. 1581. Et donationem factam contemplatione matrimonij non præiudicare creditoribus poſterioribus propter deffectum manifeſtationis. Ità Fuit declaratum cum alia Regia ſententia lata in Reg. A. in fauorem Mariæ Annæ Amoros & de Iorda vxoris Vincentij Iorda Iuriſconſulti, Contra Hieronymum Iorda ſententia publicata per dictum Fran. Paul. Alreus die 30. Octobris 1591. diſponens, quòd donatio, non regiſtrata nō præiudicare creditorib' hypothecarijs poſterioribus, & peindé habeatur, ac ſi facta fuiſſet, poſtquam creditores poſteriores iam habebant bona donatoris, obligata.

Sed his non obſtantibus contrarium fuit deciſum. Quià dictus forus. 17.
9 ſoluto matrimonio non habet locū in donatione facta contemplatione matrimonij de præſenti contrahendi, cum certa perſona, ſi dictum matrimonium fuerit ſequtum, vt ad literam diſponit for, 23. factus in Curijs Valentiæ Anno. Domini. 1604. fol. 41. Et meritò quia in hoc caſu, ceſſat ratio finalis dicti fori, 17. ſoluto matrimonio, qui fuit factus ad tollendas fraudes, vt legitur in Eius proœmio, & verba proœmij cauſam finalem, inducunt Tex. l. fin. ff. de Hæredibus inſtitu. Vndé, ceſſante
10 ratione, & cauſa finali legis, ceſſare debet. eius diſpoſitio l. adigere. §. quanuis. ff. de iur. patro. l. quod edictum. ff. de pact. & ibi Bar. & Angel. quieam legem, ità ſummant, Et multis relatis probat Tiraq. in Tractat. ceſſante. cauſa. num. 130. Et dictus forus. 17. in princ. ita dicit, ad tollendum magnas fraudes, quæ, fiunt, in præſenti Regno Valen. in contracti-
11 bus, & Obligationibus, ſtatuimus vt quilibet, pra ſentis, Valētiæ Regni, qui, conſtante, matrimonio, ſolue-

ueri

uerit dotem vxori ſuæ, vel augmẽtum dotis, quod *creix* Valentiæ appellatur, quod ſoluitur ratione virginitatis, vel fecerit donationẽ aliquam bonorum ſuorum patri, matri, filijs, filiabus. vel cuicunq; alij, dictæ in ſolutum dationes, & donationes debeant ſcribi, ſaltem earum ſubſtantia in libro, ſeu regeſtro, quod fiet ſingulis annis in curia iudicis ordinarij ciuitatis Valentiæ, & in alijs ciuitatibus, & oppidis Regni, in quo libro nihil aliud ſit deſcriptum, & dictæ donationes, & in ſolutum dationes effectum habeant à die, in quo fuerint regiſtratæ, licèt ante inſtrumentum de illis ſit confectum. Et ſi contrarium fuerit factum, tales in ſolutum dationes, & donationes ſuo in caſu non poſsint impedire obligationes poſteà factas per eoſdẽ donatores, vel per facientes in ſolutum dationes dotis, imò ſint poſteriores tempore creditoribus, etiam ſi primò fuerint factæ: quem librum, ſiuè regiſtrum iudex ordinarius, ſiue eius ſcriba oſtendere teneatur cuicunq; eum legere volenti. Ex tenore igitur dicti fori, ſiue legis Regni
12 Valentiæ clare conſtat, ità diſpõſitum fuiſſe, ne deciperentur, qui cõtrahebant cum illis, qui fecerant dictas inſolutum dationes, ſiuè donationes ſuorum bonorum. Videntes enim, quòd poſsidebat bona ſufficientia ad ſecuritatem dictorum contractuum, quos tunc inibant, & ignorantes alienationes dictorum bonorum factas cum dictis in ſolutum dationibus decepti remanebant. Vxores enim, ſiuè donatarij ſe proprietariè opponebant in bonis in ſolutum datis, ſiue donatis, & dicebant, nõ potuiſſe hypothecari, quia iam non erãt in bonis eorum, cum quibus dicti creditores contraxerant. Hæc au-
13 tem ratio fraudis ceſſat, quãdo pater facit donationem filio, vel filiæ contrahenti matrimonium, notum enim eſt ex his, que communiter fieri ſolent, parentes eo tunc dare filijs ſuis bona adſuſtinenda onera matrimonij, & ità non poſſunt allegare probabilem ignorãtiam, qui poſteà contrahunt cum dictis parentibus, dicendo ignoraſſe donationem factam dictis filijs de bonis parentis, quæ credebant poſſe hypothecari. Nam qui cum alio contrahit, vel eſt, vel debet eſſe nõ ignarus conditionis eius l. qui cũ alio 19. ff. de reg. iur. & ſi non fecit talis contrahens cum patre, qui filium, vel filiam in matrimonium collocauit, id, quod diligens pater familias facere debet, explorando quæ bona ab illo fuerint donata ex cauſa matrimonij filij, vel filiæ, damnum, quod ex hac culpa ſentit, ſibi debet imputare. Et ità meritò cum dicto foro 213. curiarum anni 1604. fuit diſpoſitum, dictum forum 17. ſolut. matr. procedere in donationibus, quæ fiunt cõtemplatione matrimonij certi, ſi illud fuerit effectũ ſortitum, Et hanc ipſam diſtinctionem facit domi

nus Regens Monter deciſ. 10. nu. 9. vbi refert, ita fuiſſe iudicatum in curia Iuſtitiæ Aragonum, & in
14 illa deciſ. late de hac materia. Dicit tamẽ idẽ forus, quòd obſeruetur antiqua diſpoſitio requirens manifeſtationem, ſiue regiſtrationem in donationibus factis contẽplatione matrimonij incerti. Ita quòd in Regno Valentiæ non debet obſeruari, quod dicit Salicetus in l.fin.C. de iure dotium n.4. verſ.ex quo, & poſteum Marſil. alios referens ſingulari 442.num.3. in vol.ſingularium pag.744.quod ſtatũ generaliter diſponens, quòd inſtrumenti publicata non probẽt niſi poſita ſint, & regiſtrata in mobilibus, quod tale ſtatutum non habet locum in inſtrumentis dotalibus fauore dotium. Adhuc enim
15 hoc caſu militat eadem occaſio fraudandi creditores, qui poſtea contrahunt. Si enim pater facit donationem bonorum ſuorum filio ſuo, contemplatione matrimonij quandocumque, & quocumque contrahendi, non poſſunt diuinare, qui poſtea contrahunt cum dicto patre, bona abeo iam fuiſſe alienata. Cum videant ab eodẽ poſſideri, & dominum dictorum bonorũ ab omnibus reputari: videãt eius filios adhuc matrimonium nõ contraxiſſe, & ita facilè fraudi locus eſt, prout multi cum ſimilibus donationibus factis à parentibus filij contemplatione matrimonij fraudati reperiebantur.

16 Hæc autem omnia ceſſant, quã do donatio bonorũ fit à patre filio in capitulis matrimonialib. quia tũc nõ eſt ſimplex donatio, ſed pars contractus matrimonij, & confunditur cum ipſo contractu dotali, & fingitur eſſe vnus contractus, vt dicit Guido Pap. quæſt. 145.n. 2.ad mediũ iuxta notata per Bald.
17 ibi: *Donatio inter viuos facta contemplatione matrimonij per patrem in filium collata, & quæ facta extitit in cõtractu matrimonij, fuitque, & eſt pars dicti contractus, & confunditur cum toto ipſo contractu dotali, & fingitur eſſe vnus contractus, iuxta not. Bald. in l.2. & l.petens C. de pact. Vnde cũ contractus ipſe dotalis valeat, acquiſitionis difficultate de patre in filiamfamilias ſublata matrimonij fauore. Idem cenſeri debet de donatione facta per patrem filio in cohærentijs contractus matrimonialibus, fauore conſimili in vtroque caſu locum habente, cuius etiam cõtractus retinet naturam iuxta nor. in l. etiam ff.de in offi teſt. & l. Marcellus ff de don.cauſ mort. per Bart. per eundem in l.poſt dotem in primo contrario tertia lecturæ ff ſol. matrim. & præſertim cum donatio fuerit conditionata, quia aliàs nobilis Arnaudus Armueti, & dicta Ioanneta eius filia nõ conſenſiſſent dicto matrimonio, & ita valuit, ſaltem tanquam pactũ, vt præfertur conditionatum per l.cum donationis, iuncta gloſ C. de tranſact. ſecundum opin. Placent.quã ſequuntur Pet. Cyn. & Bald. aliàs ſi diceretur ineffi- cax remanerent decepti dicti pater, & filia, & non eſſet, nec ſeruatur æqualitas, vbi valeret, quod pater dat ex cauſa*

ſa dotis filiæ fauore matrimonij d.l. Pomponius Philadelphus ff.fam. herciſc.& l.dedit dotem ff. de colla. cum ſimilibus,& non valeret, quod pater donaret filio matrimonij contemplatione,quod tamen(ne quid ſequatur in iuſtum) volunt iura ſeruari l. illud §.ad hæc autem C de coll.& l.fin. C. com. vtriuſ. iud. præſertim in contractibus dotalibus: in auth. de æqualita. dotis, & donationis propter nuptias,in rubro, & nigro in princ.col.7. Præterea generalis conſuetudo,& communis obſeruātia habet,tales donationes in contractibus matrimoniorum per ſæpè fieri, & factas tenere,quæ pro lege debent obſeruari,& in hoc attēdi, vt tenet,& not. Bald.in ſimili.in l.pactum, quod dota. C.de collatio. in 2. oppoſit. Hactenus Guido Papæ vbi ſupra, & Tellus Fernand.in l.17. Tauri nu.70. ait

18 dictā donationem factam filio cauſa matrimonij certi eſſe irreuocabilem,& allegat Decium conſilio 414.num.12.& 14.Bertrand.in d. conſ.227.vol.2.num.10.verſ. præterea cum dicta bona Hyppolitus Riminald.in §.1.inſt.de dona. nu. 492.& inquit, hoc tenendum eſt, dum tamen,vt ſuperius dixi,ſit ratione certi matrimonij,& cum certa perſona factum. Alioquin ſi donatio eſſet, vt ſi ditiorem vxorem inueniſſet,vel ſi vt in certum matrimonium iret, hæc donatio erit reuocabilis, niſi cū tertio fiat hæc promiſsio ex doctrina noſtræ legis, & ex doctrina iuris communis. Quia tunc non eſt pars contractus dotis,nec illa ratione,& cauſa matrimonium fuit contractum. Et hoc caſu loquitur Guido Pap.

19 in d.deciſ.145.& Molina de Hiſpan,primog.lib.4.cap.2. num.18. inquit,poſt tertij interuentum nō poſſe maioratum rèuocari in vxoris ſuæ, & filiorum præiudicium iuxta Doctores, quos ibi allegat, & Pelaez de Maioratu 1. part. q. 22.num.31.tom.10.tract.p. 1.fol. 367.inquit,quòd ſi pater, ad hoc vt filius contrahat matrimonium cum aliqua muliere, facit in fauorem filij meliorationem,aut maioratum, quòd contracto matrimonio nō licet patri,etiam ex expreſſo filij conſenſu meliorationem, aut maioratū reuocare:quia poſtquam mulier ex hac cauſa matrimonium contraxit,non tantum agitur de præiudicio ipſius filij,ſed etiam vxoris,cuius occaſione, etiā non interueniente traditione,melioratio,aut maioratus de iure eſt irreuocabilis. Et Sanchez de Ma-

20 trim.tom.1.lib.6.tit.de donat. inter.diſput.32.n.2.pag.mihi 1014. inquit,quanuis donatio,ſeu melioratio facta filio ob cauſam matrimonij in certi ſit reuocabilis, tamen ſi facta fuit filio matrimoniū contrahenti,aſſerente patre, eum eſſe melioratum, vt ſic fœmina ei nubat,vel ampliorem dotem conſtituat: & hac de cauſa matrimonium celebretur,reddi irreuocabilem,licet filius remittat, vel parentem liberum ab obligatione reddat. Quia illa patris aſſertio vim promiſsionis habuit,& vigit eadē cauſa,

cauſa, ne nurus decepta maneat. Probatur ex doctrina Bald. in l. ſi preſes 8. C. de donatio. vbi ponit caſũ, dicendo. Mater fecerat poni bona ſua in æſtimo filiorum, non animo donandi, ſed ad hoc vt inſpicientes eſtimum credant, filios ditiores, & ſic honorabilius ducant vxores, quanuis ea bona nõ intelligantur donata filijs, at pro dotis reſtitutione obligata manerent. Quia dolus matris conſenſui æquiparatur, quem ſequitur Alexand. conſ. 10. num. 4. & colligitur ex l. in bonæ fidei 37. ff. de peculio, ibi: *Ego autem arbitror nõ ſolum de peculio conueniri ſed & ſi quid præterea dolo malo patris capta fraudataque eſt mulier*, & idem Sanchez in eadem diſputat. 32.
21 num. 5. inquit, inutilem cautelam, qua parẽtes meliorantes filios ex cauſa oneroſa accipiunt antapochas ab illis (vulgo *contra eſcrituras*) hoc enim nomine ipſas appellat tex. in l. plures 18. C. de fide inſtrum. quib' pollicentur filij, ſe melioratione minime vſuros. Quia quãtumcunque donatarius id polliceatur, infringi non poterit melioratio in vxoris, & filiorũ præiudicium, nec filius ei renuntiare poteſt: vxori enim ius quæſitum eſt, quia cõtemplatione illi' donationis nupſit, vel amplio
22 rem dotem promiſit. Item quia cum cauſa, ob quam aliquid ſtatuitur, eſt ad alicuius tertij commodum, præſumitur finalis, vt bene docet Tiraquel. multos referẽs tracta. ceſſante cauſa, limitatione 2. num. 52. Vnde cum illa donatio, ſeu melioratio ſit in fauorem mulieris nubẽtis, preſumitur ipſa mulier cauſa finalis: ergo, illa nõ conſentiente, non poteſt annullari. Confert etiam ad hoc, quod docet Aluaradus de cõiecturata mẽte defuncti lib. 2. cap. 3. nu. 48. & Padilla, licet non ita definite, ſed dicens eſſe tutius in l. poſt mortẽ num. 22. C. de fideicom. nempe minime poſſe virũ renunciare maioratui in ſucceſſoris fauorem ob præiudicium, quod in dimidia lucrorũ parte ſequitur vxori. Et Ia-
23 llongus Racematione 19. n. 4. inquit. Quòd donatio à patre filio facta, vt melius filius ipſe ducere vxorem valeat, matrimonijq; onera ferre poſſet, irreuocabilis eſt, matrimonio ſequuto, cum agatur de iure mulieri quæſito, quando quidem cauſa huiuſmodi matrimonij futuri finalis eſſe cenſetur, & ob id donatio tanquam tertij fauore facta reuocari nequit ad illius tertij detrimentũ, voluntate conſenſu vè ipſius met donatarij ſponſi, quemadmodũ tradit Marcus Antonius Nata conſ. 609. n. 42. & paulo poſt lib. 3. ſanxit in ſpecie Sacrũ Conſiliũ Neapolitanũ, vt patet ex Vincẽt. de Frãch. deciſ. ſua 205. lib. 1. Tertio loco ad idem moueor inſigni doctrina
24 Tyb. Decia. conſ. 8. nu. 6. lib. 4. in quo loco reſpõdit, donationẽ matrimonij fauore, vel cõtemplatione factam inſtrumento ipſo, & cõ

tractu illius partem fore præcitati contractus, atq; cõfundi cũ toto ipſomet dotali contractu. Idem quoque expreſſe docuit conſ. 41. num. 2. lib. 1. cum ſimilibus ab eodem congeſtis conſil. ſuo 10. nu. 79. lib. 5. argumento eorum, quæ docuit Andr. Alciatus conſ. 77. poſt num. 1. lib. 5. Roland. à Valle conſ. 70. lib. 4. nonnulla Andræ. Gail obſer. 38. nu. 13. lib. 2. pract. obſer. Quartò, & vltimo innititur ſentẽtia hæc egregij Iacobi Menochij reſpõſis cõſ. 723. num. 22. lib. 8. & conſ. 967. nu. 18. lib. 10.

25 Denique donationem factam contemplatione matrimonij de præſenti eſſe partẽ contractus ma-
26 trimonij, & irreuocabilem, dixit Vincẽtius de Franchis deciſ. 436. num. 4. 3. part. Et ob hanc cauſam donatio cõtemplatione matrimonij in capitulis matrimonialibus facta non ſubiacet diſpoſitioni dicti fori 17. ſolut. matrim. requirẽtis regiſtrationem, ſiue manifeſtationem inſtrumẽti donationis, vt poſſet præiudicari creditoribus hypothecarijs poſterioribus, & ita fuit deciſum cum ſententia lata in Regia Audientia Valentina, in fauorem Michaëlis Hieronymi Angleſola curatorio nomine Ioannis Franciſci Mata, contra creditores Ioannis Mata, publicata per Franciſcum Paulum Alreus die 22. Februarij 1598. his verbis. *Et quanuis pro parte Ioannis Baptiſtæ Vandres curatoris filiæ, & heredis Balthaſaris Pujades, & aliorum creditorum dicti Ioannis Mata, quibus prædicta inſtãtia dictorũ Michaelis Hieronymi Angleſola dicto nomine, & Eliſabethæ Angleſola, quatenus illis intereſſe poterant, iniunctæ fuerunt, prætenſum fuerit, dictas promiſſiones per dictum Ioannem Mata in dicta capitulatione factas veras, & puras donationes eſſe. Et ſic cum iuxta forum manifeſtata nõ reperiantur, ipſis obeſſe non poſſe, etiam quod tempore poſteriores creditores dicti Mata exiſtant. Verum cum dictæ donationes factæ fuerint in vim pacti, & in contractu vltro, citroque obligatorio, dici non poſſunt meræ, & puræ donationes, ſed dumtaxat promiſſiones factæ in contractu, vbi nullam fraudis ſuſpitionem interuenire poſſe, iure definitum eſt, & per conſequens ſimiles donationes ex pacto, & in contractu reciproco factæ nulla indigent manifeſtatione, nec ad illas trahi poteſt forus de manifeſtatione donationum.* Facit in ſimili, quod ſcribit Molinus in Repertorio Fororum Aragonum in verbo, donationes, foleo 111. col. 3. vbi inquit, quòd donationes omnium bonorũ ſedentiũ requirunt de foro fidantiam ſaluita-
27 tis, ſiue ſit inter viuos, ſiue ſit donatio cauſa mortis, quòd dictus forus antiquus in titulo de fide inſtrumen. in foro. Cuicũq; fol. 14. aliàs 97. col. 4. loquens ſimpliciter de donatione debet intelligi de omni donatione, nec talis donatio poterit ex pœnitentia reuocari. De hoc habes duas obſeruationes

tiones in tit. de donat. fol. 18. vide ibi: quia in donatione bonorum immobilium fidantia ſaluitatis eſt de ſubſtantia contractus, & tunc ſufficit qualiſcunque fidantia, vt in obſeruatio. 4. tit. de ſatiſdando fol. 7. Fallit in donatione facta in capitulis matrimonialibus ob cauſam dotis contemplatione matrimonij, quia licet illa excedat 500. ſolidos non indiget inſinuatione, nec fidantia ſaluitatis. Et Portoles ad Molinum in verbo, donatio 46. Doctoribus relatis, probat, dictã Molini opinionem iuri, & rationi conſonam eſſe.

Nec obſtant incontrarium adducta. Nam dictus for. 17. ſolut. matrim. remanet declaratus per dictum forum 213. Curiarum an-
28 ni 1604. vt non habeat locum in donatione facta contemplatione matrimonij certi, quod effectum ſortitum fuit, vt in caſu noſtro.

Denique ex ſupradictis cõſtat, non eſſe iuri conſonam ſententiã latam in fauorem Ioſephi Aznar contra Hieronymam Domenech publicatam per Alreus die 20. Decembris 1596.

Ex quibus omnibus in hac cauſa fuit declaratum in omnibus dubijs ſentẽtia lata in fauorem Thomæ Aluarado contra Eliſabetham Ledeſma, publicata per Alreus die 3. Iunij 1611.

(?)

DECISIO CXXXVIII.

TABVLÆ, SIVE BANchi partita facta ſine rationibus, non conſtando de cauſa, inducit mutuum: Tamen vbi conſtat, eum, qui ſcribi fecit dictam quantitatem ex ſua pecunia in libro argentariæ ſub nomine alterius, eſſe eius debitorem in dicta, vel maiori quãtitate, tunc nõ præſumitur mutuum, ſed debiti ſolutio.

1 *TABVLAM Cambij, ſiue argentariam tenere non poteſt in ciuitate Valentiæ Campſor aliquis, donec ſecuritatem præſtiterit de ſatisfaciendo, quod receperit.*

2 *Campſores, qui volebant in menſa, ſiue Bancho habere coopertorium, quod erat ſignum ſecuritatis, tenebantur cautionem præſtare in curia de reddendis pecunijs depoſitis, qui vero non præſtabant dictam ſecuritatem, non poterãt habere coopertorium, ſiue,* Tapit.

3 *Tabulam, ſiue menſam nummulariam eodem tempore habebat ciuitas Valẽtia, quæ vocabatur,* Taula de cambis, y depoſits.

4 *Tabula Valentiæ priuilegiata eſt, quod in ea non poſſunt fieri empatræ, ſiue ſequeſtrum pecuniæ ibi depoſitæ.*

5 *Tabulæ Barchinonæ cõceſſũ fuit priuilegiũ, quód pecunia in ea depoſita prætextu proditionis, vel criminis læſæ Maieſtatis nõ poſſit emparari.*

 5 *Argen-*

6 *Argentariæ, ſiue Banchi in ciuitate Valētiæ fuerūt ſublati anno 1604. per forum.*

7 *Caſus, ſiue facti ſpecies huius deciſionis.*

8 *Mutui ex cauſa ſemper præſumitur facta traditio pecuniæ, niſi cauſa ſit expreſſa.*

9 *Partita Tabulæ ſine rationibus obligat eum, cui facta eſt, ad reddēdū pecuniā mutuo acceptā, & nu. 14.*

10 *Actus præſumitur factus pro executione præcedentis contractus.*

11 *Codicillorum diſpoſitio ſumit interpretationem ex teſtamento.*

12 *Solutio facta præſumitur, & ordo datus in executione præcedentis cōtractus Cambij.*

13 *Solutio, vbi nō exprimitur, ex qua cauſa fit, præſumitur facta indurio rem.*

14 *Tabula partita ſine rationibus, hoc eſt, non expreſſa cauſa, licet regulariter inducit mutuum, tamen quando cōſtat de debito præcedente, præſumitur ex cauſa ſolutionis illi facta: & ita fuit deciſum cum Regia ſententia.*

IN ciuitate Valentię (quę eſt caput, & Metropollis totius Regni) tempore Regis Petri primi quidam Cāpſores ſolebant habere argentariam, ſiue Banchū, &
1 per dictū Regem conditus fuit forus vnicus in rubri. de ſecuritate præſtanda in extrauaganti fororū fol. 4. tenoris ſequentis: *Item ſtatuimus, & ordinamus, quod aliquis tenere nō poſsit Tabulā Cambij, vel operatorum argētaria, donec in poſſe curiæ aſſecurauerit idoneè, quòd totum illud quod receperit, vel fuerit ſibi cōmodatum, vel pro altero dicit aliqua ratione illi, cuius erit, ſatisfaciat, & emendet.* Idē diſpoſitum fuit per eundē Regē Petrū primū cū ſuo Regio priuilegio 12. de quo in corpore pri
2 uilegiorū fol. 30. Poſtea vero Rex Iacobus ſecūdus cū ſuo Regio priuilegio 145. fol. 74. pag. 2. diſpoſuit, vt dicti Cāpſores, qui vellēt habere menſam coopertā, ſiue in ea habere coopertoriū, quod Bethici appellant, *Tapete*, in dicto vero priuilegio appellatur, *Tapit*, tenerētur ſecuritatē præſtare de ſoluendo pecunias in ſua argētaria, ſiue menſa nūmularia depoſitas. Reliqui vero, qui dictā ſecuritatem, ſiue cautionē nō præſtitiſſent, nō poſsēt habere dictū coopertoriū, quod erat ſignū præſtitę cautionis. Vt ita mercatores cū dictis cāpſoribus contrahentes ſcire poſſent, an eis ſatis cautū eſſēt, an vero ſuo riſco, & periculo pecuniā crederent dictis Cāpſoribus, qui Bancherij vocabātur. Ex quo argētarię eorū appellabātur Bāchi.
3 Et eodē tēpore vniuerſitas ciuitatis Valētiæ habebat etiam mēſam nummulariā, quæ Tabula vocabatur, vbi deponebātur multæ pecuniæ, & ibi permutabantur aurea cū argenteis, argētea cū æneis, & idcirco appellabatur: *Taula de Cābis, y depoſitis*, ex quo ibi fiebāt cābia, ſiue permutationes, & depoſita. Qui enim olim deponebāt pecuniam

cuniã obſignatã, vt in eadẽ ſpecie ſibi redderetur, tẽpore depoſiti deſcribebat, ꝙ talis depoſuerat tot cẽtũ, vel tot mille ſcutos aureos, & quãdo fiebat hoc modo depoſitũ, tenebatur vniuerſitas ciuitatis Valẽtiæ, reddere eãdẽ pecuniã deponenti in eadẽ ſpecie illã petẽti: Alij vero ſimpliciter deponebant in dicta menſa, ſiue Tabula ciuitatis pecuniã, & tunc in facultate erat reddere monetã eiuſdem valoris in diuerſa ſpecie, ſiue aurea, ſiue argẽtea, ſiue minuta, vel ænea. Et licet fuiſſet depoſita moneta Bethica, reddi poterat Valẽtina. Et licet olim hoc eſſet obſeruatũ, tamẽ à multis annis citra iam nõ ita ſeruatur, ſed deponẽti redditur moneta cuiuslibet ſpeciei, eiuſdẽ tamen valoris. Ex quo magna vtilitas reſultabat ciuitati, quæ vtebatur pecunia argẽtea Betbica ad ſoluẽdũ pretiũ carnium, & aliorũ victualiũ, & reddebat deponẽtibus ſimilẽ valorẽ in pecunia minuta. Et quia ex hoc mercatores nolebãt deponere pecunias in mẽſa, ſiue Tabula vrbis, ſed penes Campſores, ſiue in eorũ Bãchis faciebant depoſita multorũ milliũ ducatorum, qui Cãpſores eis reddebãt in eadẽ ſpecie pecuniã, & eadem die, & hora, in qua indigebãt ſuis pecunijs depoſitis. Quod non ita fiebat in Tabula Valentiæ, in qua permutabãtur pecuniæ, & in aliquibus diebus ab ea nõ extrahebãtur, veluti occaſione calculandi rationes pecuniarũ in eadẽ Tabula depoſitarũ. Vt mercatores allicerẽtur ad deponẽdum potius in menſa, ſiue Tabula Valẽtiæ, quam

4 in argentarijs, ſiue Banchis factus fuit for⁹ 111. in Curijs anni 1564. fol. 16. cũ quo fuerũt priuilegiata depoſita facta in dicta Tabula Valẽtiæ in hoc, quod non poſſent ſequeſtrari, ſiue emparari pecuniæ

5 ibi depoſitæ, ſicut erãt priuilegiata in Tabula ciuitatis Barchinonæ. Et in deciſ. 28. manuſcripta Regiæ Audiẽtiæ Cathaloniæ legitur, hoc ei cõceſſum fuiſſe per priuilegium Regis Ioannis, cuius data eſt in cimẽterio de Pedralbez, 16. Octobris 1472. & in eadem deciſ. dicitur, pecunias depoſitas in Tabula ciuitatis Barchinonæ nullo reſpectu, aut cauſa poſſe emparari, aut detineri per Regem, Locumtenẽtem generalem, aut alium officialẽ neç prætextu proditionis, vel criminis læſæ Maieſtatis, vel marcharum; exceptis pecunijs, quæ cum emparis depoſitæ ſunt, vel eorũ, qui sũt ciuitati obligati aliqua ratione. Et dicitur, fuiſſe declaratũ in eadẽ Regia Audientia Cathaloniæ, referente Clariana, die 10. Februarij 1541. in cauſa emparæ factæ in curia Vicarij Barchinonæ ad inſtantiam Petri Compte, ſcriba Ferrar, & pro eo ibi Bioſch, facit textus in Authentica, ſed iam cautum C. depoſiti, ibi: *Sed iam cautum eſt, ne quis extrinſecus depoſitario interdicat depoſiti reſtitutionem, qua ſubſequuta, depoſitor poſidens pulſari poterit ab eo, qui interdixit.* Sed

quia cum dicto priuilegio prohi-
6 bitæ ſequeſtrationis pecuniæ non ſatis erat prouiſum beneficio publico, in Curijs anni 1604. cum fo ro 55. fol. 15. pag. 2. fuerunt prohibitæ argentariæ, ſiue Banchi, & ſolum permiſſa menſa nummularia, ſiue Tabula ciuitatis, his verbis: *Item per quant la experiencia ha moſtrat, eſſer molt conuenient al benefici publich, y adminiſtracio de la preſent ciutat, que en aquella no y haja Bāch algu, ſino ſols la Taula de Cambis, y de poſits de la preſent ciutat, per la gran ſeguritat de aquella, y no tāta de molt gran part dels Bāchs. Supliquen per ço los dits braços Eccleſiaſtih, Militar, y Real à voſtra Mageſtat, ſia ſeruit prouehir, què de huy auant, noy haja, ni puga hauer Banch, ni Banchs alguns en dita ciutat, ſino ſols la dita Taula de Valencia. Plau a ſa Mageſtat.*

7 Antequam autem eſſent ſublatæ dictæ menſæ nummulariæ Campſorum, ſiue Banchi à ciuitate Valentiæ, euenit, quòd Iacobus Ioſephus Romeu cum partita facta in argentaria, ſiue Bācho Michaëlis Hieronymi Aliaga Cāpſoris, die 16. Decemb. 1581. dixit, ſiue girauit Auſiæ del Boſch Regio Alguazirio ſeptuaginta libras, nulla expreſſa cauſa, ſiue (vt vulgo dicitur) ſine rationibus, & Matthæus Ioannes Aguilera, vti cauſam habēs à dicto Ioſepho Romeu petijt in R. A. hæderes dicti Auſiæ del Boſch condēnari ad ſibi ſoluendū dictas ſeptuaginta libras, vti mutuo datas, & cum ſentētia in Regia Audientia cum voto Doctoris Don Michaëlis Mayor, cui dicta cauſa fuerat commiſſa ad decidendum publicata per Ludouicum de Berbegal die 24. Septēbris 1604. fuit condēnata Magdalena del Boſch hæres dicti Auſiæ del Boſch, ad ſoluendum dicto Aguilera dictas ſeptuaginta libras, à qua ſententia ipſa ſupplicauit, & cauſa ſupplicationis mihi cōmiſſa, in cuius proceſſu produxit inſtrumenta publica, cū quibus niſa fuit probare, dictas ſeptuaginta libras fuiſſe dictas, ſiue giratas dicto Auſiæ del Boſch in ſolutum partis maioris quātitatis, de qua firmauerat apocham idem Auſias del Boſch ſimul cum Ludouico Carbonell, olim Benedicto del Boſch, inſtrumento recepto per Ioannē Viues quondā notariū die 5. Decembris eiuſdē anni 1581. Et ſic vndecim diebus antequam fuerat ſcripta dicta partita Banchi, cum qua apocha dicti Benedictus del Boſch, & Auſias del Boſch confeſſi fuerunt, recepiſſe à Domna Margarita de Borja & de Portugal, vti curatrici Domnæ Annæ de Portugal filiæ ſuæ, & Don Federici de Portugal quōdā eius viri inter alias pecunias 237. lib. & 18. ſolidos per manꝰ Ioſephi Romeu mercatoris, cōductoris ſiue arrēdatoris Baroniç de Sollana. Et poſtea die 22. ſupra dicti mēſis Deceb. per eūdē Auſiā del Boſch fuit oppoſita corā Gubernatore vrbis exceptio nō numeratæ pecuniç aduerſus cōfeſſionē

de

de qua in dicta apocha. Quę exceptio perſonaliter fuit intimata dicto Romeu, & procuratori dictæ Domnæ Margaritæ de Borja dicto nomine. Et tandem cũ apocha recepta per Michaëlem Ioannem Diego notarium die 20. Decembris 1582. & ſic multo poſt dictam partitam Banchi dicti Benedictus del Boſch, & Auſias del Boſch in veritate recognouerũt, quòd licet cũ ſupradicta apocha die 15. Decembris 1581. confeſſi fuerũt recepiſſe à Domna Margarita de Borja, dicto nomine, ſupra dictas 139. libras 18. ſolidos per manus dicti Romeu: tamen veritas erat, quòd tantum receperat dictus Auſias del Boſch à dicto Romeu ſupradictas 70. libras: & quod hac de cauſa fuerat oppoſita dicta exceptio nõ numeratæ pecuniæ. Probatũ etiam fuit in proceſſu, quòd dict' Auſias del Boſch in ſuo libro eo tunc ſcripſerat, dictas ſeptuaginta libras (de quibus in dicta partita Banchi) recepiſſe in computum, & ſolutum quantitatum, quas exigere debebat ex reddit de Sollana. Dubitatũ fuit, an eſſet confirmanda dicta ſententia, vel reuocanda, & an ſupradicta partita Banchi facta ſine rationibus inducat mutuum in occurrenti caſu.

8 Pro parte dicti Aguilera faciebat, quod pecuniæ traditio facta, non expreſſa cauſa, ſemper præſumitur ex cauſa mutui, deciſ. Gen. 26. num. 15. & 72. nu. 2. facit gloſ. in l. cum quid in verbo, *pro cauto*, ff. ſi certum petatur, & ibi Bart. & Iaſ. ibidem n. 19. alijs relatis probat, quòd ſi quis dixit, tolle iſtam pecuniã, in dubio præſumitur mutuũ. Menoch. de prӕſumptio. lib. 3 præſump. 34. n. 2. 1. tom. pag. 447. probatur in l. in naue Saupheli in princ. verſ. idem iuris eſſe ff. locati, cuius verba hæc ſunt: *Idem iuris eſſe in depoſito. Nam ſi quis pecuniam numeratam ita depoſuiſſet, vt neq; clauſam, neque obſignatam traderet, ſed adnumeraret, nihil aliud debere, apud quem depoſita eſſet, niſi tantundem pecuniæ ſoluere, &c.* His verbis ſignificaſſe videtur Alphenus, numerationem oſtendere mutuum irregu-
9 lare. Et ita in Regno Valentiæ receptum eſt, quòd vbi in libro argentarij, ſiue Campſoris reperitur ſcriptum, Titium nomine Sẽpronij deſcribi feciſſe aliquam pecuniæ quantitatem in argẽtaria, ſeu tabula, non expreſſa cauſa, ſeu (vt apud nos dicitur) feciſſe partitam tabulæ, vel Bãchi ſine rationibus, ille, in cuius fauore eſt ſcripta dicta partita, remanet obligatus ad reſtituendum dictam quãtitatem, veluti mutuo acceptã, & ita videtur iuſta prima ſententia, à qua fuit ſupplicatum.

10 Sed cõtrariũ fuit deciſum: quia actus prӕſumitur factus pro executione præcedentis contractus, l. 2. de acquir. poſſeſ. vbi poſſeſsio capta ab emptore præſumitur pro executione præcedẽtis contractus venditionis, gloſ. in l. triticũ 94.

in verbo, *cogitauerit*, ff. de verborũ oblig. vbi ſtipulatio de tritico informiter dãdo, de eo tritico, quod mutuo datũ erat, intelligẽda eſt, & ſic pro executione cõtractus mutui præcedentis, l. cum quid ff. ſi cer. pet. l. qui in aliena. §. is qui ff. de acquiren. hæred. ibi: *Cum neque ſibi, neque ei, qui iuſſit, quæſiſſe hæreditatem conſtat*, & ibi gloſ. in verbo: *ſibi*, declarat, *quia non vult*: & in verbo: *qui iuſſit, quia non potuit*, & ita præſumitur ab initio facta pro executione patris iuſus præcedentis, Crauet. conſ. 237. n. 12. vbi inquit: quòd vnus actus, vel ſcriptura recipit interpretationẽ à verbis prolatis in alio actu, ſeu ſcriptura, l. vxor 33. §. fin. & ibi notat Bart. de leg. 3. l. 3. ff. de fũdo inſtr.

11 Vbi diſpoſitio facta in codicillis ſumit interpretationem ex legato facto in teſtamento. Nam in teſtamẽto teſtator legauit libertis fundum inſtructum, poſtea in codicillis mandauit, fundum reſtitui ſimpliciter, non exprimendo fundum inſtructum. Dicitur ibi quod intelligitur grauamen de fundo inſtructo, idẽ Craueta cõſ. 284. n. 6. Menoch. de præſump. lib. 2. præ-

12 ſump. 74. n. 3. Hinc quod dicit deciſ. Genu. 91. nu. 3. in fin. & nu. 4. quod præſumitur datus ordo, & facta ſolutio in executionẽ præcedẽtis cõtractus cambij, Bart. Alex. & Doctores in l. poſt dotem ſolu. matrim. & in l. 1. C. de acquir. poſ-

13 ſeſ. & ſolutio, vbi non exprimitur, ex qua cauſa fit, præſumitur facta induriorem cauſam, l. 1. iuncta l. 5. & l. 5. ff. de ſolutionib⁹, latè Surd. deciſ. 186. & Gratian. diſcep. foren. 2. p. cap. 224. Cũ igitur in caſu noſtro dictus Auſias del Boſch vndecim diebus antequã eſſet facta dicta partita Banchi, firmaſſet apocham dicto Ioſepho Romeu, dicendo, per eius manus ex pretio conductionis Baroniæ de Sollana recepiſſe à Domna Margarita de Borja 239. libras, 18. ſolidos, & poſtea oppoſuiſſet exceptionem non numeratæ pecuniæ aduerſus confeſsionem, de qua in dicta apocha, dicendum eſt, cauſam ſufficiẽtẽ perexiſtere, propter quã fuit facta dicta partita ſeptuaginta librarum in argentaria, ſiue Bãcho Michaëlis Hieronymi Aliaga Campſoris. Et ita non poteſt præſumi ex cauſa mutui, deſcribere feciſſe dictum Ioſephũ Romeu in libro dicti argentarij dictas ſeptuaginta libras ſub nomine dicti Auſiæ del Boſch, ſeu (vt vulgo dicitur) illas ei giraſſe, ſed potius hoc factũ fuiſſe ex cauſa ſolutionis partis dictæ quantitatis 239. librarũ, & 18. ſolidorum.

14 Ex quibus, me referente, fuit declaratum, quòd licet quando partita Tabulæ, ſeu Banchi ſit ſine rationibus, inducitur mutuum: tamen in occurrenti caſu, ex quo cõſtabat de cauſa præcedenti, non erat obligata hæres dicti Auſię del Boſch reſtituere dictas ſeptuaginta libras. Et ita fuit abſoluta, ſententia lata in dicta Regia Audiẽtia

tia in fauorem dictæ Magdalenæ del Boſch cōtra dictum Matthæū Ioannem Aguilera, publicata die 27. Martij 1608.

DECISIO CXXXIX.

FAMVLI SALARIVM à domino fuiſſe ſolutum, quomodo probetur.

Iuramentū in ſupplementum probationis habet locum etiam in cauſa graui, vbi eſt pluſquam ſemiplenè probatum.

1 *SOLVTIONEM allegan-ti incumbit onus probandi.*
2 *Solutio non præſumitur, fallit num. 14.*
3 *Reus abſolui debet, ſi dubia ſit facta probatio per actorem,*
4 *Actoris probatio, quando non eſt concludens, non releuat.*
5 *Exceptionem ſuam ſi reus non probat concludenter, actor, qui ſuam intentionem fundatam habet, obtinere debet.*
6 *Iuramentum in ſupplementum probationis non eſt deferendum producenti plures teſtes ſingulares, & ratio num. 7. declara num. 19.*
8 *Famulus petens ſalarium plurium annorum præſumitur calumnioſe petere, & ratio redditur.*
9 *Salarij petitionis ſententia, tribus annis tranſactis, non mandatur executioni in Regno Franciæ.*
10 *Famulorum ſalaria per triennium præſcribuntur in Regnis Caſtellæ, Romæ per biennium, num. 11.*
12 *Salarium in Regno Valentiæ non poteſt peti, tranſacto anno, iuxta forum, declaratur num. 13.*
14 *Solutio à lege præſumitur ſalarij famuli ſi non petatur intra tempus à lege præfixum.*
15 *Iuramento præſtito in ſupplementum probationis, reus eſt abſoluendus, & ita fuit iudicatum nu. 20.*
16 *Iuramentum in ſupplementum probationis defertur debitori ſemiplenè probanti, ſi agitur de re modica.*
17 *Iuramentum in ſupplementum probationis, quando eſt plus quā ſemiplenè probatum, defertur etiam in cauſa graui.*
18 *Probationū diuerſas ſpecies iudex admittere debet, vt æſtimet, an ſit ſatis probatum, nec ne.*

IOannes Poyo per aliquod tēpus ſtetit in ſeruicio Ioannis Marti opificis tormentorum manualium, ſiue ſcopeterij, mercede conuenta pro ſingulis mēſibus. Et quindecim diebus, antequā recederet ab ei⁹ domo, accepit mercedem duorum menſium: poſtea vero, aliquo temporis interuallo trāſacto, petebat iudicialiter à domino mercedem reliqui tēporis, deductis quibuſdam quantitab⁹, quas ſibi ſolutas fatebatur. Et in Regia Audientia in alia Aula fuit lata ſententia in fauorem dicti Poyo, publicata per Alreus die 24. Aprilis 1611. a qua dict⁹ Ioannes Marti ſupplicauit ad aliā Aulā dictæ Regię Audientiæ, & cauſa ſupplicationis mihi commiſſa fuit, in

cuius proceſſu cõſtitit per cõfeſſionem ipſius Poyo, accepiſſe mercedem dictorum duorũ menſium, quindecim diebus antequam recederet à ſeruicio dicti Marti. Conſtitit etiam cũ depoſitione vnius teſtis, eo tunc fuiſſe calculatas rationes quantitatum ſolutarum dicto Poyo pro ſalario lucrato in dicta domo, deſcriptas manu eiuſdẽ teſtis, redditas per Ioannam Marti filiam dicti Ioannis Marti, quæ paternę domus curam habebat ex vna, & dictum Poyo ex alia parte, & ſupradicto Poyo ſolutam fuiſſe mercedem duorũ menſium, ei tũc debitam, & ſic dicebat dictus Marti, præſupponi, reliqui tẽporis ſalarium fuiſſe antea ſolutum, cum tantum merces duorum menſium præſupponatur eo tunc debita, & de eodem conſtitit cum depoſitiõne alterius teſtis de auditu, & confeſsione extraiudiciali eiuſdẽ Poyo deponentis. Conſtitit etiam ex depoſitionibus teſtium, in primitiuo proceſſu productorum de cõfeſsione extraiudiciali eiuſdẽ Poyo, quòd ille accepit à Gaſpare Marti quondã filio dicti Ioannis quatuordecim libras, monetæ Valentinæ. Cõſtitit etiam, ſæpius in ludo diuerſas quantitates perdidiſſe, quas ei tradidit dicta Ioanna Marti ad computum ſui ſalarij, ſiue ſolidatæ, nec nõ in domo dicti Ioannis ſui heri feciſſe quoddam tormentũ manuale, quod ipſe vendidit, & pretium percepit, quod in ſalariũ eſſe computandũ, prætendebat ſæpe dictus Marti, cum non probaſſet, pretium eius domino tradidiſſe.

Dubitatum fuit: an ſolutio ſalarij totius temporis, per quod ſtetit dictus famulus, eſſet ſufficienter probata, ita vt dominus veniret abſoluendus, vel an eſſet dicta Regia ſententia condemnatoria confirmanda.

1 Pro parte dicti famuli actoris faciebat regula iuris, illũ, qui ſolutionem allegat, probare debere eam, l. quingenta 12. ff. de probatio. ibi; *Nam ſi creditum petam, ille reſpondeat, ſolutam eſſe pecuniam, ipſe hoc probare cogẽdus eſt* l. 1. C. de probat. ibi: *Vt creditor, qui pecuniam petit numeratam, implere cogitur, ita rurſum debitor, qui ſolutum affirmat, eius rei probationem præſtare debet.* Bald. conſ. 408. Tenor. col. 1. lib. 5. Crauet. conſ. 213. Maſcar. de probatio. concl. 1319. verbo, *ſolutio*, vbi allegat gloſ. in l. 2. in verbo *repellere*, C. de iur. emphi. & multos alios
2 Doctores. Et ita fuit reſolutum in Rota Romana, teſte Seraphino de ciſ. 1107. num. 1. tom. 2. pag. 77. ſolutionem non præſumi, & eam alleganti incumbere onus probandi. Et, multis relatis, probat Menoch. lib. 3. præſump. 35. nu. 1. & 2. Cum igitur dictus Marti nõ probauerit plenè, & concludenter, ſoluiſſe ſalarium eius famulo, debet condemnari, & quemadmodum, ſi dubia ſit facta probatio per actorem, reus abſoluitur, vt dicit Tuſchus in verbo, *Actore*, cõcl. 117.

117.num 22. poſt Anchar. quem
4 allegat conſ.331.in princ. Probatio enim actoris, quando non eſt concludens, non releuat, vt poſt Abbatem, Decium, & alios dicit Æmilius Verall. Caputaq. deciſ.
5 11.nu. 6. vbi dicit, ob hanc cauſam reum per Rotam Romanam fuiſſe abſolutum. Ita etiam ſi reus non probat concludenter ſuã exceptionem, actor, qui ſuam intentionem fundatam habet, obtinere debet, quia, vt inquit I. C. in l. in exceptionibus 19.ff.de probat. In exceptionibus dicendum eſt, reũ partibus actoris fungi oportere, ipſumque exceptionem, velut intentionem implere.

Secundo facit: nam licet dictus Ioãnes Marti aliquos teſtes ſingulares produxerit, ad probandum aſſertam ſolutionem, & petierit, ſibi deferri iuramentum in ſupplementum probationis, illud tamen ei deferendum non eſt, vt dicit Cœpola, cautela 152. his verbis:
6 *Sis cautus tu, quando producis teſtes pro te, vt prius illos examines, & fortè ſi ſunt ſingulares, non produces niſi vnum, quia ſic poterit poſtea tibi iuramentum deferri in ſupplementum probationis, quod non poſſes facere, ſi plures produceres, quia eſſent ſingulares.* Ita pulchrè dixit Bald. in l.1. cap. quia auus non poſſet. De hac cautela loquendo Polidor. Ripa obſerua. 266. num. 2. & 3. in-
7 quit, fortè ea eſt ratio, quia dum plures adducit teſtes ad idem, apparet, quòd receſsit à probatione priuilegiata, quæ fit per iuramentum ſuppletorium, & hoc pacto verificatur verba illa: Sibi imputet, qui plures teſtes ſingulares produxit.

Sed, his non obſtantibus, contrarium fuit deciſum; contra dictũ Poyo famulum reſultabant probationes ſupra relatæ in facti narratione in principio huius deciſio-
8 nis. Concurrebant etiam præſumptio calũniæ contra famulum petentem ſalarium annorum, ex quo non præſumitur, quòd vixerit de vento, & veſtitus fuerit niſi ex pecunia domini, vt dicit Rebu. 2. tom. ad conſtitutiones Regias Gallicas, tit. de famulorũ ſalarijs gloſ.6.pag.242.argument.legis finalis in fin.C.de alimentis pupil. preſtan. ibi: *Nec ferendus eſt iuuenis, qui cũ præſentis eſſet, ſtudijs quod eruditus, atque alitus eſſet, ſi ea per aliũ ſe conſequutum non probet, ſumptus recuſet, quaſi vento vixerit*, & idem Rebuf. tom. 1. ad conſtitutiones Regias in tract. de ſent. prouiſio.
9 art.3. gloſ.7. iuxta ordinationem Regni Franciæ, de qua ibi, inquit, ſententiam ſuper ſalario petito vltra tres annos nõ debere exequutioni mandari, quod tandiu pauper ſeruus diſtulerit petere dictũ
10 ſalariũ. Et Dueñas reg.306.in verbo, *famulus inter triennium*, in volu. regularum pag.417. refert in Regno Caſtellæ iuxta Pragmaticam 157. factam Matriti anni 1528. ſalaria famulorum per trienniũ præ
11 ſcribuntur. Et in Curia Romana
poſt

poſt biennium ſalaria famulorũ, Cardinalium, & Prælatorum peti non poſſunt, vt inquit Gratia.deciſ.53.num.6. vbi dicit, in Curia Rom. de hoc eſſe conſtitutionem Pij V.33. incipientem:Cupiẽtes, de qua in Bullario fol.973. innouando conſtitutionem Pauli III.
12 Cum ſicut accepimus 43.fol.443. & in noſtro Valentiæ Regno iuxta forum 15. de præſcrip. nõ poſſunt petere, ſalarium anno tranſa-
13 cto. Hoc tamen intelligitur, quotieſcunque allegatur ſolutio debiti:& ad eam probandam adduci tur lapſus dicti temporis, quia per id tempus præſumitur à lege ſolutio, quamuis regulariter non præſumatur, niſi probetur. Ita in terminis Gutier. in repeti. l. nemo po-
14 teſt de leg.1.num.200.& 202. Itaque lex præſumit contra famulos ex cauſis ſupradictis. Vnde cum in occurrẽti caſu, nedum extet dicta præſumptio, ſed etiam reliquæ probationes ſupra relatę, quamuis illæ non faciant plenam, & concludentem probationem; tamen ſi dictus Ioannes Marti dominus iurauerit, integrum ſalarium totius tẽporis perſoluiſſe eius famulo, abſoluendus eſt, iuxta l. admonendi
15 ff. de iur. iuran. ibi: *Solent enim ſæpè iudices, in dubijs cauſis, exacto iure iurando, ſecundum eum iudicare, qui iurauerit*, l. in bonæ fidei C. de rebus credi: *In bona fidei (inquit) contractibus, necnon etiam in cæteris cauſis inopia probationum per iudicem iure iurando, cauſa cognita, res decidi oportet*, in occurrẽti caſu reo eſt deferẽdum, cap. fin. §. fin. extra de iur. iurand. ibi: *Præſumptione vero faciente pro illo, deferri poteſt, ad oſtendendam ſuam innocentiam, iuramentum, niſi iudex (inſpectis perſonarum, & cauſæ circunſtantijs) illud actori videat deferendũ*, & cum reus in probandis exceptionibus vice actoris fũgatur, l. in exceptio-
16 nibus 19. ff. de proba. ei deferendum eſt iuramẽtum in ſupplemẽtum probationis, quod defertur actori honeſto, quãdo ſemiplene probauit, & res eſt modica, vt inquit gloſ. in verbo, *exacto iure iurã do*, in d. l. admonẽdi. In noſtro Valentiæ Regno vſque ad ſummam centum ſolidorum cum vnico teſte, & iuramento, reſultat ſufficiẽs probatio, vt in foro 49. de teſtib.
17 Quando verò eſt pluſquam ſemiplene probatum, etiam ſi cauſa ſit grauis defertur iuramẽtum in ſupplementum probationis, ita Iaſ. in l. admonẽdi de iur. iuran. n. 281 verſ. limita omnes iſtos caſus, vbi alios allegat, & multis relatis, probat Seraphin. in tract. de priuileg. iuramenti, priuileg. 33. n. 10. pag. 197. Et ita fuit deciſum in Rota Romana, vt habetur in deciſ. 431. nu. 3. lib. 2. in deciſ. nouiſ. & rurſus in 3. tom. deciſ. 635. lib. 7. pag. 288. Et in Parlamen. Pariſienſi Papon. lib. 9. tit. 6. arreſto 9. & in Rota Bononienſi Beniten. deciſ. 67. num. 1. in fin. & num. 2.

Nec obſtant in contrarium adducta. Non primum. Quia reus plene

28 plenè probauit ſolutionem, iūctis omnibus ſpeciebus probationis, & iuramēto ſuppletorio: nō enim debet iudex alligare animum ſuū ad vnam ſpeciem probationis, ſed ex diuerſis poteſt videre, an ſit cō cludēter probatū, l. 3. §. ideoque, verſ. hoc ergo ff. de teſtibus, ibi: *Hoc ergo ſolum tibi reſcribere poſſum ſummatim, non vtiq; ad vnam probationis ſpeciem cognitionem ſtatim alligari, ſed ex ſententia animi tui, te æſtimare oportere, quid aut credas, aut parum probatum tibi opineris.* Et ſingula, quæ non proſunt, multa collecta iuuant l. 1. §. 1. de excuſa. tuto. l. inſtrumenta, & ibi gloſ. C. de probat.

29 Nec obſtat ſecundum. Nā cautela Cæpolæ procedit, vbi ſingularitas eſt obſtatiua, ita Polidor. Ripa, dicta obſer. 266. nu. 4. & ſingularitatis triplex eſt ſpecies. obſtatiua ſilicet, adminiculatiua, & diuerſificatiua, vt, multis Doctorib⁹ relatis, probat Farin. de teſtib. q. 64. num. 4. 5. 6. & 7. vbi exempla ponit, & ibi n. 33. regulam conſtituit, quòd teſtes ſingulares non probant, & num. 131. eam limitat in ſingularitate adminiculatiua, quia licet teſtes ſingulares ſint, quia tamen vnus alteri adminiculatur, benè probant, & allegant ita tenentes Socin. iun. ſilua. Pariſ. Curt. Iun. Alex. de Neuo, & refert hanc opinionē dicentes cō munem Roland. conſ. 82. n. 41. & ſeqq. lib. 2. & Hypol. Riminald. conſ. 7. nu. 106. 108. 111. & ſeqq. lib. 1. vbi teſtatur de communi, & reſpondet contrarijs, & alios plures Doctores allegat Farin. vbi ſupra, & num. 133. dicit, ſibi videri

30 magis communem. Cum igitur in caſu noſtro ſingularitas ſit adminiculatiua, ceſſat contrarium argumentum. Ex quibus ita fuit iudicatum in hac cauſa, reuocando ſententiam in alia Aula latam, cū ſententia lata, me referente, in fauorem dicti Ioannis Marti, cōtra Ioannem de Poyo, publicata per Alreus die 25. Iunij 1611.

DECISIO CXXXX.

DONATIO IN SOLVtum facta pro reſtitutione dotis, conſtante matrimonio, an transferat dominium in vxorem.

Fideicommiſſo ſubiecta pro conſtitutione dotis alienata, an & quando reuertantur ad fideicō miſſum, alienata tamen ex cauſa reſtitutionis dotis receptæ per fideicommiſſo grauatum in defectum bonorum liberorum nunquam veniunt in reſtitutione fideicommiſsi, quanuis alio titulo peruenerint ad fideicō miſſo grauatum.

1 *CASVS, ſiue facti ſpecies.*
2 *Dos quādo, cōſtāte matrimonio, vxori reſtituitur, non eſt vera reſtitutio, ſed aſſecuratio, & ita fuit deciſum in Regia Audientia infra num. 4. Sed contrà*

trà infra nu. 9. & 22. & 24. vbi declaratur Regia ſententia.

3 Forus 16. ſoluto matrimonio, quid diſponat, & quomodo intelligatur. infra num. 23.

5 Fideicommiſſo grauatus, qui rem fideicõmiſſo ſubiectam alienauit pro dote filiæ, ſi illã poſtea reemit, & poſsidet tempore euenientis caſus fideicommiſsi, iuxta opinionem Peregrini, eam reſtituere tenetur fideicommiſſario, ſed contraria opinio eſt verior, vt infra nu. 18. & 26.

6 Dotem numeratam ſi pater vnus ex ſocijs, defuncta in matrimonio filia, recuperaſſet, reddi debere ſocietati ex æquitate eſt deciſum.

7 Fideicommiſſo bona ſubiecta ſi pro conſtituẽda dote filiæ ſint alienata, dicta filia decedente ſine filijs ex legitimo matrimonio, fideicõmiſsũ durat in dictis bonis, quæ ſunt vltra legitimam, iuxta forum Valentiæ.

8 Fideicõmiſſo grauatus, quando pro reſtitutione dotis alienauit in ſubſidium bona fideicommiſſo ſubiecta, bonis liberis ſuperuenientibus, tenetur de illis fideicommiſſario ſatiſfacere, ſed hic articulus non fuit deciſus, vt infra num. 29.

9 Datio inſolutum dotis, quæ fit, conſtante matrimonio, per virum vxori, in caſu à lege permiſſo, transfert dominium.

10 Reſtitutio dotis vera non eſt, quãdo mulier per hypothecariam conſequitur dotẽ, conſtante matrimonio.

11 Fideicommiſſo bona ſubiecta alienari poſſunt, nedum pro dote cõſtituenda, ſed etiam pro ea reſtituenda, ſiue dos fuerit data ante grauamen, ſiue poſt, & hæc eſt communis opinio.

12 Forus finalis, in verſ. Empero ſi la legitima, diſponit, bona fideicõmiſſo ſubiecta poſſe alienari pro reſtituenda dote, & ſoluendo dotis augmento, ſiue arris debitis ratione virginitatis.

13 Pater filiam dotare tenetur, & filio vxorem dare, & pro eo facere donationem propter nuptias, & bona obligare pro dotis reſtitutione, & hæc obligatio patris inhæret eius bonis, & cũ eis tranſit in quemcũque bonorum poſſeſſorem.

14 Bona fideicommiſſo ſubiecta poſſunt alienari, pro ſoluendo ære alieno teſtatoris.

15 Alienabilis ſi ſit res fideicommiſſo ſubiecta ex cauſa dotis, remanet perpetuo alienabilis.

16 Dos conſtituta á muliere ex bonis fideicommiſsi, ea mortua poſt mariti obitum, tranſit ad hæredes extraneos ipſius mulieris, & non eſt reſtituenda fideicommiſſario.

17 Alienata ex cauſa reſtitutionis dotis non veniunt in reſtitutione fideicommiſsi, quanuis alio titulo peruenerint ad fideicommiſſo grauatum, & ita fuit deciſum in Regia Audientia, infra num. 30.

18 Grauatus ſi rem fideicommiſſariã alienat pro dote filiæ, & illam poſtea reemit, & poſsidet tẽpore euenientis caſus fideicommiſsi, quia ex nouo titulo eam poſsidet, non venit in reſtitutione.

19 Vxor, ſi rem fideicommiſſo ſubiectam

Et ex cauſa reſtitutionis dotis, bona fide, & iuſto pretio adquiſiuit, quamuis pretium à fideicõmiſſario offeratur, nõ tenetur eam reſtituere.
20 *Fideicõmiſſo ſubiecta alienata in vxorẽ ex cauſa reſtitutionis dotis recepta per grauatũ non reddũt ad fideicõmiſſum, ſecus quando ex cauſa conſtitutionis dotis, ſi dotata abſque liberis decedat iuxta forũ, & ratio diuerſitatis redditur, nu. 21.*
25 *Bart. in l. ſi cõſtante in princ. n. 53. ff. ſolut. matrim. declaratur.*
27 *Emptor rei fideicommiſſo ſubiectæ alienatæ ex cauſa dotis, iuſto pretio, & bona fide, tutus eſt, nec poteſt ab eo reiuendicari per fideicommiſſarium quamuis pretium illius ei ſoluere velit.*
28 *Datio in ſolutum vicem obtinet emptionis.*

1 MIchaël Noya notarius cum ſuo vltimo teſtamento, de quo fuit rogatus Marcus Pinos notarius die 9. Iulij 1529. & publicato die 2. Decembris 1530. inſtituit hæredem ſuum vniuerſalem Michaëlẽ Hieronymum Noya eius filium, grauãdo eum, ſi abſq; liberis moreretur, reſtituere hæreditatẽ abſque detractione aliqua legitimæ falcidiæ, & trebellianicæ, Hoſpitali generali ciuitatis Valentiæ, & Monaſterio ordinis Sancti Franciſci, cõſtructo extra mœnia Vrbis, ſub inuocatione Beatiſsimæ Virginis MARIÆ de IESVS, dictus Michaël Hieronymus Noya, inſtrumento inſolutum dationis, ſeu reſtitutionis dotis, confecto apud Petrum Baro notarium die 28. Ianuarij 1569. pro executione ſententiæ latæ per iudicem ordinarium, ſiue Iuſtitiam in ciuilibus Vrbis die 20. eiuſdem menſis Ianuarij, cum qua fuerat condemnatus reſtituere, cõſtante matrimonio, dotẽ Angelæ Garcia eius vxori, pro ſoluendis eidem illis viginti mille ſolidis monetæ Valẽtinæ, quos, nuptialibus inſtrumentis per Iacobum Iordà notarium receptis, die 21. Iunij 1559. recepit, ſeu partem illorum; tranſtulit, vendidit, & tranſportauit præfatæ Angelæ Garcia, conſtante matrimonio, domum quandam in dicto fideicommiſſo recadentem, ad iectis in dicto inſtrumento clauſulis tranſlationis dominij, & poſt aliquod tẽpus dicta Angela Garcia deceſsit, hærede relicto dicto Michaële Hieronymo Noya, qui tandem obijt abſque liberis, hærede relicto Clero Eccleſiæ Parochialis Sancti Michaëlis ciuitatis Valẽtiæ, qui ingreſſus fuit poſſeſſionem dictæ domus, quam iure fideicõmiſsi adiudicari petunt Syndici Hoſpitalis generalis, & Monaſterij de IESVS, dictus autem Clerus, excipiendo, dixit, dictam domum pro dote reſtituenda alienatam fuiſſe ab onere fideicommiſsi liberatam, & ita potuiſſe libere de ea diſponere dictum Michaelem Hieronymum Noya, à quo dictus Clerus cauſam habet.

Primò,

2 Primò, dictam domũ in fideicõmiſſo recadere dicebãt actores ex eo, quòd licet fuerit, conſtante matrimonio, inſolutum data pro reſtitutione dotis, non tamen fuit illius dominium translatum in vxorem; quia quando dos, conſtante matrimonio, vxori reſtituitur, nõ eſt vera reſtitutio, ſed aſſecuratio, l. vbi adhuc 29. C. de iure dotium in finalibus verbis, ibi: *Ipſis etiam marito & vxore poſt matrimonij diſſolutionẽ ſuper dote & ante nuptias donatione pro dotalium inſtrumentorum tenore integro ſuo iure potituris*, tenet gloſ. in l. ſi conſtante in princ. in verbo, *mariti*, propè finem ff. ſoluto matrimonio, in illis verbis: *Item nec eſt hic caſus reddẽdæ dotis omnino, cum adhuc ſeruiat oneribus matrimonij*, & Barbo. ibi num. 53. in verſ. Vlterius quæritur refert Bart. ibi num. 53. exiſtimantem, propriam non eſſe reſtitutionem, cum fructus adhuc ſint obligati oneribus matrimonij, d. l. vbi adhuc, ad quæ non eſſent obligati, ſi vera, & propria eſſet reſtitutio, & idem tenet Bart. in l. ſi quis ſic num. 1. & ibi Paulus num. 4. ff. eod. Imol. conſ. 100. à nu. 1. Riminald. conſ. 599. n. 1. lib. 3. conſiliorũ, Alciatus reſponſo 303. nu. 1. Gozadin. conſ. 42. num. 14. Grammat. deciſ. 92. Capic. deciſ. 46. num. 2. Palac. Rubeus in repetitione cap. per veſtras §. 21. num. 13. fol. mihi 159. & alij, quos refert Octauianus deciſ. 145. num. .& latè comprobat Crotus in d. l. ſi conſtante, 2. lectura à num. 112. Antonius Nata conſ. 81. à nu. 3. lib. 1. conſiliorum: Magis ergo videtur quædã ſequeſtratio dotis, quæ fit in manibus vxoris, vt ſecura ſit de ſua dote, Iaſſ. in d. l. ſi cõſtante n. 118. vel eſt prouiſio quædam inducta per legem in fauorem conſeruandi dotem, & vt onera matrimonij facilius ſupportarentur, Cacher. deciſ. 135. num. 9. & ſuperioribus relatis, hanc dicit veriorem, & magis communem ſententiam Barboſa in d. l. ſi cõſtante in prin. num. 54. pag. 531. & præter ſupradictos eandem opinionem tenuit Conſilium Neapolitanum, teſte Matthæo de Afflictis, deciſ. 99. num. 2. verſ. Sacrum Conſilium, vbi ait, bis fuiſſe pronuntiatum, nõ habere locum ius offerendi: quia quãdo dos reſtituitur cõſtante matrimonio, à viro vergẽte ad inopiam, dicta aſſecuratio non eſt vera reſtitutio dotis, & Hieronymus Magonius deciſ. Florenti. 125. num. 3. & deciſ. Lucen. 55. Marius Giurba deciſ. 16. nu. 5. qui alios plures refert, Gaſpar Theſaur. qq. Foren. lib. 2. q. 65. num. 7. & 8. D. Garcia Maſtril. deciſ. 151. lib. 2. & hæc opinio probari videtur de iure noſtri Valentiæ Regni in foro 16. ſolut.
3 matrim. vbi dicitur, quòd ſi maritus ſit factus pauper, vel malè vtatur ſubſtantia ſua, poteſt vxor petere dotem, & donationem propter nuptias, & debet ex fructibus

Digitized by Google

bus alere ſe ipſam, maritũ, & filios communes, & debet conſeruare, ſeu cuſtodire dotem, & donationẽ
4 propter nuptiis, & idem fuit deciſum cum ſententia lata in Regia Audientia in fauorem Benedicti Salaya ciuis, publicata per Franciſcum Paulum Alreus die 23. Nouembris 1588. Cuius verba retuli deciſio. 118. nu. 3. ad finem. Ex quibus in occurrenti caſu concludendum eſt, dominium dictæ domus non fuiſſe translatum in vxorẽ, & ita recadere in fideicõmiſſo.
5 Secundò: nam cum dictus Michaël Hieronymus Noya primus hæres fideicommiſſo grauatus, dictam domum in fideicommiſſo recadentem adquiſierit, tãquam hæres dictæ vxoris ſuæ, eam reſtituere tenetur ita Pereg. de fideicom. artic. 42. num. 22. vbi poſtquam dixit, quòd ſi grauatus alienat rem fideicommiſſariam pro dote filiæ, & illam poſtea redemit, & poſsidet tempore mortis ſuæ, & euenientis caſus fideicõmiſsi, hoc caſu, quia ex nouo titulo poſsidet, videtur, quòd non veniat in reſtitutione; ſubiungit hęc verba: *Ego autem cõtra ſentio, & ſic ſemper ſenty: nã fauore dotium conſtituẽdarum, cum filius, aut filia à patre per fideicommiſſum vniuerſale grauantur, interpretatio ſũmitur, vt videatur grauatus reſtituere, quod ſuper erit tempore mortis*, & notarũt Bart. Paul. Alex. & Raphaël Cumanus ibi, quos refert, & ſequitur Pereg. vbi ſupra n. 20. & grauatus de reſtituendo id, quod ſuper erit, ſi alienat aliquam rem fideicõmiſsi, & eam poſtea readquirit, venit in fideicommiſsi reſtitutione; vt docet Bart. in l. Imper. 72. §. fi. n. 2. poſt medium verſ. aut ſcribat ſe grauatum, de leg. 2. & in l. Titius 54. n. 2. ad Trebell. Ergo ſi grauatus rem, quam ob dotis reſtitutionem alienauit, adquiſierit, tenetur eam fideicõmiſſario reſtituere.
6 Pro qua ſentẽtia facit l. Socius pro filia 81. ff. pro Socio, ibi: *Caterum ſi numeratã dotem pater, defuncta in matrimonio filia, recuperaſſet, reddi pecuniam ſocietati debuiſſe, pactum ex æquitate ſic nobis interpretantibus*; ergo pariter dicendum eſt in caſu noſtro, quòd cum dicta domus fideicommiſſo ſubiecta in ſubſidiũ fuerit ex cauſa dotis alienata, & ea reuerſa fuerit ad grauatum, vxore mortua ſine liberis, debet fideicõmiſſario reſtitui.
7 Præterea in noſtro Valẽtiæ Regno, hæc opinio approbari videtur in foro 7. de heredibus inſtituẽdis, in finalibus verbis, vbi diſponitur, quod licet bona fideicõmiſſo ſubiecta poſsint per filiam fideicõmiſſo grauatam in dotem cõſtitui, & remaneãt libera à fideicõmiſſo: tamẽ ſi dicta filia decedit ſine filijs ex legitimo matrimonio, fideicõmiſſum durat in dictis bonis, quæ ſunt vltra legitimam, & dixi in deciſ. 37. præſertim n. 13. 16. & 18.
8 Denique, quãdo fideicommiſſarius pro reſtitutione dotis alienauit in ſubſidium bona fideicommiſſo ſubiecta, bonis liberis

I ſuper-

ſuperuiuentibus, & tenetur de illis fideicómiſſario ſatisfacere, vt in terminis inquit Ruin.cóſ. 137. n.19.vol.2. quia,inquit,cum ſatiſfeceritvxori creditrici de eo,quod ad alium erat peruẽturũ, quanuis non eſſet tunc ſoluendo,tamen ex hoc commodum capit,l. Neſennius §.fin.ff.ad l.falcidiã,ideo quatenus ex tali datione in ſolutum ſentit commodum,& factus eſt locupletior, ſi illi poſtea ſuperuenerunt alia bona,debet de illis ſatiſfacere ex æquitate l. ſi me & Titiũ ff.ſi certum petatur, quæ etiam habet locum,quando ex re mihi debita factus eſt alius locupletior,& ideo Bart.in l.ex diuerſo in princ. de reiuindica.vult, quod bonæ fidei poſſeſſor,qui fructus induſtria les facit ſuos,vt ibi notatur,illis etiam conſumptis, teneatur,quatenus eſt factus locupletior per dictam legem,ſi me & Titium,& idẽ voluit Petrus in l.certum C.de rei uendica.quando ageretur iudicio vniuerſali,puta petitione hæreditatis.quia æſtimatio rerũ ſuccedit loco fructuum, & idem tenet etiã Ang.& Imol.in l. Neſennius §.r. ff. de re iudica. Idem ergo in caſu noſtro,vt ſcilicet bona quæſita poſtea ſuccedant loco rerũ, quæ ſubiacebãt fideicommiſſo vniuerſali, & quæ,iure permittente,potuerũt alienari,quia iſto caſu ſumus in vniuerſalibus,l.Imperator §.fin. de leg.2.Hactenus Ruin.quem ſequũtur Petra de fideicommiſ. quæſt. 8.num.4.& Pereg.de fidecommiſ. artic.42. num.70. Gregorius Lopez in l.6.tit.11.par.6.gloſ.in verbo, *que no la pudieſſe vender*, quem refert,& ſequi videtur Molina de Hiſpan primog.lib.4. c.7.n.16.

Sed,his non obſtantibus, contrarium fuit deciſum, nimirum dictam domum liberam remanſiſſe ab onere dicti fideicommiſsi,& in eo non recadere.

9 Primo,nam per dationem in ſolutum dotis fuit translatum dominium dictæ domus in dictam Angelam Garcia, & de Noya vxorẽ grauati, quando enim domus fuit dicto titulo invxorẽ translata,fuit vera dotis reſtitutio,vt probat Roman.in l.ſi conſtante nu. 12. ff.ſolut.mat.& in conſ. 392. à num.2. & ibi apoſtilla Mandoſij, & hanc opinionem tanquam veriorem ſequitur Rip.in d.l.ſi cõſtante n.95. & in rub.ff.ſol. mat. n.27.Burſat. conſ. 120.num.35. lib.1. qui allegat ita tenentem Decium conſ.45. nu.4.& dicit,ita fuiſſe iudicatum, Cumanus conſ.93. nu.2. & ex dicta dotis reſtitutione fuit in vxorẽ translatum dominiũ,vt ait Barbo. in d.l.ſi cõſtãte in princ.34.vbi inquit, quod ex diſpoſitione l.ſi rẽbus 30.C.de iure dotium,etiã dominium cenſetur translatum in ipſam mulierẽ,nam prædicta lex,inquit Barboſa, etiam locum habet in hac reſtitutione, quæ fit, conſtante matrimonio, propter inopiam,Bart.in d.l. ſi conſtante nũmer. 70. & 92.& aſſerit receptum Crotus in 1.lectura num.89. Ruinus

nus 161. num. 31. Campecius de dote 3. par. quæſt. 95. Socin. conſ. 61. num. 2. lib. 1. & quanuis contrarium nitatur probare Nouellus de dote 8. part. priuileg. 6. numer. 14. & pro conſtanti teneat Goza. conſil. 42. num. 15. tamen defendendo communē, eius argumentis ſatisfacit Crot. in d. l. ſi conſtāte in 2. lectura num. 130. quos refert Barboſa dicto num. 34. & iuxta hāc opinionem fuit iudicatum in Regia Audientia, ſententia lata cum votis ſacri ſupremi Regij Conſilij in fauorem Don Ioſephi de Proxita Comitis de Almenara publicata per FranciſcūPaulūAlreus die 17. Septē. 1596. cuius verba releuti in mea deci. 118. n. 4. li.

10 Nec obſtat l. vbi adhuc C. de iure dotium, nam vt inquit Barboſa in d. l. ſi conſtante in princp. num. 33. ad finem in verſ. quod aut mulier, ſi mulier per hypothecariam petit dotem: *Conſtante matrimonio iuxta terminos dictæ legis, vbi adhuc cum ſola auocetur poſſeſſio non eſt vera dotis reſtitutio, & in his terminus loquuntur DD. allegati ſupra num. 2 ſecus tamen eſt quando dos ſoluitur, & ex cauſa reſtitucionis dotis conſtante matrimonio res in ſolutum datur tunc vero dominiū trāsfertur maximè iuxta clauſulas inſtrumēti in ſolutū dationis, quæ inducunt tranſlationē dominij.*

11 Secundò, nam bona fideicommiſſo ſubiecta alienari poſſunt ex cauſa dotis auth. res quæ C. communia de leg. quæ locum habet, ne dum in conſtitutione dotis, ſed etiam in reſtitutione, vt inquit, Theſaurus deciſ. 151. num. 3. vbi hanc dicit communem opinionem, & iuxta eam fuiſſe iudicatum in Senatu latè probat Don Nicolaus Intriglio. de ſubſtitutionibus centur. 3. quæſt. 73. num. 340. vbi inquit, bona fideicommiſsi poſſe alienari ex cauſa dotis reſtituendæ ſiue dos fuiſſe data ante grauamen ſiue poſt Surd. deciſ. 62. num. 1. & 2. vbi teſtatur communem opinionem, Milanenſ. deciſ. 7. nu. 43. par. 1. Menoch. lib. 4. præſump. part. .. præſump. 190. num. 1. vbi teſtatur hanc eſſe receptam interpretum ſententiam Molina lib. 4. de Hiſp. primog. lib. 4. cap. 6. numer. 2. & 3. vbi dicit communem, & plures alios etiam dicentes communem allegat Intriglio. dicto num. 340. & ita fuit deciſum in Rota Romana, vt inquit, Serap. deci. 678. n. 4. ver. his tamē pa. 1. pag. 397. & de iure

12 noſtri Regni probat in foro finali in ver. empero ſi la legitima, de heredibus inſtituēdis, vbi diſponitur bona fideicōmiſſo ſubiecta poſſe alienari pro reſtituēda dote, & ſoluēdo dotis augmēto, ſiue arris de bitis ratione virginitatis, & rationē reddit Sur. dec. 62. n. 15. ver. ſecūda principali, & n. 19. verſ. hinc oritur eū ſeq. quia ſicut pater filiā dotare tenetur, ita etiā filio vxorē dare, & pro eo fauore donationē

13 propter nuptias & bona obligare pro dotis reſtitutione, & hæc obligatio patris in hæret eius bonis & cum eis tranſit inquecūq; bonorū

 poſſeſ-

poſſeſſorem,& ita dotis reſtitutio à filio facienda habetur pro ære alieno fideicommiſsi inſtitutoris,
14 & bona fideicommiſſo ſubiecta pro ſoluendo ære alieno teſtatoris alienari poſſunt l.Peto §.Prædium deleg.2.
15 Cum igitur dicta Domus ex cauſa reſtitutionis dotis legitimè fuerit alienata remanet libera à fideicommiſſo.Nam quando fit alienabilis ex cauſa dotis remanet perpetuo alienabilis,ita tenet Accurtius in d.authen.res quæ in verbo obligationem ſequutus Vgonem quem ibi allegat ſequitur Bart.ibidem num. 8. & dicit probari in l. Pater filium 54.in princip.ff. ad l. falcid.& in l. mulier §.cum proponeretur & in l.à filia in princip. ff. ad Trebell.& allegat ita tenentes Mart.Syl.Iacob.Cyn.& quaſi omnes in d.authen.res quæ eandem & iam opinionem ibidem tenuerunt Paul.num.5.Bald. Ang. Sali. & Iaſ. Curt.ibidem in.22. dubitatione, & hanc ſententiam omnes tenere dicit ibi Corn. 2.col. verſ. nota ergo,eandem ſequitur Crau. conſil.186.num. 14. & Molina de Hiſpan.primog. lib.4.cap.7.num. 13.poſt medium & eod.lib.4.cap. 1.num.31.& 37.Surd.deciſ.9. nu. 10.& Don Nicolaus Intriglio. de ſubſtitutio Centur.3.q.73. nume. 332.inquit,quòd dos conſtituta à
16 muliere ex bonis fideicommiſsi, ea mortua poſt mariti obitum, tráſibit ad hæredes extraneos ipſius mulieris non autem erit reſtituenda fideicommiſſario Menoch. d. præſump.189.n.183 glo. in auth. de reſtit.vbi etiam Ang.col.1.verſ. ſed tunc quæro Paul.de Caſtr.Iaſ. & Curt.iun.in d.auth.res quæ iſſe n.12.iſte num.32.verſ.16.extende hic n.48.Molina li.2.de Hiſp. primog.cap.15.n.10.in fi. Monemur primo per text.l.mulier §.cũ proponeretur ff.ad Trebel.vbi res quę dotis conſtituendæ cauſæ alienatur,cenſentur à teſtatore extra fideicommiſſum poſitæ,vnde ſi non dicuntur ex bonis fideicommiſsi, non erunt fideicommiſſario reſtituendæ.Secundo,quia dare in dotem eſt alienare l.ſicut §.ſi promiſerit ff.quib.mod.pignus, vel hypotheca ſoluat.l.1.§.in alienatione ff.quando actio de pecul. & annal. lege ſi iuſſum §. 1. ff. de liberat. cauſa & habetur pro donatione l. vltim. §. 1. C. de donatio. ante nup. l. ſi fraudatur §. ſi à Socero in fin.ff.quæ in frauda. crede. & iura quæ dicunt bona fideicommiſsi dari in dotem poſſe, intelliguntur ad perpetuam fideicommiſſarij excluſionem, adeo quod ſi tempore euenientis caſus fideicommiſsi fuerint reuerſa ad grauatum non reſtituentur fideicommiſſarijs, vt poſt Vgol. Pet. Cyn. Bart. Fulgo. & Bald. Corn.conſil.3.num.4. lib. 3. dicit Phanuc.de Phan.in tract.de lucro dot.gloſ.10.à num.62. tom.9.tracta. nouiſsim.fol. 442. pag. 2.vbi alijs etiam relatis hanc dicit communem.

Dicta

48 *Legibus factis cum conſilio Procerum Princeps non cenſetur derogare contra eas reſcribendo niſi de illis expreſſam mentionem faciat, vel cum clauſula non obſtantibus.*

CASVS.

VENIAM ætatis concedere ſolet Imperator, vel Rex in ſuo Regno adoleſcentibus maſculis, qui habent viginti annos, fœminis vero quando habent decem, & octo l. 2. cap. de his qui veniam ætatis, cuius verba ſunt. Omnes adoleſcentes, qui honeſtate morum prædicti paternam ſtirpem vel auorum patrimonia gubernare cupiunt, & ſuper hoc Imperiali auxilio indigere experit: ita Demum ætatis veniam impetrare audeant, cum vicesſimi anni metas impleuerint, ita vt poſt impetratam ætatis veniam idem ipſi per ſe principali beneficium allegantes non ſolum per ſcripturam annorum numerum probent, ſed etiam teſtibus idoneis aduocatis, morum ſuorum inſtituta probitatemque animi & teſtimonium vitæ honeſtioris edoceant: fœminas quoque quas morum honeſtas mentiſque ſolertia commendat cum octauum, decimum annum ægreſſæ fuerint, veniam ætatis impetrare ſancimus, quod procedit de iure Cæſareo quo attento maiores dicuntur, qui habent viginti quinque annos vt tradit Antonius Gomez tomo 2. variarum reſol. cap. 14. numer. de reſtitutione minorum num. 12. vbi ponit praxim obſeruatam Caſtellæ in Regno tamen Valentiæ maiores dicuntur, qui habent viginti annos lege tamen ſiue foro eiuſdem Regni diſpoſitum eſt, ne Rex poſsit concedere veniam ætatis minoribus viginti annis.

Euenit caſus, quod dominus noſter Rex conceſsit veniam ætatis Domnę Agneti Sancho & de Cardoa vxori Don Franciſci de Cardona de plenitudi-

ne

næ poteſtatis cum ſuo regio priuilegio dato Matriti die 16. Setembris 1607. in quo fuerant oppoſitæ hæ clauſulæ de noſtra certa ſcientia regiaque authoritate delibe ratæ, & conſulto tibi eidem Dom næ Agneti de Sancho & de Cardona ætatis tuæ ſuplentes defectus veniam licentiam permiſſum, & facultatem dictum patrimonium, & bona tua regendi & gubernãdi cõcedimus indulgemus, & elargimur & ſuper illa tecum de noſtræ Regiæ poteſtatis plenitudine legibus abſoluta diſpenſamus, & inferius plenariam facultatem tibi impartimur, quod deffectu ætatis huiuſmodi minime obſtante poſsis dictum patrimonium, & bona tua regere gubernare, & adminiſtrare, & aliàs quomodolibet de eiſdẽ ad tuę libitum volũtatis diſponere, & ordinare &c. & inferius pro vt quilibet pater familiàs, vel maior viginti annorũ, aut à poteſtate curatorũ venia per Regem vel Principẽ cõceſſa, liberatus, facere, poteſt, quibuſuis legibus, foris, iuribus, conſtitutionibus, pragmaticis, & conſuetudinibus, aliiſque in contrarium facientibus, non obſtantibus vllo modo. Dõ Franciſcus de Cardona maritus, & procurator dictæ Dominæ Agnetis Sancho dictum priuilegium exibuit in Regia Audientia, & petijt, vt pro executione illius mandaretur Cipioni Roca militi eius curatori, vt ei redderet rationes dictæ Curæ, & pariter iuberetur quibuſcu que, vt eam pro maiori reputarunt, & dubitatum fuit an hoc prouideri, & mandari poſſet per Regiam Audientiam.

3 Prima fronte videtur non poſſe, quia iuxta forum 8. de reſtitutione minorum ſi minor à domino Rege veniam ætatis inpetrauerit reſcriptum eſt nullum, vt dicit expreſſe his verbis: *Si algun menor de vintanys demanara perdo de edad. ſo es, à ſaber q̃ ſie pres per maior de vintanys per reſcrit, oper otorgamens no aja valor anſia pres tota via per menor tro aja vintanys*. Et ita dictum priuilegium, ſiue reſcriptum cum quo fuerat conceſſa venia ætatis tanquam nullum non debebat o-

4 xequi, quia contra ius foro 2. in rub. ſi contra ius aliq. im p fol. 58. pag. 2. ibi: *Los reſcritos, o, las cartas q̃ ſerã impetradas o acaptades cõtra dret manã à tots los noſtres iujes qui no les reban ni las obeeſquen.* Priuileg. 146. Iacob. 2. fol. 71. ibi: *Ex parte iuratorum, & proborum hominum ciuitatis Valentiæ fuit nobis humiliter intimatũ quod licet foro Valẽtiæ cõtineatur quod ſi reſcripta, vel cartæ impetratæ, & obtenta contra ius vel forum per aliquos fuerint, quod noſtri iudices illa nõ recipiãt, nec eis obediã tamẽ nos ple. ũ. p. propter importuni tamen petentium reſcripta, ſeu cartas, vt aſſeritur conceſsimus & concedimus contra ius, vel forum prædictũ in dictorũ proborũ hominum diſpẽdiũ, & iacturã quo circa ad ſupplicationẽ pro parte ipſorũ nobis exibitã valẽtes prout cõgruit ac tenemur dictũ forũ illibatum ſeruare vobis dicimus,*

& percipiendo mandamus, quatenus di ctum forum & contenta in eo, in conuiſſe ſeruetis & ſeruari faciatis, uſu contrario ac mandatis quibuſuis in contrarium obſeruato & factis & facien dis minime obſiſtenti lus.

5 Secundò, nam dominus noſter Rex in principio ſui reginiinis nō ſolum iurauit iura Regni ſui & ho norem coronæ illibata ſeruare, iux ta tex. in c. intellecto 33. in §. quia de iure iur. ſed etiam ſeruare foros

6 & priuilegia Regni quod Rex Valentiæ facere ſolet vt dicit Valentinus noſter Belluga in Speculo Princip. rub. 9. de iur. per Princi. fac. ante numer. 1. ſed etiam de nouo in curijs celebratis Valentiæ anno 1604. de nouo iurauit ad ſupplicationem Brachiorum Regni ſeruare dictos foros quod iuramentum vt inquit Belluga vbi ſupra num. 3. ad medium ſolet præ ſtari in initio curiæ vt Princeps il

7 lud habeat in recēti memoria quoniam de factis antiquis homo obliuiſcitur ff. de acq. poſ. l. Peregre & magis rubor & verecundia eſſet principi ſuper iuraret nouiter facto iuramento quàm pro priori antiquo & quia habet intendere in reuocandis foris factis contra foros in dicta curia, & quia ſic prædicauit antiquitas, & minime ſunt mutanda quàm longam conſuetudinem habuerunt ff. de legib. l. minime & mos reliquendus eſt antiquiſsimæ vetuſtati C. de teſt. l. teſtamenta & vt inquit Seraphin. de Priuileg. iur. pri. 146. num. 1. & 5. licet Princeps non ligatur ſuis legibus l. Princeps ff. de leg. l. digna

8 vox C. eod. tamen ſi lex vel conſtitutio cū iuramento ſuper illius obſeruantia fuerit promulgata nō poterit contrauenire, & contra illam diſpenſare, vt per Anton. de Petru. in repe. l. 1. verſ. quinquageſimus ſeptimus effectus num. 309. de iure iur. cum nō poſsit ſe ipſum abſoluere a ſuo iuramento vt ibi per eum, & quòd Princeps velut Imperator obligetur ſuo iuramento probatur in cap. Regum in cap. debet in cap. non ſolum & c. ſunt quædā 23. quæſt. 5. in quibus pro-

9 batur quod tenetur punire delinquentes vigore iuramenti præſtiti in eius coronatione de quo in ca. ego & ibi Abbas de iure iur.

10 Tertio, leges pactionatæ ligant ſucceſſorem, ſed fori Regis Iacobi Primi ſunt leges pactionatæ, ergo Reges ſucceſſores eis ligantur, & per cōſequens dominus noſter Rex non poteſt contrauenire diſpoſitioni fori 8. de reſt. minor. de quo ſupra num. 2. maiorem illam propoſitionem leges pactionatæ ligant ſucceſſorem probat Belluga in Specul. rub. 1. de inuentione curiæ num. 2. in fin. cum talis inquit lex, & contractus habeat iuſtitiam naturalem qua Princeps, & ſucceſſor obligatur vt in cap. 1. de prob. & notatur cond. in debiti l. in ſumma & Bald. in d. l. digna vox allegat gloſ. in authen. de deffenſoribus ciuitatum §. nulla colum. 3. idem ibi Cyn. & Guy. de ſuſa. allegat

allegat l. penultimam C. de dona. inter vir. & vxor. & hoc habet commiunis Schola Legiſtarum, & habent hoc pro euangelio, quod lex quæ tranſit in contractum efficitur irreuocabilis quare concenſerunt qui læduntur quam quo ad ſubditos quàm ad extraneos & hoc firmat Bart. tam in l. prima C. de ſum. Trinitate quàm in l. omnes populi ff. de iuſt. & iur. & han regulam
11 Legiſtarum firmant etiam Canoniſtæ Inno. in cap. nouit. extra. de. iudic. notatur de regular. in omnib⁹ cap. conſtitutus de ordi. cog. cap. dilectus & Archidiac. in cap. quicunq; 11. q. 1. cap. licet canon de electio. hactenus Belluga & latè multis relitis Matien. ſuper 5. lib. recop. tit. 10. l. 3. gloſ. 2. num. 5. minor illa propoſitio fori Regis Iacobi I. ſunt leges pationatæ, & factæ in curijs probatur ex eo quod legitur in prohœmio fororum fo. 1. col. 3. ad finem conditas fuiſſe cũ voluntate, & conſilio Prælatorum virorum nobilium, & proborum hominum ciuitatum; ergo ligant Reges ſucceſſores.

12 Sed his non obſtantibus fuit deciſum dicta Regiam mandata fore exequenda & dictum Scipionem Roca curatorem condemnauimus ad rreddendum rationem adminiſtrationis dictæ Domnæ Agneti Sancho vti habenti legitimam ætatem ex diſpenſatione Regia.

Primò, quia forus 8. in rub. de teſti. minor. fuit conditus à Rege Iacobo I. Regni Valentiæ expugnatore, qui non potuit ligare alios Reges ſucceſſores in Regne l. Princeps 31. ff. de leg. ibi Princeps legibus ſolutus eſt cap. fin. de reſcrip. in 6. clem. 2. de electio rationem reddit Oliba poſt alios quos allegat in viatico alium nanquam de iure Fiſci cap. 3. nu. 8. quia par in parem non habet Imperium, & Princeps non poteſt regalia cõcedere in præiudicium ſucceſſorũ qui ſicut non poteſt iura eorũ ſubuertere ita nec minuere Bald. in tit. de pace conſtantiæ §. amplius nu. 2. in vſib. feud. quod declarat Nat. conſ. 122. nu. 9. lib. 1. dicens quod ſi Princeps prædeceſſor concederet legem, vel ſtatueret, & iuriſdictionem exerceret non poſſet ſibi ipſi nec etiam ſucceſſoribus præcipere, & legem imponere quominus poſſet ab ea diſcedere refert & ſequitur Don Garcia Maſtril. de magiſtrat. lib. cap. 18. numer. 29. &
13 ita non potuit Rex Iacob. auferre Regibus ſucceſſoribus hanc regaliam concedendi veniã ætatis quæ ſoli principi competit l. 2. C. de his qui veniam ætatis ibi, & ſuper
14 hoc imperiali auxilio indigere ceperint Calicius in Marga. Fiſci 8. rub. prærogatiua 14. & eſt de primo gradu mixti imperij ſecundũ Bart. in l. imperium num. 17. ff. de iuriſdictio. omni. iudic. Maſtril. de Magiſtra. lib. 5. cap. 6. num. 269 & 270. & ita poteſt Rex ſucceſſor reuocare dictam legem ſiue forum
15 cum de natura legis reuocatio illius ſit ad Princepis nutum, vt in

cap. 1. de conſti. lib. 6. & notatur
16 in l. digna vox C. de legib. & de iure Princeps poteſt ſupra ius diſpenſare, vt dicit ad litteram tex. in c. propoſuit de conceſ. præbendæ & ita dominus noſter Rex benè potuit de rogare, & derogauit diſpoſitioni dicti fori 8. quàuis enim
17 vt inquit Belluga in ſpecu. Princip. rub. 2. num. 2. ſi lex eſt pactionata, & tranſiuit in contractum ligatur Princeps, & eius ſucceſſor tamen quando non eſt pactionata poteſt ei contrauenire. Dictus autem forus 8. non fuit factus in curijs neque in vim contractus, ſed in vim legis à Rege expugnatore, & ita rectè potuit per ſucceſſionē ni Regno reuocari.

18 Secundò, nam licet dominus noſter Rex iurauerit ſeruare foros, & priuilegia Regni, non tamē propter hoc à ſe abdicauit poteſtatē legem reuocandi, vel cum ea diſ-
19 penſandi, iuramentum enim intelligitur ſecundum naturam principalis obligationis l. fin. C. de non num. pecun. ibi: *Indubitati iuris, eſt non numeratæ pecuniæ exceptionem locum habere, & in talibus nominibus, & fœnaritijs vel alijs cautionibus, quæ etiam Sacramenti haberet mentionem*, Deciſ. Rotæ Rom. 1;8. num. 3. par. 1. nouiſsimarum fol. 51. cap. 2. incipienti peruenit cap. quemadmodum 25. extra de iure iur. ibi: *Eam dimittere poteſt non obſtante hu-*
20 *iuſmodi iuramento quoniam in eo talis erat ſub intelligenda conditio ſi videlicet in legem coniugij illa non peccaret.*

Ita etiam quanuis dictus forus 8. de reſti. minor. diſponat, quod ſi minor à domino Rege veniam ætatis impetrauerit, quod talis conceſſio non valeat hoc intelligendum eſt, niſi Princeps de plenitudine poteſtatis in hoc caſu diſpenſauerit, vtendo facultate ſibi conceſſa diſponendi ſupra ius poſitiuum.

21 Tertiò, Princeps ius poſitiuum de plenitudine poteſtatis tollere poteſt, hoc enim ineſt ex natura ipſius legis, & poteſtatis ſupremæ Princeps vt poſsit illam reuocare quando ſtat in puris terminis legis, & non tranſiuit in contractum, & poſsit etiam diſpenſare de plenitudine poteſtatis, non obſtante tali lege cap. propoſuit 4. §. licet autē extra de conceſ. præbend. ibi: *Qui ſecundum plenitudinem poteſtatis de iure poſſumus ſupra ius diſpenſare.* In caſu autem noſtro dominus Rex diſpenſauit cum d. Domnæ Agnetæ Sancho ei concedendo veniam ætatis ex certa ſcientia, & de pote-
22 ſtatis plenitudine, qua vtuntur Papa, Imperatores, Reges, & Principes non recognoſcentes ſuperiorem, quanuis populus Romanus numquam ea fuerit vſus, vti Bald.
23 inquit in tit. de pace conſtat. in gl. non obſtante Iaſ. apud Brun. conſ. 8. num. 50. Pereg. de fideicommiſ. art. 52. num. 123. qui num. 118. benè conſiderat in Principe duplicē eſſe poteſtatem alteram ordinariā vt ſecundum leges viuat, & legibus ſubijciatur l. digna vox C. de legibus, alteram in ordinatam, & abſo-

Digitized by Google

abſolutam, ſecundum quam Prin-
ceps eſt ſupra leges, nec legibus
24 ſubijcitur l. Princeps ff. de leg. l. 1.
ff. de conſt. Princ. §. ſed quod prin
cipi inſti. de iure nat. & de hac du
25 plici poteſtate tradiderunt Bald.
Ang. Paul. Raph. Corn. & Iaſ. in d.
l. ſi teſtamentum C. de teſtam. Sed
clarius declarauit Cur. iunior con
ſil. 1. num. 19. 15. num. 14. & 174.
num. 8. Alb. Brun. conſ. 1. num. 38.
& latiſsimè Petrus Anton. de Pe-
tra. in tract. de poteſta. principis c.
2. & per totum tractatum & Caſtil
lo lib. 2. quotid. cap. 28. per totum
Maſtril. de Magiſtrat. lib. 1. ca. 18.
26 num. 23. vbi poſt Soc. quem alle-
gat conſ. 3. verſ. nam Princeps &
conſ. 7. vol. 3. ait: *Quod nõ poteſt præ
deceſſor per ſuum contractum ligare ſuc
ceſſorem quominus poſsit regalia exer-
cere, ea enim ſucceſſoribus ſeruari de-
bent vt per Ioan. Lup. in cap. per ve-
ſtras de donat. inter vir. & vx. Ro-
land. conſ. 1. num. 110. vol. 2. & conſ.
vlt. vol. 5. Montalb. in l. fori l. 8. tit.
12. lib. 3. in verſ. que diere el Rey Na
ta conſ. 122. lib. 1. Luca de Pena in l.
contra publicam C. de re milit. libr. 12.
quinimo Princeps neo per contractũ nec
alio modo poteſt concedere regalia in
præiudicium ſucceſſorum vt per Bald.
in tit. de regalibus & Aſl. in conſt. ea
quæ ad decus num 3. & hæc eſt com-
munis concluſio de qua per Doctores l.
1. C. intellecto de iur. iur. & ibi Dõ Gar
cia Maſtril. plures alios allegat.* Tũc
igitur conceſsio veniæ ætatis ſit
de regalibus vt dixi ſupra nu. 12.
nõ potuit Regi ſucceſſori auferri.

27 Quarto, quando Princeps reſ-
cribit contra propriam legem, ap
ponendo clauſulam, non obſtanti
bus legibus, cenſetur talis lex con
tra quam reſcribit derogata vt l. e-
ne probat Bart. Soc. conſ. 3. nume.
28 10. vol. 3. vbi allegat plures Docto
res Pau. Caſt. cõſ. 54. alias 55. vol.
2. docuit Bart. in l. fi. n. 4. & 5. C. ſi
contra ius vbi dicit quod ſi Prin-
ceps reſcribit contra legem & in
reſcripto dicit, non obſtante ali-
qua lege, quæ in contrariũ loque-
retur, valet reſcriptum contra le-
gem conceſſum licet non nominet
29 legem contra quam fuit reſcriptũ
obtentum, refert, & ſequitur Ant.
de But. in cap. quæ in Eccleſia um
num. 29. de conſtitutio. Gratia. diſ
cepta. foren. tom. 4. cap. 742. num.
21. in fin. & 22. vbi ait per clauſu-
lam non obſtantibus derogari iu-
ri communi & omni priuilegio
30 cum idem operetur ac ſi dictum eſ
ſet non obſtante tali lege in contra-
rium diſponente Rolan. cõſ. 6. n.
62. lib. 3. Anchar. conſ. 337. col. 2.
Iaſ. conſ. 210. col. 4. in fin. libr. 4.
Gonçal. ad reg. 8. Cãcellar. gloſ. 9.
§. 1. num. 17. Bero. conſ. 147. num.
28. lib. 3. vbi ait quod quamuis Pa
pa ſibi met poſsit certam formam
imponere in derogando, ſuæ con-
ſtitutioni vt habetur in l. humanũ
C. de legibus cum ſimilibus tamẽ
hanc formam, & legem ſucceſſori
bus imponere non poteſt quin fa-
ciendo diſpoſitionem, & prouiſio
nem contrariam. Cum clauſula il-
la generali non obſtantibus primi

legiſs

legijs ordinationibus, &c. Poſsit tollere quamlibet aliam conceſsionem & prouiſionem a ſuis prædeceſſoribus factã, vt not. volunt Paulus de Caſtr. Bald. & alij in d. l. humanum. clem. eos in fin. de ſepultu. cap. 1. de conſtitu. in 6. Bart. in l. fin. ad fin. ibique Paul. de Caſtren. C. ſi contra ius vel vtil pub. & in extrauag. ad re. primo in ver. non obſtant. & in l. 1. ff. de vulga. & pupil. & Alex. in conſil. 105. vol. 4. & licet multa eſſent obſtantia tamen Princeps ſeu papa contrariam diſpoſitionem faciendo & aliter diſponendo cenſetur omnia

32 oſtantia tollere per ſimplicem, & generalem clauſulam non obſtantibus quibuſcunque in contrariũ facientibus ad tradita per Bald. in auth. Nauigia C. de furtis, & colligitur etiam ex iſs quæ voluit Paul-

33 lus de Caſtre. in locis allegatis, & maxime in d. l. fin. C. ſi contra ius vel vtil. pub. Curt. iun. conſ. 157. num. 23. vbi ait per clauſulam, non obſtante, tenere reſcriptum principis contra ius, & ita dicit tenere

34 cõmuniter Doctores, quia inquit, quãdo apponit clauſulam nõ obſtante apparet clarè de principis quod intendit vti ſupræma poteſtate vt dicit Bald. in l. ſi teſtamentum C. de teſta. & Cæſar de Grațis decif. 115. aliàs 4. de præbend. nu. 8. ait legem generalem non habentem clauſulam derogatoriam eſſe ſublatam virtute clauſulæ non obſtantibus, & ita fuiſſe deciſum in Rota Roma. & in deciſionibus eiuſdem Rotæ recollectis per Farin. legitur nimirum in deciſ. 108. num. 5. primæ par. tom. 2. pag. 54. dicitur ex quo in breui de quo ibi Papa expreſſe diſpoſuerat portionarios teneri ad ibi contenta non obſtantibus Eccleſiæ ſtatutis conſuetudinibus, & priuilegijs per dictam clauſulam cenſebatur derogatum omnibus his quæ diſpoſitioni obſtare poſſent, & in deciſ. 192. nu. 6. tom. 1. primæ partis deciſionum eiuſdem Rotæ per Farinacium recollectarum dicitur non obſtare, quod non fuerit facta mentio de conſuetudine immemoriali

35 non admittendi vicarios, & capellanos admouiles, quia fuerat expreſſe derogatum cuicunque conſuetudini etiam immemoriali in contrarium exiſtenti ex qua derogatione reſultat ſufficiens ſcientia dictæ conſuetudinis ad hunc effectũ & refert ita deciſum fuiſſe in Rota, & Felinus in cap. nonnulli de reſcriptis num. 6. in verſ. reſpõdet poſt Aretinum in cap. 1. de reſcriptis quem allegat ita quod cũ princeps non potuerit ſibi legem imponere a qua non liceret recedere ſi vellet ſatis eſt, quod ſumus certi de voluntate Principis, quod velit derogari priori legi, ex quo

36 vult omnes leges haberi pro ſpecialiter expræſsis. Cum igitur in caſu noſtro Dominus noſter Rex conceſſerit veniam ætatis, non obſtantibus quibuſcunque legibus, & foris in contrarium facientibus, ſatisfuit derogatum diſpoſitioni dicti

dicti fori octaui de reſtitutione minorum, & ita valebit dicta veniæ ætatis conceſsio.

37 Quintò, obſeruantia ſubſequuta declarat quomodo ſit intelligendus dictus forus 8. de reſtitut. minor. nam ſi de interpretatione legis agatur in primis inſpiciendũ eſt quo iure ciuitas rectro in huiuſ

38 modi caſib9 vſa fuerit, & latè probat Ioſeph. Ludou. in ſuis communibus concluſionibus concl. 38. de obſeruantia ſubſequta, & eius aſſectu ſæpiſsimè enim ſuis obſeruatũ per Reges concedi in ciuitate, & Regno Valentiæ veniam ætatis de plenitudine poteſtatus derogando diſpoſitioni dicti fori 8. de reſti. vt fecit cũ Dõ Ioanne Viues de Cañamas militi ordinis Calatrauæ, qui fuit legatus, ſiue ambatiator ſuæ Maieſtatis in dominio Genuæ vero pro re ſiue locum tenens, & capitaneo generalis in Regno Sardiniæ. Cum Duce Maquedæ, & cum Don Ioan Sanz qui modo eſt dominus loci de Alboy filio Dõ Petri Sanz quondã Regentis in S. S. R. C. & quando fuit petita per dictum Don Ioannem venia ætatis Dominus noſter Rex conſuluit Regiam Audientiam, & fuit reſpõſum conſultationi non debere ſuã Maieſtatem dictam veniam ætatis concedere propter diſpoſitionẽ dicti fori 8. & nihilominus conceſſit, quia viſum fuit S. S. R. C. ex ſupradictis Dominum Regem nõ eſſe ad ſtrictum ad obſeruantiam dicti fori, Sed liberum ei eſſe ex gratia diſpenſare, & propter eandem cauſam in caſu noſtro dictam veniam ætatis conceſsit dictæ Dominæ Agnetis Sancho die 16. Setembris 1607. Deinde eandem veniã conceſsit Dominæ Annæ Mila de Arago & de Borja die 24. Aprilis 1608. Don Franciſco Almodouer die 14. Nouembris eiuſdem anni 1608. Don Laudomio Mercader die 6. Auguſti 16.0. Donæ Eſtephaniæ Mattheu die octauo Octobris 1611. Don Geronymo Corella die 1. Februarij 1612. D. Michaëli Saluador die 28. Octobris 1613. Ioãni de Araus die 22. Martij 1614. Arcadio Bondia & Tallada die 5. Decembris 1614. Vincentio Sebaſtiano Roſa die 9. Octobris 1615. & denique in pluribus alijs caſibus & me aſiſtente in hoc S. S. R. C. fuit in eo facta Regia prouiſio peres Petrum Nauarro Regium mãdati ſcribam die 9. Maij 1620. tenoris ſequentis.

39 Quia per in formationẽ teſtium in præſenti curia receptorum ſufficientes conſtat de idoneitate dicti Chriſtophori Onophrij Clarimunt ad regendum, & adminiſtrandũ ipſius bona propterea & alias prouidet & declarat veniã & ſupplementum ætatis per eum petitã eidem fore, & eſſe concedendã ad regendum, & gubernandum bona ſua prædicta, quæ habet & poſsidet prout ei cum præſenti concedit, & indulget & conſequenter illum liberat & eximit à poteſtate quorumcunque tutorum, & curatorum

torum ita vt de inceps dicta bora ſua libere regere, & adminiſtrare valeat atque a dictis tutoribus, & curatoribus computum & rationẽ ſuæ adminiſtrationis iuxta priuilegia,& foros Regni Valentiæ petere,& exigere ac iudiciũ in quibuſcumque tribunalibus ſubire prout quilibet pater familiàs,vel maior viginti annis facere poteſt,hoc tamen à dicto, & declarato, quòd durante minori ætate viginti annorum non poſsit nec valeat alienare bona immobilia ipſius. Et hoc vltimum quod in dicta Regia pro

41 uiſione fuit adjectum diſpoſitum eſt in l. eos C.de his qui veniam ætatis. Vnde dicta obſeruantia declarat dictum forum 8.de reſti.intelligendũ eſſe niſi Dominus Rex diſpenſauerit veniam ætatis concedendo non obſtante dicto foro.

42 Nec obſtant in contrarium adducta nam licet reſcripta contra eius non debet exequi tamen quando Rex de plenitudine poteſtatis derogat legi. Iam non eſt contra ius,quia cum Rex ſit ſupra ius poſitiuum,& illud tollere poſsit, & diſpenſare ſequuta dicta diſpenſa

43 tione,non obſtante lege contrariũ diſponente,iam non dicetur diſpoſitio contra ius & ita mandatũ Regis obſeruandum eſt, & eidem obtemperandum·

44 Ad ſecundũ reſpondetur,quòd in foro 8.de reſt.minor. non promiſit Rex non concedere veniam ætatis,& ita iuramentum deſeruãdis foris illum non obligat quominus poſsit veniam ætatis concedere. Præterea vt ait Deciſ. Rota Roma.294.aliâs pri.de iure iurando in nouis licet quis iuret tempore receptionis ſuæ in canonicũ ſeruare ſtatuta, & conſuetudines laudabiles Eccleſiæ & poſtea impetret à Papa aliquas portiones, ſeu præbendas contra conſuetudinem illius Eccleſiæ non cenſetur per iurus,& valet huiuſmodi impetratio præſertim ſi in gratia huiuſmodi ponantur clauſulæ derogatoriæ hodie poni conſuetæ, videlicet, non obſtantibus ſtatutis & conſuetudinibus Eccleſiæ contrarijs,etiam iuramento & confirmatione Sedis Apoſtolicæ corroboratis,& ibi Rota bene cõfirmat, quia inquit nõ eſt veriſimile,quod voluit ſe in tantum arctare, quod

45 nuũquam cõtra illa ſtatuta impetraret;iuramenta enim huiuſmodi, ſecundum intẽtionem iurãtis ſunt interpratãda 22.quæſt.5.can.humanæ de iure iura.cap.veniẽs & c. quinta vallis.

46 Nec obſtat tertium, verũ enim eſt leges factas in curijs vti leges pactionatas ligare Reges ſucceſſores,fori tamẽ cõditi à Rege Iacobi I.nõ fueriũt cõditi in curijs, & ſic non ſunt leges pactionatæ, ſed

47 maioris efficatiæ quam aliæ leges latæ per ſolum Principẽ,quia fuerunt cõditæ cum cõſilio Procerũ, vt inquit Belluga in Specu. Prin-

48 cip.rub.1.nu.4.& 5. ſubdẽs quod tales leges cum cõſilio factas quamuis Princeps poſsit tollere cum

non

non transferimo in contractum, tamen cōtra tales leges Princeps reſcribendo, niſi de illis expreſſam mentionem faciat in reſcripto nō valet reſcriptum, nec tollitur legis diſpoſitio; ſi autem eſſet lex facta per ſolum Principem ſine curia, tunc cum clauſula generali, nō obſtante, valeret reſcriptum, & tolleretur illa lex, quo ad diſpoſita in reſcripto Archid. in cap. 1. de conſti. in 6. Bald. in l. humanum C. de legibus.

49 Et ita ex ſupradictis fuit lata ſententia continens, quæ dixi ſupra nu. 12. publicata per Don Ioannē Daça die 7. Nouembris 1607.

DECISIO CXXXXV.

FRVCTVS, ET REDDITUS beneficij Eccleſiaſtici, an pertineant ad hæredes vltimi Beneficiati in cuius vita fuerūt maturi, vel eorū ſolutionis dies ceſſit, licet ab eo non fuerunt percepti: an vero ſpectent ad ſucceſſorem in beneficio.

1 *BONA per Eccleſiam acquiſita, poſt Clericorum obitum ad eam deuoluūtur, ſiue ſint mobilia, ſiue immobilia.*

2 *Beneficij intuitu acquiſita, cedunt ſucceſſori, non capitulo, quando Beneficiatus habet beneficium ſeparatum, & non eſt Beneficiatus à Capitulo.*

3 *Succeſſor in beneficio ſuccedit in pecunijs ſiue fructibus beneficij non exactis per prædeceſſorem.*

4 *Fructus beneficiorum vacantium ad ſucceſſorem pertinent.*

5 *Iulij tertij conſtitutio publicata die 26. Iunij 1550. diſponit vt beneficiatus etiam Epiſcopus Archiepiſcopus Patriarcha vel Cardinalis fructus non exactos etiam in eorum vſus diuerſos non poſſit relinquere nec ad illius hæredes pertineant, ſed ad ſucceſſorem.*

6 *Recepta præſumitur conſtitutio Iulij tertij loquens de fructibus beneficiorum.*

7 *Conſtitutio Iulij tertij eſt recepta in Cathalonia, & iuxta eam iudicatum in R. A.*

8 *Fructus beneficiorum Eccleſiaſticorum eius anni quo mortuus fuit Beneficiatus diuidendi videntur inter eius hæredes & ſucceſſorum in beneficio vt diuiduntur inter hæredem vſufructuarij & proprietarium & num. 10.*

9 *Vſufructuarius iuxta forum Valentiæ non facit fructus ſuos quamuis ſint à ſolo ſeparati ſed eſt neceſſe vt ſint in horreo reconditi.*

11 *Beneficiatus durante vita cenſetur vſufructuarius in morte autē vſuarius.*

12 *Penſiones ſiue redditus beneficij Eccleſiaſtici diuiduntur pro rata temporis quo beneficium obtinuit defunctus Beneficiatus, & ſucceſſor in beneficio.*

13 *Beneficium Eccleſiaſticum datur propter officium.*

14 *Fru-*

14 *Fructus beneficij Eccleſiaſtici ſunt deſtinati vt ex illis onera ſubſtineā tur.*

15 *Beneficiatus ſi inſeruiret beneficio per ſex meſes à Kalendis Octobris vſque ad Kalendas Aprilis quo tē pore nulli fructus percipiuntur, ſi ad ſucceſſorem pertinerent vindemia, & meſis qui colliguntur in reliquis menſibus, abſurdum eſſet vt deſer uiret abſque vllo emolumento.*

16 *Beneficiati hæredibus, qui inſeruiuit Eccleſiæ & nihil ex fructibus ſuſcepit, iuxta opinionem Nauar. & Aſ pilque ſoluendum eſſet honeſtum ſa larium pro modo ſeruitij.*

17 *Fructus prædiorum Eccleſiaſtici beneficij, & eius redditus deſignati ſunt pro ſuſtentatione Beneficiati.*

18 *Beneficiorum Eccleſiaſticorum & redditus iuxta æquiorem & verio rem ſententiam pro rata diuidi de bent inter hæredes Beneficiati defun cti, & ſucceſſorem, & ita ſeruatur in Hiſpania num. 19.*

20 *Clerici de conſuetudine de fructibus beneficiorum acquiſitis intuitu Ec cleſiæ poſſunt diſponere etiam ad nō pia num. 21.*

22 *Extrauagans ſuſcepti regiminis de lectio in extrauagan. Ioan. 22. loqui tur de fructibus beneficiorum va cantium.*

23 *Bulla Iulij tertij publicata die 26. Iunij 1550. licet recepta ſit Romæ & in Cathalonia, tamen non fuit recepta in Regnis Caſtellæ nec in Prouincia Mediolani nec Valentiæ reſpectu beneficiorum ſimplicium.*

24 *Conſtitutio Iulij tertij non compræ hendit beneficia tenuia non exceden tia victum & alimenta iuxta opi nionem Caualcani.*

25 *Diſtributionum, fructus, & Miſſa rum & anniuerſariorum & aliorū bonorū acquiſitorū induſtria & la bore beneficiati ſunt eius hæredis & non ſucceſſoris in beneficio.*

26 *Beneficiatus potētius habet ius in bo nis beneficij quam vſufructuarius.*

27 *Beneficij ſimplicis Eccleſiaſtici pen ſiones cenſualium diuidendas eſſe pro rata temporis inter hæredes be neficiati defuncti & ſucceſſorem in beneficio fuit deciſum in Regia Au dientia.*

1 VAlde controuerſa eſt illa quæſtio, an fructus & redditus beneficiorum pertineant ad hæredes vltimi bene ficiati in cuius vita fuerunt maturi vel eorum ſolutionis dies ceſsit, li cet ab eo non ſint percepti: an ve ro ſpectent ad ſucceſſorem in be neficio.

Quod pertineant ad ſucceſſo rem probatur. Primo in cap. rela tum 2. de teſtamentis cuius verba ſunt: *Relatū eſt auribus noſtris, quod quia ſtatuimus in Lataranen. Concilio vt bona per Eccleſiam adquiſita ad eā in Clericorum obitu deuoluantur, dubi tatis, an hoc ſit de immobilibus tantum vel de mouilibus ſentiēdum, & infra: Reſpondemus quod generaliter bona qualibet per Eccleſiam acquiſita, ei de bent iuxta Lataranen. Concilium poſt acquirentis obitum remanere non. me autem Eccleſia nō Epiſcopus, vel ſuc ceſſor*

ceſſor clerici morientis Vbi eſt collegiũ
clericorum, ſed communis congregatio
intelligitur, quæ rerum illarum debet
canonicum diſtributionem & Curam
habere: Vbi autem in loco defuncti tan-
tum vnus eſt ordinandus, is ea bona
(ſicut & alia ipſius Eccleſiæ) in Dei
timore diſpenſet, & ibi Panor. num.
2 5. inquit, quod acquiſita per cano
nicum intuitu Eccleſiæ ſeu præbẽ
de non cedunt ſuceſſori in præbẽ-
da, ſed capitulo ipſius Eccleſiæ v-
bi autem beneficiatus non eſt de
congregatione, ſed habet benefi-
cium omnino ſeparatum non be-
neficiatus à capitulo, tunc bona ac
quiſita intuitu beneficij cedũt ſuc
ceſſori, non capitulo de Eccleſ. in
6. ibi: *Vel futuris deberẽt ſucceſſoribus.*
Abbatem refert & ſequitur Co
uar. in dicto. cap. relatum nume. 2.
Aliter declarat Theſau. deciſ. 143.
num. 2. dicendo diſpoſitio dicto c.
relatum procedit, quando nullus
eſt datus ſucceſſor, & Eccleſia ſu-
buentione opus habet; ſed datur
ſucceſſore omnes fructus ſucceſſo
ri reſeruãtur cap. quia ſæpè fideli
ter reſeruari.
3 2. probatur in c. cũ in officijs ex.
de teſta. in c. præſẽti de offi. ord. in
6. & ibi gl. in verbo reſeruari pro-
pè finẽ & in c. inquirẽdũ & c. fi. de
pecul. cleric. iuxta quæ iura fuit iu
dicatũ in Rota Roma. pecunias nõ
exactas pertinere ad ſucceſſorẽ in
deciſ. 809. in p. p. nouiſsimarũ, &
in Senatu Pedem. vt reſtatur. The-
ſau. deci. 143. n. 1. ver. contrarium.
4 Tertiò probatur in extrauagan
ti ſuſcepti regiminis de electio. in
extrauagan. Ioan. 22. ibi. *Cum itaque*
in nõ nullis Eccleſijs obſeruetur & à
longis retrò temporibus fuerit obſerua-
tum quòd fructus primi, vel ſecũdi aut
alterius, cuiuſcunque ſequentis anni be-
neficiorũ vacantium, in eiſdem defun
cto, vel fabrica aut Eccleſijs vel perſo
nis habentibus annalia de conſuetudine
priuilegio, vel ſtatuto applicentur in to
tum, ita quod illi, qui huiuſmodi benefi
cia canonice obtinent, & ad quos alias,
de iure fructus ipſi ſpectare deberent, ni
hil inde percipiunt, vnde illud inconue-
niens ſequitur, quod commode nequeunt
ad impendendum ſeruitium debitum re
ſidere in Eccleſijs in quibus beneficiati
exiſtunt. Nos de illo ſuper his remedio
prouidere volentes, per quod, hi, & illi,
in fructuum prædictorum perceptione
participent, & Eccleſiæ debitis ſeruitijs
non fraudentur: Præſenti decreto ſtatui
mus de fratrum noſtrorũ conſilio, quod
illi qui fructus prædictos ibi hactenus in
tegre vendicabant ex priuilegio, conſu-
etudine, vel ſtatuto nihil ex inde vltra
ſummam pro qua vnum quodque bene
ficiorum ipſorum conſueuit in ſolutione
decimæ taxari prætextu cuiuſuis priui-
legij cõſuetudinis vel ſtatuti quouiſmo
do percipiant, ſed ipſius ſummæ percep-
tione duntaxat ſint omnino contẽti to-
tali reſiduo prædita obtinentibus benefi
cia remãſuro; niſi forſan illi, qui fructus
eoſdem ſoliti fuerant (vt præfertur) cũ
integritate percipere, pro ſe mallent ipſũ
habere reſiduũ; & obtinẽtibus ipſa be-
neficia ſummã dimittere memoratam
quo caſu percipiendi quod maluerint il
lis relinquimus optionem.

L Quartò,

5 Quartò facit, nam Iulius 3. ſummus Pontifex motu propria eddidit quandam conſtitutionem, quæ lecta & publicata fuit in Concellaria Apoſtolica die 26. Iunij anno Incarnationis Dominicæ 1550. quæ eſt prima inter Bullas Iulij 3. ſtatim Bullario pag. 341. in qua legũtur hæc verba: *Declaramus noſtræ intẽtionis nunquam fuiſſe neceſſe quod qniuis quorumcnnque beneficiatorum etiam vt præfertur Epiſcoporum Archiepiſcoporum Patriarcharum, & aliorum Prælatorum, etiam Cardinalium, vbi libet etiam in Romana curia aut diſtrictu pro tempore decedentium, ſiue ex teſtamento per ipſos beneficiatos etiam vigore facultatum quarumcunque eis in ſpecie vel in genere etiam prætextu quorumcunque capitulorum ac ſtatutorum & ordinationum etiam noſtrorum ſub quibuſuis tenoribus & formis ac aliàs quomodolibet cõceſſorum condito, ſiue ab inteſtato hæredes, fructus, &c. ac pecunias & res alias per ipſos ſic defunctos beneficiatos etiam Epiſcopos, Archiepiſcopos, Patriarchas, & alios Prælatos, ac Cardinales, ante eorum obitum non exactos, etiam ſi pro tempore ante obitum huiuſmodi decurſo debeantur, an eorum ſolutiones dies beneficiatis, & Cardinalibus viuentibus aduenerit, & per ipſos beneficiatos Cardinales non ſteterit, quominus illos exegerint quinimo omnem pro illorum exactione neceſſariam diligentiam etiam iudicialiter agendo fecerint quo quomodo exigere aut etiam ſponte oblatos percipere, aut cruces candelabra, imagines, patenas, calices, & alia cuiuſuis ſartis, tã aurea quã argẽtea vaſa, & iocalia, ac quæuis ornamẽta & alia vtẽtilia Capellæ ſingulorum Cardinalium pro tempore decedentium, cæteraque tam ad ipſam Capellam, quam eius miniſtros circa altaris miniſterium & celebrationem Miſſæ pertinentia, pro ſe retinere aut ſolutionem quingentorum ducatorum huiuſmodi euitare poſſint. Sed quód de cætero perpetuis futuris temporibus fructus &c. ac pecuniæ & res vt præfertur in exacti huiuſmodi, ad ipſorum ſic defunctorum beneficiatorum etiam Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, Patriarcharũ, & aliorum Prælatorum, & Cardinalium, in Eccleſijs Monaſterijs & beneficijs prædictis ſucceſſores, qui ex illis quorum ſolutiones dies ante obitum beueficiatorum huiuſmodi aduẽerit, omnia ipſorum beneficiatorum etiam vt præfertur Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, Patriarcarũ, & aliorum Prælatorum, etiam Cardinalium debita, & ad ipſas cauſas facta legata, ſi alium.e ex alijs ipſorum beneficiatorum bonis ſolui nou poſſint ſoluere teneãtur, libere deuenire & in poſterum deueniant; ac per eos & non hæredes prædicti exigi poſſent & in poſterum poſſint; nec non cruces, candelabra imagines, patenas, calices, vaſa, iocalia, ornamẽta, paramẽta, vtẽſilia, & alia ad Capellã ſingulorũ Cardinaliũ & eius miniſtros vt præfertur pertinentia & ad eandem Capellam Apoſtolicam pertinerent. & ſpectarent, ac in poſterum pertineant & ſpectent, & per agentes pro ea realiter & cum effectu capi, & apprahendi poſſent, & deberent,*

ac in

ac in poſterum poſſint & debeant. Ac hæredes Cardinalium tam hactenus defunctorum, quam pro tempore decedentium quingentos ducatos huiuſmodi eidem Cameræ perſoluere tenerentur, & in poſterum teneantur. Et poſtera ſucceſſores in Eccleſijs Monaſterijs & beneficijs huiuſmodi, fructus &c. ac pecunias, & res per eorum ſucceſſores non exactos libere & licite percipere exigere, & leuare, ac ſolutis, ſi aliunde vnde ſoluant non erit, vt præfertur, debitis, & legatis prædictis, quod reſidiuum fuerit, in ſuos vſus & vtilitatem conuertere. Qua conſtitutio Iulij 3. præ-
6 ſumitur vſu recepta niſi contiariũ probetur, vt multis relatis probat Maceran. varia. reſol. li. 1. reſol. 46. n. 2. vbi allegat ita tenẽtes Dec. cõſ. 534. in ſecũdo dubio Benint.
7 deciſ. 13. n. 9. Surd. cõſ. 58. nu 2. & iuxta cõſtitutionẽ dicti Iulij 3. fuit iudicatũ in R. A. Cathaloniæ vt teſtatur Deſpuj. in repertorio materiarũ ſuper Commẽtarijs Thomę Mier. in verbo, pẽſio, pag. 152. Fõtanel. de pacti s nuptial. Clau. 4. gl. 18. pri. p. n. 141. vbi teſtatur ita fuiſſe iudicatũ in dicta R. A. Ianuarij 1594. in cauſa Pauli Soler beneficiati in Eccleſia Barcinonẽ. contra vniuerſitatẽ de Guimera ad relationẽ nobilis Ioannis Sabater, & licet poſtea referẽte Senatore Narciſo Paulo Regas in cauſa ſupplicationis fuiſſet dicta R. ſententia reuocata tamẽ in tertia inſtãtia referẽte te Senatore Hieronimo Planes exibito motu proprio Iulij 3. de quo ſupra confirmata fuit eupreſſẽ prima ſententia, & ſecunda reuocata his verbis: *Attento in viam iuris fructus beneficiorum etiam ſimplicium nõ collecti & de quibus non diſpoſſuerunt beneficiati prædeceſſores remanent, & ſunt Eccleſiæ & ſic futuri ſucceſſoris in beneficio &c.* Et refert ſupradictus Fontanella, quod idem poſtea prædictus Senatus declarauit cum prouiſione facto verbo per Senatorem Antonium Oliba facta ſub die 14. Septembris 1598. in cauſa quæ ad illius relationem ducebatur, inter Coſmam Fiualler. ex vna & Antonium Clariana notarium & alios partibus ex altera qua in effectu fuit dictum: *Ad ſucceſſorem non ad hæredem iuxta diſpoſitionem conſtitutionis Iulij 3. omnes fructus beneficij, qui erant debito tempore beneficiati defuncti, & penſiones cenſualium durant vita dicti beneficiati decurſas, ſpectare & pertinere.* Quia (inquit declaratio): *Non fuerunt penſiones prædicta* (de eis ibi particulariter agebatur): *Exacta, & in corporate, & concuſſe cum proprijs bonis beneficiati defuncti, prouiſo & declarato* (pergit declaratio) *quod ante quam ſucceſſori liberentur dicta peuſiones teneatur docere, & legitimè probare, legata pia & debita beneficiati defuncti ad quæ ipſe tenebatur & que in ſua vltima diſpoſitiono reliquerat eſſe ſoluta, poſſe aliũde ex proprijs illius bonis exſolui, iuxta formã dicta cõſtitutionis.*
8 Et ita cõſtat Cathalonia recepta eſſe dictã cõſtitutionẽ Iulij 3. cũ iuxta eam caſibus qui occurunt fuerit iudicatum.

Quintò, fructus beneficiorum Eccleſiaſticorum illius anni quo mortuus fuit beneficiatus diuiden di videatur inter eius hæredes, & ſucceſſorem in beneficio, vt diuiduntur fructus inter hæredem vſu fructuarij, & proprietarium,& fructus percepti pertineant ad hære-
9 rem vſufructuarij, pendentes vero ad proprietarium l. de ducta 57. ff. de vſufruct. l. ſi vſufructuarius meſem 13. ff. quib. mod. vſufrctr. amitta: & iuxta forum fin. in rubrica de vſufructu de iure Regni Valentiæ non ſufiſcit, vt fructus ſint à ſolo ſeparati ſed neceſſe eſt vt ſint in horreo reconditi, vt ſiā. vſufructuarij & idem quod
10 de iure Cæſareo ſtatutum eſt procedere in beneficiato dicit Accur. in l. prima C. de annonis cibilibus libr. 11. gloſ. vltima in fina. verbis vbi loquendo de fructibus perceptis per vſufructuarium, ait, quod idem ſit in præbenda clerici iam percepta quam gloſ. dicit ordinariam loquens de beneficiato Paul. Caſtr. in l. diuortio §. non ſolò nu. 5. ff. ſolut. matr. & ibi eius additio idem tenuit gloſ. in cap. præſenti de offi. ordin. in 6. verbo reſeruari ad finem & DD. in cap. ſi præpter de reſcrip. in 6. verbo primi anni & in c. pręſēti de offi. ord. in 6. verbo ſeruari ad finem & DD. in cap. vltim. de pecul. cleri. probat text. in pragmatica Sanctio Gallic. tit. de anntais §. itē quod ſi Eccleſia & ibi gloſ. ordinaria coſme Guimer in gloſ. acquiſitos circa fin. iunctis gloſis teneatur, idem notat attenta generali cōſuetudine Frāciæ quod fructus Eccleſiaſtici adquiſiti trāſmituntur ad hæredes Rota deciſ. vnica de trāslatione prælat. in anti quis Corſet. Singul. 49. & ſecundum iuris cōmunis traditionis id eſſe indubitatū dicit Calder conſ. 2. in prin. de peculio cleric. & pro cōſtāti tenet Bart. cōſ. 231. n. 2. Fa
11 ber §. in vero n. 2. inſt. de rerū diuiſio Peruſin. c, fi. in prin. n. 11. & de offi. ord. in 6. Alex. cōſ. 15. n. 13. li. 2. Bellon. conſ. 3. n. 11. & hanc eſſe cōmunē opinionem fatetur Alber. in l. diuortio. in princ. nu. 12. ff. ſolut. matr. Couar. lib. 1. var. reſolutionū cap. 15. n. 12. & aduerſus moderniores defendit Nauar. in apologia de reddibus q. 2. monitu 13. & cōſ. 61. ſub tit. de præb. quē vi. à n. 5. & Theſ. deciſ. Pedamō. 143. & Caual. deciſ. 44. n. 1. & pro conſtāti tenet Ioſeph. in deciſ. Peruſi. 33. n. 1. & alij quos refert Gutiēr. in q. cano. lib. 1. c. 33. n. 1. & Barboſa in d. l. diuortio 8. in princi. ff. ſolut. matr. n. 56. qui hanc opinionē ſequitur n. 57. ver. ſed his nō obſtā tibus & facit pro hac opinione nā beneficiatus durāte vita cēſetur vſufructuarius in morte autem vſuarius glo. in c. pręſēti de offi. ordin. in 6. card. Tuſc. in 1. tom. practi. cōcluſionum verbo beneficiat' cōcl. 79. n. 9. pag. 545. vbi inquit ꝙ beneficiati quoad perceptionē fructuū æquiparātur vſufructuario, vt recōditi & à ſolo ſeparati ſint ſui, alij vero nō; in diſponēdo autē ſunt

ſunt vſuarij, & propterea in vita æquiparãtur vſufructuario, in morte æquiparãtur vſuario Bello. cõſ. 3. Curatus Eccleſiæ num. 2. vbi dicit hanc diſtinctionem communẽ, & hanc diſtinctionem eſſe Bal. in l. 2. C. de Epiſco. & Cleri.

12 Sed his non obſtantibus, me referente, in cauſa infra iudicamus in Sacra Regia Audientia Valentinæ penſionis cenſualis, ſiue redditus decurſos cuiuſdam cenſus beneficij ſimplicis Eccleſiaſtici quorum ſolutiones dies ceſſerat in vita beneficiati, & pro quibus exihendis executionem inſtauerat contra debitorem pertinere ad hæredes beneficiati pro rata temporis quo dictum beneficium obtinuit & nõ ad ſucceſſorem in dicto beneficio.

13 Primo, quia beneficium Eccleſiaſticum datur propter officium cap. fin. de reſcript. in 6. id eſt propter onera, quæ ſubeunt in anminiſtrandis Sacramentis cap. cum ſecundum de præbend. ergo inducenda eſt deciſio, & diſcuſio l. diuortio 8. ff. ſolut. matrimonio, vt & ibi tentauit Bart. num. 12. & Couar. lib. 1. varia. cap. 15. num. 12. ad medium.

14 Secundò facit, quia ſecundum canones fructus beneficij Eccleſiaſtici ſunt deſtinati vt ex eis onera ſuſtineantur per annum integrũ donec noui habeantur cap. fin. §. porro de offi. ord. in 6. vbi inter onera enumerantur ſtipendia debita miniſtrantibus. Ergo æquum eſt fructus diuidi iuxta æquitatem legis diuortio 8. ff. de ſolut. matrimonio vt arguit Cardinal. Conſil. 110. nu. 3.

15 Tertio, quia contingere poſſet quod beneficiatus inſeruiret beneficio per ſex menſes abſque vllo emolumento vt ſi facta vindemia, & collecta meſſe in Kalendis Octobris obtiuiſſe beneficium, & in fi. Abrilis deceſsiſſet quo tempore nulli fructus ſunt adhuc percepti

16 is igitur, ad miſſa communi, deſeruiet beneficio per tot menſes abſque vllo emolumento quod tantum videtur abſurdum. Dicis tamen ad hoc Nauarr. in appollogia de redditibus quæſtio 2. monitu 13. in fine quod ſi prædictus caſus contingerit, hæredibus huius beneficiarij, qui inſeruiuit Eccleſiæ & nihil ex fructibus ſuſcepit ſoluendum eſſet honeſtum ſalarium pro modo ſeruitij hoc eſt quantum ad honeſtum ſubſtentationem mortuus debuiſſet habere. Verum hęc ſolutio placere non poteſt efficaci ratione nam cum fructus agrorum, & prædiorum ipſius Eccleſiaſtici beneficij eiuſque redditus conſtituti ac deſignati ſint a Canonibus pro ſuſtentatione Clerici beneficium habentis ac eidem integre dentur ob miniſterium quod Eccleſiæ exhibet in eius regimine & Cura alijſque diuinis obſequijs dicto capitulo ſecundum de prębendis, æquum non eſt vt aliunde, aut non habita ratione prædictorum ſolutio fiat modo prædi

cto, nec integre pro rata temporis fructus præbeantur ei, qui beneficio inſeruiuit, pro vt fieri debere, ratio ipſa ſeruitiorũ atq; beneficiorum inſtitutio & natura poſtulat.

18 Et hanc ſententiam tenuit Coua. lib. 1. var. cap. 15. num. 12. ad medium, his verbis: *Exiſtimo æquius & iure verius eſſe fructus eius anni quo mortem clericus obierit in diſtinctè pro rata temporis ad defuncti hæredes pertinere*, quod expreſſim ait tex. Albe. in d. numer. 12. & eandem opinionem tenuerunt Molina de Hiſpanorum primogenijs lib. 3. c. 11. num. 4. Sarmiento de redditibus lib. 4. cap. 6. num. 13. Ioann. Gutier. cano. quæſtion. lib. 1. cap. 33. Flam. Pariſius de reſignatione benefici. lib. . quæſt. 6. à num. 79. & de confidentia quæſt. 35. num. 49. Zerola in praxi Epiſcopali 1. part. verbor. beneficium §. 6. & 2. part. verſic. renuntiatio §. 2. Muños de Eſcobar de ratiocini s tomo 2. comparatione 20. num. 23. Caſtillo de vſufructu. capit. 70. à num. 11. in fine, Molina de Iuſtitia tom. 3. diſput. 635. num. 7. & Zechus de beneficijs, & penſionan. cap. 13. num. 8. verſ. ex his corollario; quamuis de republica Eccle. titul. de beneficiatis ſub num. 11. ſolum dicat eam æquam & quod prima eſt iuri cõformior, & nouiſſime vera Melius cõſ. 209. Sarmie. de reddi. Eccleſ. lib. 4. cap. 6. numer. 13.

Et hanc ſententiam ait receptiorem Flam. Pariſius dict. quæſt. 35. num. 49. & in Hiſpania obſeruari affirmant vterque Molina, Sarmiẽto & Ioann. Gutier. ſupra & illam vidiſſe practicari ait Zerola d. §. 6. Gar. & poſt. ſupra dictos quos allegat Gartia de beneficijs 2. p. ca. 1. num. 96. 97. 98. & 99. vbi dicit ita obſeruari in Epiſcopatu Abulenſi & num. 100. ait etiam in Archiepiſ. Cæſarauguſtano extare conſtitutionem Synodalem, quæ ſtatuit attendi ratam temporis Coſta in tractatu de portione rata quæſ. 19. num. 2.

Nec obſtant in contrarium adducta. Primo enim textus in cap. relatum 2. de teſtamentis nam reſpondet Barboſa in l. diuortio §. in princ. ff. ſolut. matr. n. 29. in fin. & num. 60. attento iure canonico procedere diſpoſitum in dicto cap. relatum, tamen conſuetudine fuiſſe obtentum vt clerici de fructibus beneficiorum, & quæſitis intuitu Eccleſ. poſſint diſponere de quo etiam teſtatur Couar. lib. 1. variar. cap. 15. numer. 12. Probus cap. fin. numer. 1. de offici. ordinar. 6. Gouar. c. cum in officiis numer. 9. de teſtam. Auend. reſpõſo 19. n. 8. Molina lib. 2. de primog. c. 10. n. 54. & Sarmien. de reddibus Eccleſ. 1. p. c. 6. & 4. p. c. 1. n. 8. Matiẽ. l. 3. tit. 8. li. 5. ordinamẽ. gloſ. 1. n. 1. & gloſ. 4. Pela. de maioratu 1. p. q. . n. . Quod in Regno Caſtellæ ita expreſſum eſt l. fi. tit. 8. li. 5. ordina. & ibi notat Matiẽ. in gloſ. 5. & defendit Spinus in ſpeculo teſtamentorum gloſ.

gloſ. 14. à numer. 15. poſſunt igi-
21 tur de prædictis fructibus beneficiarij diſponere tanquam de bonis patrimonialibus & ſic etiã ad non pia, vt admonet Couar. di cti capit. in officijs numer. 9. Perez titul. 3. lib. 1. ordinamenti pag. 67. & Pelaez dict. 1. part. quæſt. 1. num. 15. & etiam inſtituendo extraneos hæredes, vt receptum eſſe afferit Burſatus conſil. 178. numer. 2. lib 2. aduerſus Andre. Sicul. de præſtantia Cardinal 4. part. principali, quos allegat Barboſa d. n. 60.

Ad ſecundum reſpondetur, eodem modo de iure Canonico procedere deducta in contrarium, de conſuetudine tamen fructus eſſe beneficiati, & de eis diſponere in vita & in morte.

22 Tertiò, non obſtat extrauagans ſuſcepti regiminis de electione in extrauagantibus Ioannis 22. nam ibi loquitur de fructibus beneficiorum vacantiũ ibi quòd fructus primi, vel ſecundi aut alterius cuiuſque ſequentis anni beneficiorum vacantium &c. & de his fructibus in præſenti non agitur, ſed de fructibus illius temporis quo beneficiatus defunctus obtinuit beneficium, & fructus illius temporis ad eius hæredes pertinere.

23 Quartò, non obſtat conſtitutio, ſiue Bulla Iulij 3. publicata in Cancellaria Apoſtolica die 26. Iunij 1550. Nam licet illa recepta ſit Romæ & iuxta eam iudicatũ vt teſtatur Seraph. deciſ. 983. in fi. pri. p. & in Cathalonia, vt diximus ſupr. n. 7. tamen fuit vſu recepta in Regnis Caſtellæ, vt inquiunt Molina de Hiſp. primog. lib. 3. ca. 1 . n. 4. Sarmien. de reddit. Eccleſ. p. 4. c. 6. n. 3. in fi. & in diſſenſionibus libelli de reddit. p. 1. monitu 13. n. 2. Garcia in tractat. de beneficijs 2. p. cã. 1. n. 103. vbi etiam affirmat, nec in Prouintia Mediolanenſi fuiſſe receptam dictam Bullam Iulij tertij nec inuenimus, quòd in Regno Valentiæ fuerit recepta ſaltim reſpectu beneficiorum Eccleſiaſticorũ ſimpliciũ, quæ regularitee tenuiſſima ſunt in illo Regno.

24 Secundò, reſpondet Caualuan. deciſ. 8. n. 76. p. 3. dictam Bullã Iulij 3. non comprehendere beneficia tenua non excedentia victum, & alimenta qualia ſunt in Regno
25 Valentiæ, quæ habent tenuiſsimos redditus, fructus vero diſtributionum & Miſſarum & anniuerſariorum ac aliorum bonorum acquiſitorum induſtria, & labore ipſius clerici, non ſunt ſucceſſoris in beneficio, ſed hæredis defuncti ſuccedentis etiam abinteſtato, vt per Abba. & Docto. in cap. 1. 2. & 3. de pecu. cler. Franc. in d. cap. in præſenti de offi. ord. lib. 6. car. 53. late Hierony. Gig. conſ. 144. car. 161. Neuiſ. Conci. 93. Alex. conſ. 116. vol. 7. Gulielm. Rodo. de redditi. Eccleſ. car. 58. num. 24. & 25. Sarmiẽ. in d. tracta. de reddit. Eccleſ.
26 in 2. part. cap. 8. nu. 11. & 12. car. 100. in 3. part. cap. 5. n. 8. car. 199. Nauarra in tracta. de reddi. benefi. Eccleſ. q. 1. nu. 5. & 6. & ſpolia clericorum

ſicorum in ſtatu Mediolani virtuti induiti Leoni, vt audiui & quæ dicantur ſpolia vide Nauarra in tracta. de ſpol. clerico §. 1. nu. 2. & ſequenti cart. 3. Neuſan. Conſilio 8 5. quos omnes refert & ſequitur Caualc. in repertorio primæ partis ſuarum deciſionũ in verbo fructus percepti num. 9. in fin. 10. & 11.

Nec obſtat quintum licet enim aliqui tenuerint beneficiatum in vita eſſe vſufructuarium, & in morte vſuarium. vt diximus ſupra nu. & dictis fructuario, & vſuario reſpectiuè comparari. Dixit Rota deciſ. 41. alias 856. incipienti cũ Camera num 2. in titul. de probatio. in antiq. Hanc tamen opininem poſtea reprobauit eadem Rota Rom. deciſ. 240. num. 7. in recollec. per Farin. tom. 1. partis primæ & Don Ioannes del Caſtillo de vſufructu cap. 79. num. 8. ait: *Neque ſimilitudo Beneficiati, & vſufructuarij omnino procedit, cum verius ſit non tantũ vſufructuarium ſed dominium eſſe bonorum beneficij, aut æqualem non eſſe vſufructuarium clerico habenti Eccleſiaſticum beneficium, vel ſaltim potentius habere, & maius ius beneficiarum quã habeat vſufructuarius*, vt contendũt Couar. lib. 1. varia. reſolu. d. ca. 15. num. 12. verſ. cum apud me compertum ſit Sarmien. de reddit. Eccleſiaſ. 2. par. cap. vltim. num. 20. & 4. par. cap. 1. numer. 2. & alijs quos allegat idem Caſtillo de vſufruct. cap. 5. n. 9. & 10.

27 Ex quibus in cauſa vertenti inter Claram Eugeniam Matoſes, & Dorotheam Vincentiam Matoſes vti hæredes Franciſci Honuphrij Matoſes Præsbiteri quod beneficiati ſimplicis Eccleſiaſtici beneficij inſtituti in Eccleſia Sãctæ Catharinæ Martiris vrbis ſub inuocatiõe Sancti Leonardi ex vna, & Bernardum Valdelles Præsbyterum poſſeſſorem eiuſdem beneficij, & Hieronymam Benedictam Sagarra & de Rey parte ex altera, me referente, fuit declaratum, dictam Benedictam Sagarra & de Rey poſſeſſorem cuiuſdam Domus ſuper qua erat ſpecialiter impoſitum quodã cenſuale certum, & quinquagintã ſolidorum annui redditus teneri ſoluere dictis hæredibus dicti Honuphrij Matoſes quondã beneficiati omnes penſiones decurſas à die accepta per illum dicti beneficij poſſeſſionem vſque ad diẽ obitus eiuſdem beneficiati cum hoc quod dictæ hæredes ex ſupradictis penſionibus ſoluere tenerentur quod debebatur ratione oneris dicti beneficij temporis quo illud poſſedit dictus Matoſes Præsbyter, & eundem poſſeſſorem dictæ Domus teneri ſoluere beneficiato eiuſdem beneficij tunc & pro tempore exiſtenti dictos centũ & quinquaginta ſolidos cẽſus, ſiue annui redditus, & ita fuit pronuntiatum ſententia publicata per Don Ioannem Daça Regij mandati ſcribam die 5. Iunij 1612.

DE-

DECISIO CXXXXVI.

ACTIO HYPOTHECARIA intentari poteſt contra tertium bonorum poſſeſſorem nõ facta diſcutione bonorum vnius ex fideiuſſoribus in ſolidũ obligatis, qui à creditore fuerat exemptus ab obligatione.

1 *ACTIO hypotecaria quatuor extrema requirit & quæ.*
2 *Hypothecaria actio nõ poteſt intentari contra tertium bonorũ poſſeſſorem, niſi prius facta ſit diſcuſio in bonis omnium obligatorum & fideiuſſorum.*
3 *Ceſsio fieri debet tertio poſſeſſori cõuento hypothecaria contra obligatos.*
4 *Diſcuſio fieri debet citato tertio poſſeſſore, quando eſt certus, ſed contra infra num. 10.*
5 *Creditor agens hypothecaria, tantũ tenetur cedere tertio poſſeſſori actiones tales quales habet, & non tenetur cedere iura, que renuntiauit.*
6 *Fideiuſſor intercedit contemplatione ceſsionis iurium ſibi facienda, tertius vero poſſeſſor conuentus actione hypothecaria non accepit poſſeſsionẽ hac mente, vt ſibi iura cederentur.*
7 *Cedere quis non tenetur tertio poſſeſſori iura contra exemptum ab obligatione, niſi dolo liberaſſet ab hypotheca.*
8 *Obligatus dici non poteſt, vt contra eum fieri debeat diſcuſio, qui antea fuit exemptus ab obligatione.*
9 *Ceſsio non debet fieri tertio poſſeſſori, contra, eum qui iam erat liberatus ab obligatione.*
10 *Executio quando fit ante litem motam in actione hypothecaria, ſufficit citatatio generalis per proclama.*
11 *Forus penul. de actio. & obligatio. citationem generalem per praclamã admiſit.*
12 *Praxis faciendi diſcuſionem in Regno Valentiæ.*

Factum.

IOannes Hieronymus Montanyez notarius: & Ludouicus del Rio auri Faber ſimul, & in ſolidum ſe obligarunt Petro Romero in quodam inſtrumento cenſualis, ſiue annui redditus recepto per Ioannem Baptiſtam Muños notario die 27. Octobris 1582. & dictus Romero inſtrumento recepto per eundem notarium die 20. Aprilis 1583. exemit à dicta obligatione hæredes, & bona dicti Ludouici Rio remanente dicto cenſuali reſpectu dicti Mõtanyez in ſuo robore & valore. Poſtea dictus Romero actionem hypothecariam intentauit contra Vincentiam Montanyez & de Cardena viduam poſſidentem quandam domum ſitam in præſenti ciuitate Valentiæ in Paiochia ſancti Andreæ in platea, vulgo dicta, del forn del Embaxador Vich, quæ ſolebat eſſe dicti
1 Ioannis Hieronymi Montanyez notarij quondã eius patris, & probauit quatuor extrema neceſſaria nimirum ius agendi, poſſeſsionem ex par-

ex parte reconuentæ, quod dicta domus fuit in bonis dicti Hieronymi Montanyez,qui eam hypothecauit,& diſcuſionem fuiſſe factam in bonis dicti Montanyez, licet eam nõ fecerat citata dicta Vincentia poſſeſſore dictæ domus,ſed tantum ante intentatam hypothecariam fecerat executionem in omnibus bonis dicti Montanyez, notum faciendo cum præconio,ſiue per proclama,vt ſiquis ſciat bona clara & expedita dicti Montanyez,in quibus executio fieri poſſet,illa declaret intra decem dies, iuxta fori formam & ſtilum tribunalium vrbis.

2 Pro parte dictæ Vincentiæ Mõtanyez poſsidentis dictam Domũ hypothecatam,allegabatur, quod nedum erat agendum perſonaliter primo cum dicto Hieronymo Mõtanyez reo,ſed etiam cum dicto Ludouico del Rio interceſſore,& ante factam diſcuſſionem in bonis vtriuſque non poterat intentari hypothecaria auth. hoc ſic debitor C.de pignor.cuius verba ſunt: *Hoc ſi debitor poſsideat,alio enim poſſidente in hibetur hypothecaria, donec perſonaliter actum ſit cum reo interceſſore.* Et apertius probatur de iure noſtri Regni foro finali de actionibus & obligationibus,cuius verba ſunt: *Algu no puixa impetrar demanda hypothecaria contra els tercers poſſehydors de les coſes à ell obligades, tro tant,que els bens de tots aquell qui ſeran principalment obligats e de les fermances à ell obligades ſi ſeran preſents en lo Regne de Valencia ſeran executats,e aquells ſeran à trobats no pagadors,* & hæc eſt cõcluſio certa quod debentur diſcuti bona omnium obligatorũ,vt tradunt gloſ.& DD. in d.auth.hoc ſi debitor, Neguſa. de pignorib.8.p.nume.11.tom.6. tract.par.1.fol.252.vbi alios allegat.Cum igitur non ſit facta diſcuſſio in bonis dicti Rio, dicebat hypothecariam non procedere.

3 Secundò nam tertio poſſeſſori conuento hypotecaria,debet fieri ceſsio contra obligatos l.mulier ff. qui potio. in pignor.ibi: *Quæro an ſi tibi iuſtus poſſeſſor offerat, compellendus ſi ius nominis cedere,reſpondi,poſſe videri non in iuſtum poſtulare,* l. ſi res vbi DD.de leg. .ſ. e.ul.in titulo de renuntiatione & cõcluſione n. 22.Decius conſ.104.num.2. Neguſan.de pignor.1.p.3.membr. 5. partis principalis num.26.Bertaz. in tract.de clauſulis clauſ.40.gloſ. 4.num.7.Vincent.de Franc.deciſ. 260.& 427.lib.2.cũ igitur dictus Petrus Romero,qui exemit ab obliga.dictum Ludouicum del Rio non poſsit cedere dictæ Vincentiæ Montanyez iura contra dictũ Rio,repelletur exceptione cædẽdarum,Bar.per illum tex.in l. ſtichum.45.§ penul.ff.de ſolut. ibi: *Si creditor à debitore culpa ſua ceciderit,propè eſt vt actione mandati nihil à mandatore conſequi debeat,cũ ipſius culpa acciderit ne mãdator poſſit actionibus cedere* Caſtr.conſ. 239. ſuper

4 hoc num.3.verſ.quantum ad 1.li. 1.Tuſc.in verſ. exceptio cedendarum

darum concl.385.num.1. nam diſcuſio bonorum dicti Hieronymi Montanyez non fuit facta citata Vincentia,quæ poſsidet dictã Domum,& tamen tertius poſſeſſor debet citari, quando fit ex cuſio ita Ang.Aret.in §.item ſi quis in fraudem num.8.inſti. de action. quam dicit communem opinionem per tex.in l. nã ita diuus 39.ff.de adoptionib.ibi:*Quod ſi deciderat, an impetrare debeat æſtimabunt iudices,adhibitis etiam hijs qui contra dicent, id eſt,qui læderentur confirmatione adoptionis*,& ibi reprobat autoritatem Bald.in d.auth. hoc ſi debitor C. de pignori.qui dicit,ſufficere pro clama generale,ſi quis eſſet qui vellet contradicere ex cuſsioni, quia (inquit)non placere hoc communiter Doctoribus quãdo certi ſunt bonorum poſſeſſores, quia certi nominati,ſunt citandi,in certi vero perpro clama generale vt in l.ſi omnes C.*Si mulier*, & ab hæreditate abſtineat.

5 Sed his non obſtantibus contrarium fuit deciſum, quia creditor agens hypothecaria,tantũ tenetur cedere tertio poſſeſſori actiones tales quales habet Salicet.in l. iubemus num. 5. C. ad S.C. Vell. & ſi aliquod prædium liberauit, non tenetur cedere iura quæ renũtiauit,& ſic tantum tenetur facere ceſsionem pro vt cedere poteſt, non obſtante liberatione,ita Matthæ.de Afflict.deciſ.343.nume. 3. &4.per text. in l. iubemus C. ad Vellecian.quæ dicitur, renuntiationem non præiudicare,niſi in illa re;nã ſi reppelleretur exceptionem cædendarum, reppellerentur in totum,quod eſt contra tex.& n.

6 fin.dicit ita fuiſſe iudicatũ per totum conſilium & num.4. poſt Salicet.vbi ſup.reddit rationem, quia magis ſucurritur fideiuſſori,qui interced it contemplatione beneficij cædẽdarum,quam ſimplici poſſeſſori conuento hypothecaria, qui non accepit poſſeſsionem hac mẽte vt ſibi iura cederentur, ſed potius hoc venit extra conſiderationem intellectus,argumẽ.l.ſi Titius & Seia ff.de fideiuſſorib. & ibidẽ Vrſil.ad Afflict.deciſ.311.numer. 3.& ad d.deciſ.343.ante numer. 1. Negun.de pignorib.5.par.3.membro.in 3.quæſt.num.29.tom.6.tract.p.1.fol.135.Milanen. deciſ. 1. num.8.& 9.lib 2.Solis pluribus relatis intract.de cenſibus 1.tom.li. 3.cap.1.num.6.pag.154.col. . ad medium,verſ.in præpoſito, Vincent.de Franch.deciſ.427.num.8. in 2.p.& deciſ.477.nu. 19. & 20. lib.3.Vuui.deciſ. o.num.2. Interriglio.de cenſibus quæſt.41.num.4. Lanar.conſ.75.Tuſch.litera E.cõcluſ.486.nume.8.& concluſ.387. num.2.Sucib.deciſ.57.num. 4. & alij plures ab his relati niſi dolo li

7 beraſſet ab hypotheca vt poſt Bal. Signorolum Albert. & ſpeculat. vt dicit Afflict.in d.deciſ.343.nu. 5.& ibi Vrſil.num.1.vnde cum in caſu noſtro abſque vllo dolo dictus Hieronymus Montanyez liberaſſet dictum Ludouicum del Rio

Rio fideiuſſorem & eius bona à di
ĉta obligatione, non poteſt dicta
Vincentia Muntanyez tertia poſ-
ſeſſor domus hypothecatæ allega
re exceptionem cædendarum nec
obligatione qua olim tenebantur
dictus Rio & eius hæredes.

8 Nec obſtant in contrarium al-
legata, non primum, quia cum di-
ctus Ludouicus del Rio fuerit e-
xemptus à obligatione, iam nõ po
teſt dici obligatus, & ita in occur
renti caſu non habent locem illa
verba fori vltimi de actio. & obli-
gat. ibi: *Trotant quels bens de tots a-
quells que li ſeran principalmẽt obligats
è deles fermances à ell obligades ſi ſerã
preſents en lo Regne de Valentia ſeran
executats e aquells ſeran trobats no pa-
gadors.*

9 Nec obſtat ſecundum, licet e-
nim regulariter tertius poſſeſſor
conuẽtus hypothecaria poſsit pe-
tere, vt ſibi iura à creditori cædan
tur, ſi creditor aliquem liberaſſet
non tenetur aduerſus eum iura cæ
dere vt dixi ſupra nu. 5 & 6. quia
hic tertius poſſeſſor non accepit
poſſeſsionem hac mente, vt ſibi iu
ra cederentur.

10 Nec obſtat tertium, quando e-
nim excuſsio fit ante litem motã
in actione hypothecaria, ſufficit ci
tatio generalis per proclama, quo
dicatur, quod ſi eſt aliqua perſona
quæ vellit ſe opponere contra ta-
lem executionem comparare de-
beat in talem terminum, nam cum
hoc caſu non fiat hæc excuſsio cõ
tra certam perſonam, ſufficit quod
fiat citato in genere ar. l. ſi eo tem-
pore C. de remiſ. pi. & ff. ex quib.
Cau. in poſ. eat. l. hoc autem §. 1. i-
ta Ioann. Pet. Ferrari. in pract. Pa
pien. in forma reſponſionis rei in
actione hypothecaria gloſ. in l. ver
bo. exceptionẽ executionis in 16.
11 pag. 787. foro pen. de actio. & obli
gatio. ibi: *La cort ab crida publica
la qual ſe faça dins la ciutat, o Vila, o
lloch hon tal execucio ſe fara entime
qui ſi alcu ſabra bẽs del tal deutor clars
è deſembargats en los quals execucio
puixa eſſer feta, que dins deu dies ha-
ja notificats aquells a la cort.* Et ita in
praxi obſeruatur in præſenti ciui-
tate Valentiæ, namque enim ci-
12 tantur tertij poſſeſſores ad diſcu-
ſionem faciendam ante actionem
hypothecariam contra eos inten-
tatam ſed tantũ fit notificatio per
pro clama, & tranſactis decẽ die-
bus poſt illius prolationem, inter-
loquendo prouidet iudex, ex quo
nulla apparent debitoris bona, in
quibus poſsit fieri executio, bona
debitoris eſſe excuſſa, & eſſe caſum
& locum tranſeundi contra ter-
tios bonorum poſſeſſores, & hæc
excuſsio ita facta abſque ſpeciali
notificatione, ſiue citatione poſsi-
dentiũ res hypothecatas. Illis non
nocet, quin poſsint in iuditio hy-
pothecariè docere extare bona de
bitoris, in quibus poſsit fieri exe-
cutio, & ita diſcuſsionem non eſſe
legitime factam, & ſi de hoc con-
ſtat, non procedit actio hypothe-
caria, ſed imo reus abſoluitur, &
ita nullum infertur grauamen eo

decla-

declaratione facta, quod bona debitoris erant diſcuſſa.

Ex quibus omnibus, me referēte, per hoc ſacrum conſilium fuit lata ſententia in fauorē dicti Petri Romero, contra dictam Vincentiam Montanyez & de Cordoua viduam, publicata per Franciſcum Paulum Alreus die 14. Aprilis 1614.

DECISIO CXXXXVII.

SISARVM VALENTIÆ cauſæ, in prima inſtantia, debēt tractari coram adminiſtratoribus impoſitionum, in gradu vero appellationis, coram Iuratis Valētiæ priuatiuè quo ad alios iudices: fallit quando agitur de interpretationi Regiorum priuilegiorum, cum quibus aliqua vniuerſitas prætendit ſe exemā ſolutione earum.

1 *Valentina ciuitas fuit iuris Italici.*

2 *Siſarum de cauſis cognoſcunt Decuriones Valentiæ priuatiuè, & num. 8.*

3 *Priuilegia 116. Pet. 2. & 16. Regijs Martini diſpouunt vt de cauſis impoſitionum officiales ciuitatis Valentiæ priuatiuæ cognoſcant.*

4 *Priuilegij 19. Regis Alphonſij 3. verba referuntur.*

5 *Siſas Valētiæ ſoluere tenētur Rex Regina, filij, fratres domeſtici, & familiares eorum.*

6 *Forus 85. curiorum anni 1564. can fiſmat priuilegia conceſſa ciuitatis Valentiæ in materia ſiſarum.*

7 *Literæ cauſæ recognoſcendi non conceduntur in cauſis ſiſarum, & dictæ cauſæ habent executionē paratam.*

9 *Cognitio cauſarum ſiſarum pertinet priuatiua in poſſeſſorio, & petitorio officialibus ciuitatis Valentiæ & non poſſunt tractari in Regia Audientia.*

10 *Rex licet regulariter non poſſit à ſe addicare maioriam cognoſcendi in gradu vltima appellationis ſuorum vaſſallorum vniuerſum, tamē poteſt in caſu particulari in caſu ciuili hoc concedere per foros & priuilegia in curijs.*

11 *Torrent loco priuilegium fuit conceſſum per Regem Iacobum primum, immunitatis à multis oneribus.*

12 *Priuilegij Regij interpratationis cauſa, pertinet ad Regem & ad Senatores Regios.*

13 *Princeps cognoſcit vbi dubium eſt de priuilegio inferior autem à principe vbi dubitū eſt de priuilegiato.*

14 *Priuilegij de valore ſeu de intellectu, & interpretatione vbi agitur, Princeps debet cognoſcere, vbi vere agitur de vſu illius reſpectu partium inferiores iudices rectè cognoſcunt.*

15 *Declaratio priuilegiornm principis, ad principem non ad alium pertinet.*

16 *Interpretatio debet fieri per principē concedentem.*

17 *Regia Audientia euocare poteſt ad ſe cauſam, inqua agitur de interpre-*

terpretatione Regij priuilegij.
18 *Vniuerſitatum cauſa eſt conſiſtorialis.*
19 *Gubernator Regni iuxta ſtilũ Gubernationis cognoſcit de cauſis Vniuerſitatum.*
20 *Vniuerſitas non poſſunt conueniri coram inferioribus iudicibus.*
21 *Vniuerſitatum de cauſis in Regno Neapolitano & Franciæ ſola magna & ſuprema curia cognoſcere poteſt.*
22 *Torrent non eſt de locis contributionis Valentiæ*
23 *Contributionis particularis ciuitatis Valentiæ loca, hic enumerantur.*
24 *Siſas ſiue earum ratione certã quãtitatem ex conceſſione ſoluunt ciuitati Valentiæ, loca hic enumerata.*
25 *Qualitas exemptionis à ſolutione ſiſarum virtute Regij Priuilegij vbi per Vniuerſitatem allegatur, cauſa eſt tratanda in Regia Audientia, & ita fuit deciſum cum prouiſione Regia.*
26 *Siſarum cauſas etiam vbi prætenditur per vicinum Valentiæ, eum eas non debere, tractandas eſſe per adminiſtratores in poſſeſſionum in prima inſtantia, & per Iuratos in gradu appellationum priuatiuè, cũ Regia ſententia fuit declaratum.*
27 *Euocari poſſi ad Regiam Audientiam cauſam vniueeſitatis prætendentis eſſe axemptam à ſolutione ſiſarum Valentiæ virtute Regij priuilegi, fuit declaratum cum prauiſione Regia confirmata in Sacro Supramo Regio Conſilio.*

1 Ciuitas Valentina, quæ iuris Italice fuit l. in Luſitania 8. ff. de cenſibus, ibi: *Idem ius Valentini, & Luſitani habent*(in qua ego natus & educatus fui) & quæ eſt Caput & Metropolis Regni. multa habet priuilegia à Sereniſsimis Regibus Aragonum
2 conceſſa, & inter alia quod eius decuriones *Iurats* appellati cognoſcant priuatiuè de cauſis ſiſarũ, hoc eſt, impoſitionem ſiue Gabellarũ contractuum, quæ vt plurimũ imponuntur in carnibus, oleo, telis, ſericis, & lanæ, & alijs huius gene
3 ris. Quæ Gabellæ ſiue ſiſæ deſeruiunt ad ſuſtinenda onera vniuerſitatis eiuſdẽ ciuitatis, & ſunt redditus illius, imprimis enim per Regem Petrum Secundum cum ſuo Regio priuilegio 116. de quo in corpore priuilegiorũ fo. 139. pag. 2. conceſſum fuit, quòd adminiſtratores ſiſarum per dictam ciuitatẽ nominati de cauſis dictarum impoſitionum cognoſceret, poſtea per Regem Martinum cum priuilegio 16. fol. 166. col. 2. ibi: *Poſſunt quoſcunque homines terrarum, & ditionũ noſtrarum, & aliarum, cuiuſcunque legis, gradus, ſtatus, praheminentiæ, dignitatis, aut conditionis exiſtant, quos intra ciuitates villas, vel loca prædicta, & eorum terminos ſeu aliàs reperierint in perſonis & bonis compellere adſoluẽdum vobis, vel emptoribus, ſeu collectoribus impoſitionum prædictarum, quidquid ipſa de cauſa ſoluere teneantur, eis modo & forma, quibus impoſitiones ipſe ſolui ſunt ſolitæ vſque quaque; quo-*

cunque

cunque edicto, prouiſione, vel conceſſione, contra huiuſmodi mentem factis & conceſſis, & etiam faciendis vel concedendis, quæ præſentis ſerie nunc pro tunc reuocamus & nullius valoris exiſtere decernimus & ſanctimus, minimè obſiſtentibus: nec ea vos ſeu aliqui ex vobis dictis vniuerſitatibus vllatenus tentamini obſtruare: quinimo ſi per officiales noſtros cuiuſcunque ſtatus ſeu præheminentiæ exiſtant, ſeu etiam aliàs perſonas vobis obſtaculum aliquid dicto vel facto ſuper dictis impoſitionibus exigendis & recipiendis factum vel impoſitum fuerit? liceat vobis eis reſiſtere, & ab ipſis obſtaculis eos cohibere, nos enim ſuper prædictis compulſionibus & exactionibus impoſitionũ, & ſiſarum prædictarum, & ſuper omnibus & ſingulis exinde dependentibus & emergentibus ac eis cohærentibus & annexis, concedimus & conferimus vobis & vnicuique dictarum vniuerſitatum, ac in vos totaliter tranſportamus omnem compulſionem & diſtrictum, & omnem iuridictionem & poteſtatem compellendi omnes & ſingulos ſupradictos, qui aliquid vendiderint, & emerint, vel negotiauerint, vel contractauerint intra terminos cuiuslibet dictarum vniuerſitatum, vel alias teneantur ad ſoluendum & tribuendum in dictis impoſitionibus & ſiſis, 5 *pro vt impoſitæ exiſtant & ordinatæ ſint vel fuerint exigi & leuari, & nullus officialis noſter cuiuſcunque præheminentiæ exiſtat eiuſque locumtenens qui eſt vel fuerit durantibus temporibus dictarum impoſitionum, de prædictis nullatenus ſe intromittat ſeu intromittere præſumat*, & idem diſponitur in priuilegio 19. Regis Alphonſi III. 4 fol. 18. 6. col. & ibi: *Tenore præſentis, gratis & de certa noſtri ſcientia & expreſſe, dictum priuilegium, quod de verbo ad verbum vt iacet* pro inſerto & ſpecifice hic affixo, haberi volumus & teneri, *laudantes, approbantes confirmantes, & Maieſtatis noſtræ præſidio roborantes, de nouo dictæ ciuitati concedimus & etiam impartimur: volentes & ſtatuentes, quod nulla de cætero commiſſio neque aſſeſſoria alicui alteri perſonæ niſi dictis adminiſtratoribus & iudicibus concedi poſſit per nos ſeu quoſuis officiales noſtros quauis poteſtate ſuffultos, & nemo alius niſi ipſi executiones faciant & exequantur & contra omnes illos & ſingulos, qui forte dictæ ciuitati Valentiæ ratione ipſarum impoſitionum aliquid iam debent vel debebunt etiam poſtea infuturum*. Et in priuilegio 2. eiuſdem Regis Alphonſi III. folio 173. pagina 2. ſunt inſerta priuilegia Regum Petri II. Ioannis I. & Martini & per eundem Regem Alphonſum III. confirmata, cum quibus fuit conceſſum eidem ciuitati, vt eaſdem ſiſas ſoluere teneantur Rex, Regina, filij, fratres, domeſtici & ſa-

& familiares eorum,& alij quicunque in dicta ciuitate de gentes, ſeu ad eam quomodolibet declinantes,vel per eam tranſitum faciẽtes,cuiuſlibet exiſtant conditionis & ſtatus,ac quacunque fulgeant dignitate;& ibi fit meniio quod cum pro parte procuratoris fiſcalis fuiſſet prætenſum contrarium, nihilominus per conſiliarios Regios ita fuit declaratũ. Et pariter in priuilegio 38.eiuſdem Regis Alphõſi 3.fol.192.col.4. fuit prouiſum & declaratum,emptores impoſitionum dictæ ciuitatis, à iudicio ſeu examine adminiſtratorum impoſitionum ciuitatis Valentiæ non poſſe appellare,nec recurſum habere
6 ad Gerentem vices Generalis Gubernatoris, aut locum tenentem illius,aut ad alium quẽcunque iudicem ſeu commiſſarium,inhibendo eidem Gerenti vices Generalis Gubernatoris & eius locum tenẽti,ac cæteris officialibus ſeu commiſſarijs,ne de dictis cauſis impoſitionum,ſeu ratione earum quomodolibet tangentibus vel ex ip-
7 ſis dependentibus & connexis vllo modo ſe intromittant,ſed ad illos adminiſtratores cauſas ipſas remittant,& in foro 85.curiarum anni 1564.fol. 12. per tria Brachia Regni fuit ſupplicatum vt dicti adminiſtratores cognoſcerent de dictis cauſis ſiſarum,& in gradu appellationis dicti Iurati, & nullus alius iudex,nec officialis Regius cuiuſcunque præheminentiæ ſit,etiã in poſſeſſorio,nec in iudicio proprietatis poſſit ſe intromittere in cauſis ſiſarũ,& Dominus Rex mãdauit quod ſeruarentur dicta priuilegia.Deinde in foro 110. curiarum anni 1585.fol.16.fuit ſupplicatum Domino Regi,quòd ex quo adminiſtratores dictarum ſiſarum ſiue impoſitionum ſunt iudices in prima inſtantia dictarum cauſarũ, & Iurati ciuitatis Valentiæ in cauſis appellationum,ne in his cauſis concederentur litteræ cauſa recognoſcendi,& mandari quod non obſtante inhibitione dicti adminiſtratores,& ſuo in caſu Iuriti,poſſent procedere in dictis cauſis, & Dominus Rex reſpondit ſibi placere,ne concedãtur dictæ literæ cauſa recognoſdi in hac materia. Et quia cauſæ dictarum ſiſarum habent executionem paratam iuxta priuilegia dictæ ciuitati conceſſa, mandauit, quod ſeruarentur alia ſupplicata. Tandem in curijs anni 1604.in actibus curiæ Brachij Regij ſiue regalis cap.9.fol.62.col.3. fuit conceſſum, vt ſeruẽtur omnia priuilegia loquẽtia de iuriſdictione conceſſa in cauſis ſiſarum.

8 Et ita fuit declaratum in fauorẽ ciuitas Valentiæ,cognitionem cauſarum ſiſarũ ad iudices ipſius priuatiuè ſpectare,nimirum in prima inſtantia ad adminiſtratores, & in gradu appellationis ad Iuratos,priuatiuè ad alios quoſcunque iudices,prouiſione Regia facta in fauorem conductorum ſiſarum & Syndici ciuitatis Valentiæ,contra Frãciſcum Ioannem Romeu notariũ

certo

certo nomine parte ex altera, publicata per Guillermum Nicolaum Dehona Regij mandati ſcribam die 2. Octobris 1591.

Ex quibus dicebat Syndicus vrbis Valētiæ, cognitionē cauſæ poſſeſſoriæ, ſiue firmæ iuris, quæ poſita fuerat corā Ordinario Vrbis per Syndicū vniuerſitatis loci de Torrēt, & ad Regiā Audientiā euocata in pūcto, in quo erat, & mihi cōmiſſa: nō poſſe tractari in Regia Audiētia, ſed eſſe reſtituendam Iuratis, & officialibus dictę ciuitatis, vt de ea cognoſcerēt. (In ea enim prętendebatur per Syndicum loci de Torrēt, nō teneri dictū locū cōtribuere in ſiſis, & impoſitionibus dictę ciuitatis, ratione vini, quod extrahitur à dicto loco de Torrēt, & defertur ad alias partes Regni extra terminū dictę ciuitatis Valētię) & hoc dicebat Syndic⁹ Vrbis, nominatim fuiſſe cōceſsū eidē ciuitati cū Regia epiſtola directa Duci Cardonę & Sugurbij, tūc Vicerrogi Valentino, data Matriti die 21. Maij 1561. cū qua expreſſe fuit mādatū, vt huiuſmodi cauſæ ſiſarum, nec per viā firmæ iuris, ſiue interdicti vti poſsidetis, vel per viā appellationis, non poſſent tractari in Regia Audiētia, ſed remitterentur Iuratis Valentiæ, vt cum conſilio Aduocatorū ciuitatis deciderētur;
10 & licet Dominus Rex regulariter nō poſsit à ſe abdicare maioriā, & ſuperioritatē cognoſcendi in gradu vltimæ appellationis de cauſis ſuorum vaſſallorū in vniuerſum, tamē bene poteſt in caſu particulari, maximè in cauſa ciuili, hoc concedere per priuilegia, & foros in Curijs, vt dixit Oliba in trac. de iure fiſci, c. 3. n. 40. pag. 43. & c. 4 n. 113. pag. 317. vbi allegat Mieres ita tenētē in Curia Alphonſi IIII. c. 2. les cauſes, verſ. ſed nūquid ex priuilegio poteſt concedere col. 11. Vnde cùm vniuerſitas loci de Torrēt ageret de ſe eximendo à ſolutione dictarū impoſitionū, ſiue ſiſarū, prætendendo eſſe in poſſeſſione, ſeu quaſi libertatis eas non ſoluendi, cauſam fore remittendā ad dictos Iuratos Vrbis videbatur.

Contrà verò Syndicus vniuerſitatis loci de Torrent allegabat,
11 per Sereniſsimum Regem Iacobū I. dicto loco de Torrent, qui eſt præceptoriæ Ordinis ſancti Ioannis Hieroſolimitani, priuilegium fuiſſe conceſſum libertatis & exemptionis à ſolutione dictarū ſiſarū; quod priuilegium datum fuit in ciuitate Barchinonæ, Idibus Iulij 1233. in quo leguntur hæc verba: *Nullū queſtū vel peytā, nullā tolt. vel fortiā, nullā hoſtē, vel caualcatā, vel eorū redemptionē aliquā, nullāque malū ſeruitium, nullumque Bouaticū, vel moneta ticum, nullum herbaticum, vel coronagium, nullumque viaticum, nullamque leudam, vel portaticū, vel conſuetudinem nouam, ac veterem conſtitutā, vel cōſtituendā, nullamque aliā exactionē, vel demandā regalē, vel vicinalem, quæ dici, vel nominari poſsit*, & ibi: *Vel eorum homines, & fæminas, cuiuſcūque dignitatis, vel le-*

M gis,

gis, vel cōditionis ſi, & vbique per totā terrā noſtrā, cum omnibus rebus, & mercibus ſuis proprijs francos, liberos, ingenuos, & immunes, ac penitus alienos à ſupradictis omnibus, & ſingulis per ſæcula cuncta. Quibus verbis dicebat Syndicus loci de Torrent, eius vicinos exēptos à ſolutione ſiſarū, quas imponit ciuitas Valentiæ (intra cuius terminū generalē dictus locus eſt ſitus, licèt non intra terminū particularē, & eius cōtributionē) Syndicus autē ciuitatis Valētiæ dicebat, verba dicti pri priuilegij fore intelligenda de vectigalibus, & alijs iuribus Regijs, non de impoſitionibus, & iuribus præſtādis dictæ ciuitati. Et ageba

12 tur de interpretatione dicti Regij priuilegij, cuius cauſa pertinet ad Regē, & ad Senatores Regios, tex. in d.c. cū veniſſent de iudicijs. *Cū ſuper priuilegijs*, inquit Pōtifex *Sedis Apoſtolicæ cauſa vertitur, nolumus de ipſis per alios iudicari*, tex. in l. ex facto, ff. de vulg. ibi: *Beneficia principalia ipſi Principes ſolēt interpretari*, l. fi. ff. de cōſt. Prin. c. cū tēpore de arbitris, c. 1. & 2. de confirmat. vtil. vel inuti. l. 2. tit. 1. par. 2. ibi: *Otro ſi ha poder, ſi fueſſe obſcuro de lo ſclareçer*, l. 27. tit. 18. p. 3. ibi: *Non lo deue ninguno juzgar ſi non el meſmo, ò los otros q̃ Reynaren*, & ita inquit Garcia de nobilit. gloſ. 1. § 1. nu. 1. fol. 38. *In cauſis nobilitatis ex priuilegio quotidie recurritur ad Auditores Regios, & nō ad iudices ordinarios nobiliū vulgo appellatos Alcaldes de Hijoſdalgo*, & num. 2. poſt mediū refert Baldū in

13 c. 1. n. 3. apud quē, vel quos fœudi contrauerſia debet decidi in vſibus fœud. diſtinguentē, aut dubiū eſt de priuilegio, aut de priuilegiato, primo caſu Princeps cognoſcit: ſecundo inferior à Principe, quod latius explicat, & ſubdit, quādo in priuilegio cōſiſtit ius priuilegiati, inferior poteſt cognoſcere: aut quæſtio eſt ſuper voluntate Principis, & ait, quòd ad Principē eſt recurrendū. Alijs verbis vtūtur Ioan. Andreas, Ant. Abb. Imol. & Felin. in d.c. cū veniſſēt, licet ſenſus horū reincidat in ſenſum Bal. aiūt enim, quòd aut cōtenditur de

14 valore priuilegij, ſeu de intellectu, & interpretatione cōcernēte validitatē, & mentē priuilegij principaliter, & hoc caſu aiūt, quòd Princeps debet cognoſcere, aut incidit quæſtio de cōmodo, & vtilitate, & vſu priuilegij, reſpectu ipſarū partiū, & dicūt, quod inferiores iudices poſſunt rectè cognoſcere, & hā ipsā ſentētiam ſequitur Greg. Lop. l. 27. titu. 18. par. 3. & Sola, in cōmētarijs in antiq. cōſt. Sabaud. gloſ. ſuper decreto, Carolus tit. de clauſ. mādat. Prin. ſig. nu. 3. inquit,

15 litterarū & priuilegiorū Principis declarationē ad ipsū Principē, nō ad aliū pertinere, l. leges 9. Cod. de legibus, ibi: *Si quid verô in ijſdē legibus latū fortaſsis obſcurius fuerit, oportet, id ab Imperatoria interpretatione patefieri*, Afflictis, quę ſint regalia, n. 76. Bal. in l. fi. C. de legibus. Rui. conſ. 208. nu. 8. Bellon. cōnſ. 52. n. 8. in fin. Cancer. tom. 3. variar. c. 3. de

de priuileg. num. 145. & 146. vbi allegat Iacob. Callici. in extrauagãt. Curia cap. 7. nu. 74. & in Margari. fiſci, dub. 8. nu. 8. verſ. 74. vbi num. 75. ſubdit, ſolum Principem cognoſcere poſſe, & ſeu examinare, vel interpretari ſentẽtiã per eũ
16 latam. Eſtque ratio, quoniam vnde proceſsit ius, inde debet interpretatio peti, cap. inter alia 31. §. vn igitur, de ſententia excommunicationis, l. in ambiguis 97. de reg. iur. quod ſic etiam eſt intelligendum, quoties nempe principaliter, & propter ſe interpretatio peteretur, & nu. 148. ſubiungit idem
17 Cancer. poſſe euocari ad Regiam Audientiam cauſam, in qua incidẽter agitur de interpretatione Regij priuilegij, vt per Mich. Ferrer. 1. par. obſerua. c. 24. vbi ſubdit, prædicta de cauſa obſeruari in Regia Audientia. Vt licet regulariter cauſæ patrimoniales debeãt in prima inſtantia coram Baiulo generali Cathaloniæ decidi: attamen quando dubitatur de viribus, aut intelligentia priuilegij: talis cauſa indiſtinctè euocatur ad Regiã Audientiã, & ita in Camera Imperiali obſeruari atteſtatur Andr. Gail. lib. 1. obſeruan. 1. num. 7.
18 Secundo, cũ dicta cauſa tractaretur inter duas vniuerſitates, nimirũ inter ciuitatẽ Valẽtiæ ex vna, & vniuerſitatẽ loci de Torrẽt ex alia parte, cauſa erat conſiſtorialis, ita notat Michaël Fer. in 1. par. obſeruãtiarũ, c. 29. vbi dicit, quod Princeps ſua prærogatiua cognoſcit in ſuo Cõſiſtorio de cauſis arduis vniuerſitatũ, vel corporũ, & allegat ita tenẽtes Callic. in Margarita fiſci 8. dubio prærog. 65. & Mier. in conſt. Tollẽts lo abus, nu. 21. & 22. col. 10. fo. 3. Bellug. in ſpeculo Principũ rub. 38. §. cõquerũtur, n. 2. in fin. fol. 178. col. 3. vbi inquit, quòd procurator Regni cognoſcit de cauſis corporũ, vel vniuer-
19 ſitatum, ad hoc l. de iure in prin. ff. ad municipal. & probatur in c. 10. ſtyli Gubernationis in extrauagãti ſororũ, fol. 52. ibi. *Car puix que es preſupoſat totes les vniuerſitas eſſer del for del dit procurador poſat, y que ſia queſtio ò contraſt entre dues vniuerſitats de hun mateix ſenyor, car conexença deu eſſer del dit procurador, con ſiderat que la vniuerſitat conuenguda es del for del dit procurador*, & Hieron. Portoles in ſcholijs ad Molinũ in verbo vniuerſitas, nu. 6. pag. 930. ait, vniuerſitates Regni Aragoniæ nõ poſſe cõueniri corã inferioribus iudicibus, ſed dũtaxat corã Domino Rege, vel eius primogenito, vel Regente officiũ Gubernationis, vel Iuſtitia Aragonũ conueniri debet. Quæ ſententia quadrat his, quę docet In. in c. dilectiꝰ, in fin. de exceſ. præ. & Bar. in l. 1. ff. de colleg. illici. aſſerẽtes, quòd pedanei, & inferiorіores iudices nõ ſunt competentes, vt vniuerſitates corã ipſis litigare cõpellãtur, quoniam vniuerſitates coram magnis, & ſupræmis iudicibus conueniri debent, & hoc eſt, quod Bald. in l. vniuerſa, C. de diuerſ. reſcrip.

per illum tex.affirmat, quòd ſolus
Princeps in ſuo cõſiſtorio de cau
ſis arduis vniuerſitatũ, vel corpo-
21 rũ cognoſcit, & hinc eſt, quòd in
Regno Neapolitano, ac in Regno
Franciæ, ſola magna & ſupprema
Curia de cauſis vniuerſitatũ etiã in
prima inſtãtia cognoſcere poteſt,
vt ita tradit Afflic. in conſt. Neap.
rub. 59. fol. 104. & ſtyl⁹ Parlam. 3.
par. rub. de quib⁹ cauſis curia Par
lamenti cognoſcere conſueuit; &
Rebuf. in concorda. in procem. in
verb. ſummas, in 14. priuil. fol. 11.
iuxta vnã æditionẽ, & fol. 12. iux-
ta moderniorẽ æditionem. Et hoc
maximè procedit in occurrẽti ca-
22 ſu, ex quo vniuerſitas loci de Tor
rent, quæ prætendit, non teneri ſol
uere ſiſas ciuitatis Valentiæ, nõ eſt
de locis contributionis illius: nam
intra terminũ generale dictæ ciui-
tatis Valentiæ reperiũtur loca tri-
plicis ſpeciei, quædã enim ſunt ſi-
ta intra ortã eiuſdẽ ciuitatis, & ſũt
contributionis particularis; alia,
quæ ſunt ſita intra terminos gene
rales, tamẽ ſunt extra eius contri-
butionẽ: alia deniq; quæ ex con-
uentione ſoluunt certã quantitatẽ
dictæ ciuitati ratione ſiſarum, ſiue
impoſitionũ. Hæc enim diſtinctio
fuit præſentata pro parte dictæ ci-
uitatis in cõgregatione triũ Aula-
rũ Regiæ Audiẽtiæ, quæ facta fuit
Valentiæ in fine anni 1613. me exi
ſtente tunc vno ex Auditoribus
23 illius Regiæ Audiẽtiæ. Loca pri-
mæ ſpeciei, hoc eſt cõtributionis
particularis, ſunt loca ſequẽtia. *El*
Gueran, Burjaçot, Viſtabella, Benima
clet, Ruçafa, Paiporta, Alboraya, Pa-
traix, la Cruz de Milata, las Tauer-
nas, Alfafar, Almaçera, Reneituçet,
Campanar. Et prædicta loca fruun-
tur eiſdem libertatibus, immunita
tibus, & priuilegijs, perinde ac ſi
eſſent vicini Valentiæ: & pariter
ſoluunt ſiſas, & onera ciuitatis, ſi-
cut vicini eiuſdem. Secundæ ſpe-
ciei ſunt reliqua, quæ non enume
rantur in ſupradictis, neque in in-
fraſcriptis. Tertiæ vero ſpeciei,
quæ ex conuentione ſoluunt ſiſas,
& fruuntur priuilegijs, vt vicini
Valentiæ, & ſoluunt ſingulis annis
infraſcriptas quantitates, ſunt ſe-
24 quentia. *Locus de Alaquàs, qui ſol-*
uit quinquaginta libras, Alginet 6. lib.
5. ſol. Alcaçer 16. lib. 10. ſol. el Puig
10. lib. Portacæli, & locus de la Po-
bleta 1. lib. Altura, y las Alcublas
5. lib. Rafel Buñol 4. lib. 10. ſol. Al-
fara 7. lib. Maçamagrell 20. lib. Al-
balat de Moſſen Sorell 21. lib. Bina-
leſa 18. lib. Beniſaraig 3. lib. 10. ſol.
Miſlata 10. lib. Foyos 20. lib. Muſe-
ros 10. lib. Meliana 20. lib. Picacent
24. lib. Beniſayo 16. lib. 10. ſol. Vnde
cũ dictus locus de Torrent nõ ſit
primæ, nec vltimæ ſpeciei, nõ tene
tur cõtribuere in ſiſis, nec poſſunt
vicini loci de Torrẽt immittere vi
nũ intra ciuitatẽ Volentiæ, quãdo
hoc tantũ permittitur vicinis, &
& non extraneis; & quemadmodũ
ſi ciuitas Valẽtię vellet prætẽdere,
vicinos ciuitatũ Oriolæ, vel Seta-
bis, debere ſoluere ſiſas, ſiue impo
ſitiones Valẽtiæ, de his rebus, quas

non

non immittunt intra ciuitatem Valētiæ, hæc quæſtio, an vicini Orio læ, & Setabis deberent ſoluere ſiſas, non eſſet tractanda coram officialibus ciuitatis Valentiæ, ita pa-
25 riter, cum Syndicus loci de Torrent alleget hanc qualitatem exēptionis à cōtributione in dictis impoſitionibus, virtute Regij priuilegij, debet tractari cauſa in Regia Audientia, & non coram officialibus ciuitatis, & ita fuit declaratum cum Regia prouiſione in fauorem officij interpollatorum, ſiue Pellexiorum, contra Syndicū Valentiæ publicata per Alreus, die 11. Maij 1602. quæ eſt in proceſſu dictarum partium, actuario Franciſco Vincentio Iorda notario.

26 Neq; obſtant in cōtrariū adducta, bene enim verū eſt, in cauſis ſiſarū officiales ciuitatis, nimirū adminiſtratores in prima inſtātia, & Iuratos in ſecūda, & tertia eſſe iudices priuatiue, etiam ſi per vicinū Valentiæ prætendatur, non deberi ſiſam, & ita fuit declaratum in Regia Audientia, cū ſententia lata in fauorē arrēdatorū ſiſarū Vrbis, ſententia publicata per Franciſcū Paulū Alreus, die 28. Iulij 1606. cū enim præſumptio ſit hoc caſu pro ciuitate (nā omnes vicini eius laici præſumūtur debitores dictarū impoſitionū) licèt aliquis ex eis prætendat exemptionē, nō ex hac negatione eximitur à iuriſdictione officialium Vrbis: ſecus tamen eſt, quando aliqua vniuerſitas ſita extra terminū particularē, maximè virtute Regij priuilegij, prætēdit, eius vicinos nō debere ſoluere dictas ſiſas ciuitatis Valētiæ, hoc enim caſu, quia præſūptio nō aſſiſtit ciuitati, ſed imo reſiſtit: & agitur de interpretatione Regij priuilegij, cauſa debet tractari in Regia Audientia, quæ nomine Regis ſententias profert, vt declaret, an vicini talis vniuerſitatis, quæ prætendit exemptionem, debeat ſoluere, vel non, ſiſas.

27 Ex quib' ego vt Auditor cauſæ fui interloquutus, ex deliberatione Regij Conſilij, dictā cauſam vertentē in Regia Audiētia inter Syndicū loci de Torrēt ex vna: & Syndicū ciuitatis Valentiæ parte ex altera, non eſſe reſtituendā officialibus ciuitatis, ſed eſſe tractandā in Regia Audientia, prouiſione facta die 7. Septēbris 1611. & cū ab ea ſupplicaſſet Syndicus Valentiæ, fuit confirmata in hoc S.S.R.C. ſententia publicata per Michaēlē Codorniu loco Franciſci Caſont, die 20. Septembris 1614.

DECISIO CXXXXVIII.

CLERICVS CONVENTVS actione perſonali, ſuper bonis immobilibus in Regno Valentiæ cōueniri debet corā iudice Regio, & nō corā Eccleſiaſtico.

Expenſis mulctari debet clericus, qui exceptionem fori declinatoriam opponere diſtulit vſque ad ſententiam.

1 *Facti ſpecies.*
2 *Clericus debet conueniri coram iudice Eccleſiaſtico, & non poteſt coram ſæculari.*
3 *Cauſæ Eccleſiaſticæ, & ad forum Eccleſiaſticũ quomodolibet ſpectãtes nõ poſſunt ſub pœna excõmunicationis tractari coram iudice laico.*
4 *Clericus non poteſt renuntiare priuilegio fori.*
5 *Clericus non poteſt prorogare iuriſdictionem iudicis ſæcularis.*
6 *Clerici tenentur ſubire iudiciũ corã officialibus Regijs, tam in actione Reali, quàm perſonali iuxta leges, ſiue foros Regni Valentiæ.*
7 *Fori Valentiæ fuerunt conditi per Regẽ Iacobũ primũ, cum interuentu Nuntij Apoſtolici, & ita habẽt vim canonis prouintialis.*
8 *Rex Iacobus primus, fuit dominus omnium bonorum immobiliũ Regni Valẽtiæ, & omnis iuriſdictionis in eo.*
9 *Iurati Valentiæ poſſunt compellere clericos poſſidentes bona de Realenco contribuere in oneribus ciuitatis.*
10 *Iudex ſæcularis poteſt cognoſcere de decimis à Summo Pontifice Regi conceſsis in Regno Granatæ.*
11 *Clericus in multis caſibus poteſt coram iudice ſæculari conueniri.*
12 *Bulla in Cœna Domini non tollit ſæculari cognitionem circa bona de Realenco inter Eccleſiaſticos.*
13 *Expenſis mulctari debet clericus, qui diſtulit opponere fori declinatoriam vſque ad ſententiam.*

1 Michaël Lop præsbyter, occaſione venditionis quarumdam terrarum, ſiue prædij ruſtici, conuentus fuit actione perſonali coram iudice ordinario Eccleſiaſtico, nimirum coram Officiali, & Vicario Generali Archiepiſcopi Valentini, per Dñ Balthaſarem Sapena, corã quo inter dictas partes diutius fuit litigatum, & concluſo iam proceſſu, ſiue lata ſententia, dictus Michaël Lop præsbyter fori declinatoriam opposuit, prætendendo non potuiſſe litigare, circa dictum prædium ruſticum coram iudice Eccleſiaſtico, & cùm dictus iudex Eccleſiaſticus contrariũ prætenderet, dictus Lop præsbyter ſupplicẽ libellum obtulit, ſiue ſupplicationẽ in Regia Audiẽtia, allegãdo iuriſdictionẽ, circa bona immobilia, quæ appellãtur de Realẽco, in Regno Valentiæ ſpectare ad iudices Regios, etiam ſi agatur actione perſonali contra clericum, & idem deduxit procurator Fiſci Regij, ad cuius ſupplicationem per dictã Regiam Audientiam fuerunt expeditæ litteræ contentionis, cũ quibus fuit monitus iudex Eccleſiaſticus, vt remitteret cognitionem dictæ cauſæ ad Regiam Audientiam vti iudicem competentem, & ſi facere recuſaret, pro executione concordatorum, ſiue concordiæ initæ inter Regiam iuriſdictionem, & Eccleſiaſticam nominaret arbitrum, qui ſimul cum arbitro nominato per dictam Regiam Audientiam, hoc

hoc dubium deciderent, an cognitio actionis intentatæ contra clericũ litigãdo ſuper bonis immobilibus actione perſonali, ad iudicem Eccleſiaſticum, an vero ſæcularem pertineret. Et cum ſuper hoc dubio fuiſſet ſuſcitata contentio, & arbitri à dictis partibus nominati diſcordaſſent; deciſio huius cauſæ fuit deuoluta ad Regium Cancellarium, qui eſt iudex Eccleſiaſticus a Rege nominatus, & authoritate Apoſtolica debet declarare, an iuriſdictio in controuerſijs, de cauſis contentionum, ad Eccleſiam, an vero ad Regem ſpectet. Et in declaratione huius contentionis ego interueni tanquam Regius Conſiliarius cum Priore domus Templi Valentiæ, qui in hac cauſa officium Regij Cancellarij gerebat, & lite coram o diſcuſſa, allegabatur pro parte iuriſdictionis
2 Eccleſiaſticæ regula, quòd clericus debet conueniri coram iudice Eccleſiaſtic ; & non poteſt coram ſæcular, cap. 2. & cap. qualiter de iudic, c. ſi diligenti de
3 foro competenti, & maximè ſtante Bulla in cœna Domini prohibente, ſub excomunicationis pœna, cauſa Eccleſiaſticas tractari coram iudice laico, non obſtante quacuque conſuetudine etiam immemoriali: & licet quando agitur actione reali iudex laicus cognoſcere poſſit ratione rei poſſeſſæ per clericum; tamen quando agitur actione perſonali, vt in noſtro caſu, hoc nullatenus poteſt,
4 quia eſt incapax iudex laicus, & clericus non poteſt renuntiare priuilegio fori d. c. ſi diligenti de for. comp. nec poteſt prorrogare iuriſdictionem ſæcularis iudicis, Socinus in c. ſi quis clericus, nu. 2. & in c. ſi diligenti, nu. 12. & ſeq. vbi ait quòd eſt priuilegium iuris diuini, ita ſupra relatus Cardin. Tuſch. in verbo clericus, concluſ. 387. nu. 1. & 4. & relati à Couarruuias pract. quæſt. cap. 31. nu. 1. & 2.

Sed his non obſtantibus, con-
6 trarium fuit deciſum per Regium Cancellarium, quia expreſſe ſancitum eſt lege Regni Valentiæ, nimirum in foro 15. de rebus non alienandis, fol. 111. clericos poſſe emere, & quocunque alio titulo acquirere quæcunque bona immobilia, quæ appellantur de Realenco ad vſum propriũ, qui clerici teneantur ſoluere pro dictis bonis omnia onera regalia, & vicinalia, & pariter teneantur ſubire iudicium coram officialibus Regijs, tam in actione Reali, quàm in perſonali, & idem virtualiter antea fuerat ſancitum in foro 6. de iuriſd. vbi diſponitur, quòd ſi laicus litiget contra clericum, circa domos, terras, vel prædia ruſtica ratione pignoris, etiã ſi petat fructus dictorum bonorum, clericus teneatur reſpondere coram iudice laico, quia dicta bona fuerũt à principio Regis, & ita debent iudicari vti bona Regia, & ſic tenentur ſubire iudicium iudicis ſæcularis,

Digitized by Google

qui forus fuit conditus per Regẽ Iacobum primum Regni Valentiæ expugnatorem; & Nuntius Apoſtolicus interuenit, quando conditi fuerunt dicti fori à Rege Iacobo primo, vt teſtatur cõciuis meus Belluga in ſpeculo Principum rub. 11. §. videndum, nu. 10. & fin. & ideo inquit merito habẽt vim canonis prouincialis, vt in c. canon. §. porro 3. diſtinct. & ſic non mirum ſi in dubijs doctorũ, & canonis ſententijs, Princeps laycus potuit eligere, & diſponere, annuente legato Eccleſiæ, & cum dictus Rex eſſet dominus omnium bonorum immobilium Regni Valentiæ iure belli, quia Regnum expugnauit à manu infidelium, l. naturalem, §. fin. in fin. ff. de acqui. rer. domi (& late probaui in mea deciſ. 3. num. 15. Regem acquiſiuiſſe dominium, & iuriſdictionem in omnibus bonis Regni, & ſuper iuriſdictione habere fundatam intentionem) rectè potuit ſtatuere, vt non aliter tranſirent ad Eccleſiam, & ad Eccleſiaſticas perſonas, niſi cum hoc onere & conditione, vt clerici poſsidentes conuẽti ratione eorum actione perſonali, vel reali, tenerẽtur coram Iudice Regio reſpondere, & merito Rex in traditione rei ſuæ illam potuit ea lege aſſicere, & conditionem apponere, l. in traditionibus, ff. de pact. & l. ſi quis ſub hoc pacto. ff. de contrahen. emptio. vt docet Belluga rub. 14. de amortizationibus, §. veniamus, num. 31. & in Regno Valentiæ ita ſemper fuit obſeruatum, & etiam fuit ſtatutũ per Regem Iacobum II. priuileg. 51. in fin. fol. 52. & per Regem Petrum II. in priuilegio 20. & 26. in volum. priuilegiorum Regni Valentiæ, fol. 107. ibi: *Quód ſi aliquis ſubditus Regis præſumpſerit Eccleſiaſticum iudicem adire pro rebus ad Regiam iuriſdictionẽ ſpectãtibus ipſo iure inſtitutâ actione cadet, cuius actionis medietas Regio ærario, & conuento alia medie-*
9 *tas applicetur, & puniatur arbitrio*, &
in priuileg. 78. eiuſdẽ Regis Petr.
II. fol. 12. conceſſum fuit Iuratis
ciuitatis Valentiæ, vt poſsint compellere cleſicos poſsidentes bona de Realenco prætextu beneficiorum, ſeu aliâs, contribuere in oneribus dictæ ciuitatis, cum ita diſpoſitum ſit per forum, qui eſt generalis lex Regni, dummodo compulſiones fiant in rebus ipſis, & bonis de Realenco per clericum poſſeſsis. Et quòd hoc caſu cognitio pertineat ad iudicem ſæcularem, ſuadetur ex his quæ ſcribit Barboſa in l. Titia 35. nu. 42. ſolut. mat. in materia decimarum, quæ in Regno Granatæ Regibus
Catholicis per Summ. Pontificẽ
10 fuerunt conceſſæ, dicendo, de illis
cognoſcere poſſe iudices ſæculares duab⁹ rationibus. Prima, quia poſsidentur ab Eccleſia titulo tẽporali, & non ſpirituali, & ideo tãquam de rẽ mere temporali cognitio pertinet ad ſolos ſæculares. Secunda, quia non agitur de iure

oci-

decimandi ſpirituali, ſed de facultate percipiendi fructus ſub nomine decimæ, quæ facultas eſt quid facti ſeu tẽporale, cognitio autem rei temporalis debet pertinere ad ſæcularem, ita Bellug. in ſpecul. Princip. rub. 13. §. reſtat, num. 3. & melius idem Belluga in eodem verſ. reſtat, num. 10. prope finem, & num. 11. inquit, quod ex quo Eccleſiæ duas partes decimarum habuerunt à Principe, illas poſsident vt bona de Realenco cũ onere ſuo, & ſic cum Principis iuriſdictione; quaſi bonis affectis ante donationem, vt notatur in l. reſcripto, §. finali, ff. de mune. & honorib. & per Bald. in l placet, C. de ſacroſanct. Eccleſ. & negari nõ poteſt, quin decimæ ſint fructus bonorum de Realenco, qui eodẽ iure cẽſentur, vt in foro fin. de iuriſdict. om. iud. & ſic iuriſdictio fructuum decimalium eſt de foro iudicum laicorum, & Eccleſia de illorum iuriſdictione ſe nequit intromittere; & ita iuriſdictionem in cauſis decimarum in Regno Valentiæ ad iudices Regios ſpectare fuit deciſum cum ſententia Regis Cancellarij, vt late probaui in mea deciſ. 3.

Ex quibus ſatis reſultat ſolutio ad cõtraria argumenta, verũ enim eſt regulariter clericum coram iudice ſæculari fore conueniendum. Fallit tamen in multis caſibus relatis per Cardinalẽ Tuſ. in verbo clericus, cõ. 386. pag. 893. & inter alios fallit dicta regula, quãdo cõueniuntur ratione bonorum immobilium, quæ adquiſierunt cum hoc onere, & conditione, vt tenerentur ratione eorum reſpondere tam in actione reali, quam perſonali coram iudice Regio, ex rationibus ſupra deductis, nec circa ea ſunt incapaces iudices ſæculares, cum non cognoſcant de perſonis clericorum in cauſa criminali, ſed tantum de actione ciuili ratione rerum immobilium, quæ à domino Rege adquiſierunt, & licet allegati à Couar. pract. q. c. 34. num. 1. tenuerint exemptionem clericorum à iuriſdictione ſæculari eſſe de iure diuino, contrarium tamen latè probat Couar. ibi, num. 2. verſ. cõtraria opinio, vbi reſpondit contrarijs argumentis, & num. 5. verſ. non ita, dicit fore admittendã conſuetudinẽ Galliæ. Nec obſtat Bulla in Cœna Domini, illa enim tantum prohibet iudicibus ſæcularibus cognitionem in cauſis ad forũ Eccleſiaſticum ſpectantibus, hæc autem cauſa non pertinet ad Eccleſiaſticum forum, ſed ad iudices Regios, cum ſit circa bona de Realenco, ex his quæ dixi, num. 8. cum ſequentibus.

11

12

13 In eadẽ cauſa, & cum ſententia de qua infra, fuit cõdemnatus dict' Lop præsbyter in expenſis, ex eo quòd diſtulerat opponere fori declinatoriam vſque ad ſententiam coram iudice Eccleſiaſtico, quando fuit conuentus à dicto don Balthaſare Sapena actione perſonali ratione dicti prædij ruſtici, iuxta

ea quæ tradūt Feli. Bellame. Boër. Calderi. Dec. Aufrer. Couarru. Aſsin. & Vrſili, in locis relatis per Farinac. in praxi, quæſt. 8. de inquiſitione, num. 16. & dixi latius
14 ſupra in deciſio. 141. Et ita in dictis duobus capitibus fuit declaratum cum ſententia lata per Priorem domus Templi, vti Regium Cancellarium, cum interuētu Senatorum, ſiue Doctorum Regiæ Audientiæ ciuilis noſtræ Aulæ, publicata per Auguſtinum Palau notarium, vice Ludouici Palau notarij ſcribæ Regis Cancellarij, die 2. Maij 1612.

DECISIO CXXXXIX.

APPELLARE TANTVM licet ſemel ab interlocutoria iuxta forum, ſi tamen iudex à quo appellationem, vel ſupplicationem admiſſerit à ſententia confirmatoria, de meritis cauſæ cognoſci iterum poteſt.

1 *Caſus.*
2 *Appellare tantum poteſt ab interloquutoria quaelibet partium ſemel.*
3 *Forus 9. de appellatio. non prohibet iudicem admittere appellationem à ſententia confirmatoria interloquutoriæ lata ſuper fori declinatoria.*
4 *Appellatio non admittenda admittitur, parte non opponente.*
5 *Admiſsio appellationis valet, quādo fori verba non ſunt abnegatiua poteſtatis iudicis eam admittentis.*

1 CVm Ioannes Nauarro vniuerſitatis de Almoradi oppoſuiſſet exceptionem declinatoriam fori corā Rationali ciuitatis Oriolæ, & dictus Rationalis ſe declaraſſet iudicem cōpetentem, à dicta interloquutoria ſententia appellauit, & cauſa introducta in Regia Audientia fuit confirmata, cum Regia ſententia publicata per Ioannem Daça, die 21. Februarij 1611. à qua Regia ſentētia dictus Nauarro ſupplicauit, & dicta ſupplicatio fuit admiſſa, & præſtitit cautionem iuxta Regiam pragmaticam, & ſupplicationis cauſam introduxit in alia Aula eiuſdem Regiæ Audiētiæ, quæ mihi commiſſa fuit, & quādo actū fuit de meritis dictæ cauſæ ſupplicationis vertentis inter dictū Nauarro ex vna, & Andream Torres notarium ex alia, cauſæ erat actuarius, ſiue ſcriba Ioſephus Ramirez notarius, dubitatū fuit in principio menſis Auguſti, anni 1612. an poſſet ſuper meritis cauſæ dictæ ſuplicationis declarari, an dictus Rationalis eſſet iudex cōpetens, vel incompetens.

2 Et dubium faciebat, nam iuxta for. 9. de appella. fol. 169. à ſententia interloquutoria lata ſuper fori declinatoria, quælibet partiū poteſt ſemel tantum appellare, vt legitur ibi: *Fem fur neu, que de alguna interlocutoria, o declaracio feta en fet ciui l*

ciuil, no ſen puixa interpoſar appellacio alguna iuſta, ó iniuſta, ſi donchs no es de ſentencia ſobre declinatoria de iuhi, de la qual puga eſſer appellat vna vegada tant ſolament per caſcuna part. Vnde cùm iam fuiſſet ſemel appellatum per dictum Nauarro, & confirmata interloquutoria ſententia, ſiue prouiſio, cum qua Rationalis ſe declarabat iudicem competentem, iam non potuerat iterum appellare; vel ſupplicare.

Nihilominus tamen fuit reſolutum, declarandum eſſe ſuper meritis cauſæ principalis, licèt enim dictus Nauarro non poterat à dicta
3 ſententia confirmatoria ſupplicare, iudex tamen non reperiebatur prohibitus per dictum forum admittere ſupplicationem, quam admiſsit, & pars non cõtradixit, quæ contradicere debuerat, & (vt in-
4 quit Ruginel. de appellatio. §. 6. gloſ. 2. cap. 2. num. 17. pag. 91.) quælibet appellatio non admittẽda admittitur, parte non opponẽte, & vigore iſtius admiſsionis valet ſentẽtia ſuper inde ferenda, nõ obſtante prima re iudicata, vti voluerunt vltra alios, quos allegat Cæſ. Cõtar. ad 13. limit. l. vnic. C. ſi de mom. poſſ. nu. 1. & ſeqq. Dec. in l. 1. ſub num. 6. verſ. 4. ſi non opponatur de bon. poſſ. ſecundum tab. Crau. conſil. 273. in fin. Lãcel. de attent. lit. penden. limit. 6. num. 27. cum ſeq. & idem Ruginel. nu. 29. conſiderat, in caſu de quo ibi
5 non eſſe verba abnegatiua poteſtatis, propterea valere admiſsionem prædictam, ita Feli. in d. cap. Paſtoralis, ſub num. 30. verſ. Conſidera, quòd de except. quem ſequitur Contar. d. limitat. 13. num. 4. ſecus vero ſi eſſent abnegatiua poteſtatis, puta ſi diceret, non poſsit iudex, non concedat, non admittat, vt ibi per Felin. & hac diſtinctione tollitur ea, quæ Cauagnol. ad decretum 14. Montisferra. §. 1. quæſt. 8. in contrarium adduxit. Et ita fuit reſolutum in Senatu Valentino, in principio menſis Augusti 1612. actuario Ioſepho Ramirez.

DECISIO CL.

ALIMENTA SVNT præſtanda per hæredes mariti vxori intra annum luctus, dum dos ei non ſoluitur, & pariter veſtes lugubres.

1 *Alimenta præſtanda ſunt per hæredes mariti vxori intra annum luctus, donec fuerit ei ſoluta dos, & augmentum iuxta foros.*

2 *Hæredes mariti tenentur viduam alere.*

3 *Alere non tenentur hæredes mariti vxorem, dote ei reſtituta.*

4 *Alimenta taxanda ſunt iuxta redditum dotis, ita Regia ſententia num. 6.*

5 *Viduæ præſtanda ſunt alimenta ſecundum quantitatem dotis, & donationis propter nuptias.*

7 Ha-

7 *Hæredes mariti, quando fructus dotis non ſufficiunt, ſupplere debet de proprio, quicquid deeſt, ad alimenta.*

8 *Alere tenetur maritus vxorem ſecūdum dignitatem, & qualitatem perſonæ.*

9 *Maritus ſupplere debet ad alimenta, ſi vxor non habet dotem, vel nō ſufficiat ad congruam ſuſtentationem.*

10 *Vxori non ſolum præſtantur alimenta, ſed etiam pediſequis, & alijs ſeruientibus.*

11 *Veſtes lugubres non deberi viduæ tenuerunt plures hic relati.*

12 *Vxor, mortuo viro, debet veſtiri veſtibus lugubribus, & velis expenſis hæredum, ſi de hoc eſt conſuetudo.*

13 *Forus 11. ſolut. matri. prohibet vxori; ne aliquid petat mortuo viro, niſi dumtaxat veſtes quotidianas, quas deferebat, viuente viro.*

14 *Veſtes lugubres per hæredem mariti vxori eſſe præſtandas, tenuerūt hic relati, & numeris ſeqq.*

15 *Veſte lugubri induebatur tota familia defuncti, tēpore Digeſtorum.*

17 *Veſtes lugubres in Regia Audientia Cathaloniæ indiſtinctè fuerunt adiudicatæ viduæ.*

18 *Veſtes lugubres debētur vxori ab hæredibus mariti, etiam non probata conſuetudine deducendi ex viri præmortui hæreditate, ſed tantū quòd vidua his, vel illis veſtibus ſolent lugere maritos.*

19 *Vidua, ſi nubat intra annum luctus tenetur reddere veſtes lugubres.*

20 *Conſuetudo de ferendi veſtes lu-*
4 *gubres in illa patria eſt inſpiciēda, vt ex bonis mariti ſoluantur.*

21 *Veſtes lugubres ſoluere tenentur hæredes mariti vxori, quando tam alere tenentur, aliàs ſecus, niſi adſit conſuetudo.*

22 *Viduæ præſtātur veſtes lugubres Valentiæ, ex quo iuxta forū hæredes mariti eam alere tenentur.*

23 *Alimentorum nomine veſtes continentur.*

25 *Forus 11. ſol. matr. declaratur.*

25 *Veſtes lugubres viduis, cum di-*
6 *uerſis Regijs ſententijs adiudicata fuerunt, & veſtes mediocres.*

DOmna Catherina Milæ vidua relicta à Iacobo Sanz Cōtanda, ciue Valentiæ, & domino locorum de Benaſer, & Herragudo, petijt in Regia Audientia alimenta, & veſtes lugubres, per hæredem mariti ſibi præſtari, & quantitatem valoris eorum per Regiam Audientiam taxari, iuxta eius qualitatem, & iuxta diuitias mariti. In hac cauſa duo dubia inciderunt.

Primum, an alimenta eſſent taxāda iuxta redditum dotis, an verò iuxta qualitatem perſonæ.

Secundū, an deberēntur veſtes
1 lugubres, & cuius valoris reſpectu alimētorum. Quòd eſſent præſtanda, nulla poterat eſſe difficultas, quia for. 6. & 9. ſolut. matr. expreſsè diſponunt, viduam eſſe alēdam de bonis mariti intra annum luctus, donec fuerit ſoluta de do-

te,

te,& augmento,à die vero ſolutio
nis ei factæ non eſſe amplius alen-
dã,forus enim 6. ita ait. *Si morra lo
marit, la muller no puſque demanar lo
xouar dins vn any, ſils hereus ſeran
aparellats de donar, è de fer à ella tots
ſos obs*, & forus 9. inquit. *Sils hereus
del marit ſatisfaran enfre vn any cõ-
ptat del dia de la mort del marit, à la
muller del defunct en lexouar,è en ſpo
ſalici, no ſien tenguts à ella del temps
de la paga à enant, de fer ſos obs en nẽ-*
2 *guna coſa*,& hoc idem procedit de
iure Cæſareo,nam hæredes mari-
ti tenentur viduã alere, vt latè pro
bat Surd. de alimen.titu.1. quæſt.
44.& præſertim,num.11.cũ ſeqq.
vſque ad num. 29. & ibi num. 52.
3 probat,quòd ſi hæredes mariti eli
gũt, dotem reſtituere, non ſpecta-
to anno,liberantur ab onere alen-
di, & ibi, multis relatis,bene con-
firmat. Tantùm autem dubitatur
circa taxationem eorum,nimirum,
an fieri deberet iuxta redditũ do-
tis,an vero iuxta qualitatem perſo
næ,quia erat neptis Comitis de Al
bayda,& tantùm in dotem conſti-
tuerat dicto eius viro quatuor mil
le libras monetæ Valentinæ,quarũ
redditus non attingebãt tercentas
4 libras. Et videbatur,alimenta eſſe
taxanda iuxta redditum dotis, l. ſi
cum dotem 23. §. ſinautem inſa-
uiſsimo,ff.ſolut. matr. ibi: *Et ali-
menta præſtare, & medicinæ eius ſuc-
currere, & nihil prætermitti, quæ mari-
tũ vxori adferre decet ſecundum do-
tis quantitatem*,& ibi Bart. num. 5.
vbi poſt Iacob.de Arena dicit,at-
tendi,non quantitatem dotis, ſed
reddituum eius, l. ex annuo 15. ff.
de donatio.inter virum, & vxorẽ,
ibi : *Ex annuo vel menſtruo, quod
vxori maritus præſtat, tunc quod ſu-
pereſt reuocabitur, ſi ſatis immodicum
eſt, ideſt ſupra vires dotis.* & ibi gloſ.
declarat, ideſt ſi excedat fructus
ipſius dotis, & in terminis Surd.
de aliment.tit.4. quæſt. 20.num.6.
5 vbi dicit, viduæ præſtanda eſſe ali
menta ſecundum quantitatem do-
tis, & donationis propter nuptias
intra annum luctus, dum fit dotis
reſtitutio, vt probat Bal. in conſ.
58.num.7. volum. 2. vbi expreſsè
loquitur, Crau.in conſ.139.qui id
tenet, quoad alimenta viduæ præ-
ſtanda, etiam poſt annum luctus,
dum hæredes mariti ſunt in mora
ſoluendi dotem. Ricci.in collectan.
deciſ.4.par.colectan.98.in fin. vbi
dicit, ita deciſum affirmare Ana
6 nam. ſingulari 26. & iuxta hanc
opinionem cum ſententia lata, me
referente, in fauorem Hieronymæ
Nauaſquillo, publicata per Fran-
ciſcum Paulum Alreus, die 8. Au-
guſti 1615. fuerunt taxata pro ali-
mentis dictæ Hieronymæ Nauaſ-
quillo, & de Soler, viduæ relictæ
à Ioanne Baptiſta Soler agricola
octuaginta libræ monetæ Valen-
tiæ, quæ erant redditus dotis, &
augmẽti, vltra veſtes lugubres, quę
ei traditæ fuerunt, & cum dictæ
Domnæ Catherinæ Mila non de-
beretur augmentum dotis à dicto
Sanz Cotanda, cui ſecundò nup-
ſerat, cum iam eſſet vidua, & au-
gmen-

gmentum dotis tantum debetur vxoribus, quæ contraxerunt matrimonium, cũ eſſent virgines, videbatur tantùm ei eſſe præſtandã pro alimentis quantitatem correſpondentem redditibus dotis.

Sed contrarium fuit deciſum, & eidem Domnæ Catherinæ fuerunt taxatæ quatuor cẽtum libræ, pro alimentis vnius anni, ſiue quãtitates reſpondentes tempori decurſo à die, quo exiuit à domo viri, in qua fuerat alita vſque ad diẽ integræ ſolutionis ſuæ dotis, attenta qualitate eius perſonæ, & quantitate patrimonij dicti eius viri, quia, vt inquit Surd. de alimen. tit.
7 1. quæſt. 44. num. 32. fol. 48. quando fructus dotis non ſufficiunt, hæredes mariti ſupplere debent de proprio, quidquid deeſt ad alimẽta ſecundum Bar. in l. diuortio in fin. Imol. col. 2. in fine Roma. nu. 14. hoc etiã voluit Ang. ibi, Alex. num. 19. vbi defendit aduerſus Iacob. Butri. ſuſtinendo rationem, quòd ſicuti maritus tenetur vltra fructus dotis, ita & hæres eius, licet dicat, contrariam ſententiam eſſe veriorem de iure, ſequitur Socin. num. 17. Salic. in §. ſinautem, num. 6. Capic. deciſ. 24. num. 5. & idem Surd. titu. 4. quæſt. 18. num.
8 27. fol. 161. inquit, maritum vxorem teneri alere ſecundum dignitatem, & qualitatem perſonę, nam & ſi dicãt aliqui, alendam eſſe pro modo dotis, Specul. titu. de dote poſt diuor. relic. §. formalis, num. 15. Bart. in l. ſi cum dotem, §. ſinautem in ſæuiſsimo, num. 5. ff. ſolut. matr. Abb. Alex. & Campeg. citati à Cordub. in l. ſi quis à liberis, §. ſi quis ex his, num. 20. vbi
9 quòd augentur alimenta pro modo dotis: tamen ſi, vel dotem non habeat, vel ea non ſufficiat ad congruam ſuſtentationem, ſupplet maritus de proprio. Inno. in cap. per veſtras de donatio. inter vir. & vxor. apertius Salic. in l. quod in vxorem, num. 1. C. de neg. geſt. vbi Alex. nu. 8. & Corne. num. 2. Aret. in §. fuerat, num. 8. Inſtit. de actio. ſequitur Cordu. in d. §. ſi quis ex
10 his, num. 23. & ideo non ſolũ vxori, ſed etiam pediſſequis, & alijs ſeruientibus præſtanda ſunt alimenta, vt voluit gloſ. in Auth. de non eligen. ſecun. nuben. §. fin. in ver. onera, vbi Bar. dicit, eſſe perpetuo menti tenendũ, ſequitur Lup. in rub. de donatio. inter vir. & vxor. §. 68. num. 6. & in cap. per veſtras in 3. notab. in prin. col. 3. ver. & ad hoc eſt tex. fol. 133. ſequuntur Lãbertin. Boer. & Æmili. quos citat Cordu. in d. §. ſi quis ex his, num. 25. & quòd præſtentur alimenta ſecundum dignitatem, probat gloſ. in §. fin. dum inquit, alendam eſſe vt filium, ponit Præpoſ. in d. c. per veſtras, num. 5. vbi ponit, qualia præſtentur viduæ.
11 In ſecundo dubio, veſtes lugubres nõ deberi viduę, tenuit Guid. Pap. ſingulari 398. in volum. ſingulariũ Doctor. pag. 420. Capra. conſ. 135. vbi dicit, de rigore iuris nõ deberi, ſed ex honeſtate, Aufr. in

in addit.ad deciſ.Capellæ Tollo-
ſanæ 337.vbi inquit,hæredem ve-
ſtes lugubres debere facere, ſi ex-
tat conſuetudo, aliàs hæredem nõ
teneri, & hoc ſentire videtur Bal.
in l.quod in vxorem,num.1.C.de
negotijs geſtis,vbi notat,quòd ma
ritus vxori infirmæ tenetur ſubue
nire de alimentis,de medicinis, &
de omnibus neceſſarijs, nam cùm
duret matrimonium,tenetur ſubi-
re onera, ſed poſtquam vxor eſt
motua, finitum eſt matrimonium,
& ita non tenetur eam de proprijs
ſepellire,& hoc idem ſentire vide
tur Ang.in l.decreto,num.2.C.ex
quibus cauſis infamia irrogatur,
dum ait,quòd mulier de domo vi-
ri debet habere veſtimenta vidua
lia,ſi conſuetudo loci,& conditio
perſonarũ hoc importet, Caſſan.
in conſuet.Burg.rub.4.§.6.gloſ.
verb. Surla, & Caballin. millelo-
12 quio 521.p.12.nu.12.pag.7. vbi
inquit,vxorem,mortuo viro,debe
re veſtiri veſtibus lugubribus, &
velis expenſis hæredum, ſi de hoc
eſt conſuetudo in patria,& hos,ni
mirum Guid.Pap. & Caballinum
corruptè allegauit Barboſa in l.
quæ dotis 34. num. 81. poſt med.
ff. ſolut. matrim. pag. 698. col. 2.
qui expreſsè hanc tenuit ſenten-
tiam alios allegans,eandem etiam
ſequuntur Fran.Marc. deciſ. 819.
nu.1.1.par.fol.280. Aloyſius Leo
in d.l.decreto,nu.4. C. ex quibus
cauſis infamia,& in noſtro Valen-
13 tiæ Regno hanc opinionem vi-
detur approbare forus 11. ſolut.
matr. prohibens vxori, ne aliquid
petat, mortuo viro, niſi dumtaxat
veſtes quotidianas,quas deferebat
viuente viro, ibi: *Si alguna fembra
apres la mort de ſon marit haura co-
brat ſon exouar, è la donacio per nu-
pcies, neguna coſa no puſque dema-
nar per raho de cambra: la qual hauia
enſemps ab lo marit: ne les veſtidures:
ſino tanſolamẽt aquelles de tots dies*, &
licèt in additione poſita ad dictũ
forum reſpectu veſtium reperia-
tur hoc mutatum, tamen per forũ
ſequẽtem fuit reuocata additio fo
ri præcedentis, ita vt remaneret in
ſuo robore prima diſpoſitio, vt
vxori non debeant præſtari veſtes.
14 Sed his non obſtantibus, con-
trarium fuit deciſum,de iure enim
Cæſareo multi tenuerunt,veſtes lu
gubres per hæredem mariti vxo-
ri eſſe præſtandas, quòd expreſsè
docuit Angel.in l.ſi ex re,in §.fin.
ff. de ſtipulatione ſeruorum, vbi
ex illo tex. ibi: *Quòd hæredis fami-
lia, ex mortis tempore funeſta fa-
cta intelligitur* poſt gloſ. ibi, in
verbo *funeſta*, num. 1. notat,quòd
tempore Digeſtorum videbatur eſ
ſe in vſu neceſſario, quòd tota fa-
milia defuncti iret induta veſte lu
gubri, & iſti ſumptus veſtium ap-
pelantur ſumptus funeris, & ideo
pertinet ad hæredis onus, & ex
hoc, inquit, conſuluiſſe pluries,
quòd veſtimenta vidualia tradita
vxori tempore luctus, & funeris
mariti imputantur hæredi, non in
16 ſummã dotis ſuæ, & eandem An-
geli opinionem refert, & ſequitur
Ioan.

Ioan.de Imol.in d.l.ſi ex re, §. fin. ad med.Vital. de Cãpanis in tract. de clauſulis, §. penul,incip.ſed an iuri alimentorum,num.7.in fin. & num.8.tom.18.tract.fol.486.eandem opinionem tenuit Bal. conſ. 478.num.3.lib.5.vbi inquit,quòd ſicut vidua debet habere alimenta, ita & indumenta,quia ſine viduali veſte non poteſt honeſtè tranſire, debet ei fieri expenſis viri, Palat. Rubios in rubr. de donatio. inter virum,& vxor.§.11.nu. 8. qui ita ait,quinimo tenentur hæredes dare ſibi veſtes alias nigras,ſeu lugubres,vt not. Bart. & Ang. in l.decreto,C.de his qui not. inf. Bal.in l.1.C.de ſec.nup.& in cap.peruenit de emp.& vend.poſt Innocen. Angel.in l.dos legata, ff. ad l. fal. Anch.& Ioan.de Imol.in l.ſi ex re domini, §.illud quæſitum, ff. de ſtip.ſeruo.vbi eſt bona gloſ. Ang. de Aretio. in §. fuerat prope fin. inſtit. de actio. Capic. deciſ. 26. Capel. Tholoſa. deciſ. 337. Vincen.de Frãch.deciſ. 413. Gutier. pract.q. libr. 2.q.95.num.6. & 7. Mich.Ferrer.in 3. par. obſeruan-
17 tiar. Regiæ Audientiæ Cathaloniæ,cap.41.in verſ.de veſtibus lugubribus, qui inquit in d. Regia Audientia, indiſtinctè fuiſſe adiudicatas viduæ omnes veſtes lugubres fortê, quia vidua non vtebatur diebus feſtiuis alijs veſtibus quã illis, quibus vtebatur diebus non feſtiuis,vt moris eſt in illa patria inter honeſtas viduas, pro vt eadem conſuetudo ſeruatur Valentiæ.Et pro hac ſententia ponderat tex. in l. genero 8. in fin. ff. de his qui norantur infamia, ibi: *Ipſa die & ſumere eam lugubria, & deponere,*
9 & ibi, gloſ. in verbo *lugubria*, declarat, ideſt triſtem habitum fortè nigras veſtes, Couarru.in epitome ad 4. ſecundæ par.cap.3.§.9.num. 9.poſt med.vbi inquit, quòd caſu, quo tenentur hæredes mariti ale-
18 re vxorem viduam, etiam tenentur ei dare veſtes viduales, ac lugubres,attenta perſonarum,& regionis qualitate;nec,inquit,incumbit viduæ probatio conſuetudinis deducẽdi has veſtes ex viri præmortui hæreditate, ſed illius tantum conſuetudinis, ex qua viduæ his, vel illis veſtibus ſolent lugere maritos, & ita explicat Capic. deciſ. Neapolit. 26. vbi refert, ita fuiſſe deciſum in ſacro Conſilio, & ibi
19 ſubiungit Couar.num.10.alijs relatis, quòd ſi fœmina intra annum luctus nubat, reddere tenetur has veſtes ipſis hæredibus, quod etiam tenet Cancer. tom. 1. var. cap. 9. num.39. eandem opinionẽ, quòd hæredes teneantur præſtare viduę has veſtes lugubres,tenuit Rolan. à Vall.conſ.10.num.18.vol.1.Peregr.alijs relatis,deciſ.40. num. 1. Caualca.in tract.de vſufruct.num.
20 200.inquit, ita eſſe conſuetudinẽ deferendi veſtes lugubres, & ita nõ ſunt referẽda illa verba,de cõſuetudine,ad hoc, vt extet cõſuetudo, quòd hæredes mariti ſoluãt veſtes lugubres,ſed tãtùm ad hoc, quòd in illa patria extet conſuetudo,

tudo, quod viduæ deferant veſtes lugubres, has enim ſoluendas eſſe ex bonis mariti per eius hæredem videntur ſentire Angel. & DD. in l. decreto, C. ex quibus cauſis, ne ipſo Angel. ſibi contrarius videatur in his, quæ ſcripſit in l. ſi ex re, §. fin. ff. de ſtip. ſeruo: ita intelligit Vincen. de Franch. deciſ. 413. incip. veſtes lugubres in 2. par. qui refert Bal. ſenſiſſe in reportorio ad Innocen. in verbo maritus, has veſtes deberi, tanquã appẽdices luctus, & expenſas funeris, & quia vxor in ſeruitio eſſe videtur, & Alex. in l. ſi ex re, §. illud, ff. de ſtip. ſeruo. dicit, quòd vxori defuncti ſunt emẽda veſtimẽta lugubria, niſi conſuetudo aliter diſpoſuerit, Bertran. conſ. 304. viſis duobus in 2. dub. vol. 1. dicit, vt plurimũ vidiſſe ſeruari opinionẽ Bal. in d. verbo maritus, & Vincen. de Franch. in d. deciſ. num. 2. inquit, quòd in ciuitate Neapoli indiſtinctè vxoribus viduis dantur veſtes lugubres, & magnis dominis dantur etiam panni lugubres pro parãdis cameris. In hoc opinionum conflictu verius videtur, quod ſcribit Barbo. in d. l. quæ dotis 34. nu. 81. ad fin. ff. ſolut. matri.

21 ibi: *Pro concordia dicendum eſt, quòd ſi hæres mariti tenetur viduam alere, iuxta notata in l. vnica, §. exactio, C. de rei vxor. actione, tunc tenebitur, & veſtes præſtare, l. verbo victus, ff. de verbor. ſignificat.* Campeſ. de dote, 2. par. quæſt. 56. Bal. in Margarita, verbo maritus de ſuis, Lara d. §. ſi quis ex his, nu. 125. aliàs ſecus, niſi adſit conſuetudo; Angulo de melioratio. l. 13. gloſ. 1. num. 6. & Lara d. §. ſi quis ex his, num. 126. & hoc ipſum ſentit Surdi de alimen. titu. 4. quæſt. 2. nu. 13. cum ſeqq. dicens, quòd viduæ, cui alimenta debentur, intra annum luctus præſtandæ ſunt quoque veſtes lugubres, & viduales, etiam pretioſæ ſecũdum perſonarum, & mariti dignitatem. Vnde cùm in Valentiæ Regno viduæ

22 intra annum luctus præſtanda ſint alimenta ab hæredibus mariti, dũ dos ei non ſoluitur, foro 6. & foro 9. in prin. ſolut. matr. tenebun-

23 tur etiam præſtare dictas veſtes lugubres, quæ ſub nomine alimentorum continentur, l. verbo victus 43. ff. de verbor. ſignific. ibi: *Veſtem quoque victus habere vicem, Labeo ait*, & propter hanc rationem præſtantur viduæ in Regno Valentiæ veſtes lugubres, & ita

24 non obſtat forus 11. eod. titu. ſolut. matri. qui fuit conditus per eundem Regem Iacobum I. eadem die, qua fuerunt conditi fori 6. & 9. eod. tit. quia dictus forus loquitur in caſu, quo viduæ fuerunt ſoluta dos, & dotis augmentum, quo caſu non debentur ei alimẽta: at verò quãdo dos non fuit ei ſoluta, tunc fori 6. & 9. qui diſponunt de alimentis viduæ præſtandis, intelligantur, etiam diſponere de his veſtibus vidualibus, nimirum nigris, & honeſtis, & de velis, quos geſtare ſolent

viduæ honeſtæ, quibus etiam ſeſecúdum qualitatem perſonarum ſolent præſtari panni nigri ad cameram, & ita fuit declaratum
25 cum diuerſis Regijs ſententijs, nimirum cum ſententia lata in fauorem Domnæ Annæ Viudes, contra Ioſephum Orumbella, & Domnã Stephaniam Rocamora, eius vxorem, publicata per Ludouicum de Berbegal, die 30. Iunij, 1604. referente Doctore Pellicer, cum qua fuit declaratum, hæredes viri debitores exiſtere dictæ Domnæ Annæ Viudes, dotis, augmenti, alimentorum intra annum luctus, veſtium lugubrium, & earum, quæ medianæ, ſeu vſuales appellantur, & cum alia ſententia, referẽte Doctore Viues, publicata per Ludouicum Berbegal die 30. Martij 1602. in fauorem Domnæ Franciſcæ Iofre, & de Aguilar, fuit condemnatus curator filij, & hæredis Don Franciſci Aguilar eius viri ad ſoluendum cẽtum, & triginta libras pro veſtibus lugubribus, & quòd ei traderet veſtes mediocres. Sed an, ſi dos ſit ſtatim reſtituta, nihilominus debeantur veſtes lugubres, non fuit deciſum, & quã lo caſus accideret, attenta cõſuetudine obſeruata in Regno, eſſet iudicandũ. Ex quibus in hac cauſa, referente Don Marco Antonio Siſternes, fuit declaratum, per hæredes mariti ſoluendas fore dictæ Domnæ Catherinæ Milà ducentas & quinquaginta libras monetæ Valentinæ ad veſtes lugubres pro perſona, & familia eiuſdem, & ad ſoluendum quadringentas libras pro alimentis totius anni luctus, ſeu verius quantitatem correſpondentem tempori decurſo vſque ad diẽ, quo fuit dos ſoluta: & ita fuit pronuntiatum ſententia publicata per Franciſcum Paulum Alreus die 29. Octobris, 1614.

DECISIO CLI.

APPELLATIO NON admittitur à datione tutoris.

1 *Appellatio non admittitur à datione tutoris, ſed tutor datus excuſationes proponere debet.*

2 *Tutoris datio non ſuſpenditur per appellationẽ interpoſitam ab eo, qui pretendit, ad ipſum tutellam ſpectare, & ita fuit declaratum ex deliberatione Regij Conſilij, 3. & 4.*

1 Appellatio non admittitur à datione tutoris, l. 1. §. ſi quis tutor. ff. quãdo appellandũ ſit. §. qui autẽ Inſtit. de excuſat. tutorum, ibi: *Qui autem excuſare ſe volunt non appellant, ſed intra quinquaginta dies continuos, ex quo cognouerunt, ſe eſſe tutores, vel curatores datos, ſe excuſare debẽt.* Et ita tenet Accur. ibi, in gloſ. verb. *non appellant*. Et
2 quòd à datione tutoris nõ admittatur appellatio quo ad effectum ſu-

ſuſpenſiuum docent Bartol. in l. 2. ff. de tutor. & curat. datis ab his, Bal. in rub. ex. de officio iudic. nu. 7. ibi: *Ab officio iudicis, à quo dantur tutores, vel curatores non appellatur, niſi executione præmiſſa*, Rebuff. primo tom. ad conſtit. Regi. Gal. titu. de ſent. prouiſion. artic. 3. gloſ. 2. num. 15. iuncto num. 17. Afflict. deciſ. 261. num. 1. verſ. Decretum, & ibi Vrſil. in addit. num. 3. Ruginel. de appella. §. 6. gloſ. 7. cap. 2.
3 num. 52. Et ita fuit prouiſum, referente Doctore Michaële Mayor, prouiſione facta, ex deliberatione R. C. die 23. Iulij 1611. in fauorem Vincentij Pujaçons, militis contra Iacobum Florcadell I. V. D. cuius proceſſus, & cauſæ eſt ſcriba Vincentius Lepanto notarius. Nam cum dictus Doctor Florcadell appellaſſet à prouiſione facta per Iuſtitiam cauſarum ciuilium præſentis ciuitatis, cum qua nominauit tutorem, & curatorem filiorum, & hæredum Don Gaſparis Fenollar, dictum Vincentium Pujaçons, & cauſam appellationis in Regia Audientia introduxiſſet cum ſupplicatione per illum oblata die 8. dicti menſis Iulij, in cuius calce fuit prouiſum, quòd Auditor cauſę recognoſceret ſupplicata, & verbum faceret, & ſucceſsiue fuiſſet agitatus articulus: an eſſet admittenda introductio dictæ appellationis. Tandē cum dicta prouiſione fuit declaratum, ſupplicata per dictum Docto-
4 rem Florcadell non procedere. Et iterum idē fuit deciſum cū prouiſione facta die 21. Octobris 1613. in fauorem Don Coſmæ Fenollet I. V. D. contra Martinum Pardo militem ciuitatis Setabis, prouiſione facta per nobilem Don Matcum Antonium Siſternes in locum Doctoris Ioannis Hieronymi Blaſco cauſæ Auditoris, durante eius abſentia; cuius cauſæ proceſſus ſcriba eſt Michaël Hieronymus de la Caua notarius. Et licet in hac vltima prouiſione non interfuimus dictus Doctor Blaſco, & ego, ex quo eramus abſentes ab Vrbe, poſtea tamen reuerſi, eodem articulo in Senatu agitato, in cauſa reuiſionis, idem fuit deciſum, referente Doctore Blaſco, propter ſuperiores doctrinas, & confirmata prope dicta prouiſio facta 21. Octobris 1613.

DECISIO CLII.

EXPENSAS LITIS factas ante publicationem teſtium, in cauſa executionis inſtatæ virtute inſtrumenti cenſualis, contra detinentem rem ſpecialiter in eo hypotecatam ſoluere non tenetur dictus detentor, quando ante dictorum teſtium publicationem nō conſtabat, rem, quam poſsidet, eſſe ſpecialiter obligatam in dicto cenſuali.

DEtentor rei ſpecialiter obligatæ, ſeu ſubiugatæ in contractu

cenſualis,ſiue annui redditus, vbi executiuè conuenitur,tãquam detinens rem in eo ſpecialiter obligatam, ſiue, vt vulgo dicitur, vt detentor ſpecialis obligationis, ſolet condemnari in expenſis, quã do per confeſsionem, ſiue reſponſiones executiuè conuenti cõ ſtat poſsidere dictam rem ſpecialiter ſubiugatam, ſiue per inſtrumenta producta, ſimul cum dicta confeſsione rei. Attamen vbi ad probandum actoris intentionem,neceſſarium eſt,teſtes producere, vt ſæpius accidit ad probandum identitatem rei in cenſuali ſpecialiter hypothecatæ, nimirum eſſe eandem rem, quæ fuit obligata, & quam hodie poſsidet executiuè conuentus, & eandem fuiſſe in bonis obligati in dicto contractu tempore obligationis, & ſic executiuè conuentum, ante quam videret probationem factam, iuſtam habuiſſe cauſam credendi, non detinere rem ſpecialiter hypothecatam, tunc non tenetur ſoluere expenſas factas ante publicationem teſtium,Cagnol. in l. qui in alterius, num. 21. ff. de reg. iur. Ant. Fab. ſuper 7. C. in C. Fabria. titu. 18. de fruct. & litium expenſ. diffinitio. 28. Iaſ. in l. properandum, §. ſinautem alterutra, n.12.C.de iudi. Aſin. in praxi, §. 32. cap. 2. limita. 18. fol. 213. pag. 2. Et ita fuit declaratum in Regia Audientia ſententia lata, me referente, in fauorẽ Peregrini Catala de Valleriola æquitis contra Benedictum Medina notarium, ſententia publicata per Franciſcum Paulum Alreus,die 27. Auguſti 1613.

DECISIO CLIII.

FRVCTVS MELIORAtionum debentur à bonæ fidei poſſeſſore,á die motæ litis, quã do facta compenſatione fructuum, ante litem motam perceptorum cum ſumptibus, poſſeſſor remanet ſolutus de meliorationibus.

1 *Facti ſpecies.*
2 *Fructus percepti ante litem cum ſumptibus compenſantur.*
3 *Poſſeſſor bonæ fidei, quia ex æquitate fructus lucratur, ex æquitate quoque cum ſumptibus factis debet eos compenſare.*
4 *Poſſeſſor bonæ fidei doli exceptione, tunc recuperat expenſas, quando nõ computantur cum fructibus.*
5 *Compẽſatio admittitur in bonæ fidei poſſeſſore, vſque ad quatuatem fructuum,quos percepit.*
6 *Compenſatio ſumptuum cum fructibus à lege prouenit.*
7 *Emptor ſerui alieni, qui eũ artificẽ fecit, tenetur reſtituere petitori fructus perceptos poſt vigeſimum quintum annum.*
8 *Operæ perceptæ expuero erudito vſque ad vigeſimũ quintum annũ cõpenſantur cum expenſis eruditionis.*
9 *Penſiones domus compenſare tenetur cum melioramentis in ea factis,*

qui

qui propter melioramenta retentionem dictæ domus prætendit. Et ita declarauit Rota Romana.

10 *Bonæ fidei poſſeſſor tenetur in tantundem compenſare mercedes domus cum expenſis, & meliorationibus in ea factis, poſtquam eſt ſolutus de meliorationibus, per viam cõpenſationis, tenetur reſtituere omnes fructus, etiam meliorationũ poſt litem conteſtatam perceptos. Et ita fuit deciſum cum Regia ſententia.*

DOmna Anna Calaſeyt, & de Cardona obtinuerat in reiuendicatione intentata contra adminiſtratores bonorum, & hæreditatis Onufrij Martorell, quõdã ciuis pręſentis ciuitatis, qui fuerunt cõdemnati ad reſtituendũ dictæ Domnæ Annæ domũ in ſententia memoratam; ſimul cũ fructibus à die motæ litis, cũ hoc tamẽ, quòd ipſa primitus, & ante omnia perſolueret dictis Adminiſtratoribus quingentas triginta vnã libras, & quinque ſolidos pro expẽſis, & meliorationibus in dicta domo factis. Dubitatũ fuit: An dicti adminiſtratores tenerẽtur ſoluere mercedes dictæ domus ſecundum antiquũ ſtatũ, hoc eſt, pro vt locari ſolebat ante factas dictas expenſas, & meliorationes: An vero, pro vt locata fuit à die motæ litis, in quo iã erat meliorata expẽſis poſſeſſoris bonæ fidei, & ſic in effectu, an tenerentur ſoluere dicti adminiſtratores fruct⁹ meliorationũ.

Et videbatur dicendũ, tantũ teneri reſtituere fructus, ſiue mercedes dictæ domus, ſecundũ antiquũ ſtatũ, pro vt probaui ſupra deciſ. 97. quia fructus meliorationũ ſunt melioratis. Sed contrariũ fuit deciſum. Primò, quia fructus ante litẽ percepti cõpenſandi ſunt cũ ſumptibus, l. ſumptus, 48. ff. de reiuẽdicatione, ibi: *Scilicet ſi fructuũ ante litẽ conteſtatã perceptorũ ſummã excedant. Etenim admiſſa compenſatione, &c.* l. emptor. 65. ff. eodẽ, ibi: *Scilicet ſi minus in fructibus ante litẽ perceptis fuerit.* Copus in tract. de fructu, lib. 1. tit. 4. c. 7. n. 4. to. 17. tract. nouiſ. fol. 246. pag. 2. vbi per errorẽ Typographi, cap. 7. inſcribitur, quod verè eſt, c. 2. Couar. lib. 1. variarũ, c. 8. n. 4. Menochius de remedijs poſ. remed. 15. n. 598. & 600. Capic. deciſ. 93. n. 12. Socin. Iun. con. 182. n. 34. & 55. lib. 3. Garcia
3 de expẽſis, c. 23. n. 55. qui duo hãc rationẽ reddũt. Nã hos fructus nõ lucratur poſſeſſor de rigore iuris, cum dominus non ſit, ſed propter æquitatẽ ratione bonæ fidei. Et ita eadẽ æquitate dicendũ eſt, debere
4 eos cõpenſare, & Bart. in d. l. ſumptus, ff. de reiuendicatione notat, quòd bonæ fidei poſſeſſor doli exceptione expenſas recuperat, niſi
5 cõputentur cũ fructibus, & Odofredus in eadem l. in principio ait; quòd ſi tantum eſt in fructibus, quantum in ſumptibus, non recuperat, qui facit ſumptus, nã vſque ad quantitatẽ fructuũ admittitur compenſatio, & Albericus in dicta l. ſumptus in finalibus verbis,

ait in gloſſa maxime idem ſi poſt, ſcilicet, ſi ſumptus accedant, nam ſi fructus accederent, ſecus eſſet, & Angel. ibidē in prin. ait, quòd bonæ fidei poſſeſſor ſumptus de nouo factos vtiliter vi exceptionis recuperat, quatenus fruct⁹ excedūt. Alij enim cū fructibus cōpenſantur, vſq; ad concurrentem quātitatē, & hæc compēſatio ſumptuū cū fructibus fit à lege, vt inquit gloſſa in verbo impenſæ, in l. quod ſi artificē 32. ff. de rei vendicatione. Cū igitur, facta dicta compenſatione fructuū ante litem motam perceptorum cum ſumptibus, bonæ fidei poſſeſſor, qui fecit expenſas in re, quam poſsidebat, remaneat ſolutus de valore meliorationum, dicta Domna Anna Calaſeyt vera domina dictæ domus conſequi etiam debet fructus meliorationū, quæ etiā ſunt ipſius propriæ, quia per viā compenſationis ea ſoluit.

7 Secundò probatur in l. quod ſi artificē 32. ff. de rei vendicatione, vbi dicitur, quòd ille, qui emit ſeruum alienum, & illum artificem fecit, tenetur reſtituere petitori fructus perceptos poſt vigeſsimum quintum annum, puta iſte ſeruus, quando fuit emptus à poſſeſſore, poterat lucrari ſingulis dieb⁹ duas dragmas beticas, poſtea artem picturæ didiſcit mandato poſſeſſoris, & ob hanc artem, quia erat pictor, lucrabatur ſingulis diebus quatuor dragmas, ex illis duabus dragmis, quas lucrari poterat, ante quam eſſet artifex ſingulis diebus ante vigeſsimū quintum annū, poterat ſatisfieri emptori ſerui poſſeſſori de expenſis factis in eius alimentis, & in dicta arte diſcenda factis. Vnde, cùm iā ſit ſolutus de dictis expenſis poſt 25. annum, tenetur ſoluere domino ſerui ſingulis diebus quatuor dragmas beticas, quarum duæ ſunt fructus meliorationum, ita gloſſa fin. in d. l. quod ſi artificem, vbi dicit, legem præſumere, fructus perceptos ante 25. annum eſſe tantos, vt cum eis ſatisfactus remaneat poſſeſſor. Et ideo tenetur reſtituere fructus omnes perceptos

8 poſt 25. annum. Per quem textū dicit, ibidē Angelus in prin. quòd operæ perceptæ, ex puero erudito vſque ad 25. annum compēſantur cum expenſis eruditionis, & ibidem Fulgo. nu. 4. rectè notat, quòd, cùm fructus percepti ante 25. annum compenſentur cū fructibus factis in addiſcendo artificio, ſumptus non debent reſtitui.

9 Deniq; ita fuit deciſū in Rota Ro. vt dicit Puteus deciſione 276. lib. 3. vbi poſtquā refert, dictū fuiſſe in vna Romana: *Quòd ille, qui habebat retentionem domus propter melioramenta, durante retentione, tenebatur compenſare penſiones domus cum melioramentis.* In finalibus verbis ſubiungit hæc verba: *Fuit tamen dictum, quòd ſi per melioramenta penſio eſſet aucta, quòd ad illud augmentum non teneretur, quòd procederet ex re ſua, donec melioramenta eſſent ſoluta.*

Ex

10 Ex quibus in ſententia in hac cauſa lata fuerunt adiecta hæc verba: *Attento prætereà, quòd probationibus hinc inde, tã in primitiuo, quàm in præſenti proceſſu factis, & vtriuſq; meritis accuratè perpenſis, ſatis ſufficienter conſtat, mercedes dictæ domus, ſecundùm antiquum ipſius ſtatum, per dictos adminiſtratores ante litem motam perceptas, excedere valorem dictarum expenſarum, & meliorationum, cum quibus, in viam iuris, debent compenſari. Vnde prætextu earum dicti adminiſtratores nihil conſequi poſſunt. Idcirco, & aliàs deliberationem, & concluſionem in Regio Conſilio factam in ſequendo, pronuntiamus, ſententiamus, & declaramus, ipſos condemnandos fore, pro vt cum præſenti condemnamus, ad reſtituendam dictam domum præfatæ Domnæ Annæ Calaſeyt & Cardona, ſimul cum fructibus, ſeu mercedibus, etiam meliorationum, perceptis à die mota litis, ad rationem quadraginta librarum annuatim.* Et ita fuit iudicatum in hac S.R.A. referente Doctore Ioanne Hieronymo Blaſco, in fauorem dictæ Domnæ Annæ Calaſeyt, contra adminiſtratores bonorum dicti Onuphrij Martorell, ſententia publicata per Don Ioannem Daça Regij mandati ſcribam die 16. Decembris. 1616. (?)

DECISIO CLIIII.

EPISCOPI, ET IVDICES Eccleſiaſtici non poſſunt procedere contra laicos, etiam in caſibus, in quibus habent iuriſdictionem, niſi per cenſuras Eccleſiaſticas: vbi autem volunt imponere, & exequi pœnas pecuniarias, vel capere laicos, debent vti auxilio iudicis ſæcularis, & de intellectu Cõcilij Tridentini ſeſsione 25. titu. de reformatione, cap. 3.

1 *Caſus, ſiue facti ſpecies.*

2 *Eccleſiaſticus iudex non poteſt contra laicos procedere, niſi per cenſuras Eccleſiaſticas, & ſi aliter vult procedere, debet implorare brachium ſæculare.*

3 *Regi gladius eſt commiſſus ad vindictã malorũ, & ad laudẽ bonorũ.*

4 *Epiſcopi in ſuis Diœceſibus habẽt liberã poteſtatẽ adulteria, & ſcelera inquirere, & vlciſci, & cum opus fuerit, publicum conuocent auxiliũ, hoc eſt iudicium ſæculare.*

5 *Iudici Eccleſiaſtico facultas datur cognoſcẽdi aliquando contra laicos, vtendo mucrone ſpirituali, & inuocando auxilium brachij ſæcularis.*

6 *Epiſcopus non poteſt exigere pœnã pecuniariam à laico ſibi in temporalibus non ſubiecto, ſed debet per laicum illam exequi.*

7 *Laici vbi debent priuari rebus ſuis, hoc faciendum eſt per Principes, & Conſules ciuitatum, non per iudices Eccleſiaſticos.*

8 *Regia poteſtas eſt neceſſaria, quando iudex Eccleſiaſticus vult, vt fiat executio in perſona, vel bonis laicorum.*

9 *Iudicem Eccleſiaſticum (quando poteſt cognoſcere de crimine aduerſus laicum) tantùm poſſe aduerſus eum procedere cum cenſuris Eccleſiaſticis, & vbi illæ non ſufficiunt, vti debere miniſterio iudicis ſecularis, tenuerunt plures Doctores hic relati.*

10 *Leges Caſtellæ, quibus probatur, iudices Eccleſiaſtico: tantùm poſſe procedere contra laicos per cenſuras Eccleſiaſticas, hic allegantur.*

11 *Sententiæ plures Regij Cancellarij Regni Valentiæ hic allegantur, cum quibus fuit deciſum, iudicem Eccleſiaſticum non poſſe exigere à ſecularibus pœnam pecuniariã, vel laicos carcerrae, niſi implorato auxilio brachij ſecularis, & nu. 12. & 13.*

14 *Concilium Tridentinum ſeſſio. 25. tit. de reformatio. cap. 3. præcipit iudicibus Eccleſiaſticis, vt in cauſis ad forum Eccleſiaſticum pertinentibus procedant contra quoſcunque, etiam laicos, per mulctas pecuniarias, per captionem pignorum, perſonarumque diſtrictionem, per ſuos proprios, aut alienos executores faciendam, quod declaratur nu. 15.*

16 *Intellectus Concilij Tridentini ſeſſio. 25. tit. de reformat. cap. 3.*

17 *Conſuetudini eſt ſtandum circa hoc, an iudex Eccleſiaſticus poſsit contra laicos procedere, eis pœnas pecuniarias imponendo, & eorum perſonas in carcerem detrudendo.*

18 *Pœnas pecuniarias imponere poſſe laicis iudicem Eccleſiaſticum, extante conſuetudine, non tamen eas exequi abſque miniſterio iudicis ſecularis, declaratum fuit, cum ſententia Regij Cancellarij, hic allegata.*

Epiſcopus Dertuſenſis, qui habet partem ſuæ Diœceſis in Regno Valentiæ, cũ ſuo edicto, dato in ciuitate Dertuſæ, Principatus Cathaloniæ, die 26. Iulij 1614. mandauit ſtabularijs ſtationis Almaſſoræ (in quibus cõpræhenduntur ſtabulum, ſiue diuerſorium habentes in oppido de Almenara, Regni Valẽtiæ) vt ſub pœna excommunicationis maioris, & triginta librarum monetæ Valentiæ, non haberent in ſuis hoſpitijs meretrices, nec fœminas ſuſpectæ vitę. Circa hoc fuit mota contentio, ex vna parte, inter Fiſcum Regiæ iuriſdictionis, prætendentem, non potuiſſe dictum Epiſcopum, pœnas pecuniarias laicis imponere, nec minus eorum bona exequi: & ex alia inter Fiſcum curiæ Eccleſiaſticæ dictæ Diœceſis Dertuſenſ. contrarium prætendentem. Et cùm arbitri nominati per partes ad dictum dubium decidendum diſcordaſſent, cauſa cõtentionis fuit ad Regium Cancellarium deuoluta. Et ad dictum dubium decidendum fuimus, vocati Regij Conſiliari; ſiue Senatores vnius Aulæ ciuilis, Sacræ Regiæ Audientiæ Valentinæ. Et diſcuſſus

ſus fuit inter nos dictus articulus.

2 Pro parte iuriſdictionis Regiæ faciebat, nam iudex Eccleſiaſticus non poteſt contra laicos procedere, niſi per cenſuras Eccleſiaſticas, & ſi aliter vult procedere, debet implorare brachium ſeculare;

3 quia Regi gladius eſt commiſſus ad vindictam malorũ, cap. poſtulaſti 20. ex. de homicid. ibi: *Quæſiuiſti præterea, vtrũ contra quoſdam, contempta excommunicationis ſententia, debitas Eccleſijs decimas ſubtrahentes, tibi Regiam implorare liceat poteſtatem: cum ad ſolutionem ipſarum vix abſque ſanguinis effuſione valeant coarctari, ad quod reſpondemus, quòd ſi, te huiuſmodi querimoniam ſimpliciter deponente, Rex, cui ad bonorum laudem, vindictam verò malorum gladius eſt commiſſus, in eoſdem rebelles traditam ſibi exercuerit poteſtatem, eorum erit duritiæ, aut malitiæ imputandum.* Idem probatur in cap. 1. extra de of. iud. ordi. ibi:

4 *Habeãt Epiſcopi ſingularum Vrbium in ſuis Diœceſibus liberam poteſtatem, adulteria, & ſcelera, inquirere, vlciſci, & iudicare, ſecundùm quod Canones cenſent, abſque impedimento alicuius, & cum opus fuerit, publicum conuocent auxilium, non ad præiudicandum, ſed potius ad ea, quæ Deo ſunt placita proſequendum,* & ibi gloſ. in verbo, *publicum conuocent auxilium,* declarat, ſcilicet, *iudicium ſeculare,* & Ioan. Lupus de Palacios Rubios in cap. per veſtras de donat. inter vir. in 2. notabili in §. ſed eſt pulchra dubitatio, nu. 19. declarat dictum textum, dicendo:

5 *Datur ergo iudici Eccleſiaſtico facultas cognoſcendi aliquando contra laicos, ſecundùm quod Canones cenſent, ſcilicet, vtendo mucrone ſpirituali, & poſt quam non habent, quid faciant, inuocent auxilium brachij ſecularis, iſte eſt ſẽſus illius litteræ, ſi nõ cauillatur.* Qui in dicto §. ſed eſt pulchra dubitatio, num. 11. pag. 398. refert, quòd dicit Ioan. Andr. in cap. 1. de homicid. lib. 5. col. 3. verſ. bonis mũ-

6 danis, quod Epiſcopus non poteſt exigere pœnam pecuniariam à laido ſibi temporaliter non ſubiecto, ſed debet per laicum illã exequi, de iſta deciſione Ioan. Andr. meminit Abb. in cap. licet de pœnis prope finem. Et idẽ Palacios Rubios num. 19. verſ. 3. dicit, hoc clarius probari in cap. cum Epiſcopus de of. ord. lib. 6. vbi Epiſcopo permittitur audire cauſas ſpectantes ad Eccleſiaſticum forum, in loco etiam exempto ſuæ Diœceſis; perſonas tamen Eccleſiaſticas, cũ earum exceſſus exegerint, capere, ac carceri deputare. Ecce, quòd, licet permittatur iudici Eccleſiaſtico, cognoſcere inter laicos de cauſis ad ſe pertinentibus: quãtenus tamen loquitur de carceratione: ſolummodo permittitur ſibi capere clericos, vel Eccleſiaſticas perſonas, non ergo laicos. Et ad propoſitum noſtrum facit tex. in canone non vos, 23. q. 5. vbi licet permittat iudicibus Eccleſiaſticis prohibere, ne fiat malum, ibi: *Qui vero malum, vel factum iam*

punit, vel prohibet, ne fiat, non perſequitur, iſte tamen ſubiungit, *malum autem ſciſma eſſe, & per exteras etiã poteſtates huiuſmodi homines debere opprimi, & canonicæ ſcripturæ auctoritas, & paternarum regularum nos veritas docet*. Vnde cùm Epiſcopus Dertuſen. in occurrenti caſu prohibeat, ne ſint meretrices in ſtabulis, vel diuerſorijs ad præueniẽdum, ne ſequantur peccata, ſi vult imponere pœnam pecuniariã, debet requirere iudices Regios, ſiue ſæculares, vt ipſas imponant, & exequantur contra laicos.

Secundò idem probatur in cap. ita quorundam 6. de iudeis, ibi: *Ita quorundam animos occupauit ſæua cupiditas, vt qui gloriantur nomine Chriſtiano, Sarracenis arma, ferrum, & ligamina deferant galearum: & pares, aut etiam ſuperiores in malitia fiant illis, dum ad impugnandos Chriſtianos, arma eis, & neceſſaria ſub miniſtrãt. Sunt etiam, qui pro cupiditate ſua, in galeis, & piraticis Sarracenorum nauibus regimen, & curam gubernationis exerceant. Tales igitur ab Eccleſiaſtica communione præciſos, & excommunicationi ſubiectos rerum ſuarum per Principes Catholicos, & Conſules ciuitatum priuatione mulctari, & capientium fieri, ſeruos cenſemus*. Ex quo textu clare conſtat, quòd, vbi
7 debent priuari rebus ſuis, hoc faciendum eſt per Principes, & Cõſules ciuitatum, & nõ per iudices Eccleſiaſticos. Idem probatur in canone ſecundum canonicam 24. in ordine, 23. q. 8. ibi: *Auctoritatem, & conſtitutionem domini Imperatoris Ludouici de Eccleſiaſtico agro, & manſo, & de mancipijs, quæ ipſe ſuis capitulis conſtituit, vel ſi quilibet pro loco ſepulturæ aliquid largitus Eccleſiæ fuerit: de decimis etiam, & oblationibus fidelium, nullus quemquam preſbyterorum aliquem cenſum perſoluere cogat: nec quiſquam cuiuslibet ordinis, vel dignitatis exinde quicquam ſubtrahat, aut redhibitionem quamcunque exigat temporalem. Quòd ſi fecerit: cõmunione vſque ad ſatisfactionem pri-*
8 *uetur, & Regia poteſtate dare cogatur*. Et ita patet, Regiam poteſtatẽ eſſe neceſſariam, quando iudex Eccleſiaſticus vult, vt fiat executio in perſona, vel bonis laicorum. Probatur etiam in cap. 2. §. fin. de maledic. ibi: *Per temporalem præterea poteſtatem coactione (ſi neceſſe fuerit) Epiſcopi Diœceſani adhibita contra eum, blaſphemus, ſi diues fuerit, quadraginta ſolidorum, alioquin triginta, ſiue viginti, &, ſi ad id non ſufficiat, quinque ſolidorum, vſualis monetæ, pœna mulctetur, nullam in hoc miſericordiam habiturus.*

9 Tertiò, hãc opinionẽ, quòd iudex Eccleſiaſticus, quando poteſt cognoſcere de crimine aduerſus laicum, tantum poſſit aduerſus eum procedere cum cenſuris Eccleſiaſticis, & vbi illæ non ſufficiunt, vti debere miniſterio iudicis ſæcularis, tenuit Couar. pract. quæſt. cap. 10. num. 2. vbi allegat ita tenentes, Anchar. in cap. cum Epiſcopus de officio Ordinarij in 6. & in reg. ea quæ de reg. iur. in 6. Au-

Aufrer.in clement.1.de offi. ordi. in quæſt.5. & in tract. de poteſtate Eccleſiaſtica ſuper laicos, in princip. Eandem opinionem tenuit conciuis meus, Bellvga in Spec.Princip.rub.12.de iuramento,§.quædam,num.96. cum ſeqq. vbi bene confirmat, & inter alia allegat dictum Innocen.in cap.ſignificantibus de offic.deleg.dicentis,quòd, quando eſt facienda executio in bonis laicorum, fiat per iudicem laicm ad mandatum Eccleſiaſtici,eandem opinionem tenet Iul. Clar. qui dicit communẽ, lib. 5. ſent. in §. fin. ſiue in pract. crim.quæſt.37.uu.8. & dicit Mediolani in practica ſeruari, & ſecũdum illam in facti cõtingentia iudicatum fuiſſe per Parlamentum Pariſienſe,refert Papo.lib.1.tit.5. Areſto 26. & licet Salzedo in pract. crimin. canonica, cap.160. num.6.fol. 505. cõtrariam teneat, tamen alios plures allegat,dicens, noſtram opinionem eſſe communem,& moribus receptam, & Regijs conſtitutionibus apud Hyſpanos (hoc eſt in Regnis Caſtel-
10 læ)probari,in l.14.& 15.tit.1.lib. 4. nouæ Recopilatio. vbi Azeuedo,multis relatis,hanc probat opinionem, eandem tenuit Auiles in cap. Prætorum, cap. 20. num. 14. vbi bene confirmat, & contrarijs reſpondet,Bouad. in Politica, to. 1.lib.2.cap.17.nu. 167.pag.960. ſecundum vnam impreſsionem,& ſecundum aliam, pag. 811. & ibi multi allegati in littera F. ſecundum vnam impreſsionem,& ſecũdum aliam in lit. B. vbi inter alios allegat, ita tenentes Ioan. Gutier. lib. 1. pract. quæſt.45. Garcia de nobilit.gloſ.9.num.53.Tiber. Decian.1. to. tractatuum crimin. lib. 4.cap.11.num.4.Oliba.de iur. fiſc. cap.15.num.74. licet Cabedo deciſ.85.par.1.contrarium dicat deciſum in caſu motus proprij Pij Quinti, ſuper agitatione taurorum.

Quartò, hæc opinio in Regno Valentiæ non poteſt habere dubi-
11 tationem, quia iuxta eam fuit ſæpius iudicatum per Regium Cancellarium,in cauſis contentionum iuriſdictionis vertentibus inter iuriſdictionem Eccleſiaſticã, & Regiam.Et, quando hæc cauſa tractabatur,vidi librum,in quo ſunt regiſtratæ, plures ſententiæ latæ per Regios Cancellarios,in cauſis contentionum iuriſdictionis, qui eſt penes Regium Cancellarium, vel cuſtoditur per eius ſcribam,& ibi inueni plures ſententias, cum quibus ita fuit deciſum,& inter alias, ſentẽtiam latam die 9.Iunij 1578. cum qua fuit declaratum,iudicem Eccleſiaſticum non poſſe exigere à ſæcularibus pœnam pecuniariã, his verbis: *Pœnam autem decem librarum à perſonis laicis ob contrauentionem contentorũ in dicto cap.4. (hoc eſt edicti iudicis ordinarij Eccleſiaſtici) exigi non poſſe.* Rurſus inueni aliam ſententiam latam per eundem Regium Cancellarium, die 20. Iunij.1578.his verbis: *Attento,*

quòd

quòd iudex Eccleſiaſticus in dictis cri-
minibus concubinatus, & adulterij con
tra perſonas laicas de iure tantum co-
gnitionem habet, vt præcedentibus mo
nitionibus aſſuetis, per cenſuras Eccle-
ſiaſticas, & alia remedia per ſacrum
Concilium Tridentinum ſtatuta proce
12 dere poßit, inuocato tamen brachio ſæ
culari. Attento etiam, quòd conſuetu-
do allegata pro parte iuriſdictionis Ec
cleſiaſticæ legitimè probata non fuit,
nec eſt præſcripta, quia ſi quando per iu
dices Eccleſiaſticos proceſſum fuit præ
textu dictorum criminum contra per-
ſonas laicas, illas capiendo, & in car-
cerando, & in pœnis pecuniarij: con-
demnando, id factum eſt, inſcijs om-
nino Regijs officialibus, cùm, quoties
de prædictis procedimentis notitiam ha
buerunt, per eos, ſeu per fiſci Regij pro-
curatores fuit reclamatum, & contra-
dictum. Propterea, & aliàs pronun-
tiamus, ſententiamus, & declaramus,
iudicem Eccleſiaſticum, nullatenus poſ
ſe perſonas laicas prætextu dictorum
criminum concubinatus, & adulterij
capere, nec in carceribus reponere, nec
detinere, nec in pœnis pecuniarijs, nec
corporalibus condemnare..Idem etiã
fuit declaratum ſententia lata per
eundem Regium Cancellarium,
die 12. Aprilis 1585. cum qua fuit
mãdata cancellari impoſitio pœ-
næ pecuniariæ, facta per iudicem
Eccleſiaſticum laicis. Et vidi aliã
latam per eundem die 4. Auguſti,
1587. his verbis: *Attento, quòd reſ
pectu contentorum in 4. cap. & prima
parte vndecimi, cap. edicti Eccleſiá-
ſtici, de quo agitur, quibus prohibetur
ſub pœna decem librarum, ne fiant re-
præſentationes de rebus ſacris in Ecle
ſia, aut extra, & ſub pœna decem du-
catorum, ne quis retineat concubinam
domi, aut extra, fuit iam per nos debi-
tè prouiſum, cum ſententijs latis diebus
9. & 20. menſis Iunij, anno 1578. &
quòd dicta de cauſa contentioni locus
eſſe non potuit. Idcirco, & aliàs pronun
tiamus, ſententiamus, & declaramus,
pro debita dictarum ſententiarum exe
cutione, iudicem Eccleſiaſticum non
poſſe exigere, & quòd non exigat pœ-
nam decem librarum impoſitam in di-
cto 4. cap. & teneri delere, & quòd
deleat à dicto edicto, & à regeſtris il-
lius curiæ pœnam pecuniariam dictis
concubinarijs impoſitam, in prima par-
te dicti 11. cap. Quo verò ad alia con
tenta in cap. 7. & in ſecunda parte di-
cti cap. 11. & in cap. 15. quibus reſpe-
ctiuè imponitur pœna quinque ſolido-
rum his, qui per tres dies Dominicos con
tinuos deſierint audire Miſſam, &
coniugatis, qui ſeparatim viuunt ſine
iudicio Eccleſiæ, vt vnà ſimul cohá-
bitent intra quindecim dies, ſub pœna
decem ducatorum, & coniugatis in
gradu prohibito ſine diſpenſatione, vt
non cohabitent; & viuant vnà ſimul
ſub pœna decem librarum. Attentis iu
ris Canonici diſpoſitionibus, pronuntiá-
mus, ſententiamus, & declaramus, di-
ctum iudicem Eccleſiaſticum non po-
tuiſſe, nec poſſe cum dicto edicto in ſu-
pradictis caſibus, prædictas pœnas pe-
cuniarias imponere, ſed illum teneri di-
ctas pœnas delere à dicto edicto illius
13 curiæ, non obſtantibus, &c.* Extant
etiam aliæ ſententiæ eiuſdem Can
cellarij,

cellarij, de quibus meminit in ſententia per eundem lata die 19. Ianuarij 1613. his verbis: *Et quia iudex Eccleſiaſticus in hoc Regno non poteſt procedere contra laicos, propter crimen concubinatus, & adulterij ad captionem perſonarum, neque ad impoſitionem alicuius pœnæ pecuniariæ, aut corporalis principaliter, aut in ſubſidiũ imponendæ, ſed tantum dicto iudici Eccleſiaſtico in viam iuris, & aliàs permittitur procedere contra dictos concubinarios & adulteros cum cenſuris Eccleſiaſticis, præcedentibus tamen monitionibus, iuxta formam præſcriptã à ſacroſancto Concilio Tridentino, quas ſuo in caſu iuxta qualitatem criminis poterit aggrauare, & ita fuit pluries iudicatum per Cancellarios prædeceſſores noſtros.*

14 Pro parte autẽ Fiſci curiæ Eccleſiaſticæ Dertuſenſis allegabatur tex. in cap. 3. in titu. de reformat. ſeſ. 25. in Concilio Tridentino, vbi præcipitur iudicibus Eccleſiaſticis, ne in cauſis iudicialibus procedant cum cenſuris Eccleſiaſticis, quoties poteſt fieri executio realis, vel perſonalis, ſubiungendo hæc verba: *Sed liceat eis, (ſi expedire videbitur) in cauſis ciuilibus, ad forum Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentibus, contra quoſcunque, etiam laicos, per mulctas pecuniarias, quæ locis pijs, ibi exiſtentibus, eo ipſo, quòd exactæ fuerint, aſsignentur: ſeu per captionem pignorum, perſonarumque diſtrictionem, per ſuos proprios, aut alienos executores faciendam.* Et paulò inferiùs inquit: *In cauſis quoque criminalibus, vbi executio realis, vel perſonalis, vt ſupra, fieri poterit, erit à cenſuris abſtinendum, ſed ſi dictæ executioni facilè locus eſſe non poſsit: licebit iudici, hoc ſpirituali gladio in delinquentes vti.*

15 Sed hæc ſacri Concilij diſpoſitio non videtur cõcludere, ex his, quæ ſcribit Don Ludou. Peguer. deciſ. 92. nu. 25. dicens, ex Berreta conſ. 3. num. 2. ſacram Synodũ nihil amplius diſponere, quã, quòd, iure communi antea diſpoſitum erat, & ibidem principaliter diſponi, iudices Eccleſiaſticos nõ poſſe à cenſuris incipere, ſed per mulctas primùm procedant, ſeu pignorum captionem, perſonarũque diſtrictionem, per ſuos proprios, aut alienos executores faciendam, cum igitur de iure communi ante Concilium Tridentinũ debebat implorari auxilium iudicis ſæcularis contra laicos, in dictis caſibus pariter & hodie: vel intelligendus eſt d. tex. vt declarat idem Berreta conſ. 5. num. fin. in fin. quòd tunc iudices Eccleſiaſtici, ſiue Epiſcopi poſſunt facere executionem in bonis laicorum, quando temporalem quoque habent iuriſdictionem in laicos: vel ex conſuetudine legitimè præſcripta hoc ius quæſitum habent: Vel tertiò, & forſan meliùs, reſpõ-

16 detur cum Azeued. in l. 14. titu. 1. lib. 4. Recopilat. num. 2. poſt med. fol. 20. aliàs 55. verbis Concilij non contrariari, imo concluſionẽ noſtram probari, dum ibi dicitur: *Per*

Per ſuos proprios, aut alienos, quaſi illud verbum: *Alienos,* ad diſtinctionem laicorum, & pignorum captionem referatur, & per eos ſit facienda, quibus de iure permiſſum eſt fieri, ſingula ſingulis referendo. Si enim iudex Eccleſiaſticus, tam contra laicos, & eorum bona, quã contra clericos pariter, & eodem modo per ſuos exequi poſſet, fruſtra Concilium addidiſſet, *aut alienos,* addidit igitur ſupponens, eſſe aliquas executiones, quæ ad Eccleſiaſticum non ſpectant, & ideo miniſterio indiget alieno veluti quæ fierent in perſonis, & bonis laicorum, & latius proſequitur Peguera vbi ſupra. Sed, ſuptadictis non obſtantibus, in occurrenti caſu fuit declaratum in fauorem iuriſdictionis Eccleſiaſticæ Epiſcopi Dertuſenſis, quia in proceſſu actitato coram dicto Regio Cancellario in hac cauſa, fuit probata cõſuetudo immemorialis Epiſcopatus Dertuſenſis multis inſtrumentis antiquiſsimis, in proceſſu productis, imponendi dictas pœnas pecuniarias laicis, non tamen eas exequendi, & ita in hoc caſu, extante cõſuetudine, iuriſdictio pertinet ad Eccleſiaſticum, quod ſatis innuit Regia ſententia Cancellarij lata, die 20. Iunij 1578. de qua ſuprą num. 12. ibi: *Attento etiam, quod conſuetudo allegata pro parte iuriſdictionis Eccleſiaſticæ legitimè pro-*
17 *bata non fuit.* Et quòd dictæ conſuetudini ſit ſtandũ, tenuerunt Belluga rub. 12. §. quædam, num. 104. Couar. pract. quæſt. cap. 10. num. 2. verſ. primum. Iul. Clar. in §. fin. quæſt. 37. num. 8. ad medium, Molinus Gotolan. in tract. de brachio ſæculari Eccleſiæ præſtando, cap. 4. num. 51. qui allegat ita tenentes Bal. & Lup. relatos per Couar. vbi ſupra, & hanc receptam dicit Menchaca lib. 3. de teſt. §. 22. nu. 17. Paz in praxi 2. tom. prælud. 2. num. 56. & incertus auctor apud conſil. Berretæ, conſil. 3. num. 10. Segu. in directo. iud. Eccleſ. 2. par. cap. 14. nu. 24. Auen. de exequen. man. Reg. lib. 1. cap. 1. num. 22. Azebedo in l. 14. libr. 4. titu. 1. num. 7.

18 Ex quibus fuit declaratum in occurrenti caſu, dictum iudicem Eccleſiaſticum potuiſſe imponere pœnas pecuniarias, non tamen poſſe eas exequi contra laicos, niſi per iudices ſæculares, & ita fuit pronuntiatum ſententia publicata per Ludouicum Palau notariũ, dicti Regij Cancellarij ſcribam die 9. Aprilis 1615.

DECISIO CLV.

IVS FIDEICOMMISSI conditionalis, an tranſeat in Fiſcum, quando conditio debet impleri multò poſt factam confiſcationem.

Ius dotatoris virtute fideicommiſſi expreſsè appoſiti in pactis nuptialibus, an tranſeat in filiũ hæred ẽex ſanguine dotatoris, an verò

verò in Fiſcum, & ſic in extraneum hæredem.

1 *Thema, ſiue facti ſpecies, & dubia diſcuſſa.*
2 *Deportata, ſi poſt deportationem ſoluatur matrimonium, poteſt agere ad dotem, & ſpeciale eſt in ea, num. 3.*
3 *L. quod de pariter 17. ff. de reb. dub. declaratur, & nu. 15. & 16.*
4 *Publicatio bonorum, cùm referatur ad tempus condemnationis, ad futuras adquiſitiones non protenditur: limita, num. 17. & 18.*
5 *Fideicommiſſum conditionale purificatum poſt bonorũ publicationẽ non adquiritur Fiſco, limita vt nu. 17. & 18.*
6 *Fiſco non debentur quæſita poſt confiſcationem, etiam quòd adquirantur ex cauſa de præterito.*
7 *Diſpoſitum cenſetur, vel pro diſpoſito habetur, quod veroſimiliter diſpoſuiſſet, qui fecit diſpoſitionẽ, ſi de hoc caſu fuiſſet interrogatus, limita, num. 19.*
8 *Veriſimile eſt, eum, qui dotem ad hæredem, vel ſucceſſorem ſuum reuerti iuſsit, filia ſine liberis decedente, ſi fuiſſet interrogatus, reſpondiſſet, velle magis, ad eius filium, quàm ad Fiſcum dotem reuerti.*
9 *Fiſco actio ex ſtipulatu quæritur competens condemnato, etiam ex conditionali ſtipulatione.*
10 *Obligationes, nedũ puræ, ſed etiam conditionales, actiuè competentes condemnato, in Fiſcum tranſeunt.*
11 *Conditionalia iura, ex contractu in confiſcationem veniunt.*
12 *Iura conditionalia irreuocabilia, ad hæredes extraneos trãſitoria trãſeunt in Fiſcum, per publicationem.*
13 *L. ſed ſi alia in fine de bon. damnato. continet caſum ſpecialem.*
14 *Conditionale implementum trahitur retro.*
17 *Conditionalia ex contractu pendentia, quæ poſtea implentur, veniunt in confiſcationem, vel publicationem.*
18 *Confiſcatio nõ trahitur ad ea, quæ nullo modo ſunt adquiſita, ſecus autem, cùm pro eis quærẽdis quæſitum eſt ius condemnatis.*
19 *Diſpoſitum non cenſetur, quod veroſimiliter quis diſpoſuiſſet, ſi eſt omnino omiſſum.*
20 *Ius fideicommiſſi conditionalis, in contractu dotis, tranſire ad Fiſcũ, fuit iudicatum in Regia Audientia.*
21 *Ius dotatoris competit dotatori, vel eius hæredi ex ſanguine, dotata ſine liberis decedente, declara nu. 23. & 27.*
22 *Stipulatio appoſita in contractu debet intelligi ſecundum naturam illius, limita num. 28.*
23 *Forus 3. ſolu. mat. diſponens, in iure dotatoris debere ſuccedere hæredes ex ſanguine dotatoris, procedit in fideicommiſſo legali, non in conuentionali.*
24 *Prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis.*
25 *Hæredis verbum, in materia indifferenti, de extraneo intelligitur, vt deſignet ſucceſſorem bonorum,* com-

coniunctum, vel extraneum.

26 *In Fiſcum trāſeunt, quæ tranſeūt in extraneum, vt ſunt obligationes, etiam conditionales.*

28 *Stipulatio appoſita in contractu non intelligitur ſecundum naturam illius, ſi aliud ſpecialiter fuerit actū.*

29 *Regiæ ſententiæ, cum quibus fuit declaratum, ius dotatoris tranſire ad hæredes ex ſanguine dotatoris, loquuntur, vbi illud ius defertur ex diſpoſitione legis, non, vbi defertur ex diſpoſitione hominis.*

1 IAcobus Martinus Gallent notarius, collocando in matrimonium Franciſcam, eius filiam, cum Don Ioanne de Vrrias, ei in dotem conſtituit quadraginta mille ſolidos, monetæ Regni Valētię, cū inſtrumento capitulorum matrimonialiū, de quo fuit rogat⁹ Illephonſus Dixer, quondam notarius, die 22. Octobris 1568. hoc inter alia pacto adiecto, vt ſi dicta Domna Franciſca abſque filijs legitimis, & naturalibus, & ex legitimo, & carnali matrimonio natis, & procreatis, mori contingeret, tantummodo poſſet diſponere de quatuor mille ſolidis, & reſtantes triginta ſex mille ſolidi ad dictum Iacobum Martinum Gallent, aut ad illius hæredem, vel ſucceſſorē in ipſius bonis, aut ad eum, quem in teſtamento nominaret, reuerterentur, vt in 8. dictorū capitulorū latius continetur. Pariter idē Gallent collocauit in matrimonium Doroteam, eius filiam ſecundò genitam, cum Don Ioāne Fenollet, & ei in dotem conſtituit ſexaginta mille ſolidos: Poſtea bona eiuſdē Gallent fuerunt confiſcata, mortua dicta Domna Dorotea Gallēt, relicta filia Domna Laura Fenoller, dictus Don Ioannes pater, & legitimus adminiſtrator eiuſdem Domnę Lauræ, & nomine ſuo proprio, virtute dicti crediti dotalis, executionem inſtituit contra Regium Fiſcum, vti ſucceſſorem dicti Martini Gallent, & per Curiā emit in ſolutum ſui crediti ius Regio Fiſco competens ad recuperandos dictos triginta ſex mille ſolidos, ex dote conſtituta dictæ Domnæ Franciſcę Gallent, & de Vrrias, quando eueniret, ipſam abſq; liberis decedere, quos iam ſuſcipere non poterat in ætate, in qua exiſtebat, & ſic veniente caſu fidei commiſsi appoſiti in dictis capitulis matrimonialibus.

Dicta Domna Franciſca Gallēt & de Vrrias, cū ſupplicatione oblata in Regia Audientia, die 18. Iunij 1611. deduxit, ad eius notitiā perueniſſe, quòd dictus Don Ioannes Fenollet ſe iactabat, ſuccedere debere in quadam domo in dicta ſupplicatione memorata, & in alijs bonis dictæ Domnæ Franciſcæ, quæ ſupplicauit, vt conſtito de dicta iactantia, ſiue iactatione, eidem Don Ioanni mandaretur, vt iura ſua deduceret in Regia Audientia. Et cum conſtitiſſet per ſummariam teſtium informationē de dicta iactatione, & diffamatione, fuit man-

mandatum, vt iura ſua deduceret contra dictam Domnam Franciſcam. Et obtemperando dicto mandato, allegauit, ipſum, vti Fiſci ſucceſſorem, virtute dictæ venditionis curiæ, ius habere ad recuperandum dictam domum, & alia bona in dotem conſtituta, in concurrenti quãtitate triginta ſex mille ſolidorum, eueniente caſu mortis dictæ Domnæ Franciſcæ ſine liberis. In qua cauſa ſe oppoſuit Michaël Ioannes Gallẽt filius dicti Iacobi Martini Gallent, impugnando dictam curiæ venditionem, prætendendo, eam nullam eſſe, quia iura dicti fideicommiſſi non potuerunt in Fiſcum tranſire, ſed ea pertinere ad filium, vti hæredem ex ſanguine dotatoris.

Dubitatũ fuit de duobus. Primum: an ius fideicommiſsi conditionalis tranſiret in Fiſcũ, quando debet adimpleri conditio multò poſt factam confiſcationem. Secundum: an ius dotatoris, virtute fideicommiſsi appoſiti in dicto contractu matrimoniali, pertineat ad filium, tanquam hæredem ex ſanguine dotatoris, an vero tranſierit in Fiſcum, & ſic in extraneum hæredem. In primo dubio videbatur dicendũ, iura conditionalia non tranſire in Fiſcum.

2 Primò, per tex. in l. ſed ſi alia 5. in fine, ff. de bonis damnatorũ, vbi mulier deportata, ſi poſt deportationem ſoluatur matrimonium, poteſt agere ad dotem, quaſi humanitatis intuitu hodie nata actione, & ſic dos non tranſit in Fiſcum.

3 Secundò, per text. in l. quod depariter 17. ff. de rebus dubijs, vbi, cùm mater ſtipulata eſſet, mortua filia in matrimonio, dotem ſibi reddi, & ſimul cum filia perijſſet, inquit Iuris Conſultus, ad hæredem matris actionem ex ſtipulatu non tranſmitti, quia non erat commiſſa ſtipulatio, quia filia non ſuper vixit, & ibi Bar. num. 1. in principio inquit, quòd, ſi per mortem ſtipulatoris deficit conditio ſtipulationis, & perconſequens deficit ſpes, non eſt, quod tranſmittatur.

4 Tertiò, publicatio bonorũ, cùm referatur ad tempus condemnationis, ad futuras adquiſitiones non protenditur, l. ſi tibi mandauero, §. is cuius, ff. mandati, l. eius, §. 1. ff. de teſtament. l. certa forma, C. de iure fiſci, lib. 10. & ibi Bart. & Doctores, cap. fœlicis, §. verũ de pœnis in 6. gloſ. & Doctores in l. nõ ad ea, ff. de cõdit. & demonſt. Bart. in l. 1. ff. de bonis damnat. Decius conſ. 35. nu. 5. verſ. ſed in caſu 2.

5 par. col. 3. vbi inquit, fideicommiſſum conditionale purificatũ poſt bonorum publicationem non adquiri Fiſco. Et idem concludunt Socin. conſil. 275. num. 18. Ruin. conſ. 123. volu. 4. vbi ſub num. 7.

6 intelligit, quæſita poſt confiſcationem Fiſco non deberi, etiam quòd adquiratur ex cauſa de præterito, & Pereg. d. lib. 5. tit. 1. n. 132. Quo fit, nec potuiſſe adquiri Fiſco iura

cõditionalia, quæ vẽtura ſunt poſt mortem dictæ Domnæ Franciſcæ, cũ iã deceſſerit dictus Iacobus Gallent, ſed cõpetent dicto Michaëli Ioanni Gallent, vti proximiori.

7 Quartò, in hac materia id habetur pro diſpoſito, quod veroſimiliter diſpoſuiſſet, qui fecit diſpoſitionem, ſi de hoc caſu fuiſſet interrogatus, l. tale pactum 40. §. fin. ff. de pact. ibi: *Pater qui dotem promiſit, pactus eſt, vt poſt mortem ſuam in matrimonio ſine liberis defuncta filia, portio dotis apud hæredem ſuum fratrem remaneret, ea conuentio liberis à ſocero poſtea ſuſceptis, & hæredibus teſtamento relictis per exceptionem doli proderit, cùm inter contrahentes id actum ſit, vt hæredibus cõſulatur: & illo tẽpore quo pater alios filios non habuit, in fratrem ſuum iudicium ſupremum contuliſſe videatur*. Et ibi hoc notat gloſ. fin. prope finem, Tiraquel. in l. ſi vnquam, C. de reuocand. donation. in præfatione, numer. 56. vbi, multis relatis, bene con-
8 firmat. Sed veroſimile eſt, quòd, ſi Iacobus Martinus Gallent, qui dotem Franciſcæ filiæ ſuæ conſtituit, & iure fideicommiſsi triginta ſex mille ſolidos ad hæredem, vel ſucceſſorem ſuum reuerti, iuſſit, filia ſine liberis decedente, fuiſſet interrogatus, ad quem vellet, dictos triginta ſex mille ſolidos reuerti, an ad Fiſcum, an verò ad Michaëlem Ioannem Gallent, eius filium, reſpondiſſet, velle, filium eius ſuccedere. Ergo hoc debet haberi pro diſpoſito, vt ſic potuis ſuccedat filius, quàm Regius Fiſcus.

Sed his non obſtantibus, contrarium fuit deciſum, nimirum Regium Fiſcum ſuccedere.

9 Primò, per tex. in l. inter ſocerum 26. §. fin. ff. de pact. dotalibus, cuius verba ſunt: *Pater, ſi filia nupta mortem obijſſet, dotem dari ſtipulatus eſt, conſtante matrimonio, capitali crimine damnatus eſt, diuortio ſequuto, vel morte viri, ſoluto matrimonio, ſtipulationis conditio deficit. Quòd ſi mulier in matrimonio deceſſerit: ex ſtipulatu Fiſco dotis actio quæreretur*. Ex quo textu infert Pereregr. in tractatu de iure
10 fiſci, lib. 5. titu. 1. nume. 77. quòd obligationes, nedũ puræ, ſed etiã conditionales, actiuè competentes condemnato, quia pro ſui natura ad extraneos hætedes tranſire poſſunt, §. ex conditionali Inſtitut. de verbor. oblig. in Fiſcum quoque tranſeunt, Bald. in l. 1. C. de bonis libertorum, & in l. fin. C. de contrahen. empt. Ioan. de Imol. in l. non ad ea, ff. de condition. & demonſtration. & eſt concluſio probata per Iaſ. in l. ſi quis arbitratu, col. vlt. ff. de verbor. obligation. Boſſ. tit. noſtro, nume. 14. & ſeqq. Mar. Laud. in tract. de Fiſco, quæſt. 10. ex quibus comprobatur deciſio Gram. pro Fiſco Regio, conſil. 6. quanuis hæc non adduxerit. Amplia etiam in obligationibus naturalibus, Bal. in l. tã mãdatori, C. de nõ nu-

numer. pecun. Et Ondedeus conſ. 95. numer. 72. volum. 1. docet, iura conditionalia ex contractu in confiſcationem venire, vt per Alex. in addit. ad Bartol. in l. quod traditum, vbi Imol. ff. de condit. & demonſt. Bald. in l. fin. nume. 31. & ſeqq. C. de contrahen. emptio. Arias Pinel. in rubr. C. de bon.
12 mater. num. 3. quòd idem procedat in iuribus conditionalibus irreuocabilibus, ad hæredes extraneos tranſitorijs, vt dicunt Imol. in d. l. quod traditam in fin. Bald. in d. l. fin. nume. 53. Roma. ſing. 170. & idem Peregrin. d. lib. 5. tit. 1. num. 84. docet, quòd omnia iura adquærendum competentia condemnato, quæ ad illius hæredes extraneos tranſirent, ad Fiſcum quoque per publicationem trãſeunt, ad idẽ tex. in §. ex conditionali Inſtit. de verbor. obligat. vbi in contractibus ſpes conditionalis ſtipulationis ad hæredes trãſmittitur. Et ita in caſu noſtro, cùm verſemur in contractu dotis, & in ſtipulatione facta per Iacobũ Martinum Gallent, vt, mortua Franciſca eius filia ſine liberis, triginta ſex mille ſolidi reuerterentur ad ipſum, vel ad eius hæredes, vel ſucceſſores, & Fiſcus ſit ſucceſſor vniuerſalis dicti Gallent, debent dicti triginta ſex mille ſolidi, ſecuta conditione, ad Fiſcum tranſire.

13 Nec obſtant in contrarium adducta. In primis enim tex. in l. ſed ſi alia 5. in fin. ff. de bonis damnatorum loquitur in filia deportata, quæ fuerat dotata, & humanitatis intuitu poteſt ad dotem agere, & ſic ſpeciale eſt in muliere, & non poteſt trahi ad fauorẽ alterius deportati, qui dotis reſtitutionem ſibi paciſcitur, in quo non conſiderabitur prædicta æquitas, ſed
14 obſeruabitur regula, quòd conditionale implementum trahitur retro. dicta l. inter ſocerum in §. fin. ff. de pact. dotalibus. Ita reſpondet Barboſa in l. ſi conſtante 25. §. primo, numero 21. in fin. ff. ſolut. matrim. pag. 594. & in eodem numero refert aliam ſolutionem, traditam per Ruinum in l. ſi quis arbitratu ad finem, ff. de verborum oblig. quam tamen reprehendit.

15 Non obſtat ſecundò, l. quod depariter 17. ff. de reb. dubijs, nam vt inquit ibi gloſ. in verbo, *non eſſe commiſſam*, attento iure Codicis, non procedit illius legis diſpoſitio, quia hodie poſſunt incipere actiones ab hæredibus, vt in l. prima, C. vt actiones ab hæred. Vnde cùm in caſu noſtro, nedum dos eſſet reſtituenda dicto Iacobo Martino Gallent, ſed etiam eius hæredi, & ſucceſſoribus, diſpoſitio illius text. non procedit in caſu noſtro. Secundò reſpondeo iuxta gloſ. in verbo, *ſtipulata eſſet* in dicta l. quod de pariter, quòd ibi ſtipulatio fuit concepta ſub cõditione, ſi filia in ma-

trimonio deceſſerit, viuēte matre, & ita rectè Diuus Pius reſcripſit, nō eſſe cōmiſsā ſtipulationē, quia mater filiæ non ſuper vixit. At in caſu noſtro non fuit ita concepta ſtipulatio, ſed ſub conditione, ſi ſine liberis decederet, dos reuerteretur ad teſtatorem, vel ad eius hæredem, ſeu ſucceſſorem, quæ conditio non deficiet, ſed adimplebitur, cùm dicta Domna Franciſca Gallent, & de Vrrias, naturaliter liberos habere non poſsit.

17 Ad tertium reſpondet Pinel. in rub.C.de bonis maternis prima parte, nume. 3. quod dicitur, in publicatione bonorum non venire futura, nec conditionalia, non habere locum, quando ſunt conditionalia ex contractu pendentia, quæ poſtea implentur, ea enim veniunt in confiſcationem, vt reſoluit Alexand.ad Bar. in l. non ab ea, ff. de condition. & demonſtrationibus,& alij allegati à Pinello vbi ſupra, & Peregrin. de iure fiſci, libr. 5. titulo primo, numero 84. verſiculo quæ tamen rationes, pagina mihi 512.
18 reſpondet, verum eſſe, confiſcationem non trahi ad ea, quæ nullo modo ſunt adquiſita, ſecus autem,cùm pro eis quærendis,quæſitum eſt ius condemnato, vt in caſu noſtro, & quæ idem Peregr. ſcribit in eodem titulo,num.132. intelligenda ſunt iuxta ea, quæ ipſe tradit numero 84. ad quem ſe remittit.

19 Nec obſtat quartum, & vltimum, quòd habetur pro diſpoſito, quod veroſimiliter diſpoſuiſſet, ſi de hoc caſu fuiſſet interrogatus, iuxta l.tale pactum,§.fin. ff. de pact. Non enim ſatis eſt, diſponentem veroſimiliter ita velle, niſi diſpoſuerit, ſi enim eſt omnino omiſſum, non habet locum, quod dicit gloſ. fin. in fine in dicta l. tale pactum, §. fin. ita Vincentius de Franch. deciſsione 91. numero 23. lib. primo, poſt Bald. quem allegat in l. prima column. fin. verſiculo quæro de tali quæſtione, C. de hijs,qui ante apertas tabulas.Idem docet Craueta conſilio 984. numero 132. volum. 6. Vnde quamuis veroſimiliter Iacobus Martinus Gallent noluerit, dotem filiæ conſtitutam ad Fiſcum reuerti, tamen hoc ab eo fuit omiſſum, imo potius ſtipulatus fuit, dotem ad ſuum ſucceſſorem reuerti, & ſic Fiſcus tanquam ſucceſſor illius comprehenditur. Et ſi ex eo, quòd veroſimiliter, qui dotem ſibi reddi ſtipulatus fuit, non vult, ad Fiſcum reuerti, non poſſet Fiſcus ſuccedere, deſtrueretur diſpoſitio, text. in l. inter ſocerum 26. §. fin. ff. de pact. dotalibus, & iuris regulæ ſupra relatæ, quod eſſet abſurdum. Et ita, ex ſupradictis, in hoc primo dubio fuit reſolutum,& declaratum, cum ſen-
20 tētia infra in fine huius deciſionis reſe-

referenda, dictum ius fideicommiſſi conditionalis tranſiuiſſe in Fiſcum.

21 In ſecundo dubio, videbatur, ius dotatoris, in occurrenti caſu, pertinere ad Michaëlem Gallent filium dotatoris, quia iuxta for. 2. ſolut. mat. dos debet reuerti ad dotatorem, vel ad illius hæredes, dotata ſine liberis decedente, ibi: *La terça part daquell exouar torn à aquell pare, ò a ſos hereus.* Et in for. 3. eiuſdem tituli declaratur, ſi ſunt hęredes ex ſanguine dotatoris, ibi: *O à ſos hereus, ſi ſeran parents del dit dotador. E ſino ſeran parents, ò morrà abinteſtat: que torn al pus proiſme parent del dotador.* Et latè dixi deciſ. 12. lib. 1. numer. 19. Vnde cùm Regius Fiſcus ſit extraneus, deficiente hærede ex ſanguine dotatoris, debet ſuccedere dictus Michaël Gallent, tanquam filius, & proximior dicti dotatoris.

22 Secundò, ſtipulatio appoſita in contractu debet intelligi ſecundum naturam illius, l. ſi ſtipulatus 4. verſic. verum, ff. de vſuris, ibi: *Verùm ſi emptor à venditore nouandi animo ita ſtipulatus eſt, factum tradendi ſtipulatus intelligitur, quia non eſt veriſimile, plus venditorem promiſiſſe, quàm iudicio empti præſtare compelleretur.* Paul. Caſtrenſ. conſil. 170. num. 2. verſ. Tertio præmittendum ſecunda parte, ſed ſecundum naturam iuris dotatoris, de quo in Regno Valentiæ, illud defertur ad hæredes ex ſanguine. Ergo illa ſtipulatio, hæredibus reddi, intelligenda eſt de hæredibus ſanguinis dotatoris, quòd ſatis declaratum videtur cum Regijs ſententijs latis in cauſa vertente inter Don Michaëlem Angelum de Ribelles, & Don Coſmam Fenollet, & Domnam Elyſabetham Fenollet, tam in Regia Audientia Valentina, quàm in cauſis ſupplicationum in hoc S.S.R.C. relatis in dicta deciſione 12. numer. 19. Cùm enim ibi dotator ſtipulatus fuiſſet, partem dotis ad ſuos hæredes reuerti, fuit declaratum, reuerti debere ad hæredes ſanguinis.

23 Sed contrarium fuit deciſum, quia, licèt iuxta forum 3. ſolut. matrim. in iure dotatoris debeat ſuccedere hæres ex ſanguine dotatoris, illud tamen procedit in fideicommiſſo legali, non tamen in conuentionali, quia pater, dotando filiam, poteſt ſtipulari, dotem ſibi reddi, vel hæredibus extraneis, & quibus ipſe voluerit; 24 nam prouiſio hominis facit ceſſare diſpoſitionem legis, l. fin. C. de pact. conuentis, & late probat Antonius Gabriel lib. 6. communium titu. de regul. iur. concluſione 8. Vnde cùm, in occurrenti caſu, dictus Iacobus Martinus Gallent ſtipulatus fuit, dotem ſibi reddi, vel hæredi, vel ſucceſſori in bonis ſuis, vel ei, quem ipſe in teſtamento nominaſſet, iam per huiuſmodi ſti-

Digitized by Google

pulationem, & prouiſionem hominis, receſſum fuit à diſpoſitione dictorum fororum.

Secundò, nam illa verba in ſtipulatione contenta, vt dos reſtitueretur hæredi dotatoris, de
25 extraneo intelliguntur, nam verbum, *hæres*, in materia indifferenti, de hæredibus extraneis intelligitur, vt deſignet ſucceſſorem bonorum coniunctum, vel extraneum, vt probatur in titulis, ff. & C. de hæred. inſtituendis, & Inſtitut. de hæredum qualitate, & differen. l. pater filium, §. fin. ff. de leg. 3. & in l. in annalibus, C. de legar. & in contractibus in l. ſi pactum, ff. de probation. & in l. veteris, C. de contrahen. ſtipul. & ſic, per ea iura, pro regula tradiderunt Bartol. Bald. Angel. Imol. & alij, quos refert, & ſequitur Peregrin. de fideicommiſſ.
26 artic. 32. numer. 26. foleo mihi 287. & quæ tranſeunt in extraneum, vt ſunt obligationes, etiam conditionales ex contractu, tranſeunt in Fiſcum, vt probat Peregrin. de iure fiſci, lib. 5. titu. 1. nume. 68. & 84. & ita in occurrenti caſu, cùm dos, ex ſtipulatione Martini Gallent, deberet reuerti ad hæredes, vel ſucceſſores eiuſdem dotatoris, ius illam recuperandi, ſequuta conditione, tranſiuit in Fiſcum.

27 Nec obſtant in contrarium adducta. Ad primum reſpondetur, quòd ceſſante promiſſione hominis, & ſtipulatione, debet ſeruari diſpoſitio legis, de qua in foro 3. ſolut. matrim. ſecus, extante prouiſione hominis, vt in caſu noſtro.

28 Ad ſecundum reſpondetur, quòd in dubio ſtipulatio ſimpliciter interpoſita ſuper aliquo contractu debet intelligi ſecundum naturam illius contractus, hoc tamen intelligendum eſt, niſi aliud ſpecialiter fuerit actum, vt bene declarat Caſtrenſis in conſ. 170. numer. 2. in caſu autem noſtro dictus Gallent dotator ſatis declarauit contrarium, dum ſtipulatus fuit, nedum ſibi dotem reddi, ſed etiam hæredi, vel ſucceſſori in ſuis bonis, vel quem in teſtamento nominaſſet, non ſe reſtringendo ad hæredem ſanguinis, de quo loquitur dictus
29 forus. Nec contrarium probant Regiæ ſententiæ allegatæ, deciſ. 11. numer. 19. Nam duæ vltimæ latæ in S.S.A.C. altera die 11. Octobris 1557. altera verò die 29. Aprilis 1559. ſupponunt, in illo caſu, ius dotatoris competere ex diſpoſitione fori, & non ex diſpoſitione hominis, & ita nihil mirum, ſi verbum, *hæredibus*, intelligatur de hæredibus ſanguinis. Secus tamen eſt in caſu noſtro, in quo dotatoris ius competit hæredibus ex diſpoſitione hominis.

Ex quibus, in occurrenti caſu, fuit declaratũ in fauorẽ dicti Don Ioannis Fenollet, emptoris curiæ iurium Regio Fiſco competentium,

Digitized by Google

tium; contra dictam Domnam Franciſcam Gallent, & de Vrrias, & Michaëlem Ioannem Gallent, referente Doctore Ioanne Hieronymo Blaſco, ſententia publicata per Don Ioannem Daça die 16. Maij 1612.

DECISIO

CLVI.

MONASTERIA, ET religioſi in Regno Valentiæ non poſſunt ſuccedere in bonis immobilibus (quæ appellantur *de Realenco*) niſi tempore delatæ ſucceſsionis habeant priuilegium amortizationis.

1 *Species facti.*

2 *Monaſteria, nec religioſi nequeunt ſuccedere abinteſtato, neque ex teſtamento in bonis* de Realenco, *& expenditur for. 5.* §. los llochs, *de inſtit. ſed vide num.* 12.

3 *Conſtitutiones contra libertatẽ Eccleſiæ non valent.*

4 *Rex poteſt facere, quòd bona, quæ aliàs in Eccleſiam poſſent tranſire, non tranſeant.*

5 *Monaſteria ex perſonis religioſorum non poſſe ſuccedere, varijs ſententijs fuit declaratum, ſed vide num.* 13.

6 *Habilitatio monaſterij ad ſuccedendum, in bonis* de Realenco, *non poteſt nocere ſucceſſoribus teſtatoris.*

7 *Priuilegium Principis non cenſetur conceſſum, vt alteri noceat.*

8 *Monaſterium monialium de Hieruſalem in Cæſar Auguſta non potuiſſe ſuccedere in Baronia de Parcent, non obſtante priuilegio amortizationis, quia erat alijs ius quæſitum iam, fuit declaratum quadam R. S.*

9 *Monaſteriũ habẽs priuilegiũ amortizationis, tẽpore habili, & ante delatam ſucceſsionem, poteſt ſuccedere in bonis* de Realenco, *& fideicommiſsi.*

10 *Ius hæredis, eo tempore, quo adquirit hæreditatem, inſpiciendum eſt.*

11 *Monaſteria priuilegia amortizationis habẽtia tẽpore habili, in bonis fideicommiſsi, &* de Realenco *poſſe ſuccedere, varijs ſententijs fuit declaratum.*

12 *For. 5. rub. de inteſt. limitatur in caſu, quo monaſteria ſunt per priuilegium amortizationis habilitata.*

13 *Monaſteriũ obtinens priuilegium amoritzationis, poſtquam ius alteri quæſitum fuit, non ſuccedit in bonis* de Realenco, *& ita procedit R. S. de qua num. 8. ſecus ſi ante.*

MIchaël Çeruera faber argentarius, cum ſuo vltimo teſtamento, recepto per Ludouicum Çetina notarium, die 11. Februarij 1596. & publicato die 20. Nouẽbris 1602. inſtituit Franciſcum Çeruera, eius

 filium,

filium, vniuerſalem hæredẽ, quòd ſi dictus Franciſcus in vita teſtatoris decederet, heredẽ inſtituit Ioãnam Annam Çeruera,& deRogla, dicti teſtatoris filiam,vita eius dũtaxat durante, & poſt illius obitũ iuſsit, vt omnia bona dictæ hæreditatis peruenirent ad filios illius, & ad Vincentium Cabanyes,eiuſdem teſtatoris nepotem ex Catherina Çeruera, eius filia, æqualiter diuidenda inter filios dictæ Ioannæ Annæ Çeruera,& de Rogla,& dictũ Vincẽtium Cabanyes: cùmque dictus Franciſcus, primo loco vocatus,præmortuus fuiſſet, in dictis bonis, & hæreditate ſucceſſit prædicta Ioanna Anna Çeruera,& de Rogla,quæ poſtea deceſſit, relictis Chriſtophoro Rogla, & Leandro Rogla, eius filijs legitimis, & naturalibus, ſuperſtite etiam dicto Vincentio Cabanyes, qui tunc temporis iam erat monachus profeſſus Cartuſiẽſis,in monaſterio Vallis Chriſti præſentis Regni,& ante profeſsionem, cum eius vltimo teſtamento,dictũ monaſterium hæredẽ inſtituit in omnibus bonis, eo tunc ad eum ſpectantibus, vel quæ in futurum iure fideicommiſsi, vel aliàs ad eum ſpectarent.Et Syndicus dicti monaſterij ſupplicauit,declarari, per mortem dictæ Ioannæ Annæ Çeruera, & de Rogla, omnia bona in dicto fideicommiſſo recadentia, æquis portionibus, perueniſſe, & ſpectare ad dictos Chriſtophorũ Rogla, Leandrum Rogla fratres, & ad dictum Don Vincentiũ Cabanyes Cartuſienſem, & ex illius perſona ad dictum monaſterium Vallis Chriſti, ſaltem, vt durante vita naturali dicti monachi, ſi uatur dictum monaſteriũ tertia parte bonorum dictæ hæreditatis, ad ſupradictũ religioſum ſpectante.

Et pro parte dictorum Chriſtophori,& Leandri Rogla fratrũ fuit prætenſum,dictum Monaſterium nullatenus ſuccedere potuiſſe.

2 Primò,quia monaſteria, nec religioſi,iuxta leges huius Regni,& præſertim iuxta forum 5. incipientem: *Si algu morrà*, in §. *Los lochs religioſos*, de inteſtatis, non poſſunt ſuccedere,nec ex teſtamento, nec abinteſtato.Quod probatur in illis verbis: *Los lochs religioſos, nels religioſos en alguns bens de pare, ni mare, ne dalcuns aſcendents, ne de fill, ne de net, ne dalcuns altres deſcendents, ne de frares, ne de ſors, ne dalcuns altres tranſuerſals en neguna guiſa, no venguen à ſucceſsio ab teſtament, ò ſens teſtament* Quæ lex Regni valet reſpectu bonorum immobilium, quæ in præſenti Regno apellantur *de Realenco*, eo quòd proceſſerint à Rege,in quib⁹ potuit Rex, in traditione rei ſuæ, hanc conditionem apponere, & hac lege ea afficere, ne tranſeant in monaſteria ſine Principis iuſſu, & licen-

3 tia. Licet enim non valeant conſtitutiones factæ contra libertatem Eccleſiæ, authentica caſſa, C. de ſacroſanct. Eccleſ. & cap.

quæ

quæ in Eccleſiarum de conſtitu-
4 tio. Tamen, antequam bona tranſeant in Eccleſiam, poſſunt per Regem, dominum dictorum bonorum ſic affici, vt non trãſeant in eam. Ita in terminis conciuis meus Belluga in ſpeculo Princip. rub. 14. de Amortizatio. in §. veniamus, num. 31. 35. in fin. & 36. licet ſecus eſt in bonis mobilibus, vel ſemouentibus, quæ, cùm non fuerint in dominio Regis, non potuit circa illa diſponere in præiudicium Eccleſiæ, ne ad monaſteria venirent.
5 Secundò, quia ſæpiùs fuit declaratum, cum Regijs ſententijs, in præſenti Regno monaſteria, ex perſonis religioſorũ, non ſuccedere, & inter alia, cũ ſententia lata in fauorem Hieronymæ Viues, cõtra monaſterium ſanctę Luciæ oppidi Algeziræ, publicata per Ioannem Ferrandiz de Soto die 11. Ianuarij 1572. Cum qua fuit declaratum, inſtitutionem factam de filiabus monialibus eſſe nullam, & cum ſententia publicata per Gaſparem Melia die 29. Nouembris 1574. in fauorem Ludouici Ioannis Albero, contra Vincentiam Albero, monialem ſanctæ Claræ, ciuitatis Setabis, & Syndicum eiuſdem monaſterij, & iterum cũ alia ſententia publicata per Franciſcum Paulum Alreus die 4. Ianuarij 1585. in fauorem adminiſtratoris bonorum Michaëlis Hieronymi Andres, contra monaſteriũ monialiũ ſancti Chriſtophori Vrbis, & cum alia ſententia lata in fauorem Franciſci Roca, contra adminiſtratorem bonorum Decani Roca, publicata per dictum Alreus, die 6. Februarij 1589. fuit declaratum, monialem eſſe incapacem ſucceſsionis, virtute fideicommiſsi, & cũ alia ſententia regia, publicata per eundem Alreus die 15. Iulij 1603. in fauorẽ Beatricis Annæ Abbat, & de Catala, contra monaſterium ſanctæ Catherinæ Senenſis huius ciuitatis, fuit declaratum, monaſteria, neq; ex teſtamento, neque abinteſtato, in proprietate, iuxta forum, ſuccedere poſſe.
6 Tertiò, nam, in noſtro caſu, ad fideicommiſſum, ſimul cum dicto Vincentio Cabanyes, erant vocati Chriſtophorus Rogla, & Leãder Rogla, eiuſdem teſtatoris nepotes ex Ioanna Anna Çeruera, eius filia, quibus ius fuit quæſitũ, propter incapacitatem dicti Vincentij religioſi. Et ita, quanuis dictum monaſterium fuiſſet habilitatum à Rege, ad poſsidẽdum bona *de Realenco*, cum priuilegio amortizationis eidem conceſſo, talis habilitatio non potuit nocere dictis alijs teſtatoris nepotibus, l. fin. §. quod ſi forte, C. de ſacroſan. Eccleſ. & iuxta ea, quæ tradit Be-
7 lluga vbi ſupra, num. 39. quia priuilegium Principis non cenſetur conceſſum in præiudicium tertij, l. 2. §. ſi quis à Principe, ff. ne quis in loc. publi. & ita cum ſententia lata in hac Regia Audientia, pu-

blicata per Guillermum Nicolaũ deHona die 21.Octobris 1593.in cauſa Baroniæ de Parcent,fuit de-
8 claratum, monaſterium monialiũ de Hieruſalem in ciuitate Cæſar Auguſtæ,Regni Aragonũ conſtructum,non potuiſſe ſuccedere in dicta Baronia,ex perſona Margaritę Roda monialis, quæ aliàs dictæ Baroniæ futura erat Domina,quãuis priuilegiũ amortizationis impetraſſet, ex quo ius fuerat iam quaſitum ſuccedenti in dicta Baronia,virtute fideicommiſsi in teſtamento inſtituti, quæ ſententia fuit confirmata in gradu ſupplicationis in S.S.R.A.C. die 3. Iulij 1596.

9 Sed,his non obſtantibus,me referente, ſiue exiſtente commiſſario dictæ cauſæ, contrarium iudicauimus, in hoc noſtro Senatu, quia Syndicus dicti monaſterij Vallis Chriſti exhibuit priuilegium amortizationis,cum quo ante delatam ſucceſsionem,& ſic antequam eueniret caſus dicti fideicommiſsi, ſupradictum monaſterium fuerat per Regem habilitatum,ad adquirendum,& poſsidendum quæcunque bona *de Realenco*, non obſtantibus foris, ſiue legibus huius Regni, & ſic, ſublato dicto impedimento, indubitatum erat, mediante perſona dicti monachi,bona monaſterio fuiſſe quæſita,authentica ingreſsi, & authentica ſi qua mulier, C. de ſacroſan. Eccleſ.& cap. in præſentia cũ ibi notatis extra de probatio. per dictum autem priuilegium, tempore delatæ ſucceſsionis,iã erat ſublatum impedimentum, & ſufficit, quòd tempore delatæ ſucceſsionis capere poſsit, l. in tempus 62. ff.de hæred. inſtitu. ibi: *In tempus capiendæ hæreditatis inſtitui hæredem poſſe, beneuolentiæ eſt: veluti Lucius Titius cùm capere potuerit: hæres eſto,*
10 l.ſi alienum 49.§.in extraneum eo. tit.ibi: *Nam ius hæredis eo vel maximè tempore inſpiciendum eſt, quo adquirit hæreditatem*, l. ſi ſeruus eius, ff.de adquir.hære. Et hanc opinionem in terminis,tenet Belluga vbi ſupra,num.38.& 39. quod his rationibus probat. Quòd ceſſante cauſa diſpoſitionis dicti fori, debet ceſſare, & diſpoſitio, l. adigere, §.quanuis.ff.de iur. patrona. & quia ſucceſsio defertur eo tempore,quo potuit habere efficax principium, monaſterio capaci reddito per dictum priuilegium, ad illud ſtatum debet cauſa reduci, vt actus valeat, l. ſi cum, ff. de donatio. inter, & perinde debet haberi,ac ſi medio tempore habile fuiſſet. Facit in ſimili, quod docet Bal.in l.Deo nobis 42.§. hoc etiã, num.9.C.de Epiſco. & cleri. vbi, inquit,quòd ſi quis deceſſerit, relicto filio,fratre minore, tamen antequam alij venientes abinteſtato adirent hæreditatem, iſte filius factus eſt Epiſcopus:quòd ſuccedit: nam cùm dicta dignitas Epiſcopatus amouerit obſtaculum religionis fratrum minorum, potuit ſuccedere. Ita pariter, cùm priuilegium

legium amortizationis abſtulerit obſtaculum monaſterio, potuit bona fideicommiſsi ex perſona
11 monachi capere, & iuxta hanc ſententiam fuit declaratum in hac ſacra Regia Audientia, monaſterium monialium Incarnationis Domini noſtri Ieſu Chriſti, ex perſona Elyſabethæ Ioannæ Annæ Soler, monialis in eodem profeſſæ, ſuccedere iure fideicommiſsi in bonis Iacobi Soler, ex quo, tempore delatæ ſuccesſionis, habebat priuilegium amortizationis, ſententia publicata per dictum Alreus, die 13. Iulij 1599. tunc enim dici non poteſt, ius fuiſſe quæſitū alijs, qui venirent ad ſucceſsionem, ſi monaſterium non fuiſſet capax, & poſt latam ſententiam in præſenti cauſa, vidi, idem fuiſſe declaratū, ſententia lata in fauorem monaſterij ſancti Sebaſtiani, Ordinis ſancti Franciſci de Paula, conſtructi in ſuburbio ciuitatis Valentiæ, publicata per Franciſcum Paulū Alreus, die 12. Decembris 1616. confirmata in S.S.R.C. ſententia publicata per Hieronymum Dalmau, die 24. Iulij 1619. Et iterum idem fuit iudicatum in eodem S.S.R.C. in fauorem fratris Hieronymi Rocla religioſi monaſterij ſancti Hieronymi *de Cotalua*, ſiue in fauorem dicti monaſterij, contra Don Hieronymum Sans de la Loſa, in cauſa ſucceſsionis loci de Ayacor, ſententia publicata per Michaëlem Codorniu, die 12. Decembris 1618.

12 Nec obſtant in contrarium adducta. Non primum, nam prædicta diſpoſitio fori 5. in §. *los lochs religioſos*, in rub. de in teſta. limitatur, & locum non habet, data capacitate monaſterij, & ſublato impedimento, per priuilegium amortizationis.

Nec ſecundum, quia eodē modo reſpondetur Regijs ſententijs in contrarium allegatis, quæ diſponunt in eiſdem terminis, non data capacitate monaſterij.

13 Nec obſtat tertium, quia, licet ibi obtinuiſſet priuilegium amortizationis, non tamē ante delatam ſucceſsionem, fuit enim obtētum poſt delatam ſucceſsionem, & ius tertio quæſitum; & tunc non prodeſt, quia priuilegiū cenſetur conceſſum ſine præiudicio tertij, d. l. 2. §. ſi quis à Principe, ff. ne quid in loco publico. Vnde cùm monaſterium de Hyeruſalem, ciuitatis Cæſar Auguſtæ, poſtquam fuerat ius tertio quæſitum, obtinuerit capacitatem, per priuilegium amortizationis à Principe conceſſum, illud ſibi ſuffragari non potuit; & ita fuit declaratum, cum ſententijs in contrarium allegatis. Secus erat in caſu noſtro, quia monaſterium Vallis Chriſti ante delatam ſucceſſionem, & antequam tertio fuiſſet ius quæſitum, obtinuerat capacitatem, cum dicto priuilegio amortizationis.

Ex quibus, me referēte, fuit declaratum, dictum monaſterium Vallis Chriſti, ex perſona dicti religioſi

ligioſi Vincentij Cabanyes, virtute fideicommiſsi ſucceſsiſſe. Et ita fuit pronuntiatum, ſententia publicata, per Don Ioannem Daça Regij mandati ſcribam, die 8. Ianuarij 1615.

DECISIO CLVII.

TESTES PRODVCI poſſunt, etiam extra Regnum, intra dilationem, ſiue terminũ, à lege Regni præfixum ad producendum teſtes intra Regnũ, quanuis non fuerit obſeruata ſolemnitas â lege introducta, quando concedenda eſt maior dilatio ad producendum teſtes extra prouinciam.

1 *Lites, ne fiant immortales, ſemper legislatores curarunt.*

2 *Dilatio ad partes longinquas, ſiue remiſſoria an debeat concedi, reſidet in arbitrio iudicis, & non eſt concedenda, ſi petatur malitioſè, & n. 4.*

3 *Iuramentum calumniæ iudex deferre poteſt parti petenti remiſſoriam.*

5 *Dilationem petens ad partes valde remotas debet deponere quantitatem pro expenſis, ſi calumnioſe inueniatur, eam petijſſe.*

6 *Dilatio vltramarina, vbi petitur in Regno Neapolitano, vel ad partes longinquas, eſt ſeruanda certa forma, de qua hic iuxta Regias pragmaticas.*

7 *Remiſſoria non conceditur Romæ illi, qui potuit teſtes examinare, lite pendente, in partibus coram iudice illius cauſæ, & non fecit.*

8 *Remiſſoria, quando eſt releuans, & timetur ſubornatio, conceditur in Rota Romana iuxta formam hic relatam.*

9 *Dilatio, ad producendum teſtes extra Regnum, maior ordinaria non conceditur in Regno Valentiæ, niſi ſeruata forma, de qua hic.*

10 *Dilationem ad partes longinquas obtinendum, ſolemnitas à foro fuit introducta, ne lites protraherentur, petendo maiorem dilationem ordinaria. Si autem maior non petatur, non eſt neceſſaria dicta ſolemnitas, etiam ſi teſtes extra Regnum recipiantur.*

IN cauſa vertenti in Regia Audientia Valentina, inter Melchiorẽ Senjordi, parte ex vna: & Ioachimũ Medina de Silos, parte ex altera; dictus Senjordi ſuos articulos produxit, ſuper quibus, per cauſæ Auditorem fuit prouiſum, vt teſtes reciperentur intra terminũ quadraginta dierum, per legem noſtri Regni, ſiue forũ, præfixum, & vigeſima ſeptima die termini, ſiue dilationis, nominauit quendam teſtem extra Regnũ exiſtentem, & petijt, expediri litteras remiſſorias, quarum virtute, dictus Senjordi præſentauit, & examinare fecit dictum teſtem, in ciuitate de Balaguer, Principatus Cathaloniæ degentem, cuius depoſitio clauſa,

clauſa, & ſigillata fuit tranſmiſſa in ciuitatem Valentiæ, & per Auditorem cauſæ fuit prouiſum, vt aperiretur plica, hoc eſt, vt aperiretur ligatura, & publicaretur dicta depoſitio. Huius interlocutoriæ, ſiue prouiſionis reuiſionem petijt dictus Medina, & illius beneficio fuit prouiſum, non deberi inſeri in proceſſu depoſitionem dicti teſtis, nec aperiri plicam, ex quo nō fuerat obſeruata forma à foro præfixa, circa productionem teſtium extra Regnum exiſtentium, quòd intra viginti primos dies dilationis eius nomina exprimantur, per illum producere volētē, & præſtetur iuramentum calumniæ, & ſe obliget, de ſoluendo decimam partem valoris rei, in iudicium deductæ, ſi non probauerit in totū, vel pro parte. Ab hac vltima interlocutoria, ſiue prouiſione ſupplicauit dictus Melchior Senjordi, ad aliam Aulam eiuſdem Regiæ Audientiæ, & cauſa ſupplicationis mihi commiſſa, dubitatum fuit, an deberetur obſeruari dicta ſolemnitas, quando pars non vult, ſibi cōcedi maiorem dilationem, ad producendum teſtes extra Regnum, quàm ea, quæ ſibi conceditur à foro, ad producendum teſtes intra Regnum.

1 Et vt melius hæc quæſtio intelligatur, obſeruandum eſt, ſemper legiſlatores curaſſe, ne lites fierēt immortales, l. properandum, C. de iudicijs, & dilationum materias amputare, l. 2. C. de tempor. appellatio. cap. finem litibus ex. de dolo, & contuma. ibi: *Finem litibus imponere cupientes, &c.* Et ob hanc cauſam, quia ſæpius, qui volunt lites protelare, ſolo animo differendi, petunt dilationes ad partes longinquas, veluti vltra marinas, fingendo, habere teſtes extra prouinciam, vt ita maior dilatio eis concedatur, l. 1. C. de dilatio. & iuxta ea, quæ tradit Ludou. à Peguer.

2 deciſ. 187. Idcirco, vt huiuſmodi calumnijs obuiaretur, remanere in arbitrio iudicis, an debeat concedere remiſſoriā, docet Caſſador. deciſ. 3. num. 1. ad medium, his verbis: *Quæ remiſſio tunc negatur, quando iudex calumniam concipit, aūt præſumitur, quòd malitiosè petatur*: Adnotat Innocen. in cap. poſt electionem de conceſ. præben. & Bald. in l. iudices, C. de fid. inſtrum. & in ſpecie Ludouicus Rom. cōſ. 278. clarum eſt, de qua calumnia in hoc caſu, & alijs plura cumulat Felin. in cap. de cætero 3. col. in fin. cum ſeq. de re iudicata, nouiſsime Farin. in tract. de teſtibus, tit. de oppoſitione contra examen teſtium, quæſt. 77. num. 21. fol. 361. inquit, remiſſoriam tantùm eſſe cōcedendam, ſi petatur ex aliqua iuſta, & rationabili cauſa, ſecus ſi per calumniam, l. iudices, ad finem, C. de fide inſtr. ibi: *Et hoc, ſi iuſtè peti iudex inuenerit.* Vbi Bald. num. 1. in 1. notabili hoc notat, Salic. num. 2. verſ. item nota, quòd hæc commiſit, Caſtr. num. 3. Ioannes Sicar

3 num. 2. & 3. ad finem, vbi, quòd poteſt

poteſt iudex deferre iuramentum calumniæ parti petenti remiſſoriā, Alberi.in authen. apud eloquentiſsimum nu.1. C. eodem, Beninten.deciſ. 74.poſt numerum 1.dicens,quòd,vt remiſſoria concedatur, debet dari aliquis fumus non
4 exiſtentis calumniæ, vbi enim illa præſumitur,non conceditur remiſſoria, quos, & alios refert Farin. vbi ſupra,& Iaſſon in l. 1. in prin. num.27.ff.ſi quis ius dic. non obtem.notat,quòd ſi quis petijt dilationem, ad producendum teſtes, quos,dicit,habere in partibus val de remotis, licet debeat ſibi concedi dilatio, §. & quoniam in au-
5 then. de teſt. tamē petēs dilationē debet deponere quantitatem pro expenſis,ſi calumnioſè inueniatur petijſſe, vt eſt gloſ. ſolemnis in cap.ſtatutum §.fin.de reſcrip. lib. 6.Panor.& alij in cap. conſtitutus de fideiuſ. Certè ſi iudex dubitaret, quòd iſte peteret dilationem, animo calumniandi,poteſt ſibi facere præceptum pœnale,quòd niſi reperiatur verum, quod per tales teſtes vult probare, imponet ei mulctā, ita Pe. de Ancha. Imo. & alij in d. cap. conſtitutus, & ob
6 hanc cauſam in Regno Neapolitano extant multæ Regiæ pragmaticæ, quibus introducta eſt forma ſeruanda, vbi petitur dilatio vltra marina, vel ad partes longinquas, quas refert Proſper. Carauita in commen.ſuper ritibus magnæ curiæ, ritu 140. & dictus ritus 140. ita ait: *Item niſi eſſent teſtes extra Regnū degētes, quo caſu prorogatio ipſa fiat ſecūdū diſtātiā vbi teſtes degūt, depoſita pecunia neceſſaria per producentem, pro examinatione ipſorum, ipſiſque teſtibus ſpecificè nominatis, ac præſtito iuramento per producentem prædictum, quòd non fiat animo differendi, & calumniādi, & iudices ipſi prædictarum curiarum, & cuiuslibet earum,eo caſu,poſſint dictam inſtantiā prorogare,attenta diſtantia loci prædicti: verum ſi pars, vel eius procurator aſſerat,habere teſtes abſentes extra Regnum exiſtentes, & per hoc peteret dilationem,& prorogationem,non faciendo infra tempus ſibi datum, & per hoc prorogatum,teſtes ipſos examinari, talis petens, ſiue fuerit procurator, ſiue principalis puniatur per dictas curias, ſeu alteram ipſarum, tanquam calumniator.* Cuius ritus meminit Vincent.de Franch. deciſ. 57. vbi aliā refert pragmaticam in dicto Neapolitano Regno, circa hoc editam.Romæ verò obſeruatur, teſte
7 Æmilio Veral. Caputaquenſ. deciſ.63. 3.par.fol.14. quòd remiſſoria non conceditur illi, qui potuit teſtes examinare,lite pendente,in partibus, coram iudice illius cauſæ,& non fecit Paul. de Caſtr. in l.de die,§.tutor,ff.qui ſatiſdare cogantur, Afflict.deciſ.157. num. 4. & idem Veral.deciſ. 70. eadem
8 parte 3. inquit, quòd remiſſoria, quando eſt releuans, & timetur ſubornatio teſtium, debet concedi cum hoc,quòd obtinens remiſſoriam debet ibi Romæ nominare tres teſtes bonæ famæ, & conditionis

tionis, in quibus nõ cadat ſuſpitio ſubornationis, quos examinare faciat, ex quorum dictis Rota iudicabit dicta aliorum, & poterit videre, ſi alij fuerint ſubornati, nec ne, & in noſtro Valentiæ Regno ſancitum eſt, in for. 32. & 33. de teſtibus, fol. 99. nemini eſſe concedendam dilationem, ad produ-
9 cendum teſtes extra Regnum, vel vltra mare, niſi intra primos viginti dies termini, ſeu dilationis declarauerit Regna, loca, & nomina teſtium, quos producere intendit in illis partibus, & vltra iuramentum per illum præſtandum, quòd non petit dilationẽ per calumniã, ſe obliget ad ſoluẽdum decimam valoris rei in iudicium deductæ, nimirum ſoluendam tertiam dictę decimæ partem curiæ, reliquas verò duas partes collitiganti, ſi teſtes non produxerit, vel ſi produxerit, & non probauerit in totum, vel pro parte id, quod probare intendit. Vnde dicebat dictus Medina, quòd, ex quo prædictus Melchior Senjordi, intra viginti primas dies non expreſsit nomẽ teſtis, de quo agitur, nec præſtitit dictum iuramentum, nec fecit dictam obligationem de ſoluendo decimam, depoſitio teſtis producti in ciuitate Balaguer, Principatus Cathalonię, non valebat.

Sed contrarium (me referente) fuit deciſum, nam mens dictorum fororum 32. & 33. de teſtibus, re-
10 quirẽtium dictas ſolemnitates declarationis locorũ, vbi teſtes ſunt producendi, nominum teſtiũ, præſtationis iuramenti, quòd non malitioſè petit dilationem, & obligationis de ſoluendo decimam valoris rei, in iudicium deductæ, fuit introducta, ne lites protraherentur, petendo prorogationem dilationis quadraginta dierum, præfixæ per legem noſtri Regni, nimirũ in for. 35. incipien. nos Petrus de teſtibus, fol. 100. & ſemper mẽs legis ſpectanda eſt, & non eius verba, l. non dubium, C. de leg. quando autem pars non petit maiorem dilationem, ad producendum teſtes extra Regnum, ſed dilatione quadraginta dierum a foro præfixa eſt contentus, non debent adhiberi dictę ſolemnitates, nihil enim refert, an teſtes produxerit, durãte dicto termino, intra, vel extra Regnũ, & hoc dixit Carauita dicto ritu 140. nu. 6. ad medium, his verbis: *Verumſi pars, quæ fecit nominationem extra Regnum, dicit, quòd ea vult vti, ac ſi eſſet infra Regnum, quo caſu per dictã pragmaticã, poſt prædictas, dilatio non poteſt excedere terminum trium menſium, datur ſibi dilatio per tres menſes, & dictat dictum depoſitum.* Et Vincent. de Franch. deciſ. 57. num. 3. dicit, ſeruatum in ſuis tribunalibus, quòd durante termino nominationis, recipiantur teſtes in ciuitate, vel in loco iudicij, etiam quòd terminus eſſet elapſus, reſpectu teſtium, in ciuitate, ſeu alijs locis conuicinis degentium, quia in hoc caſu non fit iniuria collitiganti, cũ publicatio fieri

fieri non poſsit,niſi lapſo termino. Vnde in occurrenti caſu, ex quo depoſitio teſtis producti per dictũ Senjordi, in ciuitate de Balaguer, erat clauſa, & ita ſcire non poterat, an dictus teſtis iurauerit intra dilationem foralem, an vero, ea elapſa,nam ſi productus fuerit intra dilationem à foro præfixam ad teſtes producendos intra Regnũ, dicti teſtis depoſitio publicari, & inſeri debet in proceſſu,non obſtãte,quòd eius nomen fuerit declaratum 27. die dilationis foralis, ſi vero extra dictum foralem terminum productus fuerit, non debet eius depoſitio inſeri in proceſſu, & hoc videri non poterat,niſi plica aperiretur, hoc eſt papyrus, intra quam erat clauſa dicta depoſitio. Idcirco fuit pronuntiatum, ex deliberatione Regij Conſilij, reuocando,beneficio ſupplicationis, prouiſionem in alia Aula factam, & mandatum, vt aperiretur plica,vt ſucceſsiuè declarari poſſet, an dicti teſtis depoſitio debeat inſeri, nec ne in proceſſu. Et ita fuit,me referente, lata ſententia publicata per Don Ioannem Daça Regij mandati ſcribam, die 11. Auguſti 1616.

DECISIO CLVIII.

MVLIER TRANSIENS ad ſecundas nuptias, an tantùm habeat vſumfructum bonorũ, quæ ex mariti ſubſtantia peruenerunt ad filium, cui ipſa ab inteſtato ſucceſsit: an verò etiã in proprietate dictorum bonorum.

1 *Facti ſpecies.*

2 *Mater abinteſtato tantùm ſuccedit in vſufructu bonorum filij,quæ fuerunt eius primi viri, quando conuolauit ad ſecundas nuptias.*

3 *Mater, quando ſuccedit ex teſtamento filio ſuo,ex primo matrimonio,poſtquam conuolauit ad ſecundas nuptias, ſuccedit in proprietate, & vſufructu: ſi vero abinteſtato, tantùm in vſufructu bonorum,quæ fuerunt eius primi viri, & ratio differentiæ redditur.*

4 *Lex. 5. Tauri diſponit in caſibus, in quibus mulier tranſiens ad ſecundas nuptias tenetur reſeruare filijs primi matrimonij, quæ fuerunt primi viri: eodem tamen modo vir ad ſecundas nuptias tranſiens idem ſeruare debet.*

5 *Mater,quæ ſucceſsit abinteſtato filio primi matrimonij, nullo ſuperſtite filio eiuſdem patris, ſuccedit etiam in proprietate bonorũ, quanuis tranſierit ad ſecundas nuptias, & num.7. & 8.*

6 *Secundò nubens nulli facit iniuriã, quando ex primo matrimonio nulli extant liberi, vel ſi extiterint, mortui fuerunt, antequam veniret caſus reſtitutionis bonorum,in quibus mater ſucceſsit filio primi matimonij.*

8 *Pœna ſecundò nubentis inducta ob iniuriam factam filijs primi matrimonij*

monij ceſſat per mortẽ dictorũ filiorũ, quãdo nulli ſuperſunt alij liberi tẽpore reſtitutionis bonorum, & ita fuit iudicatũ in Regia Audientia.

9 *Pœnæ ſecundò nubentibus per leges Cæſareas impoſitæ ſimpliciter, ſunt ſublatæ de iure Canonico: ſecus verò, quæ illis fuerunt irrogatæ fauore filiorũ primi matrimonij, iſtæ enim non ſunt à iure Canonico abrogatæ.*

1 FRanciſca Sanchiz in primis nuptijs matrimoniũ contraxit cũ Iacobo Planelles ſeniore, ex quo ſuſcepit Frãciſcũ Planelles, dictorũ coniugum filiũ, qui maior quindecim annorũ abinteſtato deceſsit, ſuperſtite dicta Franciſca matre, nec non Iacobo Planelles iuniore fratre patruele. Dicta Franciſca ad ſecũdas conuolauit nuptias cum N. Puigcerner. Mota fuit lis coram Prætore Alonenſi, ſiue Gubernatore ciuitatis Alicãtis, inter dictũ Iacobũ Planelles ex vna: & dictã Franciſcam Sãchiz parte ex alia, circa proprietatẽ bonorũ dicti Frãciſci Planelles. Prætẽdebat enim dictus Iacobus, tantũ poſſe habere vſumfructũ dictã Franciſcã, ex quo tranſierat ad ſecundas nuptias.

2 Primò, quia iuxta authen. ex teſtamẽto, C. de ſecund. nuptijs, abinteſtato mater tantũ ſuccedit in vſufructu bonorũ filij, quæ fuerũt primi eius viri, vt patet, ibi: *Ex teſtamẽto quidẽ ſuccedit mater liberis ſuis, quæ cõuolauit ad ſecũdas nuptias, ſicut inſtitutus quilibet. Abinteſtato quoque vocatur, ſiue ante mortem filij, ſiue poſtea ſecũdas ineat nuptias; ſed abinteſtato eorũ ſolũ vſumfructum percipit, quæ ex paterna ſubſtãtia ad filiũ peruenerũt: Quantũ verò ad antenuptialem donationẽ pertinet, erit ſimiliter, vt in reſiduis, omnino ingratitudine, & hoc cõtra matrẽ fratreſq; inſpecta.* Et ratio differẽtiæ inter ſucceſsionẽ ex teſtamẽto, & abinteſtato eſt, quam reddit Ant. Gomez in l. 15. Tauri, nu. 2. quia, quando mater ſuccedit ex teſtamento filij, dicitur habere ex volũtate eius expreſſa, & ſic capit, ſicut quilibet extraneus: ſed quãdo ſuccedit abinteſtato, principaliter dicitur capere, & habere ex legis diſpoſitione, vnde meritò potuit lex, iſtud onus, & modũ reſeruationis proprietatis illi adijcere, & imponere, ita Cinus in d. authen. ex teſtamento, & ibi Salicetus: hocq; indubitatũ eſt in bonis primi viri, quæ ad eius filiũ peruenerũt, dicta auth. ex teſtamẽto, ibi: *Quæ ex paterna ſubſtãtia ad filiũ peruenerũt*, & ibi notãt, & tenẽt communiter DD. probat etiã tex. in l. mater, C. ad Tert. & ibi tenet gloſ. ordi. Odofred. Cinus, Bartol. Alb. Salic. Corneus, & cõmuniter DD. & probatur in d. l. 15. Tauri, ibi: *En todos los caſos, q̃ las mugeres, caſando ſegũda vez, ſon obligadas à reſeruar à los hijos del primero matrimonio la propriedad de lo q̃ huuierẽ del primero marido, ò heredarẽ de los hijos del primero matrimonio; en los miſmos caſos el varon que caſare ſegunda, ò tercera vez, ſea obligado à reſeruar la pro-*

P prie-

priedad dellos à los hijos del primero matrimonio. Demanera, que lo eſtablecido cerca deſte caſo en las mugeres, que caſaren ſegunda vez, aya lugar en los varones que paſſaren à ſegundo, ò tercero matrimonio. Et ita præſupponit, in Caſtella ſeruari diſpoſitionem d. authen. ex teſtamento.

4 Sed contrarium declarauit dictus Prætor, ſiue Gubernator Alonenſis, nimirum, dictam Franciſcã, nedum in vſufructu, ſed etiam in proprietate bonorum filij ſuccedere; quæ cauſa, cùm per appellationem eſſet ad Regiam Aud. deuoluta, & mihi commiſſa, viſum fuit Regio Conſilio, iuſtè fuiſſe declaratum.

5 Primò per tex. in l. fœminæ in §. fin. C. de ſecũdis nupt. ibi: *Quod ſi nullam ex priori matrimonio habuerit ſucceſſionem, vel natus, nati ve deceſſerint, omne, quod, quoquo modo, perceperit, pleno proprietatis iure obtineat.* Et ita quãdo filius moritur, matre exiſtẽte vidua, licet poſtea ſecũdò nubat, tunc illa bene ſuccedit in proprietate bonorũ, quæ ex paterna ſubſtantia ad filiũ peruenerũt, Afflictis deciſ. 75. nu. 3. & 4. & ibi Vrſil. num. 9. cum ſeqq. & ſi mater nupſit ſecundo viro ante mortẽ filij, ſi ille poſtea moritur inteſtatus, nullo alio ſuperſtite filio eiuſdem patris, mater ſuccedet abinteſtato, etiã in proprietate bonorum, ita Bald. in d. auth. ex teſtam. nu. 8. & 9. C. de ſecundis nuptijs, Bart. in §. primæ quidẽ in auct. de nuptijs.

6 Quando enim ex primo matrimonio nulli extant liberi, ceſſat cauſa iniuriæ, quæ conſideratur ex tranſitu ad ſecundas nuptias: & idẽ ſi primo extiterint, deinde mortui ſint, antequã caſus venerit reſtitutionis gloſ. & Bart. in l. liberorũ, ff. de his qui notãtur infamia, Panor. & Canoniſtæ in cap. fin. de ſecundis nuptijs, & in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, vbi Innocentius, & Felin. de conſtitutionibus, Anchar. conſ. 278. Alex. conſ. 111. lib. 2. & conſ. 66. nu. 7. lib. 3. & cõſ. 65. lib. 5. Boërius deciſ. 185. n. 17. & 186. nu. 3. & poſt ſupradictos, quos al-

7 legat Gaſpar Theſau. quæſt. foren. lib. 1. q. 30. nu. 1. Et ita fuit deciſũ in Senatu Sabaudiæ, vt teſtatur Ant. Faber in ſuo Cod. Fabriano lib. 5. tit. 5. de ſecundis nupt. diffinit. 16. Vincent. de Franchis deciſ. 655. 4. par. & hoc ipſum fuit deci-

8 ſum in Regia Audientia cũ ſententia lata in fauorẽ Don Hyacinthi Aguilar, cõtra Luciã, & Annã Mariã Piqueres, publicata per Franciſcũ Paulũ Alreus, die 14. Aprilis 1603. cum qua fuit declaratũ, quòd licet Don Vincentius Aguilar filius Dõ Franciſci deceſſerat, ſuperſtitibus patre, & Angela ſorore, ex quo tamẽ poſtea deceſſit dicta Domna Angela, ſuperſtite dicto Don Franciſco de Aguilar patre, quòd ille ſuccedebat in bonis dictorum filiorum, quæ eis obuenerant à Domna Dorothea Piquer, prima dicti Don Franciſci vxore, quanuis ille tranſierat ad ſecun-

ſecundas nuptias, viuente dicta Domna Angela eius filia, iniuriã ei inferẽdo: quia ex quo ceſſabat exiſtentia perſonæ, cuius fauore inducta fuit pœna ſecundo nubentis, nimirum, quia nulli ſupererãt alij liberi dictæ Domnæ Dorotheæ, primę vxoris, ille poterat in dictis bonis ſuccedere ex perſona dictorum filiorum. Quod corroboratur ex his, quæ docet Couarr. in epit. ad quartum 2. par. cap. 3. §. 9. nu. 4.
9 & 5. nẽpe de iure Canonico ſublatas eſſe pœnas per leges Cæſareas impoſitas ſecũdò nubentibus, cap. cùm ſecundũ de ſecundis nuptijs, hoc tamen intelligendum eſſe de legibus, quæ pœnam inferunt ſimpliciter viduis ad ſecũdas nuptias tranſeũtibus, non autẽ de legibus, quæ ſtatutæ ſunt, non in pœnã ad nuptias feſtinantium, ſed fauore filiorũ prioris matrimonij, iſtę enim non cenſentur à Canonibus abrogatæ, ita Innocent. Io. Andr. Ant. Henric. & Præpoſ. in cap. fin. de ſecund. nupt. gloſ. fin. in cap. fin. §. fin. 2. q. 3. Bart. in l. 1. C. de ſecund. nupt. Vincen. Hercul. quæſt. 7. col. 7. Et hanc opinionem fatentur eſſe communem Abb. in cap. Eccleſia de conſtit. & repet. nu. 20. Feli. num. 57. & Deci. ibi nu. 35. Silua nupt. 2. lib. num. 78. & Ioannes à Garroni in d. l. 1. C. de ſecund. nupt. ſuper gloſ. fin. num. 23. & Corraſ. lib. Miſcellan. 3, cap. 1. Vnde cùm in occurrẽti caſu ceſſaret fauor liberorum dicti primi matrimonij, quia nulli extabant, debuit etiam ceſſare dicta pœna ſecundò nubentis, & ſtãdum eſt diſpoſitioni fororum noſtri Regni, nimirũ, fori primi de inteſtatis, & diſpoſitioni iuris Cæſarei, vocantis matrem ad ſucceſsionem bonorum filij inteſtati.

Et ita ex ſupradictis, viſa fuit iuſta ſententia lata per Gubernatorem Alicantis, qua declarauerat, dictam Franciſcam Sanchiz de Puigceruer ſucceſsiſſe abinteſtato in omnibus bonis dicti Franciſci Planelles, filij ſui, quæ ei obuenerant à dicto primo eius viro, & me referente, fuit confirmata ſententia lata in S. R. Audientia publicata per Franciſcum Paulum Alreus die 9. Martij 1612.

DECISIO CLIX.

TERRAS TENENTES in alieno territorio in quibus caſibus teneantur contribuere cum vniuerſitate, in cuius termino dictæ terræ ſitæ ſunt, tam de iure Cæſareo, quàm iuxta foros Regni, & pragmaticam appellatam de Sueca. Et quòd tenentur contribuere in impoſitione facta ſuper fructibus colligendis ex terris hypothecatis annuis redditibus venditis per dictam vniuerſitatem, vt ex pecunia dictæ impoſitionis poſſint ſolui penſiones, & lui, ſiue redimi cẽſualia onerata per vniuerſitatem, à qua fuerunt expulſi Sarraceni.

1 *MVtatione perſonæ, mutatur qualitas, quæ intrinſecè rei non ineſt.*

2 *Pragmatica de Sueca, ſiue forus 21. de rer. diuiſ. declarat, ad quæ onera terras tenentes teneantur, & ad quæ non.*

3 *Terras tenentes, ſiue forenſes non obligantur ad collectas, quæ imponuntur perſonæ pro rebus.*

4 *Terras tenentes debent conuocari, quando vniuerſitas, in cuius territorio forenſes bona poſsident, vult imponere collectam, in qua dicti forenſes contribuere teneãtur iux. for.*

5 *Forenſes in peraquatione vocandi ſunt,*

6 *Milites, ſiue æquites, non tenentur ſoluere peytas impoſitas per vniuerſitates, in quibus degunt, niſi in caſibus, in quibus debent contribuere terras tenentes.*

7 *Forenſes, ſiue terras tenentes, de generali conſuetudine Cathaloniæ, in quibus collectis contribuere teneantur.*

8 *Onera realia, ſeu patrimonialia, quæ fuerint declarata Cathalonia.*

9 *Onera perſonalia, realia, & patrimonialia, quæ ſint.*

10 *Murorum in conſtructione, & reparatione, nec non vallium, viarũ publicarum, & pontium, & alijs huius generis clerici tenentur contribuere, iuxta forum.*

11 *Clerici non poſſunt acquirere bona* de Realenco, *abſque onere reali, & vicinali.*

12 *Rex, in traditione rei ſuæ, potuit hac lege afficere bona* de Realẽço, *vt ad quemcunque tranſeant, etiam ad clericum, ſubeant onera realia, & vicinalia.*

13 *Forenſes non tenentur, ad ſalaria Syndicorum, nec ad expenſas pro reparatione Eccleſiæ, & campanarum, nec pro cuſtodibus cauſa peſtis, nec pro concionatore, & medicis.*

14 *Forenſes poſſunt compelli ad donum, quod fit Principi, pro ſe liberando à ſubiectione.*

15 *Villa poteſt imponere collectam, pro faciendo donum Principi, dummodo imponatur cum Principis licentia.*

16 *Onera quando dicantur reſpicere vtilitatem poſſeſsionum, vt terras tenentes ad illa teneantur.*

17 *Collecta imponitur pro rebus etiam ſitis in alieno territorio.*

18 *Subditus occaſione rerũ, quas poſſidet in alieno territorio, poteſt muneribus grauari. Et ita fuit deciſum cum Regia ſentẽtia de qua nu. 19.*

19 *Peyta imponitur vicino vniuerſitatis, ratione valoris bonorum, quæ poſsidet tam in territorio, quam extra, dummodo duplici onere non grauetur. Et ita fuit declaratum cum Regia ſententia.*

20 *Actio perſonalis non ſequitur fundi poſſeſſorem.*

21 *Alimentorum fauore poteſt poſſeſſor fundi, pro alimentis hypothecati conueniri.*

22 *Cenſualia fieri ad opus auituallandi, ſolebat dici in Regno Valentiæ, & quare.*

23 *Collectam ſoluere tenetur ille, qui renuntiauit incolatui, quando cau-*

ſa,

ſa, ex qua imponitur, habuit originem illo tempore, quo ille erat in illa communitate.

24 *Ciues, vel incolæ, qui recedunt, quando vident ciuitatem multum oneratam, pro debito iam contracto, obligati ſunt, & ita tenentur contribuere pro eo.*

25 *Terras tenentes in ea ciuitate profiteri debent, in qua ager eſt, & tributum ibi ſoluere.*

26 *Terras tenentes compulſi fuerunt ſoluere impoſitionem, ad redimendum cenſualia, quibus erant hypothecata prædia, per illos poſſeſſa, cum Regia ſententia.*

IN vniuerſitate oppidi de Maſcarell, & præſertim in eius ſuburbio, habitabant Neophyti, hoc eſt Sarraceni nouiter ad fidem conuerſi, qui quanuis erant baptizati, occultè obſeruabant ſectam Mahometicam, quorum magnus erat numerus in Regno Valentiæ, & omnes dicti Neophyti, *Moriſcos vocati*, degentes in Hiſpania, ab ea fuerunt expulſi, per Dominũ noſtrũ Regem anno 1609. & ante expulſionem dicta vniuerſitas de Maſcarell vendidit diuerſos annuos redditus, ſiue cenſus, ſeu, vt apud nos dicitur, onerauit multa cenſualia, ad comparandum annonam, ſiue (vt vulgo dicitur) ad opus auituallandi, & præſertim ad emendum triticum, pro quorũ ſolutione hypothecauit omnia bona dictæ vniuerſitatis, & ſingularium eiuſdem. Expulſis dictis Neophytis, Dominus oppidi, & Honoris de Nulles, qui eſt dominus etiam dicti oppidi de Maſcarell, prædia termini prope dicti oppidi in emphyteoſim conceſsit pluribus vicinis dictæ villæ de Nulles, in qua domicilium habent, & terras poſsident in termino de Maſcarell: cum propter expulſionem dictorum Neophytorum de Maſcarell, vniuerſitas non haberet tot vicinos, quot ſolebat, & redditus eſſent valde diminuti, onera vero eadem. Et ita cùm vniuerſitas eſſet magno ære alieno grauata, decreuit, imponere quandam impoſitionem, ſuper fructibus colligendis ex terris ſitis in eius termino, quæ *Redelme* appellatur ad modum decimæ, in qua contribuere tenerentur etiam forenſes. Iurati autem, ſiue Decuriones oppidi de Nulles, volebant compellere ſuos vicinos, terras poſſidentes in termino de Maſcarell, vt vniuerſitati de Nulles ſoluerent dictam impoſitionem, ſiue collectam. Et cum ſententia, in Regia Audientia lata, publicata per Franciſcum Paulum Alreus, die 21. Ianuarij 1614. fuit mandatum Iuratis dictæ villæ de Nulles, vt ſe abſtinerent ab executione dictæ collectæ, vulgo appellatæ *Redelme*, ſed quòd eam, ſinerent, exigi à Iuratis, & collectoribus dicti oppidi de Maſcarell, dummodo dicta collecta reſpiceret onera expreſſa, & contenta in

in pragmatica nuncupata de *Sueca*, liquidatione liquidandorum in poſterum reſeruata, & ſucceſſiuè per Syndicum de Maſcarell, cum ſupplicatione poſita die 26. eiuſdem menſis Ianuarij fuit inſtitutum iudicium liquidationis, ad probandum, dictam collectam fuiſſe impoſitam, ad dicta onera ſoluenda, & oſtendit, fuiſſe onerata plura cenſualia per vicinos dicti oppidi de Maſcarell, & ſuburbij illius, & propter eorum expulſionem, multa prædia ruſtica, ſita in eius termino, dictis cenſualibus obnoxia, poſsideri à vicinis oppidi de Nulles.

Dubitatum fuit: an dicti vicini de Nulles tenerentur, ſoluere dictam collectam, ad ſoluendum penſiones dictorum cenſualium, & ad redemptionem illorum.

1 Prima fronte videbatur, non teneri. Primò, quia mutatione perſonæ mutatur qualitas, quæ intrinſecè rei non ineſt, l. Paulus, aliàs, per procuratorem 90. & ibi Bartol. num. 3. ff. de acquir. hæred. l. licitatio, §. fin. ff. de public. vbi Alberic. Bald. & Paul. Caſtrenſ. aliqua in propoſito adducunt, & Segur. in l. 3. §. fin. nu. 119. ff. de liber. & poſthum. Philip. Dec. in l. in omnibus cauſis, numero 2. de regul. iur. & Petr. Ferrar. in form. libelli, pro ſolu. pedagio. gloſ. vlt. num. 7. Alex. in l. quia tale, numero 3. ff. ſoluto matrim. Tiraquel. de retr. lig. §. 1. gloſ. 13. numero 12. & ſeqq. Ripa lib. 2. reſp. cap. 1. num. 16. verſ. *Sic mutatione perſonæ*, Did. Perez in l. 12. gloſ. vlt. tit. 4. lib. 4. ordi. col. 1430. Matienço lib. 5. Recop. tit. eo. l. 11. gloſ. 4. num. 2. ad med. fol. 313.

2 Secundò: quia iuxta pragmaticā de Sueca Regis Petri, quæ cōdita fuit in loco de Sueca, & eſt ſita in foris Valentiæ, ſub titu. de rer. diuiſio. hoc eſt iuxta forum 21. de rer. diuiſio. in vol. fororum, fol. 209. tantùm tenētur vicini ciuitatū, vel oppidorū, terras tenentes in alterius loci territorio, ad onera ibi expreſſa, nimirum, ad vectigal, quod ſoluitur pro Cena Regis, & ei⁹ primogeniti, ad ſalariū iudicis ordinarij, & Decurionū, nec non Ædilis. Item ad ſoluendū ſalariū ſcribæ Decurionū, ſalarium nūtij, ſalaria Aduocati, pro negotijs realibus, cuſtodum, ſalaria eorum, qui mittūtur pro negotijs realibus, ad ſalaria taxatarū: peytarū, & in omni caſu, qui ſpectet ad vtilitatem poſſeſsionū terras tenentiū, quod declarauit dicta pragmatica de Sueca, ſiue forus 21. de rer. diuiſio. his verbis: *E ſegons la pragmatica, los terratinents deuen pagar, e contribuhir ab la vniuerſitat, on tenen lurs terres en les coſes ſeguents.*

Primerament deuen contribuhir en Cena de Rey, e de primogenit.
Item en ſalari de Iuſticia.
Item en ſalari de Iurats.
Item en ſalari de Muſtaçaf.
Item en ſalari de notari de Iurats.

Item

Item en ſalari de ſaig.
Item en ſalari de Aduocat de negocis Reals.
Item en ſalaris de guardians.
Item en ſalari de miſſatgers per negocis Reals.
Item en ſalari de tachadors de les peytes.
Item en tot cas, que ſguard profit de les poſſeſsions dels terratinents.
En les deſpeſes ſeguents, los terratinents no ſon tenguts pagar, ne contribuhir.
Primo en donacions que façen al Rey, ne al ſeñor del loch.
En donacions de almoynes.
En obres de Sgleſia, de campanes.
En ſalari de porquer.
En ſalari de ſacriſta, de luminaria, è de ciris.
En cenſos de forn, carneceria, è peſcateria.
En boſt, caualcada, è redempcio de aquella.
En ſalaris de Metges.
En ſalari de meeſtre de Grammatica.
En deſpeſes de miſſatgers per raho de fets perſonals.
En ſalari de Aduocat, è Syndich, per raho dels affers ſguardants la vtilitat, è profit de actes, ſguardãts accions, è fets perſonals.

3 Et de hac pragmatica loquitur Belluga in ſpec. Princip. rubr. 46. de donation. in verſic. *Reſtat videre*, nu. 8. & 9. vbi inquit: *Quod in his collectis, quæ imponuntur perſonæ pro rebus, principaliter conſideratur domicilium, & non res, & ſic forenſes, etiam terratinentes illis non*
4 *obligantur*, & vt conſtet, an onera ſint realia, vel perſonalia, ad quorum ſolutionem ſit impoſitio, tempore quo illa ſit, debent vocari terratinentes, vt in foro vnico, in rubr. *prohibicio feta per la Real Mageſtat à les ciutats*, in extrauag. for. fol. 62. his verbis: *La Mageſtat del molt alt ſeñor Rey, ſobre los greuges poſats per lo braç militar, è algunes ſingulars perſones de aquell, per la exaccio de les peytes, è tatches de bens ſehents, mobles, è ſemouents, que ſe fa per les vniuerſitats de les ciutats è viles Reals, è altres viles, è lochs del preſent Regne, per los bens que tenen, è poſſeheixen en les dites ciutats, viles, è lochs, contribucio, è termens de aquelles, axi impoſades com impoſadores. Viſts los priuilegis, ſentencies, è pragmatiques, ſanccions ſobre les dites peytes, è tatches diſponents, è als dits militars atorgats, volent prouehir degudament ſobre les dites coſes per acte de la preſent Cort. Proueheix, decerneix, è declara, que de aqui auant en la impoſicio de les dites peytes ſien tenguts, è perpetualment obſeruats los dits priuilegis, ſentencies, è pragmatiques ſanccions à la letra, è ſegons en aquelles es diſpoſt, e ordenat. E ſenyaladament en lo que diſponen de les conuocacions fahedores dels intereſſats en axi ques façen les dites cõuocacions ſens frau, ò cautela alguna, e ab tota realitat, e veritat. En axi que ſi en la impoſicio de les dites peytes, e tatches,*

exaccio de aquelles per los dits conuocats,ó procuradors de aquells ſera ſeta contradictio alguna,tals peytes, ò taches impoſades , e impoſadores nos puixen executar en aquella part , en que haura contradictio , fins que hoydes les parts per lo Portant veus de general Gouernador del Regne de Valencia, è cort ſua,ſia viſt,prouehit,è declarat, deures executar . E ſi ans de la dita declaracio per les dites vniuerſitats, apres de la dita contradictio era en res procehit , è enantat , tot ſia ans de totes coſes al primer eſtat reduhit , aço empero declarat que lo dit Portant Veus de Gouernador breument, è de paraula,ſens figura de Iuhi,hoydes les parts,
5 *è viſts ſos drets ho declare.* Et idē pro
cedit de iure Cæſareo, quo attento , forenſes in peræquatione vocādi ſunt, vt tradit Lucas de Penna in l.indictiones , & ibi Ioannes de Platea, C. de annonis & tribu. lib.10.& Auendan. de exequend. mand.lib. 2. cap. 14. num.36.fol. 197. & gloſ. in Cle. 2. & ibi Cardinalis Zabarella , notabil. 15. & ibi quoque Anchar.num.9.de cenſib.& Parpal.in l.placet,col.19.& 26.C.de ſacroſanct.Eccleſ.& Neuiſan.conſil.66.nume.11.& 12. & tex.in l. ſuſceptores 3. & ibi Bald. & Angel.& Plat. C. de ſuſceptio. lib.10.& Ioan de Platea in l.1.col. 2.C.de apoch.. publ. lib.10. quos refert,& ſequitur Portol.in ſchol. ad Molin.in verbo, *contributio*,nu. 16.pag.40.qui ait, Molinum in repertorio fororum Aragoniæ in d. verbo,in verſ. *Item pronuntiando declaramus*,fol.75.col.3.tenere,quod tempore , quo compartimentum faciendum eſt,forenſes prædia poſſidentes vocandi ſunt, vt nuntium mittant,qui compartimento interſit,viſurus, ne aliqua fraus in æſtimo , & peræquatione illis fiat , & ob hanc cauſam , quando per vniuerſitates Regni , in quibus degūt milites , ſeu æquites , imponitur peyta,debent illi conuocari , quia
6 milites non tenentur ſoluere pey-
tas,niſi in caſibus,in quibus debēt contribuere terras tenentes,vt expreſsè diſponitur in cap. 12.actuū curiæ brachij Eccleſiaſtici,& militaris,anni 1604.fol. 73. & ex verbis dicti fori 21.de rer.diuiſio.ſiue pragmat.de Sueca,conſtat, in aliquibus concordare eius diſpoſitionem cum his, quæ de generali conſuetudine obſeruantur in Cathalonia,& in aliquibus diſcrepare,nam,vt inquit Cance.lib.2.var. cap.6.de ſolutio.num.179.in Ca-
7 thalonia de generali conſuetudi-
ne, forenſes,ſiue terras tenentes tenentur cōtribuere in collectis,quç imponuntur pro exoluendis oneribus realibus,& patrimonialibus, & teſtatur, ita vidiſſe pluribus Regijs ſententijs deciſum, & allegat tex. in conſtit. 1.& 2.titu. *de obras publicas*,& Bartol.in l.1.C.de mulierib.in quo loco lib.10. aſſerentem,de generali conſuetudine,vbi quis bona poſsidet, ibi collectam pati , quod etiam dicit Bald. in l. etiam,C.de executio. rei iud. Roland.à Vall.conſ.32.num.8.vol.1.

Natta

8 Natta conſil. 520. num. 24. & ibi
ſubiungit Cancer. onera realia,
ſeu patrimonialia, iuxta quandam
ſententiam arbitralem, eſſe expen
ſas faciendas circa conſtructionẽ,
& reparationẽ Eccleſiæ parochia-
lis, & circa ornamenta illius, ex-
penſas faciendas circa domũ com
munem vniuerſitatis, hoc eſt, circa
eius conſtructionem, & reparatio
nem, item expenſas circa refectio-
nem murorum, viarum, pontium,
& fontium. Item expenſas circa cõ
ſtructionem, aut reparationem ho
ſpitalis vniuerſitatis, & eius appa-
ratus neceſſarios, & demum ſub-
dit, cætera onera his ſimilia, ma-
iorem, vel eandem rationem ha-
bentia, ex quibus forenſes, vulgo
dicti, *terras tenentes*, commodum
principaliter, ſiue inconſequen-
tiam reportent, quam iuridicam
eſſe conſtat, ex traditis per Rolan-
à Val. conſ. 79. num. 62. cum duo
9 bus ſeqq. vol. 3. vbi declarat etiã.
quæ dicãtur onera perſonalia, quę
patrimonialia, & quæ realia, & cla
rius Natta conſ. 215. 1. to. vbi, fo-
renſes, de conſuetudine generali
vbique obſeruata, atteſtatur, tene-
ri ſoluere collectas, quæ pro pu-
blica vniuerſitatis neceſsitate im-
ponuntur: ſecus, ſi voluntariè im-
ponerentur, vt ibi ipſe exemplifi-
cat, conſtat igitur conuenire, quæ
Cathaloniæ obſeruantur, cum no
ſtris foris in aliquibus, nam iuxta
10 forum, *tota excuſacio remoguda*, 18.
de rer. diuiſio. nobiles, milites, cle
rici, religioſi, & alij cuiuſcunque
gradus, & dignitatis, tenentur con
tribuere in conſtructione, & repa-
ratione murorum, vallium, viarũ
publicarum, & pontium, & in cu-
ſtodia ciuitatis & inexpenſa, quæ
fit in mundãdis riuis, ſiue cequijs,
quod, *cequiatge*, appellatur: nam
ſupradicta munera non ſunt ſor-
dida, l. ad inſtructiones, C. de ſa-
croſanct. Eccleſ. Et licet clerici ad
omnia ſupradicta non poſsint cõ-
pelli, l. placet, C. de ſacroſanct. Ec-
cleſ. tamen propter bona, nimirũ,
ratione rerum, & bonorũ *de Rea-
lenco*, quæ tranſeunt in Eccleſiaſti-
cas perſonas, & milites cum onere
reali, & vicinali, tenentur contri-
buere in his, in quibus alias de iu-
re Cæſareo, & Canonico non tene
rentur, ſubeunt enim dictam con-
tributionem, tanquam tenentes rẽ
oneratam, quam aliter adquirere
11 non poſſunt, iuxta forum *ordenam*,
15. de reb. non alienand. ibi: *Orde-
nam, que clergues puixquen comprar,
hauer, e obtenir, per qualſeuol titol, bẽs
de Realench, per obs de vſos llurs pro-
pris, los quals clergues ſien tenguts pa-
gar per los dits bens en tots carrechs*
12 *Reals, è vehinals*. Potuit enim Rex
in traditione rei ſuæ hac lege eam
afficere, & conditionem appone-
re, vt bona *de Realenco*, ad quen-
cunque trãſeant, etiam ad clericũ,
ſubeant onera realia, & vicina-
lia, vt bene declarat cõciuis meus
Belluga in ſpec. Princip. rub. 14.
de amortizationibus in §. venia-
mus, num. 31. vbi allegat Bald. in
l. reſcripto, §. fin. de muneribus, &

P 5 hono-

honorib. dicentem, quòd, ante quam bona tranſeant in Eccleſiã, poſſunt ſic affici, vt tranſeant cum onere, & tunc contribuunt, vt ſi eſſent bona laicorũ, tãquã iam primũ affecta, & ibi Camirl. Borrel. in addit. ad Bellugã in lit.P.multos DD.idem tenẽtes allegat: Præterea quòd diſponitur in d. foro 21. de rer. diuiſio. ſiue pragmatica de Sueca, ſatis corroboratur ex his, quæ late tradit Theſaur.deciſ.
13 149. & præſertim, num. 6. vbi inquit, forenſes non teneri ad ſalaria Syndicorum, per ea quæ ſcribit Guid.Pap.quæſt.65. cùm imponatur perſonis, Bar.in l.1.C. de mul. & in quo lo.lib. 10. nec pro reparatione Eccleſiæ, aut campanarũ, vt per Bart.conſ.126.num.1.Nat. dicto conſ.215.num.7.in fin. nec pro cuſtodibus cauſa peſtis, Caſtr. conſ. 317. lib. 2. Natt.conſil. 158. num. 11. nec pro concionatore, & medicis, vt per eundem Natt.d.conſ.158.& conſ.157.nu. 4.Burſat.d.conſ.16.per totum, & num. 31. vbi nec vult teneri pro cuſtodia in ipſo loco fienda tempore belli, & num. fin. poſt med. inquit, Senatum iudicaſſe, eſſe obſeruandam generalem conſuetudinem, vt ad omnia onera forenſes teneantur, & pro illis collectari poſsint, exceptis tamen ſalarijs medici, chirurgi, ludi magiſtri, Syndicorum, cuſtodum tempore peſtis, & impenſis horologij, campanarum, refectionis Eccleſiæ, lãpadis, & impenſis faciendis cauſa militiæ popularis; veſpillonis, & ſimilibus alijs, quæ ratione perſonarum tantum imponuntur, & cõcernentibus ſeruitium perſonale, & locale, & idẽ Theſa. deciſ. 257. tradit, ad quæ onera forenſes teneantur, & num.8.in fin.& num.9. refert, concluſum fuiſſe in Senatu per maiorem partem, forenſes te-
14 neri ad donum, quod fit Principi, pro ſe liberando à ſubiectione, quia etiam in hoc aliquam vtilitatem ſentiunt forenſes, & ita etiam, inquit, videtur velle Alex. in d. l.
15 4.§.actor, nu. 13. quòd poſsit villa imponere collectam, pro faciendo donum Principi, dummodo imponatur dicta collecta cũ Principis licentia, & rationem huius limitationis, & conſuetudinis ponit Purpu.conſ.428.videtur quod tales, num.75. dicens, hoc fieri ob magnum amorem ſubditorum in Principem, & voluntas Principis reputatur caſus fortuitus, & quæ fortuito eueniunt omnes tangere debent, l. quæ fortuitis, C. de pignor. Vt reuertar igitur vnde digreſſus fui, dicebant vicini oppidi de Nulles, terras tenẽtes in territorio oppidi de Maſcarell, onus dictorum cenſualium eſſe perſonale dictæ vniuerſitatis de Maſcarell, & vicinorum eiuſdem, & non reſpiciens vtilitatem prædiorum, nec eſſe de enumeratis in prima parte dictæ pragmaticæ: tũc enim
16 dicunt onera reſpicere vtilitatem poſſeſsionum, quando agitur de aquis, vt facilius terræ irrigentur, vel

vel de libertate earum, vt à ſeruitutibus ſint exemptæ, vel agitur de terminis: an ſcilicet territoriũ extendatur amplius, ne conuicini poſsint immittere ſua animalia, ad paſcendum in territorio, in quo dicta prædia ſunt ſita, vel alia ſimilia. Non conſtat autem, quòd dicti cenſus venditi, ſeu cenſualia onerata eſſent huius generis, vel quòd pretia eorum fuiſſent conuerſa in ſupradictis rebus, vel in expenſis litium, ad defendendum concernentia vtilitatem dictorum prædiorum, & ita nullatenus videbatur, poſſe compelli terras tenentes, ad ſoluendum dictam collectam, & ita potiùs videbatur, dictos vicinos oppidi de Maſcarell teneri ad ſoluendum dictam collectam vniuerſitati de Nulles, quia

17 collecta imponitur pro rebus etiã ſitis in alieno territorio, l. reſcripto, §. fin. ff. de muner. & honor. ibi: *Munera, quæ patrimonijs iniunguntur, vel in tributiones, talia ſunt, vt neque ætas ea excuſet, neque numerus liberorũ, nec alia prærogatiua, quæ ſolet à perſonalib' muneribus excuſare. Sed enim hæc munera, quæ patrimonijs indicuntur, duplicia ſunt, nam quædã poſſeſſoribus iniunguntur, ſiue municipes ſunt, ſiue non ſunt, quædam non niſi municipibus, vel incolis. In tributiones, quæ agris fiunt, vel ædificijs, poſſeſſoribus indicuntur: munera verò, quæ patrimoniorum habentur, non alijs quàm municipibus, vel incolis.* Et facit

18 doctrina Saliceti in l. cunctos populos, de ſumma Trinitate, vbi affirmat, ſubditum occaſione rerũ, quas in alieno poſsidet territorio, poſſe munerib' grauari, d. l. reſcripto, §. fin. & l. fin. §. patrimoniorũ. In quibus dicitur, quòd municipibus, & incolis, ratione ſuorum bonorũ, poteſt indici collecta. Et hanc opinionem poſt alios, quos allegat, tenuit Bertazol. conſ. 27. num. 9. lib. 1. conſ. ciuil. & approbare videtur Valentinus noſter Belluga in ſpecu. Princip. rub. 46. in verſ. reſtat videre, num. 8. in fin. vbi dicit, ſẽper fuiſſe opinionis, quòd terras tenẽtes, qui ſunt domiciliati, nõ debent taxari pro bonis, quæ tenent, niſi in loco domicilij, & ita innuit, vicinos poſſe collectari pro bonis ſitis extra territorium, & ita

19 fuit deciſum in Regia Audientia Valentina, ſententia lata in fauorẽ Syndici oppidi de Benicarlo, contra Antonium Borras vicinum, & domiciliatum in eodem, ſententia publicata per Guillermum Nicolaum de Hona regij mandati ſcribam die 10. Octobris 1587. cum qua, in caſu fortiori, fuit compulſus ſoluere collectam, vulgo appellatam, *Peytam*, pro cenſualibus ſpecialiter impoſitis ſuper domibus, vel terris ſitis extra terminum dicti oppidi per debitores degentes extra dictam villam de Benicarlo, quod fuit declaratum, his verbis: *Attento, quòd per depoſitiones teſtiũ, in primitiuis proceſsibus productorum, pro parte Melchioris Sauart Syndici villæ de Benicarlo, & aliàs, ſatis ſufficienter conſtituit, & conſtat de conſuetu-*

ſuetudine colleƐtandi incolas, & imponendi peytam pro cenſualibus, quæ poſſident, etiam oneratis extra diƐtam villam de Benicarlo, & eius terminũ, cui quidem conſuetudini ſecundum rationem naturalem ſcriptam ſtandum omnino eſt, ſignanter cum conſtiterit, & conſtet de huiuſmodi cenſualibus extra terminum diƐti oppidi oneratis Antonium Borras, & alios cenſualiũ 20 *dominos in loco, vbi onerata ſunt, nullam peytam ſoluere conſueuiſſe, quo caſu, in viam iuris, etiam pro his cenſualibus, & bonis, quæ extra territorium habent, colleƐta indici, ſeu peyta imponi poteſt in loco domicilij.* Denique cùm dicta cenſualia fuerant onerata ad opus auituallandi, & ſic 21 ad ſuſtentationem vicinorum dicti oppidi de Maſcarell: hoc videtur onus perſonale, cum reſpiciat perſonas municipum, & non commodum terrarum, ſeu poſſeſsionum.

Et licet Aduocatus dicti oppidi de Maſcarell, pro ſua parte, allegabat textum in l. Lucius, 12. ff. de alimentis & cibarijs legatis, cuius verba ſunt: *Lucius Titius libertis ſuis cibaria, & veſtiaria annua certorum nummorum reliquit: Et poſteriore parte teſtamenti ita cauit: Obligatos eis eſſe ob cauſam fideicommiſsi fundos meos illum & illum, & ex redditu eorũ alimenta ſupraſcripta percipiant. Quæſitum eſt: an ſi quanto minores redditus peruenirent. quam eſt quantitas cibariorum, & veſtiariorũ, hæredes ad ſupplendum eam, onerari non debeant: vel ſi alio anno exceſſerint: an ſupplendum ſit, quod ſuperiore anno minus perceperint? Paulus reſpondit: cibaria & veſtiaria libertis defuncti integra deberi: neque ex eo, quod poſtea prædia his pignoris iure teſtator obligare voluit, vt ex redditu eorum alimenta perciperent, minuiſſe eum, vel auxiſſe ea, quæ reliquerat, videri.* Ex qua lege deducit Gui. Pap. quæſt. 576. quòd licet actio perſonalis non ſequitur fundum, ſeu fundi poſſeſſorem, l. 1. §. ſi hæres, ff. ad Trebell. Et ſic dicimus, quòd ſi annua penſio, ſuper aliquo fundo, inter aliquos priuatos conſtituatur, quòd poſteà tertius poſſeſſor talis fundi non poterit tali actione perſonali pro dicta penſione conueniri, arg. l. fin. §. 1. de contra. empt. tamen bene poterit fauore alimentorum d. l. Lucius, ff. de alimen. & ciba. Cum igitur pretia, & proprietates dictorum cẽſualium conuerſa fuerint in alimentis dictorum municipum de Maſcarell, & dicta prædia fuerint ad hoc hypothecata, poterunt tertij poſſeſſores dictorum prædiorum via directa conueniri.

Nihilominus tamẽ viſa fuit Regio Conſilio hæc ratio non concludens; quia licet pretia dictorũ cenſualium deſeruierint, ad emendum triticum ad ſuſtentationẽ vicinorum de Maſcarell; tamen domino cenſualis, ſiue emptori dictorum annuorum redditunm nõ debentur alimenta ſuper illis fundis, & ſic non poteſt dici creditor ex cauſa alimentorum, vt ſit applicabilis

cablis dictæ l. Lucius, diſpoſitio
22 huic caſui, & notorium eſt, quòd in Regno Valentiæ, quanuis pretia cenſualium non conuerterentur in emptionē frumenti, vel annonæ, nihilominus dicebatur in inſtrumentis venditionis, ſiue onerationis cenſualium, quæ fiebāt per vniuerſitates, illa fieri ad opus auituallandi, ex eo quòd in pragmatica cēſualium, ſiue in foro 59. de iur. emphyt. fol. 125. col. 2. expreſsè eſt diſpoſitum, quòd licet pretium cenſus venditi per Syndicum alicuius vniuerſitatis non ſit verſum in vtilitatem ipſius: ſi tamen Syndicus cōfeſſus fuerit in inſtrumento cenſualis, hoc ita eſſe, ſufficit, vt diſponit dicta pragmatica ſiue forus, ibi: *Ni per ſemblant ſia admeſa la dita vniuerſitat, ni ſingular de aquella allegar, ó prouar, que la pecunia del carregament, no es conuertida en vtilitat de la vniuerſitat, com vullam que baſte, que en lo contracte la vniuerſitat, è lo conſell en lo Syndicat ho haje confeſſat*. Et ita vt plurimū etiam ſi cenſualia onerabantur per vniuerſitates oppidorum Regni ad opus dominorū, quibus tradebantur pretia, & proprietates vel ad redimendum alia cenſualia grauioris redditus, ſeu maioris pēſionis, dicebatur in inſtrumentis *Ad opus auituallandi*, & vt plurimum pretia, & proprietates dictorum nouorum cenſualiū non conuertebantur in emptionē annonæ: quod in Regno Valentiæ dicitur, *auituallare*, & hoc eſt notorium in dicto Regno: & cùm non agatur hæc cauſa in iudicio exequutiuo inter dominos dictorum cenſualium, & vniuerſitatē in eis obligatam; ſed quæſtio vertatur inter vniuerſitatem oppidi de Maſcarell, & vicinos oppidi de Nulles terras tenentes in termino de Maſcarell, non videntur applicabiles ſupradictæ diſpoſitiones.

Prædictis tamen non obſtantibus, contrarium fuit deciſum, nimirum in occurrenti caſu dictos terras tenentes in termino de Maſcarell, hypothecatas in dictis cenſualibus, teneri ad dictam impoſitionem factam per dictam vniuerſitatem ſuper fructibus, quæ colliguntur ex eiſdem terris, ad ſoluendum penſiones dictorum cenſualium, & ad ea luendum, ſiue redimendum. Primò ex his, quæ ſcribit Bellug. in ſpec. rub. 46. in verſ. reſtat videre, num. 9. poſt principium, in verſ. ſed quid dices, vbi tractat illam quæſtionem: facto donatiuo curiæ, antequam ciuitas, vel villa imponeret collectam ad ſoluendum Regi partem ad ipſam ſpectantem ex dicto donatiuo, aliquis ex vicinis in aliam ciuitatem, vel villam tranſtulit ſuum domici-
23 lium, nunquid, ſi ex poſt imponatur collecta erit obligatus qui renuntiauit incolatui? & dicit quòd ſic, quia ſufficit, quòd cauſa, ex qua collecta eſt impoſita, habuerit originem illo tempore, quo ille erat in illa communitate: arg. l. ſi vnus ex ſocijs in princ. ff. pro ſocio, & ſecun-

ſecundum iſtum intellectum, quē ibi ponit Bart. eſt caſus in l.incola iam,ff.ad municip. ſi autem non dum erat factum donatiuū curiæ, quando ille renuntiauit incolatui: quia debitum non erat ante contractum,tunc non teneretur ſolue re collectam, quæ imponitur pro illo debito,& ita tenet Dy.& alle. l.prouidendum. C. de decurionibus,lib.10. ſecundum Bar.in l.incola iam,ff. ad municip. & allegat C. vt nullus ex vicaneis pro alienis vican. debitis ten. l. 1. lib. 11. dicit, quod quando denuntiatum erat Conſulibus illius terrę,quod fit ſecundum eum,quando ciuitas maior imponit collectā,& denuntiat Conſulibus Comitatus, vt eā ſoluat. Nam iam videtur munus deſtinatum, & amodo non poteſt recedere,niſi ſoluant, quia iam im poſita videtur arg. l. municeps, ff. ad municip.ſecundum Bar. in d.l.

24 incola, & ideo ciues, vel incolæ, qui recedunt, quando vident ciuitatem,vel villam multum oneratā, malefaciunt, quia pro debito deſtinato, & contracto iam obligati ſunt,maxime quando ex ſyndicatibus in vim legis factis ſunt obligati, quia ex eorum propria obligatione obligantur, vt notat Bar. in l.4.§.actor municipum,ff. de re iud. nam ſi bona eſſent ſuper excreſcentia,& recederent,haberent partem,vt not.per Bar.in l. fin. & 1.ff.de colleg.illicit. & per Innocen.extra de exceſ. præla. cap. dilecta, & ſic debent onera contracta ſubire arg.d.l. 1.ff. de colleg. illic. quod ſentit Bart.in d.l.incola iam,ad municipa. faciūt no. extra de reſcrip.cap.cum dilecta,ſed hoc videtur limitandum, niſi res, quas talis recedens poſsidebat,alteri idoneo ad ſoluendum collectas, venderet,& faceret eum poni in æſtimo ſuo loco, arg.l. 2. & authen.ibi poſitę,C.ſine cenſu vel reliquis: quia tunc, ex quo bona obligata extant, pro quibus ipſe ſoluebat, de illius perſona non curatur,quia iam eſt in ſuo loco,qui munera ſoluit.

Secundò pro eadem ſententia facit tex.in l.forma in §. is vero,ff.

25 de cenſibus,his verbis: *Is vero,qui agrum in alia ciuitate habet,in ea ciuitate profiteri debet,in qua ager eſt,agri enim tributum in eam ciuitatem debet leuare,in cuius territorio poſsidetur*, & latè probat Tuſc. in verbo onera realia,concl.1020.pag.1058.Vnde cū dicti vicini villæ de Nulles poſsideant terras in territorio de Maſcarell, ibidem debent ſoluere hanc impoſitionem, quæ vocatur *Redelme*, ad modum decimæ ſoluendæ ex fructibus,quæ colliguntur ex ipſis terris, quæ impoſitio deſeruire debet ad ſoluēdum redditus dictorum cenſuum,& ad redimendū eoſdem cenſus,pro quorum ſolutione dictæ terræ fuerūt hypothecatæ,& notoriū erat,vniuerſitatē non eſſe ſoluendo, & ſic poterat hypothecaria intētari contra poſſeſſores dictarum terrarum.

Denique in occurrenti caſu negari

gari non poteſt, magnam interuenire æquitatem in fauorem dictæ vniuerſitatis de Maſcarell, quæ propter expulſionem Neophytorum, ſiue *dels Moriſcos*, in ea degẽtium, & propter magna onera ſuper ea impoſita, ita erat ære alieno grauata, quòd non poterat ſuſtinere onera, niſi fieret dicta impoſitio ſuper fructibus omnium terrarum in eius territorio ſitarum, & ita vbi alias de rigore iuris nõ poſſent forenſes poſſeſſores dictorum prædiorum ad ſolutionem compelli, in occurrenti caſu poſſent, l. in ambiguis 85. §. quoties, ff. de reg. iur. ibi: *Quoties æquitati deſiderij naturalis ratio, aut dubitatio iuris moratur, iuſtis decretis res temperanda eſt.* Nec obſtat, quòd mutatione perſonæ, rei qualitas mutatur iuxta iura ſupra allegata num. 1. illa enim loquuntur, vbi priuilegium erat annexum perſonæ, vt in caſtrenſi peculio militis, & in bonis Fiſci, quæ propter perſonam militis, & Fiſci erant priuilegiata, quod prilegium mutatione perſonæ amittitur: ſecus eſt in caſu noſtro, quia bona, de quibus agitur, tranſierunt cum onere hypothecæ ad forenſes, & poterant per hypothecariã ab his auocari, cùm principales debitores non eſſent ſoluendo, & ita ipſa bona erant obligata, & nullum priuilegium habebant.
26 Et ita viſum fuit, in occurrenti caſu, vicinos dicti oppidi de Nulles terras tenentes in territorio de Maſcarell compellendos fore ad ſolutionem dictæ impoſitionis appellatæ *Redelme*, & ita fuit iudicatum in ſacra Regia Audientia, ſententia lata in fauorem dicti oppidi de Maſcarell, publicata per Frãciſcum Paulum Alreus, die 24. Aprilis 1614.

DECISIO CLX.

EXECVTIONEM licet regulariter tantum inſtare poſſit creditor in inſtrumento nominatus, eius hæres, vel ceſſionarius: tamen vbi alteri per alterum quæritur actio, tertius, qui agere poteſt virtute inſtrumenti guarentigiati, executionem etiam inſtare poteſt.

1 *Facti ſpecies proponitur.*
2 *Executio poteſt inſtari per creditorem in contractu nominatum, eiuſque hæredem, vel ceſſionarium; non verò per tertium.*
3 *Perſona extrinſeca non ſubauditur in contractibus.*
4 *Tertius non poteſt inſtare executionem, virtute inſtrumenti per alios firmati, ſed contrà infra num. 5.*
5 *Tertius, cui ius quæritur per alterũ, in inſtrumento inter alios facto, ſi tale inſtrumentum eſt guarentigiatum, executionem inſtare poteſt contra obligatum in eo.*
6 *Alteri per alterum quæritur actio, in Regno Valentiæ.*
7 *Bald. in l. ſi pater, nu. 4. C. de dot. promiſ. declaratur.*

8 *Re-*

8 *Rebuff. de lit. obligat. art. 1. gloſ. 9. num. 28. declaratur.*

1 EXecutionem inſtabat Mucius Parauizino Regius Theſaurarius Ducatus Mediolanenſ. Ioannes, & Ioſephus Parauizino, Lelij filij, & hæredes, contra Damianum Palomino, & Ioannam Annam Palomino hæredes Vincentij Palomino, eorum patrui, virtute inſtrumenti guarentigiati, habentis clauſulam executiuam, in quo dictus Palomino, emptor cuiuſdam prædij ruſtici, promiſſerat venditoribus, appellatis Calderers, ſoluere Petro Iaume, & ab eo cauſam habenti mille libras pro pretio dicti prædij, & interim intereſſe; A dicto Petro Iaume cauſam habebant dicti Mucius Parauizino, & litis conſortes, contra quos opponebant hæredes dicti Vincentij Palomino, inſtantiam executiuam non procedere, nam contractus tantùm fuerat celebratus inter dictos Calderers venditores ex vna, & dictum Vincentium emptorem parte ex altera, &
2 executio tātùm poteſt inſtari per creditorem in contractū nominatum, vel eius hæredem, vel ceſsionarium; non verò per tertium, Bal. in l. ſi pater marito, num. 4. C. de dot. promiſ. quam doctrinam voluerunt allegare DD. infraſcripti cum Bal. in l. ſi pro te, Iaſon. in l. ſi quis nec cauſam, num. 10. ff. ſi cert. peta. Aſsinius in tract. de execu. §. 1. cap. 44. num. 3. Suar. in l. poſt rem iudicatā in declaratione legis Regni in 2. declaratione, nu. 1. Cancer. to. 2. var. cap. 3. de inſtrumento guarentigio, num. 65. & 66. Amator Rodrig. de execut. ſent. cap. 3. num. 3. qui alios plures allegat. Et ratio eſt, quia perſona
3 extrinſeca in contractibus nō ſubauditur, l. ſi ita ſtipulatus fuerò 126. §. Cryſogonus, ff. de verb. oblig. Eandem opinionem tenuit Alex. conſ. 127. Repetito in fine vol. 6. vbi dicit, inſtrumentum habere executionem, tam pro creditore, quàm pro hærede, licet non
4 ſit nominatus, ſed non pro tertio, refert, & ſequitur Rebuff. ad conſtitutiones Regias titu. de litteris obligatorijs art. 1. gloſ. 9. num. 28. pag. 72. vbi alios refert.

Sed his non obſtantibus (me referente, ſiue exiſtente commiſſario dictæ cauſæ) contrarium iudicauit hic noſter Regius Senatus, quia
5 vbicunque tertio ius quæritur, & ex inſtrumento ille agere poteſt, ſi tale inſtrumentum eſt guarētigiatum, virtute illius inſtare poteſt executionem, ita Suar. in d. l. poſt rem iudicatam, in declaratione l. Regni 2. declar. num. 1. verſ. Prædicta intellige, Bart. in l. 1. nu. 22. ff. de actio. & oblig. Aret. in rub. ff. de acquir. poſ. Aſsinius in tract. de execu. §. 1. cap. 59. & in practica executiua, §. 31. cap. 2. ampliatione 37. quod exemplificari poteſt, quando notarius ſtipulatur pro alio: nam ex tali ſtipulatione illi, pro quo ſtipulatur notarius, acqui-

Digitized by Google

acquiritur actio vtilis, & ex hac actione poteſt agere executiuè, vigore iuramenti, vel ſtatuti, Tiraq. in tractat. de iur. conſtit. parte 3. limitatio. 30. num. 48. Aret. in §. ſerui autem, num. 1. 2. 3. & 4. Inſtit. de iur. perſon. Capie. deciſ. 78. Grat. conſil. 12. lib. 1. Iaſ. in l. ait prætor, §. iuſiurandum, nu. 1. ff. de iureiurando, Bauer. in pract. de virtute iuramenti, num. 48. Roman. d. conſ. 76. num. 1. & ibi Mandoſ. in additio. litter. B. & C. vbi alios allegat, Hieronymus de Monte quæſt. 25. num. 2. Alciat. in cap. cum contingat, nu. 234. de iureiur. vbi dicit, quòd hæc eſt communis opinio, Suarez in theſaur. recep. ſent. littera N. nume. 44. quod in meo libro eſt per errorem poſitum in num. 34. Kircou. in ſuis communibus opinionibus centu. 3. concluſ. 56. Villalo. in communi. opinio. litt. N. num. 23. Carol. de Graſ. ſuperiores allegans in præludijs de exemptio. num. 76. & 67. Amator Rodriguez de execut. ſent. cap. 3. num. 3. verſ. veruntamen, ſed, in

6 præſenti Valentiæ Regno, alteri per alterum quæritur actio for. 3. ad exhibendum, ſicut etiam in Regno Caſtellæ, teſte Couar. variar. reſol. lib. 1. cap. 14. num. 13. & in Regno Aragoniæ, vt ait Portoles in ſcholis ad Molin. verbo, *Inſtrumentum*, num. 84. Ergo, in hoc Regno, ille tertius, cui per alterum ius fuit quæſitum, virtute inſtrumenti guarentigiati, executionem inſtare poterit contra obligatum.

7 Nec contrarium, in occurrenti caſu, ſentiunt Bal. in l. ſi pater, nu. 4. C. de dot. promiſ. & alij, qui eũ ſequunntur, Bal. enim loquitur in terminis iuris Cæſarei, in quo alteri per alterum non quæritur actio, §. alteri inſtit. de Inutilib. ſtip. & ita intelligitur eius dictum iuxta tex. quem allegat in l. ſi ita ſtipulatus, §. Cryſogonus de verb. oblig. & idem Bal. in l. ad probationem 21. num. 2. in fin. C. de probatio. & vltra quòd loquitur in eiſdem terminis, inquit: *Quòd ſi ſtatutũ dicit, vt inſtrumẽta mãdentur executioni, tacitæ ſtipulationes nõ mãdãtur exequutioni, quia illud tantùm dicitur inſtrumentum, quod legi poteſt.* In occurrenti autem caſu, iam fuit dictum, ſolutionem eſſe faciendam habentibus cauſam à dicto Petro Iaume, & ſic dictis Parauizinos, quibus dictum debitoris nomen

8 fuit inſolutum datum. Et ita pariter non obſtat, quod tradit Rebuf. dicto tractat. de litte. obliga. art. 1. gloſ. 9. num. 28. hæc enim verba ſcribit: *Decimo poni ſolet, quód is, qui executionem petit, non eſt inſtrumento nominatus, tunc ſi non fuerit hæres, aut ſucceſſor, aut cauſam à creditore habens, repelletur.* In occurrenti autem caſu, dicti Parauizinos, cauſam habent à dicto Petro Iaume. Et ita fuit in dicta cauſa iudicatum, ſententia publicata per Franciſcum Paulum Alreus actuarium, die 5. Iunij 1615.

Q DE-

DECISIO CLXI.

DECRETO DE VENDENDO, ſeu vẽditione Curiæ per appellationẽ pendente, poteſt debitor offerre debitũ creditori executionẽ inſtanti, & ſic impedire effectũ venditionis iudicialis; ſed quid pendente ſupplicatione?

1 *Debitor poſt rem adiudicatam creditori, non admittitur ad ſoluendum.*

2 *Creditori facta adiudicatione inſolutum per ſecundum decretum, debitor non auditur, ſi vult, ei offerre debitum, & reſoluere dictam adiudicationem, declara num. 9.*

3 *Factum iudicis eſt factum partis, declara num. 10.*

4 *Venditio eſt perfecta, ſimul atque de pretio conuenerit.*

5 *Appellatio extinguit ſententiã in ſpecto præſenti ſtatu, & ſuſpendit pronuntiatum, quatenus reſpicit futurũ ſtatum cauſæ, eiuſque euentum.*

6 *Venditor, qui fuit condemnatus ad ſoluendũ intereſſe, quia rem venditã non tradidit, ſi appellauit, poteſt in cauſa appellationis rem tradere, & ſe liberare ad ſoluendũ intereſſe.*

7 *Appellatione pẽdẽte à decreto de vẽdendo, ſiue à vẽditione curiæ, debitor poteſt offerre debitũ ſuo creditori.*

8 *Lex ſi finita, §. poſtea quam, ff. de damn. infect. declaratur.*

10 *Iudicis factum, ſi rite proceſſit, reputatur factum partis, ſecus, ſi debitas ſolemnitates non obſeruauit.*

11 *Vẽditio extraiudicialis in quo differat à venditione iudiciali.*

12 *Supplicatione interpoſita à decreto de vendendo, an debitor poſſit offerre debitum ſuo creditori.*

13 *Decreto de vendendo per ſupplicationem pendente, Regia Audientia admiſſit debitorem, cuius res per curiam vendita fuerat, ad offerendũ debitum ſuo creditori, executionem inſtanti, & ad reſoluendam dictam curiæ venditionem.*

DEcreto de vendendo, ſeu venditione curiæ per appellationem pendente, an debitor poſſit offerre debitũ, pro quo eius bona iudicialiter fuerũt vendita, & illa iuſtè poſſidere, du-
1 bitatum fuit in Regia Audientia. Et videbatur, nõ poſſe. Primo per ea, quæ tradit Bald. in l. Properandum, §. ſin autem reus, num. 9. C. de iudicijs, vbi inquit, quòd poſt rẽ adiudicatam creditori, non admittitur debitor ad ſoluẽdũ, pro quo põderat text. in l. ſi finita, §. poſtea quam, ff. de damn. infec. ibi: *Poſtea quam autem quis poſſidere iure dominij à prætore iuſſus eſt, nequaquam locus erit cautionis oblationi.*
2 Secundò, quia verior, & communior eſt opinio, quòd facta adiudicatione inſolutũ creditori per ſecũdũ decretũ, debitor nõ auditur, ſi vult offerre debitũ creditori, & reſoluere dictã adiudicationem, ita Neguſan. de pigno. 5. par. 3. mẽb. nu. 8. tom. 6. tract. par. 1. fol. 231. cap. 202. num. 7. Hieronym. Magon. deciſ. Floren. 132. n. 3. innuit gloſ. in l. properandum, §. ſinautem reus, in verbo: *Audiatur*, C. de

de iudicijs,& Alex.in l.ſi finita, §. Iulianus, num. 121. ff. de damno infect.

3 Tertiò, quia factum iudicis eſt factum partis,l.ſi ob cauſam,C. de euictio.ibi: *Si ob cauſam iudicati pignora capta ſunt ex eius authoritate,cui præcipiendi ius fuit, ea de quibus complecteris, tu mercatus es, fruſtra ab ea quæ condemnata eſt, vel quæ in eius locum ſucceſsit, eorum refertur quæſtio.*

4 Vnde quemadmodũ ſi dictus debitor extraiudicialiter vendidiſſet, emptio eſſet perfecta, ſimul atque de pretio cõueniſſet,§.cũ emptor, in princip. Inſtitut. de emptio. & venditio. for. 16. de contrahenda emptio.& nõ poſſet vẽditor diſcedere à venditione, ita etiã cùm iudex nomine debitoris rem iudicialiter vendiderit, & ius ſit quæſitũ emptori,illud nõ poteſt ei auferre debitor,debitũ offerẽdo creditori.

5 Sed his nõ obſtãtibus, cõtraria eſt verior,& receptior ſẽtẽtia,quia appellatio extinguit ſententiã,l.1. in fi.ff.ad Turpil.inſpecto,& cõſideratò præſenti ſtatu,& ſuſpendit pronũtiatũ,quatenus reſpicit futurum ſtatũ cauſæ,eiuſq; euentũ, ita Couar.Pract.quæſt. cap.23. nũ. 1. & multis relatis,probat Lancellotus de attent.2.par. c.12.de atten. appella.penden.in prin.n. 114. to.

6 5.tract.fol.349. vnde quemadmodũ emptore agẽte cõtra venditorẽ ad rẽ tradẽdã,& vẽditore cõdemnato ad intereſſe, quia nõ tradebat,ſi vẽditor appellaſſet à dicta ſententia, poterit in cauſa appellationis offerre,& dare rẽ,& ſe liberare ab intereſſe,gl.magna in fin.in l.1.ff.de actio.empt. ita etiã in caſu noſtro idẽ dicendũ eſt, nã vt dicit Bart.in d.l.finali quãdocunq; illud,q peti tur,offertur vſq; ad ſententiã,reus liberatur, quia per appellationem fingitur nõ ſententiatũ, & idẽ ſen-

7 tit Bal.in l.per hãc nu.6.in fi, C.de tẽpo. appel.dicẽs,quòd ſentẽtia, à qua fuit appellatũ,nõ abſorbet ius offerendi, & idẽ tenet Ang.in l.ſi. C.de iu.dom. impet. vbi pẽdente appellat. dicit,locũ eſſe iuri offerẽdi,etiã ſecuta executione, & tenet Capic.deciſ.41.n. 2.& idẽ voluit Cyn.in l.properandũ, §. ſinautem reus, C.de iudi. nu.6. Nam ex quo erat appellatio interpoſita, venditionẽ factã extinguebat,& ſequebatur,nullũ translatũ dominiũ per dictã adiudicationẽ fuiſſe, Capic. d.deciſ.41.n.2.& deciſ.202.nu.7. Hiero.Magon.deciſ.Florẽti. 132. nu.10.in fi.11.& 12. vbi dicit, ita fuiſſe iudicatũ in Rota,eandẽ ſententiã tenuerũt Parladorus rerum quotidianarũ, lib.2.c.fin.5.par.n. 6.in fi.Rodriguez in tract. de executio.cap.1.nu.55.Aſsin. in tract. de executio.§.6.c.31.n.20.fo.147.

8 Nec obſtãt in contrariũ adducta,nã in primis text. in l. ſi finita, §.poſtea quã,ff.de damno infec. loquitur, quãdo quis poſsidet poſt miſsionẽ ex ſecundo decreto, declarat ibi Paul.Caſtr. ſecus tamen eſt, quando adhuc non poſsidet, quia pẽdet per appellationem.

9 Nec obſtat ſecundum. procedit

enim, quando adiudicatio inſolu-
tum facta creditori,per ſecundum
decretum,fuit tranſacta in rem iu-
dicatam: ſecus quando pendet per
appellationem.

10 Ad tertium reſpondetur, quòd
factum iudicis reputatur factũ par
tis,quando iudex rite,& rectè pro
ceſsit, debitis ſolemnitatibus ob-
ſeruatis, inter quas illa eſt, quòd
non poteſt habere fidem de pre-
tio, ſed præſenti pecunia vende-
re,l. à Diuo Pio, §. ſed ſi emptor,
verſ. oportet, ff. de re iudicata, &
dixi deciſ.6.nu.1.& 2. vbi proba-
ui, aliter factam venditionem eſſe
nullã,& dominiũ nõ quæri empto
11 ri, niſi facto integriter depoſito
pretij. In hoc igitur differt vendi-
tio extraiudicialis à iudiciali,quòd
illa perfecta eſt, ſimul atq; de pre-
tio cõuenerit, iudicialis verò non
aliter, quã ſi pretiũ fuerit depoſi-
tũ ab emptore. Cũ igitur pẽdente
appellatione à decreto de venden
do, ſiue à vẽditione iudiciali, non
poſsit pretiũ deponi,nõ poteſt di-
ci, quòd vẽditio fuit perfecta, nec
12 emptori ius quæſitum. Sed quid ſi
pẽdeat decretum de vẽdendo per
ſupplicationẽ? de hoc agit Capy.
dicta deciſ.202.nu.8.in fi. cũ ſeq.
& ibi reſoluit, quòd ſi emptor in-
fra decẽ dies nõ faceret depoſitũ,
quòd debitor admitteretur ad of-
13 ferendũ.Sed nos quia ſupplicatio,
quãdo nõ eſt præſtita cautio ad ob
tinendũ executionẽ Regiæ ſenten
tiæ, ſuſpẽdit ſentẽtiã, admiſsimus
Franciſcũ Montagut debitorẽ, pẽ
dẽte decreto de vẽdendo per ſup-
plicationẽ,ad offerendum Iacobo
Garcia ſuo creditori, qui execu-
tionẽ inſtabat, quantitatẽ ei debi-
tã,non obſtãte venditione iudicia
li facta Gregorio Marſa notario,
qui prætẽdebat,ius ſibi fuiſſe quæ-
ſitũ cũ decreto de vendẽdo facto
cũ Regia ſentẽtia,à qua fuerat ſup
plicatũ.Et ita fuit declaratũ cũ in-
terloquutoria, ſiue prouiſione fa-
cta ex deliberatione Regij Conſi-
lij,per Doctorem Ioannem Hiero
nymum Blaſco, tunc meum colle-
gam, cauſæ Auditorem, die 29.
Auguſti 1615.

DECISIO CLXII.

NOTARIVS TRADERE tenetur legatario copiam authenticã partis teſtamenti, continentis legatum,ſeu clauſulam legati, ſoluta ſibi mercede illi9, quanuis non ſoluat ſalarium teſtamenti, ab hærede non ſolutum.

1 *NOtarius edere non debet legatario teſtamentum, ſed tantùm dare ei copiam legati, & hæredis inſtitutionis.*

2 *Edi non debet parti totum inſtrumentũ,ſed tantum capitulum, quod facit ad propoſitum pro ſe, vel contra ſe.*

3 *Legatarius non tenetur ſoluere notario,qui fuit rogatus,ſalariũ teſtamenti,*

menti, ſed tantùm legati clauſulæ, & ita fuit iudicatum.

1 IOſephus Monſerrat I. C. maritus, & procurator Domnæ Franciſcæ Carròs, petebat à Ioachimo Marti notario, vt ei traderet copiã partis teſtamenti, reſpicientis legatum eidem factum, ſeu, vt apud nos dicitur, clauſulam legati, accepta mercede dictæ partis: legatario enim non eſt dãda copia totius teſtamenti, ſed tantũ legati, & hæredis inſtitutionis, vt poſt Cynũ in l. fi. C. de precib. impe. offer. & Bar. in l. 2. §. diem, ff. quemad. teſtam. aper. & Ang. in l. argentarius, §. edi, in prin. ff. de eden. & Dec. in c. 1. nu. 288. verſ. vnde legatario, ext. de probatio. Fulvius Pacia. de probatio. lib. 1. c. 66. n. 40. fol. 216. & Bar. in d. §.
2 edi, n. 1. verſ. Quedã eſt editio, ait, quod parti nõ debet edi, niſi illud capitulũ, quod ſpectat ad propoſitũ, & facit pro ſe, vel cõtra ſe, argumẽto illius tex. in d. §. edi, ibi: *Sed vt ea ſola pars rationũ, quæ ad inſtruẽdũ aliquẽ pertineat inſpiciatur; vel deſcribatur*, dictũ teſtamenti capitulũ, ſiue legati clauſulã, recuſabat tradere notarius: dicebat tamen, ei ſoluendũ eſſe per dictã legatariam ſalariũ totius teſtamẽti, facta ei ceſſione cõtra hæredẽ, ad quẽ principaliter eius ſolutio ſpectabat, ad illud exigendũ; cũ enim legataria dicti legati copia authẽtica vti velit ad agendũ, nõ aliter ei tradi debet à notario; quàm ſoluto ſibi ſalario inſtrumẽti, vt dixi ſupra deciſ. 124. vbi ita fuit deciſum in Sacra Regia Audientia. Hæc cauſa fuit ad Regiam Audiẽtiam euocata, mihi ſoli commiſſa ad decidendũ iuxta forũ, quia nõ attingebat valorẽ ducentarũ librarũ, ſiue
3 duorũ mille argenteorũ Caſtellanorum, & in ea iudicaui, non teneri ſoluere integrum teſtamenti ſalarium; nam, vt inquit Surd. cõſ. 66. num. fin. lib. 1. iniquum eſſet, vt legatarius teneretur ſoluere pro valore totius hæreditatis, quia cũ eius non interſit, niſi pro quantitate, & valore legati, nõ debet ſoluere pro hæreditate, in qua ius nõ prætendit. Et quod fuit dictũ ſupra deciſione 124. procedit, quando quis petit integrum inſtrumentum pro ſuo intereſſe ad agendum: ſecus, quando tantùm aliquã partem, vt in occurrenti caſu, & ita in dicta cauſa fuit pronuntiatũ, dictum Ioachimum Marti notariũ teneri tradere dictæ Domnæ Franciſcæ Carròs, & de Mõſerrat dictã legati clauſulam, ſolutis tantũ ſex ſolidis pro mercede, ſiue ſalario illius, ſententia publicata per Frãciſcum Paulum Alreus die 9. Septembris 1610.

DECISIO CLXIII.

DEBITOR DEBITORIS non poteſt cõueniri niſi tria concurrant, quòd debitor ſit condemnatus, quòd fuerit diſcuſſus, & quòd debitor debito

ris fateatur debitum:fallit tamē, ſi nomen debitoris ſit hypothecatum, tunc enim non eſt neceſſaria diſcuſsio.

1 *NOmina debitorum, vt diſtrahi poſsint, prius tranſeundum eſt per mobilia, poſtea per immobilia.*

2 *Nomina debitorum pro executione ſententiæ capi non poſſunt iuxta forum, niſi debitor condemnatus ſit non ſoluendo. Ita regia ſententia, num.3.*

4 *Nomina debitorum ſunt in bonis noſtris.*

5 *Nomen debitoris obligari poteſt.*

6 *Nomina debitorum veniunt in generali obligatione, etiam futura, num.7.*

8 *Creditor, qui habet nomen debitoris hypothecatum, poteſt vtiles actiones exercere contra debitorem ſui debitoris.*

9 *Diſcuſsio non eſt neceſſaria, quando creditor, qui habet nomen hypothecatum, vult agere contra debitorem ſui debitoris, ad exigendum debitū, & num.11.*

10 *Diſcuſsio non erat neceſſaria, de iure antiquo, nec de iure nouo, in nominibus debitorū, & ratio redditur.*

12 *Debitor debitoris, quādo debitū eſt hypothecatū, cōueniri poteſt, nō facta diſcuſsione, & ita fuit iudicatū cū regijs ſententijs hic allegatis.*

PEtrus Iulià Eques inſtrumēto publico recepto per Iacobum Martinū Vaziero notariū die 24. Martij 1604. ſe obligauit ſoluere Laurentio Iulià fratri ſuo centū & quinquaginta libras annuas, ex cauſa alimētorū: & pro prædictis hypothecauit omnia ſua bona habita, & habenda. Dictus Laurētius Iulià egit cōtra Ioannē Vanoueſquier ad exactionē quadraginta quatuor librarū, decē & ſeptē ſolidorū, & quatuor denariorū monetæ Valētinæ, quas ille debebat dicto Petro Iulià ſuo debitori, & cū ſentētia lata in Regia Audientia die 30. Auguſti 1611. fuit cōdemnatus dictus Vanoueſquier ad ſoluendā dictā quātitatē dicto Laurentio, à qua ille ſupplicauit, & cauſa introducta fuit in

1 alia Aula eiuſdem Regiæ Audientiæ, & in gradu ſupplicationis mihi commiſſa.

Dubium faciebat, nam regulariter non poteſt deueniri ad nomina debitorum, niſi prius ſint diſtracta bona mobilia, & immobilia, l.à Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudicata, ibi: *In venditione itaque pignorum captorum facienda primo quidem res mobiles, & animalia pignori capi iubent, mox diſtrahi, quarum pretium ſi ſuffecerit bene eſt, ſi non ſuffecerit: etiam ſoli pignora capi iubent, & diſtrahi. Quod ſi nulla mouentia ſint: à pignoribus ſoli initium faciunt, ſic denique iudices interloqui ſolent, ſi mouentia non ſint, vt ſoli quoque capiātur. Nā à pignorib⁹ ſoli initiū faciendū non eſt. Quòd ſi, nec quæ ſoli ſunt ſufficiant: vel nulla ſint ſoli pignora: tunc peruenietur etiam ad iura,*

Et

2 Et idem probatur in eadem l. à Diuo Pio in §. ſic quoque, ibi: *Sic quoque iudices exequentur iudicatum, vt nomina iure pignoris capiant, ſi nihil aliud ſit, quod capi poſſit*, concordat for. 2. de executione rei iudicatæ in vol. fororum Valentiæ, fol. 165. ibi. *Alcu ſerà condemnat en alcuna coſa à donar, o à pagar, è no haura de que ho do, ó pach, è haura altre deutor, ó deutors: dehim que la Cort deſtrenga aquell altre deutor, ó deutors, à fer paga à aquell per qui ſerà donada la ſentencia de ço que deuen al condemnat.* Et de iure vt debitũ debitoris mei poſſit à me exigi tria requirũtur. Primũ, quòd debitor debitoris fateatur debitũ. Secundũ, quòd principalis debitor fuerit condemnatus. Tertiũ, quòd fuerit diſcuſſus, ita probat Surdus conſ. 4. nu. 1. cũ ſeqq. vol. 1. Coſta de remedijs ſubſidiarijs remed. 77. nu. 4. Aſsinius in praxi, §. 31. cap. 2. ampliatione 20. fol. 173. pag. 2. & tenẽt alij multi ab eo relati. Et ita fuit declaratũ
3 regia ſententia lata in fauorẽ Domnæ Raphaëlæ de Caſtellui publicata per Fran. Paul. Alreus die 17. Feb. 1596. Vnde, in caſu noſtro, cùm dictus Petrus Iulià debitor Laurentij, non fuiſſet diſcuſſus, ſed haberet bona immobilia, videbatur, non poſſe conueniri debitorem ſui debitoris.

Sed contrariũ fuit deciſum, nã nomẽ dicti Vanoueſquier debitoris erat hypothecatũ per dictũ Petrũ Iulià dicto Laurẽtio eius fratri, quando ſibi hypothecauit omnia bona habita, & habẽda, & cũ omnia, quæ in bonis noſtris ſunt, obligari poſsint, l. quæ prædium, C. ſi ali. res pig. data ſit, l. quod filios, C. quę res pig. oblig. poſ. l. ſi quod
4 §. vſusfructus, ff. de pig. & nomina debitorum dicãtur in bonis noſtris, quia veniunt ſub ſimplici bonorũ appellatione, vt eſt tex. in l. bonorũ, §. vl. vbi Albe. nu. 5. ff. de verb. ſign. & in l. Princeps bona, ff. eod. tit. l. 1. §. vtrum autem, ff. ſi quid in frau. pat. l. vlt. ff. de vſufr. leg. l. vſufructu, vbi Albe. ff. ad l. Falc. latiſsimè Tiraq. in l. ſi vnquã in verbo, bona, num. 8. C. de reuo. dona. latè Pine. in rub. C. de bon. mat. in 1. par. num. 2. & ſequitur Caualc. de
5 vſuf. mulier. relict. nu. 84. cõſequẽs ſit, vt nomẽ quoq; debitoris poſſit obligari, quod expreſsè ponit tex. in l. grege, §. cũ pignori iuxta 2. lect. gl. ibi. ff. de pig. vbi Bar. ad idẽ eſt tex. in l. nomen, vbi quoque Bar. C. quæ res pig. obl. poſſ. & ponit Neguſ. de pig. in 3. mẽb. 2. par.
6 nu. 21. Et talia nomina debitorum veniũt in generali obligatione bonorũ d. l. nomẽ, quam ita intelligit Bal. conſ. 25. in 6. dubio vol. 1. & latè probat Sur. d. conſ. 4. n. 18. cũ pluribus ſeqq. vol. 1. qui nu. 21. in fine, & 22. ſubiungit, quòd nõ ſolũ nomina præſentia veniũt in ge-
7 nerali bonorum obligatione, ſed etiã futura, ita Iaco. de Rauena, Cynus, & Bal. in l. vbi adhuc, in fin. C. de iure dotium, Bal. in l. hac edictali, §. omnibus, C. de ſecũdis nuptijs, Salic. in l. fin. C. quæ res pig.

cũ igitur nomẽ debitoris dicti Petri Iulià fuerit hypothecatũ Laurẽtio, potuit ipſe Laurentius vtiles actiones exercere contra dictum Vanoueſquier, debitorem ſui de-
8 bitoris, d.l. nomen, C. quæ res pignori.ibi: *Quare ſi debitor is ſatis non fecerit, cui tu credidiſti ille cuius nomen tibi pignori datũ eſt, niſi ei, cui debuit ſoluit, nondum certior à te de obligatione tua factus vtilibus actionibus ſatis tibi facere, vſq; ad id, quod tibi deberi à creditore eius probaueris compelletur, quatenus tamen ipſe debet.*
9 Vnde, inquit Surdus d.conſ.4.nu. 32. in hoc caſu non eſt neceſſaria diſcuſsio, vt conueniri poſsint no
10 mina debitorum. Cuius rei reddit rationem, quia de iure antiquo nõ erat neceſſaria diſcuſsio, l. creditoris, ff. de diſtract. pigno. & licet de nouo iure aliud ſancitum ſit, id tamen eſt, quãdo agitur contra poſſeſſores pignorum, vt in auth. hoc ſi debitor. C. de pigno. cum igitur non reperiatur mutata diſpoſitio iuris antiqui, vbi agitur contra nomen debitoris, illa eſt attendenda, l. præcipimus in fin. C. de appel. & non modica ſubeſt ratio diuerſitatis inter hos caſus, quia cùm agitur contra pignorum poſſeſſores, ſi res euincerẽtur, venirẽt contra auctores, & hoc modo multiplicarentur lites, & ad tollendos litiũ anfractus, lex noua ſtatuit, excuti debere principalem debitorem, ſed hæc ratio ceſſat, quando cõuenitur nomẽ debitoris: is enim ſi exigat, remanet omnino liberatus à ſuo creditore, nec de cætero
11 opus habet contra eum agere, & per has rationes ita tenuerunt Iac. But. Odofr. Albe. Papi. & Nicol. Matar. quos refert, & ſequitur Cyn. in d.l. nomen debitoris, C. quæ res pig. obli. poſſ. Bart. in d.l. ſi cõuenerit *la* 2. in prin. ff. de pig. act. vbi etiam Caſt. Ang. in conſ. 208. in fin.

12 Et ita in occurrẽti caſu, ex quo nomen dicti Vanoueſquier debitoris, fuerit hypothecatum per dictum Petrum Iulià dicto Laurentio fratri, fuit declaratum, non eſſe neceſſariam diſcuſsionem in bonis dicti Petri Iulià debitoris, ſed rectè fuiſſe condemnatum dictum Vanoueſquier ad ſoluendum dicto Laurentio Iulià dictam quantitatem, quam debebat dicto Petro Iulià, & fuit confirmata ſententia in alia Aula lata cum alia, me referente, promulgata in fauorem dicti Laurentij Iulià, publicata per Don Ioannem Daça die 2. Maij 1612. & iterum idem iudicauimus cum alia ſententia lata in gradu appellationis, eiſdẽ motiuis lata in fauorem Don Ludouici de Rocafull, contra Marchionem de Terranoua, publicata per Fran. Paul. Alreus, die 8. Aprilis 1614.

DECISIO CLXIIII.

COLLATIO BONORUM non habet locũ inter ſuccedentes collaterali.

1 *Caſus*

1 *CAſus,ſiue facti ſpecies.*
2 *Caduca eſt inſtitutio, vbi hæres præmoritur teſtatori.*
3 *Donatio non inſinuata valet vſq; ad ſummam quinque mille ſolidorum, iuxta forum, & num. 7.*
4 *Donatio excedens legitimam ſummam non valet in exceſſu: tenet tamen in quantitate, quæ intra legis terminos conſtituta eſt.*
5 *L. 9. tit. 4. par. 5. diſponit, donationem abſque inſtrumento fieri poſſe vſque ad ſummam quingentorum maranedinorum auri, & vltra dictam ſummam non valere.*
6 *Donatio non inſinuata in Aragonia in totum vitiatur.*
8 *Collatio habet locum inter fratres ſuccedentes patri abinteſtato.*
9 *Collatio non habet locum inter ſuccedentes collaterali, & ita fuit deciſum in Regia Audientia.*

1 MIchaël Clariana ciuitatis Alonenſis, ſiue Alicantis inſtrumento recepto per Berēgarium Queixans, quondam notarium, die 16. Iulij 1578. donationem fecit Eliſabethi Clariana, & de Nualart filiæ ſui fratris, quorundam bonorum, quæ donatio non fuit inſinuata. Poſtea idem Michaël Clariana deceſſit, condito teſtamento, in quo inſtituerat quoſdam hæredes, qui præmortui fuerant eidem teſtatori, & nullos relinquit deſcendentes, ſed proximiores eius conſanguinei fuerūt dicta Eliſabeth Clariana, filia fratris, & Eliſabeth Ioāna Pōs, & de Martinez, vidua Martini Martinez, filia ſororis eiuſdem Michaëlis Clariana, quæ vti proximiores prætendebant, iure ſucceſsionis abinteſtatò bona teſtatoris ad eas pertinere: dicta tamen Eliſabeth contendebat, ipſam habituram præcipua bona, in donatione ſibi facta comprehenſa: Cōtrarium tamen de iure procedere dicebat dicta Eliſabeth Ioanna Pons, ex quo donatio non erat inſinuata, & ita dicebat, omnia bona, tam donata, quàm reliqua fore inter eas, æquis portionibus, diuidenda: licet enim vſque ad ſummā quinque mille ſolidorum valeat donatio abſque inſinuatione, tamen vbi quis vult ſuccedere abinteſtato, debet conferre bona donata, & facta collatione, ſuccedentes abinteſtato æquales partes habere debent. Hæc cauſa fuit in S. R. Audientia Valentina, in alia Aula agitata, & poſtea in gradu ſupplicationis in noſtra Aula diſcuſſa, me exiſtente Auditore, & commiſſario.

2 Et in primis, cùm partes concordarent, vel præſupponerēt, & ex probatis in proceſſu ſatis conſtaret, inſtitutos teſtatori præmortuos fuiſſe, non fuit dubitatū, dictā inſtitutionem eſſe caducam, l. vnica, §. in primo, & §. in nouiſsimo, C. de caducis tollen. & ſic res de-
3 uoluta fuit ad cauſam inteſtati. Præterea, reſpectu bonorum donatorum, quanuis donatio nō eſſet in-

ſinuata,tamẽ valuit vſque ad ſummam quinque mille ſolidorũ iuxta forũ 22.de donat.fol.185. pag. 2.ibi:*Eſtatuhim que donacio fahedora de quantitat, ó de coſa ſobre pujant ſumma, ò valor de cinch milia ſous de ea ls, encara ques faça ab carta publica,no haja alguna valor vltra los dits*
4 *inch milia ſous*, l. ſancimus 34. §.ſi quid autẽ, C.de donat.ibi : *Si quid autem ſupra legitimam definitionem fuerit donatum: Hoc, quod ſuperfluum eſt,tantummodo non valere: reliquam verò quantitatem, quæ intra legis terminos conſtituta eſt, in ſuo robore perdurare,quaſi nullo penitus alio adiecto, ſed hoc pro non ſcripto, vel non intellecto eſſe credatur*, & ibi Bartol.Ang. Bald.Sal.& alij, C.de donat.& idẽ aſſerit Alex.conſ.4.vol.1. & Dec. conſ.239.num.2.& conſ.432. nu. 16.& Io.Lupi.in rub.de donat. inter vir.& vx. §. 17. num.6. & hæc eſt recepta ſententia,vt aſſerit Rimi.in §.1.num.220.Inſt.de donat. & Matien.lib.5. nouæ Recopilat. tit.10.l.7.gloſ.6.num. 6. ſol. 309. vbi ait,idẽ diſpoſitũ eſſe inRegno
5 Caſtellæ,in l.9.in fin.tit. 4. partita 5. ibi : *Pero ſi quiſieſſe dar à otro home,ò otro logar,puedelo fazer ſin carta faſta quinietos marauedis de oro: Mas ſi quiſiere fazer mayor donacion de lo que es ſobredicho en eſta ley,lo que fueſſe dado de mas no valdria,fuera ende ſi lo fizieſſe con carta, è con ſabiduria del mayor judgador de aquel logar, do*
6 *fizieſſe la donacion.* In Aragoniæ tamen Regno, donationem non inſinuatã in totum vitiari,dixit Portoles in ſcholijs ad Molinum in verbo,*donatio*, num. 9. quia forus, ad obuiandum, de donationibus, fol. 149. dicit hæc verba: *Statuimus,volumus,& ordinamus,quòd donatio excedens quantitatem quingentorum ſolidorum, denariorum iaccentium, non faciat fidem in iudicio, aut extra contra perſonam aliquam priuatam, niſi oſtendatur, quod fuerit inſinuata,&c.* Et ita cùm dictæ donationi fides omnino adimatur, non ſolum in exceſſu, ſed etiam in totum corruit, vt dicit Caſtren. in l. 1.num.34.C. aduerſus rem iudicatam,& ita teſtatur Portoles vbi ſupra, fuiſſe deciſum in Curia Iuſtitiæ Arag. in proceſſu Didaci Se-
7 ron, die 8. Iulij 1558. ſed cùm in noſtro Valentiæ Regno forus cõtrarium diſponat, ei ſtandum eſt, & tantùm donatio, quæ non fuit inſinuata, vitiatur in eo, quod excedit valorem quinque mille ſolidorum Valentinorum,ſiue iaccentium,qui omnes ſunt eiuſdem valoris, poſt quam argenteus Caſtellanus,qui olim tantum valebat 23. nummos,hodie valet 24. pro vt in Regno Aragoniæ,& in Cathalonia. Et ita abſque difficultate Sacra Regia Audientia decreuit,donationem factam dictæ Eliſabethi Clariana,& de Nualart,valere vſque ad ſummam quinque mille ſolidorum,& bona donata vſque ad dictam ſummam non recadere in hæreditate.

Dubitatum tamen fuit,an dicta bona donata deberent venire in col-

collatione bonorum. Quod prima
8 frōte videbatur, quia bona donata debent cōferri inter ſuccedētes ab inteſtato, l. 2. C. de collat. ibi: *Si pater inteſtatus deceſſerit, relictis duobus filijs, & filia, cui' nomine dotē promiſſerat, portiones hæreditatis æquæ ſunt, & dos nihilominus ita conferenda eſt, vt proportionibus, fratris eius à neceſſitate præſtandæ eius dotis liberentur,* l. ea demum, C. eodem, ibi: *Ea demum ab emancipatis fratribus, his, qui remanſerunt in poteſtate, conferri conſueuerunt, quæ in bonis eorum fuerunt eo tempore quo pater fati munus impleuit: exceptis his videlicet, quæ ab ipſis alijs debentur,* for. 2. de collat. fol. 146. pag. 2. ibi: *Ordenam que ſi! pare, ò la mare en lur vida hauran fetes algunes donacions de lurs coſes à alcu de ſos fills, axi en temps de matrimoni, com en altra manera, è los dits fill, ò fills ſuccehira, ó ſuccehiran al pare, ò a la mare abinteſtat ab los altres germās: aquell fill, ò fills ſi volra, ò volran venir à ſucceſsio: ſia, è ſien tenguts de tornar, è comunicar en part ab los altres frares, è ſors tot ço que haura, ó hauran ahut dels bens de aquell, aqui ſuccehirā abinteſtat.* Sed contrarium fuit deciſum, quia hic agitur de ſucceſ-
9 ſione inter collaterales, inter quos nō habet locum collatio, gloſ. fin. in l. 1. C. de legit. hæred. ibi: *Sed illud obtinet, cùm agitur de hæreditate patris, non fratris, vel ſororis,* & ibi Bald. Fulgoſ. Ang. Corn. & Ioan. Faber. Alberi. in rub. ff. de collat. bon. col. 2. & in l. ſi emancipati, nu. 27. C. de collatio. Anto. Gom. in l. 29. Tau. num. 9. illatio. 14. & ibi Caſtillo num. 10. & Arias in l. 27. Tau. num. 27. & ſatis ſuadetur ex diſpoſitione text. in l. ſi emancipati 9. C. de collat. & ibi Bald. Salic. & Paul. Caſtren. & Iaſſ. qui hoc dicunt, Boer. deciſ. 302. num. 3. 2. par. vbi in finalibus verbis refert Iaſſonem dicentem, hanc ſententiam tenere totū mundum, excepto ſolo Angelo, qui tenuit cōtrarium, & ita refert deciſum fuiſſe in S. C. Neapolit. Matth. de Afflictis deciſ. 161. num. 2. & in Senatu Sabaudiæ teſtatur Ant. Faber lib. 6. Cod. titu. 4. de collat. diffin. 1. pag. 94. & hoc in terminis ſcripſit Aluarus Valaſcus in praxi partitionum, & collationum, cap. 12. num. 33. poſt lib. 2. conſultation. & rer. iudic. pag. 46. vbi allegat multos ex ſupradictis, ita tenentes, & ita intelligendus eſt dictus forus 2. de collat. vt non procedat inter collaterales.

10 Ex quibus in hac cauſa fuit declaratum, dictæ Eliſabethi Clariana pertinere bona dictæ donationis, vſque ad ſummā quinque mille ſolidorum dumtaxat, & reliqua bona, nulla facta collatione, iure ſucceſsionis abinteſtato, æquis portionibus, pertinere ad dictam Eliſabetham Clariana, & ad prædictam Eliſabethā Ioannam Pons, tanquam proximiores abinteſtato, ſiue ex perſona dictæ Ioannæ Pons, ad eius hæredes, cum hoc tamen, quòd dicta Eliſabeth Clariana, & hæredes dictæ Eliſabethæ Ioan-

Ioãnæ Pons teneãtur præſtare cautionem,de reſtituendo bona dictę hæreditatis,caſu quo appareat, aliquem ex hæredibus teſtamentarijs ſuperuixiſſe teſtatori, & ſic locum habere ſucceſsionem ex teſtamento. Quòd ſi non poſſent præſtare cautionem,& id iurarent,proprietates bonorum immobilium dictæ hæreditatis remanerent in alienabiles,vt eſſet cautum hæredibus in dicto teſtamento ſcriptis, vel ab eis cauſam habentibus, & ita, me referente, fuit pronuntiatũ cũ Regia ſententia lata in Regia Audientia,in fauorẽ dictę Eliſabethis Ioannæ Clariana, publicata per Franciſcum Paulum Alreus regij mandati ſcribam die Ianuarij 12. 1612.

DECISIO CLXV.

APPELLARI, LICET non poſsit, niſi ſemel à ſententia declinatoriæ fori: tamen ſi iudex admiſsit appellationem interpoſitam à ſententia confirmatoria,poteſt iudex ad quem, de cauſa cognoſcere.

1 *Caſus,ſiue facti ſpecies.*

2 *Appellari tantum poteſt ſemel à ſententia lata ſuper declinatoria fori.*

3 *Appellatio,& ſupplicatio regulariter æquiparantur.*

4 *Appellationem ſi admittat iudex à quo,in caſu non appellabili, ſi pars non contradicat,ſibi præiudicat.*

5 *Appellatio,quæ admitti non debuit, ſi de facto fuit recepta per iudicem ad quem, & coram eo eſt per partes proceſſum in cauſa appellationis poterit ipſe iudex de iuſtitia ſententiæ cognoſcere,& pronuntiare.*

6 *Appellatio admitti poteſt, quando pars tantùm eſt prohibita appellare, non tamen iudex eſt prohibitus, admittere appellationẽ: in hoc enim vltimo caſu actus eſt nullus.*

7 *Appellare bis à ſententia, ſuper declinatoria fori, non licet: tamen iudex non prohibetur, admittere appellationem, & ita ſi admiſſa fuit, poteſt de cauſa ſecundæ appellationis,in articulo declinatoriæ fori, cognoſci,& ita fuit iudicatum.*

1 IOannes Nauarro,vniuerſitatis de Almoradi, fuit conuentus per Andream Torres notariũ, coram Rationali ciuitatis Oriolæ,qui eſt iudex delegatus â Domino noſtro Rege,in cauſis debitorũ eiuſdem ciuitatis,& oppoſuit coram eo fori declinatoriam, prætendendo, dictum Rationalem nullã habere in eo iuriſdictionem, ſed eſſe iudicem incompetentem: dictus autem iudex ſe competentem declarauit, â qua declaratione dictus Nauarro appellauit, & cauſam appellationis in Regia Audiẽtia introduxit, vbi fuit lata ſententia publicata per D. Ioannem Daça die 21.Februarij 1611. confirmando prouiſionẽ dicti Rationalis Oriolæ, cum qua ſe iudicem

cem competētem declarauit. A dicta ſententia confirmatoria dictus Nauarro ſupplicauit ad aliam Aulam eiuſdem Regiæ Audientiæ, & dicta ſupplicatio ſibi admiſſa fuit per iudicem à quo, & prouiſum, vt cautionem præſtet, iuxta Regiam pragmaticam, de ſoluendis expenſis, caſu quo ſuccumberet. Et dictæ ſupplicationis cauſa fuit in noſtra Aula Regiæ Audientiæ introducta, & mihi commiſſa, in qua fuit dubitatum: an dicta cauſa ſupplicationis interpoſitæ à ſententia lata in ſecunda inſtantia, in articulo fori declinatoriæ, confirmante primam ſententiam, poſſet admitti: nam de iure Regio noſtri
2 Regni, nimirum iuxta forum 9. de appell. fol. 169. à ſententia ſuper declinatoria fori tantùm poteſt ſemel appellari, & ita dictus Nauarro, cùm ſemel appellaſſet à ſententia lata per Rationalē Oriolæ, non poterat modò à cōfirmatoria ſup-
3 plicare: quia appellatio, & ſupplicatio regulariter æquiparantur, foro 37. de appella. & dixi in deciſ. 103. num. 2. par. 1.

Sed contrarium in occurrenti caſu fuit reſolutū in Regio Con-
4 ſilio, ex eo quia iudex à quo admiſsit ſupplicationem, & pars nō contradixit, & ita ſibi præiudicauit, ita Rugine. de appel. §. 6. gloſ. 2. cap. 2. num. 16. verſ. debet tamē, & num. 21. vbi inquit, quòd quælibet appellatio non admittenda admittitur, parte non opponente, Iaffred. Lanfran. Balb. deciſ. 244.
5 vbi poſt Innocen. Panorm. Bal. Butr. Immol. & Felin. quos allegat, dicit, quòd & ſi appellatio admitti non debuerit, vel ſuper ea procedi, quia ſententia tranſierat in rem iudicatam, vel alio reſpectu erat exequenda, ſi tamen de facto fuit recepta per iudicē ad quē, & coram eo eſt per partes proceſſum in cauſa ipſius appellationis, poterit ipſe iudex cognoſcere, & pronuntiare ſuper ipſa appellatione, & de iuſtitia ſententiæ. Refert, & ſequitur Lancellotus in tract. de atten. cap. 12. de attentatis appellatione pendente, limitatione 16. nu. 27. cum ſeqq. tom. 5. tract. fol.
6 364. vbi alios refert. Et hoc procedit, quando pars tātùm eſt prohibita appellare: non tamen iudex eſt prohibitus à lege, admittere appellationem, iuxta ea, quæ tradit Felin. in cap. inter monaſterium, num. 16. extra de ſent. & re iudic. idem Felin. in cap. Paſtoralis, nu. 30. verſ. Conſidera, extra de exceptio. vbi ita ait: *Conſidera, quòd aliquando verba diriguntur ad iudicem abnegando poteſtatem faciendi actum, vt ſi lex, vel ſtatutum dicit, iudex nō poſſit, & tunc actus eſt ipſo iure nullus, Bart. in l. 1. C. de dilatio. & in l. 1. ff. de ferijs, quia ex quo negatur poteſtas, iuriſdictio, aut tollitur, aut ſuſpēditur, & ita, etiam parte volente, actus eſt nullus, facit gl. in regula prima, lib. 6. Aliquando verba prohibitiua non diriguntur ad iudicem, ſed ad partem, vt in dicto cap. in cauſis, vel ſi ad iudicem, tamen non ſunt abnegatiua poteſtatis:*

ſtatis:puta,non concedat,non admittat, vel ſimilia æquipollentia iſtis,non audiantur. & tunc actus factus, parte nõ contradicente, vel contradicente, & non appellante, valet: dicitur enim tacitè conſentire, qui contradicens non appellat, Innocen. in cap.quo ad, de re. iudic. iſtam doctrinam poſuit Franc. Aret. in d.cap.In cauſis, vltima. car. prædictis non adductis, ſentiens in propoſito valere propoſitionẽ exceptionis. Cum igitur dictus forus 9. de ap-
7 pel. tantùm prohibeat, partem appellare bis à ſententia lata ſuper declinatoria fori, non autem interdicat iudici admittere appellationem, viſum fuit, quod poteramus, in hoc caſu, de cauſa ſupplicationis cognoſcere. Et ita, me referente, ad vlteriora fuit in cauſa proceſſum, ex deliberatione Regij Conſilij, facta in menſe Auguſti 1612. actuario, ſiue ſcriba cauſæ Ioſepho Ramirez notario.

DECISIO CLXVI.

RESTITVTIO IN INtegrum implorari poteſt aduerſus Regiam ſententiam, & ab eadem ſupplicari; ſi tamen quis vſus fuit remedio ordinario ſupplicationis, non poteſt aduerſus eandem vti reſtitutione in integrum.

1 R*Eſtitui in integrum poteſt adultus, licet eius curator appellauerit.*

2 *Reſtitutionem in integrum aduerſus Regiam ſententiam peti, & ab eadem ſimul ſupplicari poſſe, tenuerunt hic allegati.*

3 *Remedium ordinarium facit ceſſare extraordinarium, declara vt num. ſequentibus.*

4 *Extraordinarium remedium, quando eſt pinguius, quàm ordinarium, non ceſſat, etiam ſi adſit ordinariũ.*

5 *Reſtitutionis in integrum remediũ eſt pinguius, quàm ſupplicationis.*

6 *Minor, contra quem ſententia lata eſt, poteſt petere, aduerſus eam ſe reſtitui, vt ex eiſdem actis iudicetur, ſecundum iuſtitiam, ac ſi prima ſententia nunquam lata fuiſſet.*

7 *Reſtitutionem in integrum aduerſus ſententiam petere, & ab ea appellare, alternatiue licet.*

8 *Supplicans à ſententia, omiſſa eius proſequutione, poteſt petere reſtitutionem, quia non elegit remedium ſibi vtilius, & ſucceſſiuè poteſt reſtitutionem aduerſus ſententiam poſtulare, & num. 9.*

10 *Supplicationis, & in integrum reſtitutionis aduerſus ſententiam remedia competunt electiuè, non autem cumulatiuè. Et ita fuit deciſum, num. 12. & 13.*

11 *Appellatio, & ſupplicatio à pari procedunt.*

DOn Ioannes Vallterra ſenior, adminiſtrator bonorum Reuerendiſsimi Don Vincentij Roca de la Serna, Epiſcopi Albarracinenſis, ſupplicauit à Regia ſententia, lata in fauorem filio-

filiorũ Pauli Pedro, & Annæ Mariæ Granulles, conſanguineorum dicti Epiſcopi, ad ſuam Maieſtatem, & ad S.S.R.C. & coram eiſdem iudicibus, qui eam tulerunt, allegauit nullitates, & reſtitutionem in integrum petijt: Dubitatũ fuit, cùm iam ſupplicauit à dicta ſententia, ſi poſſet aduerſus eã reſtitutionis in integrum remedium implorare.

1 In hoc articulo, gloſ. fin. prope finem in verſ. vnde etiam in l. fin. C. ſi aduerſus rem iud. inquit: *Vnde etiam ſi appellauit curator pro adul to, tamen adultus poteſt reſtitui, vt ff. de adminiſt. tuto. l. ſi minoris*, quam refert, & ſequitur Sfor. Odd. de reſtitutione in integrum, quæſt. 12. num. 16. & ita videtur, idem eſſe dicendum, ſi ſupplicaſſet, quòd poteſt pariter petere reſtitutionẽ in integrum, & hoc videtur probare text. in cap. conſtitututus 8. de in integr. reſtit. vbi fuit allegata venditio nulla, & contra eam fuit petita in integrũ reſtitutio, & Summus Pontifex ita reſcripſit: *Quo circa mandamus, quatenus ſi præmiſſa inueneritis veritate ſubnixa, vel venditionem prædictam, quo ad partem ex ſucceſsione materna ipſos cõtingentem, nullam nunciare curetis, ſi in ea debita iuris ſolemnitas eſt omiſſa, vel ſi forſitan interuenerit, & eos læſos eſſe conſtiterit, tam ſuper ea, quàm ſuper re ſidua portione, dum tamen, quod offerunt, duxerint faciendũ auctoritate no*

2 *ſtra in integrum reſtituere ſtudeatis.* Et hanc opinionem, quòd ſimul poſſit quis, ſupplicare à ſententia, & petere aduerſus eam reſtitutionẽ in integrũ, tenuit Maurit. in tract. de in integr. reſtit. cap. 34. num. 5. tom. 5. tract. fol. 123. vbi nu. 2. refert Gofredum putantem, vtrunque remedium poſſe cumulari.

3 Secundò, nam licet regulariter remedium ordinarium faciat ceſſare extraordinariũ, l. in cauſæ la 2. ff. de minor. tamen quando re-

4 medium extraordinarium eſt pinguius, quàm ordinarium, non ceſſat extraordinarium, ita omnes communiter limitãt, vt dicit Sfor. Odd. de reſtit. in integ. quæſt. 17. num. 33. vbi allegat gloſ. in l. fin. C. ſi aduerſ. rem iud. & ibi Bar. nu. 3. Bal. num. 5. Aret. in verſ. in gloſ. Iacob. de ſancto Georgio num. 5. & Pet. de Bellaper. in fin. Cyn. in l. etiam, C. ſi tut. vel curat. & Pet. de Bellaper. in l. fin. C. eod. Bar. in d. l. in prouinciali, §. 1. nu. 4. Angel. num. 4. Cuma. num. 6. Alb. nu. 19. Paul. de Caſtr. in fin. Iaſ. in fin. Bar. in d. l. Æmilius, ff. de minor. in fin. & ibi Alberi. nu. 2. & idem Albe. in l. & ita, num. 2. ff. nautæ caup. & ſtabul. Bar. in l. 1. §. hoc autem edictum, vbi Crot. late, num. 19. & ſeq. ff. de op. nou. nunc. Alex. conſ. 207. num. 10. lib. 7. vbi communẽ dicit, & Ruin. conſ. 163. per totũ, lib. 1. & decidit Capic. deciſ. 96. in fin. & Franc. Marc. deciſ. 53. num. 1. & 2. tex. in l. ſi forte, §. 1. ff. ſi ſeru. vend. & in l. item, § hæc autẽ, & ibi Albe. ff. ex quib. cauſ. maio.

5 Maſtril. deciſ. 44. num. 4. Attamen reme-

remedium reſtit.in integr. eſt pinguius, quàm ſupplicationis. Primò, quia longius tempus conceditur in cauſa reſtitutionis in integ. quæ durat quadriennio, vt in l.fin. C.de tempo.reſtit.in int.appellationis autem cauſa anno, vel biennio ad ſummum, auth.ei qui, C.de tempo. appella. & ſupplicationis tempus tantùm durat per annum, iuxta pragmaticam Regis Petri, ſitam ſub rub.Prouiſio.ſuper fideiuſsio. præſtanda, in extrauag. fororum fol. 58. Secundò, nam, vt
6 inquit Sfor.Odd. quæſt. 72. num. 6.in fin.& nu.7.poteſt minor, contra quem ſententia lata eſt, petere, ſe reſtitui in integrum aduerſus dictam ſententiam, ad hoc vt ex eiſdem actis iudicetur ſecundum iuſtitiam, ac ſi prima ſententia nunquam lata fuiſſet, vt dicit Natta in d.conſ.225. num. 51. poſt Bar. in d.l.1.C.ſi adu.rem iud.ex quo habes, quomodo hoc caſu etiam reſtitutionis remedium ſit plenius, quàm remedium appellationis, & conſequenter datur reſtitutio, etiã ſi competat appellatio, nam ſi pronuntietur ſuper appellatione, bene fuiſſe appellatum, & malè iudicatum, nihilominus remanet prima ſententia, ita vt qualibet pars dicatur habere vnam ſententiam pro ſe: ergo bene poſſunt concurrere hæc duo remedia, ſupplicationis, & in integrum reſtitutionis, & vnum non impedit aliud.

7 Sed contrarium fuit deciſum: non enim licet, vtrunque remediũ ſimpliciter implorare, ſed alternatiuè, videlicet, appello, & ſi appellare non licet, reſtitutionem in integrum peto, & in his terminis loquitur tex. in d.cap.conſtitutus de in integ.reſtit. vt pluribus relatis, probat Sfor.Odd.de in integ. reſtit.quæſt, 17.art.16. num. 117.in
8 fin. pag. 173. vel ſi forſan ſupplicauit, vel appellauit, omiſſa proſecutione appellationis, vel ſupplicationis, petere reſtitutionem, ita dicit Bal.in l.3. in fi. C. de appel. & ſequuntur plures, Salic.in l. appellatione, C. de appell. refert, & ſequitur Guid.Pap.ſing.995.verſ. ſi pendente, & notauit prius gloſ. in l.1.& pen.C.ſi adu. rem iud. vt refert, & ipſe etiam ſequitur antiquus Doctor Alber. Galeot. in ſua Margarita cap.26.nu.23. Anchar. in cap. cum ex litteris, nu.5. de reſt. in integ. & Spec.de reſt.in int.§.qualiter, num.8. vbi hoc dicit Specul.non autem in d.§.qualiter ſub titu. de app. vt allegabat Bal.Odd. ſuperiores allegans, de reſtit.quæſt.17.num.89. & ita intelligendum eſt, quod ipſe dicit
9 quæſt. 12. num. 16. Itaque poteſt petere reſtitutionem in integrum aduerſus ſupplicationem interpoſitam à Regia ſententia, quia non elegit remediũ ſibi vtilius, & ſucceſsiuè reſtitutionem in integrum poſtulauit aduerſus eandem Re-
10 giam ſententiam, & ita verum eſt dicere, quòd hæc duo remedia, ſupplicationis, & in integrum reſtitutionis, competunt electiue: non

autem

autē cumulatiuè, ideſt, quod poſsit actor proponere, quod voluerit, nō autē quòd vtrunq; ſimul cumu lari poſsit, ita Sfor. Odd. de reſtit. in int. q. 17. n. 38. pag. 165. qui alle gat Zaz. lib. 1. ſingu. reſpon. c. 20. à nu. 13. vſq; ad finē, & idē Odd. nu. 117. verſ. in contrariū, Sola ad cō ſtit. nou. Siſmon. tit. de mod. & for. ſupplicādi á ſentētijs Senatus, gl. 2. n. 34. pag. mihi 637. quia, inquit,
11 vbi nulla eſt cōſtituta differētia in ter appellationē, & ſupplicationē, à pari procedūt, gloſ. Bal. & Ang. in l. 1. C. de ſent. præfe. pręto. Rol. cōſ. 94. n. 23. & 24. vol. 1. Ergo ſi cut appellatio excludit reſtitu. in integ. ita ſupplicatio, & ratio eſt, quia vbi adeſt remediū ordinariū,
12 ceſſat extraordinariū, l. in cauſæ la 2. ff. de min. & iuxta hāc opinionē fuiſſe iudicatum in Regio Senatu Cathaloniæ, teſtatur Font. de pact. nup. clauſ. 4. gloſ. 18. 1. par. n. 104. fol. 265. vbi refert varias dicti Senatus deciſiones. Et ita fuit declara tū cū infraſcripta ſentētia, his ver-
13 bis: *Attēto etiam, quòd licet aduerſus Regiā ſententiā poſsit remediū in integrū reſtitutionis, tanquā pinguius, implorari: hoc tamē locū nō habet, quādo quis vſus fuit remedio ordinario ſuppli cationis, electo enim remedio ordinario ſupplicādi à dicta regia ſentētia, ceſſat extraordinariū reſtitutionis in integrū.* Et ita fuit pronūtiatū, me referēte, ſententia lata in fauorē dicti Pauli Pedro, cōtra dictūD. Ioanē Vallter ra ſeniorē, publicata per Frāciſcū Paulū Alreus, die 3. Septēbris 1615.

DECISIO CLXVII.

QVANVIS VENDITIO curiæ non auferat ius, quod habet dominus cenſualis, ſiue cre ditor redditualis in re ſpecialiter annuo reddituí hypothecata, tamen ſi dictus dominus cen ſualis dictam venditionem curiæ ratam habuit, partem pretij percipiendo, non poteſt execu tionem inſtare contra detinentem dictam rem ſpecialiter hypothecatam.

1 *Facti ſpecies.*
2 *Cēſualis ſpecialis hypothe ca ſuper domo, vel alia re immobili, non ſolū cōſtituit ius pignoris, ſed etiam reale, quod afficit, & ſequitur quencunque rei poſſeſſorem, etiā ſingularē, qui cogitur agno ſcere, & ſoluere cēſum: limita n. 11.*
3 *Hypothecaria directa pro annuo reddita agi poteſt, contra ſingularem rei poſſeſſorem, nulla facta excuſsione.*
4 *Venditio curiæ non tollit ius domini cenſualis, & ita fuit deciſum cū regia ſentētia: limita nu. 12. & 14.*
5 *Cautio praſtita per creditorem, extrahentem pecuniam à tabula curiæ, facit pecuniam extare.*
6 *Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.*
7 *Remittens ius, quod habet ad rem, non impeditur, quin poſſit agere ad pretium.*
8 *Creditor, qui reperitur præſens alienationi pignoris, non videtur pi-*

R gnus

gnus remittere.

9 *Pignoris ius cenſetur remittere creditor,ratam habens illius venditionem, vbi regia ſententia Senatus Valen. & num. 14.*

10 *Creditor redditualis, qui ſe immiſcuit,& oppoſuit executioni,in qua per curiam fuit vendita res, pro ſuo cẽſuali ſpecialiter hypothecata,nõ poteſt poſtea, via executiua, moleſtare poſſeſſorem rei venditæ,licet ſpecialiter obligatæ, quia ius ſpecialis hypothecæ,& pignoris amiſſit.*

11 *Dominus cenſualis, ſi concurrat in executione,in qua fuit vẽdita res ſpecialiter ei obligata, non poteſt executionẽ inſtare cõtra detentorẽ rei ſpecialiter obligatæ, per curiã venditæ, & ita fuit deciſũ cũ regijs ſẽtẽtijs.*

12 *Graduationi locus nõ eſt,ſed cõcurſui,pro ſolido,& libra,iuxta ſtylum Valentiæ, quãdo non eſt facta diſcuſſio in bonis debitoris,& concurrunt creditores, etiam reſpectu proprietatũ cenſualiũ,ſpecialiter impoſitorũ ſuper rebus per curiã venditis, & ita fuit deciſũ cũ Regia ſẽtẽtia.*

13 *Ius reale extinguitur, quãdo dominus rei eſt præſens, & vidẽs, rẽ ſuã alienari,non cõtradicit,iuxta foros.*

14 *Specialis hypotheca, ſeu obligatio cẽſualis eſt ſublata,eo ipſo, quòd res immobilis, ſpecialiter hypothecata, fuit redacta in pretium, cum conſenſu domini cenſualis.*

15 *Cenſuali,ſiue annuo reddituí,bona ſpecialiter obligata, ſeu hypothecata, tempore obligationis debent eſſe propria debitoris hypothecantis.*

16 *Remittere cenſetur creditor ius pignoris, quando conſenſit alienationi pignoris factæ per debitorem.*

Iacobus Magi ſartor, detentor domus ſpecialiter hypothecatæ,executiuè fuit cõuentus per Antoniũ Borrial, aliàs Real,dominũ dicti cẽſualis, ſuper ea impoſiti, pro pẽſionibus illius, & cũ tri-
1 bus ſentẽtijs cõformibus fuit declararũ, mandatũ executiuũ deducendũ fore ad realẽ facti executionẽ, cõtra dictũ Magi, vti dictæ domus detentorẽ:interim tamẽ ſẽtẽtia fuit adiectũ, quòd de meliorationibus factis per eundẽ Magi,quarũ virtute retẽtionẽ ſibi cõpetere dicebat, debita ratio haberetur, & dũ ageremus de liquidatione dictarũ meliorationũ, & iure retentionis, dictus Magi allegauit, quòd cũ ipſe eſſet creditor Frãciſci Hieronymi Metaller, ex cauſa mercedis, ſibi debitæ,pro veſtibus ei factis, dictã domũ,præcedẽte legitima ſubhaſtatione, per curiã emit in ſolutũ ſui crediti, eiuſq; pretiũ ita depoſuit, quòd penes ſe retinuit ſortẽ, ſiue proprietatẽ cuiuſdã cẽſus antiquioris D.Ioſephi Iulià,ſuper ea dẽ domo ſpecialiter impoſiti,&pẽſiones ex eo debitas,tãquã onꝰ reale ipſius domꝰ, & quãtitatẽ ſibi debitã retinuit, in ſolutũ ſui crediti, præſtita cautione de reſtituẽdo pecuniã,vbi apparerent alij creditores, in iure potiores, reliquã verò quantitatẽ, ad cõplementum pretij dictæ domus,dictus Magi penes tabularium curiæ realiter,& omni cũ effectu depoſuit in pecunia numera-

merata, & ſucceſsiue miſſus fuit in poſſeſsionẽ dictæ domus: & dictus Borrial, in ſolutũ partis penſionũ ſui cẽſualis accepit, ſiue abſtraxit à poſſe tabularij viginti libras, tres ſolidos, & ſeptẽ denarios, reſtãtes ex pretio dictæ domus, venditæ ad inſtantiã dicti Magi, & ita dictus Borrial ſupra dictã curiæ venditionẽ ratã habuit, l. liberis, §. 1. ff. de libera. cau. Dubitatũ igitur fuit: an, nõ obſtãte dicta abſtractione pretij, ſiue leuamento poſſet, ad inſtantiam dicti Borrial, procedi ad vlteriora in executione, ad diſtractionẽ dictæ domus, vt ex pretio ei fieret ſolutio reliquę quãtitatis, ei debitæ, de pẽtionibus ſui cenſualis.

Et pro parte dicti Borrial, creditoris redditualis, ſiue cẽſualis, fa-
2 ciebat. Primò: nã per dictã primam curiæ venditionẽ non fuit ſublatũ onus dicti cenſualis, per eius enim impoſitionẽ ſuper domo, nõ tã hypotheca in ea inducitur, quam ius quoddã, & onus reale ſuper ea cõſtituitur, quod rem ipſam ſequitur in quẽcunq; poſſeſſorẽ tranſeat, vt in ſimili onus tributi, rẽ tributariã, quocunq; ierit, ſequitur l. 1. C. de alluuio. l. 2. C. ſine cenſu vel reliquis, ibi: *Cũ neceſſe ſit, eũ, qui cõparauit, cenſum rei cõparatæ agneſcere, nec liceat cuiquã rẽ, ſiue cẽsũ cõparare, vel vẽdere*, l. fi. C. eod. l. cũ poſſeſſor, §. fin. de cẽſib. & ita prædia ipſa debere, & cõueniri dicũtur, l. Imperatores, ff. de publi. vnde dicebat Couar. lib. 3. var. c. 7. n. 6. verſ. cum videatur per cenſus impoſitionẽ ſuper fundo, videri ius quoddam ſuper ipſo fundo conſtitui, tanquam onus ipſius fundi, quod trãſeat in quẽcunq; poſſeſſorẽ, & ideo quilibet, etiam ſingularis poſſeſſor, qui fundũ poſsideat, cogẽdus erit hũc redditũ ſoluere, ac denuo, præmiſſa obligatione, emptorẽ ipſum recognoſcere, vt dominum illius iuris, percipiẽdi annuũ redditũ ex ea re, ſicut in ſpecie annotarũt Guid. Pap. q. 52. & 576. & Caſſane. in cõſu. Burgun. rub. 11. §. 6. in prin. n. 2. & in verſ. Aduerte, n. 16. qui, & ſi hãc opinionẽ, potius ad cõſuetudinẽ Galliæ, quã ad ius cõmune referãt, præmittunt tamẽ idẽ eſſe, vbi annui redditus cõſtituũtur ſuper aliquo fundo, tanquã ius reale, & ſeruitutis, adhęrẽtis eidẽ fundo, quemadmodũ & apud Hiſpanos paſsim cõſtitui ſolet, vt poſt Valaſ. de iur emph. q. 32. n. 14. tradit Rodrig. de ann. reddit. lib. 2. q. 9. n. 52. Redoan. de reb. Eccle. nõ alienan. rub. 16. n. 66. Gamma deciſ. Luſit. 145. Greg. Lopez in l. 14. tit. 13. par. 5. gloſ. *primeramẽte*, verſ. ſexto limita, & Azeued. ad l. 1. tit. 5. lib.
3 5. recop. dicẽtes, ſæpius vidiſſe iudicatũ, ꝙ pro redditu agi poſsit hypothecaria, ſine præuia excuſ-
4 ſione, idẽ tenuit Petr⁹ Surd. deciſ. 32. in fi. & conſ. 162. n. 10. lib. 2. & ita per curiæ vẽditionẽ nõ eſt ſublatũ ius domini cẽſualis for. 11. de euictio. ibi: *E no ſia entes en aquells, ꝗ en la dita coſa han dret de poſſeſſio ó propietat, axi com es ſeñor emphiteota, &c*. Per quæ verba cenſetur ex

R 2 ceptum

ceptũ ius emphyteuticũ, quod ha
bet dominus cẽſualis in præſenti
Regno, tanquã dominus directus
rei, ſuper qua cẽſuale eſt ſpeciali-
ter impoſitũ, iuxta clauſulas, quę in
inſtrumẽto cẽſus in pręſenti Reg-
no adijciũtur, dũ dicit: *Vẽdo tibi tot*
ſolidos cẽſuales ſine laudimio, & fati-
ca, verũ cũ toto alio pleno iure emphy-
teotico, & ob hãc cauſam per curiæ
venditionẽ non tollitur ius credi-
toris cẽſualis, & ita fuit iudicatum
regia ſẽtẽtia publicata per Alreus
die 4. Aprilis 1587. in fauorẽ admi
niſtratorũ Thomæ Garcia, & ſen-
tẽtia publicata per Dõ Ioannẽ Da
ça die 22. Martij 1603. in fauorem
Beatricis Gomez & de Iordi vi-
duæ, cõtra Iolantẽ Molins: cũ igi-
tur per curiæ vẽditionem factã ad
inſtantiã dicti Magi, quã ratam ha
buit dictus Borrial, nõ ſit ſublatũ
ius cẽſualis eiuſdẽ Borrial, adhuc
poterit, executionẽ inſtare contra
dictũ Magi, tanquã detẽtorẽ dictę
domus, ſpecialiter obligatæ, ſiue
hypothecatæ in dicto ſuo cẽſuali.

Secũdò, nã etiã ſi hypotheca ſit
ſublata in re, per curiã vẽdita, rema
net tamẽ in pretio, quod ſuccedit
loco rei for. 9. de euict. ibi: *Qui hau*
ra cõprada aq̃lla coſa, ſia per toſtẽps ſe-
gur de aq̃lla coſa, & inſerius, ibi: *Lo*
crehedor empero, quel preu daq̃lla coſa
reebra, prometa à la cort ab publica car
ta, en la qual oblich tots los ſeus bẽs, q̃ ſi
alcun crehedor primer q̃ll aparra, q̃ ha-
gues dret en aq̃lla coſa, de q̃ ell haura
haut lauer, que ell reſpone à ell en dret
daq̃ll auer, & gloſ. marginalis in d.
for. 9. bene notat, quod curia eſt fi-
deiuſſor ſaluitatis iuxta forũ, *los ha*
bitadors, 12. de dilatio. ibi, *è la cort*
ſie fermança de ſaluetat: Cum igitur
pretiũ dictæ domus ſpecialiter hy
pothecatæ ſit penes dictum Magi,
qui illud penes ſe retinuit in ſolu-
tũ ſui crediti chirographarij mer-
cedis veſtiũ, merito poteſt tãquã de
tentor dicti pretij cõueniri per di
5 ctũ Borrial, dominũ cẽſualis credi
torẽ hypothecarium: cautio enim
præſtita per dictũ Magi facit pecu
niã extare, Vincen. de Frãch. deciſ.
75. n. 9. 1. par. & deciſ. 200. n. 4. Dõ
Garcia Maſtril. in addit. ad Petr.
Greg. de cenſ. q. 5. n. 137. qui ad id
allegat l. procuratoris, §. fin. ff. de
tributo. & regulariter pretium rei
hypothecatæ non venit in actione
hypothecaria, l. 1. ff. de diſtractio.
pign. & probat Surd. deciſ. 306. n.
4. Nihilominus tamẽ etiã in iudi-
cijs particularibus pretiũ ſuccedit
loco rei, quando id fuit à partibus
cõuentũ, l. res quæ, vbi gloſ. & Do
ctores, ff. de iur. dot. gloſ. in l. ſed
& ſi lege, §. 1. ff. de petitio hæred.
gloſ. in l. Imperator, §. fi. ff. de leg.
2. tex. in l. at ſi quis, §. ſed interdũ,
ff. de Religioſ. & ſumpt. funer. Ti-
raq. de retract. cõſanguinitatis, §.
32. gloſ. vn. n. 23. & 25. in fi. Moli.
de Hiſpan. primog. lib. 4. c. 4. n. 28.
& 32. quibus in locis dicunt, id
fieri poſſe etiã tacite, ſcilicet, quan
do mens partium colligitur ex cõ
iecturis quod ptetium ſuccederet
loco rei, & ſupradictis omnibus re
latis, ita tenet Surd. d. deciſ. 306. n.
12.

12.& ibidem nu.4.ad fin.dicit Senatum declaraſſe Federicũ Irmam creditorẽ hypothecariũ, præferendũ eſſe Florauantio creditori chirografario,qui bona fecerat ſeque
6 ſtrari,in pecunijs, quæ ſucceſſerũt in locũ rerum ſequeſtratarũ, quia ſubrogatũ ſapit naturã eius,in cuius locũ ſubrogatur, & ita conclu dit Surd.nu.5.dictum Irmam creditorem habere in pecunia hypothecã, quæ cõpetebat in bonis, in quorũ locũ ſucceſsit pecunia: ergo, ſicut cõpetebat dicto Borrial via executiua cõtra dictũ Magi detinentẽ domũ ſpecialiter hypothecatã in ſuo cẽſuali, caſu quo in domo ſit ſublata hypotheca, cũ illa remaneat in pretio, cõpetet etiam
7 via executiua cõtra dictũ Magi dictũ pretiũ penes ſe habentẽ,& remittẽs ius ad rẽ poteſt petere pretiũ.l.ſi fundũ per fideicõmiſſũ 92. alias 94.ff.de leg.1.ibi: *Si fundũ per fideicommiſſũ relictũ vnus ex hæredibus (excuſſo pretio ſecundũ reditũ eius fundi) mercatus ſit propter æs alienũ hæreditarium, præſente, & aſsignante eo, cui fideicõmiſſum debebatur placet, non fundũ, ſed pretium eius reſtitui debere.*

Tertiò, nã dictus Borrial creditor nõ videtur conſenſiſſe dictæ vẽditioni curiæ,factæ dicto Magi, quanuis de ea notitiã expreſsã habuerit,nec ius hypothecæ ſpecia-
8 lis cẽſualis remiſiſſe, quia,quando creditor fuit præſens alienationi pignorũ,nõ videtur pignus remittere,l.ſicut.8.§.nõ videtur,ff.quib. mod.pign.vel hyp.ſolui,cuius verba ſunt: *Nõ videtur autẽ conſenſiſſe creditor, ſi ſciẽte eo, debitor rẽ vendiderit: cũ ideo paſſus eſt venire quòd ſciebat vbiq; pignus ſibi durare*. Neguſan.de pigno.6.par. tertio mẽb.n. 28. & tom.6.tract.par.1. fol.247. Surd.deciſ.301.n.6.cũ ſeqq.Gratian.diſcept. forenſ. 1.par.c.38.n. 19.Cũ igitur iuxta dictũ for. 11.de euictio. per venditionẽ curiæ non tollatur ſpecialis hypotheca cẽſualiũ, & ſic cũ dictus Borrial ſciret, ius ſuũ durare,quanuis conſenſerit venditioni curiæ dictæ domus, partem pretij illius abſtrahendo à depoſito, non cenſetur remiſiſſe ius hypothecæ ſuæ ſpecialis.

9 Sed,his nõ obſtãtibus,fuit iudicatũ in Regio Senatu, dictũ Borrial non poſſe agere via executiua cõtra poſſeſſorẽ domus, quæ erat hypothecata ſuo cenſuali. Primò, quia creditor,qui cõſenſit vẽditioni pignoris,vel eã ratã habet; cenſetur ius pignoris remiſiſſe,l.ſi debitor 4.§.1.ff.quib.mod.pign. vel hypoth.ſolui.cuius verba ſunt: *Si in vẽditione pignoris conſenſerit creditor, vel vt debitor hãc rẽ permutet, vel donet, vel in dotẽ det: dicendũ erit, pignus liberari: niſi ſalua cauſa pignoris ſui cõſenſit, vel vẽditioni, vel cæteris*, & inferius,ibi: *Sed & ſi nõ conſenſerat pignus venundari, ſed ratã habuit venditionẽ: idẽ erit probãdum*: ſed dict' Borrial creditor reditualis ratã habuit dictã curiæ vẽditionẽ factã dicto Magi: ergo &c. ratihabitio autẽ probatur,ex quo dictã partẽ pretij accepit,l.liberis,§.1.ff.de liberal.

liberal.cauſ.l.ſi filius, 30.ff.de minor. & latè, multis relatis, probat Menoch. de recuper. poſ. remed. 15.nu.119. cum ſequenti, & 123. Maſcar.de probat.concluſ. 1256. nu. 37. & de iure noſtri Regni in for.4. de rebus non alienand. ibi: *Es entes,q̃ aq̃lls alienen aq̃lla coſa,majormẽt ſi pendrã part del preu de aq̃lla coſa alienada*, & ita dict⁹ Borrial cẽſetur expreſsè approbaſſe dictę curiæ vẽditionẽ: & certũ eſt, quòd ſi

10 dict⁹ Borrial ſe oppoſuiſſet,& partem feciſſet in cauſa executionis inſtatę per dictum Magi contra dictum Metaller,in qua dicta domus iudicialiter vendita fuit,nõ poſſet via executiua cõuenire poſſeſſorẽ dictæ domus,ſibi ſpecialiter hypothecatæ, ita Ant. Faber. in C. Fabriano, titu.32. de bon. auth.iud. poſsid.diffinit.4.num.7.pag. mihi 371.& diffinit.14.nu.3.vbi ait, deciſum fuiſſe in Senatu, in proprijs terminis creditoris redditualis habentis rẽ ſpecialiter hypothecatã, qòd ſi interuenerit in iudicio executiuo, in quo dicta res fuit diſtracta,nõ poſſe dictũ creditorẽ actionẽ hypothecariã intentare,pro ſatisfaciẽdo ſuo credito,tenet Seraphin.Oliuarius deciſ.1333.n.7.in 2.par.vbi ait,quò licèt regulariter creditor fundi cẽſualis agere poſſit, id tamẽ locũ nõ habet,vbi inſtãte dicto creditore,fundus cẽſualis fuit diſtractus, & hoc ipsũ apertę ſentit Gratian. diſcept. forenſ. c.37.à nu.34.præſertim, num.37. verbo arbitrariũ,vbi probat,quòd licet regulariter agi poſsit Saluiano interdicto cõtra eũ,qui præcedente ſubhaſtatione, & deliberatione facta ad inſtantiã creditorũ, habuit à iudice bona debitoris, hoc tamẽ intelligit, ſi dicti creditores hypothecarij nõ interuenerũt ſubhaſtationi, quaſi apertè dixerit,eos, qui interuenerũt, agere nõ poſſe,& in noſtro Valẽtiæ Re-

11 gno eſt expeditũ,quòd ſi dominus cẽſus,tanquã creditor cõcurrat in executione,in qua fuit vendita res ſpecialiter hypothecata , emptor curiæ nõ poteſt,tanquã deteror dictæ rei hypothecatæ, cõueniri,ita fuit declaratũ in fauorem Syndici Monaſterij Virginis Mariæ de Remedio Ordinis Sanctiſsimæ Trinitatis,cõſtructi extra mœnia ciuitatis Valẽtiæ,cõtra creditores Ioannis de la Sera ſententia publicata per D.Ioan.Daça,die 11.Decembris 1608.his verbis: *Et animaduerſo,quòd cẽſualia,quorũ vigore Ioãnes del Barco Suarez,Hieronyma Iordã,& de Ieja,ſeu illius procurator,& Martinus Petrus Teuſa, & Sperãcia Llopet, & de Carbó inſtituerunt memoratas executiones aduerſus eundem Ioannẽ de la Sera,& illius haredẽ ad effectũ illa luẽdi,& redimẽdi, & penſiones debitas exigẽdi, fuerũt ſpecialiter,atq;expreſsè impoſita ſuper memorato furno,& ita nõ eſt iuſtũ,nec rationi conforme , quòd emptor dicti furni, ratione dictæ ſpecialis obligationis, amplius ad inſtantiam ſupradictorum trium creditorum moleſtari, & executari poſsit ; nam cùm illi , non tan-*

tantùm inſtauerint venditionem dicti furni, & quòd emptor pretium illius deponeret, ſed, eo depoſito, partem eiuſdem pretij in ſolutum partis ſui crediti exigerunt. Propterea, ex veriori ſententia, diffiniendum eſt, ius prædicti ſpecialis pignoris illos amiſiſſe. Et idẽ fuit antea declaratũ, in cauſa graduationis creditorum Alguazirij Gamir, prouiſione recepta per Ludouicũ de Berbegal, regij mandati ſcribã, die 27. Nouembris 1599. inſtante Michaële Prats, Medicinę Doctore, curatorio nomine, his verbis: *Et quia tam dictus Michaël Prats Medicinæ Doctor, dicto curatorio nomine, quo in cauſa interuenerat, quàm etiam Frnciſcus Bamyeña, nominibus quibus in proceſſu, partẽ fecerunt in hac cauſa, in executione ante decretũ de Vendendo molendinũ, & terras, de quorũ pretij diſtributione agitur, concurrẽdo, & inſtando pro ſatisfactione ſuorũ reſpectiuè creditorũ, in illa hactenꝰ facta diſcuſsione legitima bonorũ principalis debitoris. Ideoq; iuxta com-*
12 *munẽ & receptũ ſtylũ, non eſt inter illos locus graduationi, ſed concurſui, pro ſolido, & libra, etiã reſpectu proprietatũ cenſualiũ, ſpecialiter impoſitorũ ſuper dictis rebus venditis, cùm eo ipſo, quòd ad ipſas actũ fuit, venditioni ſpecialis oblegationis cõſentiendo, & adhuc illã curando, & inſtando, non poſſit amplius in pretiũ, ſaltẽ ad effectum prælationis, quo ad alios creditores hypothecaria exerceri, ex huiuſmodi ſpeciali hypotheca: ſed omniũ creditorũ in hoc par ſit cõditio cõcurrẽdi in eo, in quo pariter laborauerunt. Quapropter, & alias deliberationem in Regio Conſilio factã inſequendo, prouidet, non procedere, nec locũ habere in hoc caſu ſupplicatã prælationẽ inter dictos creditores, nec ex anterioritate creditorũ, nec etiã ex priuilegio aſſerto ſpecialis obligationis, ſed omnes pariter eſſe admittendos, pro vt admitti mandat in diſtributione pretij dictorum bonorum venditorum, penes tabulã cambiorum exiſtentis, per ſolidum, & libram.*

13 Nec obſtant pro contraria parte adducta argumenta, & non primùm, quòd per curiæ venditionẽ non fuit ſublatum ius reale cenſus dicti Borrial, cùm per eius impoſitionem ſuper domo, non tam hypotheca in ea inducatur, quàm ius quoddam, & onus reale ſuper ea conſtituatur, quod rem ipſam ſequitur in quemcunque poſſeſſorẽ tranſeat. Nam reſpondeo, quòd omne ius, etiam reale, extinguitur cum conſenſu domini foro 34. in tit. de teſtam. ibi: *Mas en aquelles coſes que ſeran feytes dauant ell ab carta, ſis ven, os aliena la ſua coſa, è no la cõtradeix, que la perda, car la negligẽcia del hom, puix es de edat, que puſca fer ſon dan, no li deu valer, en cobrar aquella coſa, q̃ dauãt ell venuda ſera, ò alienada.* Et apertius probatur in noſtris terminis, in foro 11. in fin. de euictio. ibi: *Axi com es ſeñor emphiteota, laurador, partiari, vſufructuari, ò altres ſemblãts, als quals ay tal ſubhaſtacio, ò venda no puixa preiudicar: ſi dochs no eren preſents, è oints la dita crida, ſubhaſtacio, è venda.* Vnde cũ dictus Borrial ratã habuerit vendi-

tionem

ditionē, per perceptionē partis pretij depoſiti in curia, meritò dicendū eſt, non poſſe impugnare dictā venditionem.

14 Nec obſtat ſecundum, quòd, ſublata hypotheca in re, per dictā venditionem curiæ, remaneat in pretio, quod ſuccedit loco rei, d. for. 9. de euictio. quia, vt docet don Garcia Maſtril. in additio. ad Pet. Greg. de cenſib. quæſt. 5. num. 123. & 127. eo ipſo, quòd domus hypothecata fuit redacta in pretium, ſubiugatio, ſiue ſpecialis hypotheca cenſus, fuit extincta, cùm res deueniat ad eum caſum, à quo incipere nō poteſt, videlicet, quòd cenſus, ſeu pretium fuit redactum in pecunia, quæ eſt res mobilis, ſuper qua ſubiugatio non poteſt ſubſiſtere. Immo enim, ex quo nō dantur fructus, anno quolibet, ſuper quibus fieri poſsit annualis ſolutio de ſubiugatione ip ſa, conſequenter, dato, quòd res ſuccederet loco pretij, cùm vna res ſemel redacta in pretium, ſubiugatio fuit extincta, nec poteſt amplius reuiuiſcere, & quemadmodum ſuper pecunia, & pretio non ſubſiſtebat obligatio, ita nec ſuper redditibus ſeu prædijs, de pecunia emptis, cū ſint eiuſdem naturæ, cuius pecunia, de qua empti fuerunt, per ea, quæ tradit Crot. conſ. 76. num. 13. & conſ. 124. num. 12. Paſce. conſ.
15 19. num. 2. Item, quia bona specialiter obligata in cenſuali debent eſſe propria debitoris hypothecātis, extrauaganti 1. de emp. & vend. ibi: *Super bonis ſuis*, quæ extrauagans cōſtitutio Summi Pontificis inſerta eſt in corpore priuilegiorum Regni Valentiæ, in extrauag. cap. 16. Idem probatur in foro 58. de iur. emhyt. fol. 124. vbi, quòd res, quæ ſpecialiter hypothecatur in cenſuali, tempore obligationis, debet eſſe propria creditoris hypothecantis, vt probatur ibi: *O dira los bens que ell dete no eren de aquell, ò aquells quils obliga*, quod etiam diſpoſitum eſt in pragmatica cenſualis Regni Siciliæ, facta per eundē Regem Alfonſum (dicti fori conditorem) in illis verbis: *Super rebus, & proprietatibus ſuis:* licet emim dominus cenſus fuiſſet dominus dictæ domus, ſpecialiter obligatæ, non tamen poteſt dici, quòd eo tunc erat dominus pretij, exinde peruenti, l. qui vas 49. §. fin. ff. de furtis, ibi: *Cùm fur rem furtiuam vendidiſſet, eique nummos pretij dominus rei per vim extorſiſſet, fur tum eum nummorum feciſſe rectè reſponſum eſt. Idem etiam vi bonorum raptorū actione tenebitur: quod enim ex re furtiua redigitur, furtiuum non eſſe, nemini dubium eſt, nummus ergo hic, qui redactus eſt ex pretio rei furtiuæ, non eſt furtiuus*, l. quemadmodū, §. fin. ff. de noxalib. act. ita in terminis Roderic. Suarez allegat. 28. num. 14. in tantum, quòd reſpectu pretij ſemper defecit dominium tempore obligationis, ſiue ſubiugationis, & non poteſt dici, quòd pretium ſucceſſerit loco rei, in hoc iudicio particulari, ſcilicet, hypo-

hypothecæ: Item deficit qualitas ſtatuti, & ſubiugatio, cùm pretium rei ſubiugatæ non poteſt dici ſpecialiter hypothecatum, Caualcan. deciſ. 44. num. 130. Tiraq. de retract. ligna. gloſ. vnica, §. 32. num. 22.

Nec etiam obſtat, quòd dictus Borrial creditor non videtur conſenſiſſe dictæ venditioni curiæ, factæ dicto Iacobo Magi, quanuis de ea notitiā expreſſam habuerit, nec ius ſibi cōpetens ratione ſuæ ſpecialis hypothecæ remiſiſſe ex ſupradictis: quia quando creditor fuit præſens alienationi pignoris,
16 factæ per debitorem, & conſenſit, videtur remiſiſſe ius ſui pignoris, l. Paulus 12. ff. quib. mod. pig. vel hypot. ſoluit, ibi: *Paulus reſpondit, Sempronium antiquiorem creditorem conſentientem, cùm debitor eandem rem tertio creditori obligaret, ius ſuum pignoris remiſiſſe videri*, & notat Neguſ. de pigno. & hypot. memb. 3. ſextæ partis principalis, num. 12. vbi latè.

Et ita, ex ſupradictis, fuit declaratum in fauorem dicti Iacobi Magi ſartoris, cōtra Antonium Borrial, referente Doctore Blaſco, ſententia publicata per Alreus, die primo Iulij 1616.

DECISIO CLXVIII.

LITTERIS REQVISITORIJS iudex requiſitus ſententiam, etiam iniuſtam, iudicis requirentis exequi tenetur: nō tamen nullā, & de nullitate cognoſcere poteſt ad hunc effectum.

1 Factum.
2 *Sententia, licet iniuſta exequenda eſt per iudicem requiſitum, & num. 22.*
3 *Sententia in iudicatum tranſacta facit ius inter partes, etiamſi contra ius litigatoris lata ſit.*
4 *Requiſitus iudex non poteſt inquirere: an ſententia ſit iuſta, vel iniuſta, & num. 20.*
5 *Iudices tenentur vnus alteri præſtare auxilium, ſiue ſint ſæculares, ſiue Eccleſiaſtici, ſiue vnus ſæcularis, & alius Eccleſiaſticus.*
6 *Exequi non tenetur iudex requiſitus ſententiam nullam, & num. 21. & 23. nec ſententiam continentem notoriam iniquitatem, & intolerabilem errorem, num. 8.*
7 *Nullitas proueniens ex defectu iuriſdictionis impedit exequutionem.*
9 *Iudex executor requiſitus in iuris ſubſidium poteſt cognoſcere de exceptione nullitatis ſententiæ, vt eam non exequatur.*
10 *Iudex in cauſa propria nemo eſſe poteſt.*
11 *Magnates, & Barones non poſſunt cognoſcere in cauſa, quæ vertitur inter ipſos, & eorum ſubditos, nec alijs committere.*
12 *Iudex ſuſpectus poteſt cauſam delegare, non tamen ſibi ſubdito.*
13 *Vaſſallus Regis, non poteſt in iudicem non Regium abſque Regis*

 con-

conſenſu conſentire, vel eius iuriſdictionem prorogare.

14 *Dominus poteſt ſubditis ſuis prohibere, ne litigent coram alio iudice.*

15 *Vaſſallus, qui fidelitatem promiſit, non poteſt in alium iuriſdictionem prorogare, ſine domini licentia.*

16 *Magnates, ſiue Comites ſunt de iuriſdictione Regis, & eorum cauſæ euocantur ad Regiam Audientiã.*

17 *Exequi ſententiam iniuſtam iudex tenetur, non tamen ſi ſit nulla.*

18 *Iudex ſuperſedere debet in executione ſententiæ, quæ dicitur nulla, dummodo malitiosè nullitas nõ proponatur.*

19 *Iudex executor, vbi coram eo nullitatis exceptio fuit oppoſita contra ſententiam, cuius petitur executio in ſubſidium iuriſdictionis, ſi cognouerit, eſſe veram, non debet exequi; ſi verò falſam, poterit exequi.*

24 *Iudex par, licet principaliter non poſſit declarare ſuper nullitatibus ſententiæ lata per iudicem parem: poteſt tamen incidenter congnoſcere, ad effectum declarandi, an executio petita ſit per iudicem requiſitum concedenda, & ita fuit deciſum in Regia Audientia, num. 25.*

DECISIO CLXVIII.

1 PRocurator Marchionũ de Aſtorga, Don Petri Aluarez Oſſorio, & Domnæ Blãquæ Manrrique ab Aragonia, coniugum, præſentauit in Regia Audientia Valẽtina litteras requiſitorias Prætotis, ſiue Correctoris de Aſtorga, datas in ciuitate de Aſtorga, die 15. Nouembris 1615. directas Prorregij Valentino, petens, & ſupplicans, ad executionem deduci in eis contenta, contra Comitem de Aranda, Don Antoium Ximenez de Vrrea, dictæ Marchioniſſæ filium, nimirum, vt fieret executio in bonis dicti Comitis in Valentiæ Regno ſitis, in quantitate quadraginta mille ducatorum, in quibus dictus Comes fuit condemnatus, ſententia lata per dictum Prætorẽ de Aſtorga, virtute trãſactionis initæ inter curatores dicti Comitis ex vna, & dictã Marquioniſam parte ex altera, ratificatę per eundem Comitem maiorem quatuordecim annorum, adhibito iuramento, & ſimul fuit præſentata Regia epiſtola, vulgo appellata, *ſobrecarta*, expedita in S.S.R.A.C. die 7. Februarij 1612. cùm qua mandabatur dicto Prorregi, & Regiæ Audientiæ, vt ad debitam executionem deducerentur dictæ litteræ requiſitoriæ, adminiſtrando partibus breuiter iuſtitiæ complementum, ita vt nulla earum grauamen ſuſtineret, ſeruatis foris, & priuilegijs Regni, & alijs de iure ſeruandis. Dictus Comes de Aranda prætendebat, dictas litteras nõ eſſe executioni mandandas, tanquam expeditas virtute ſententiæ nulliter latæ: dubitatũ fuit, quid iuris?

Pro parte dictorum Marchionum prætendebatur, exequendas eſſe dictas litteras requiſitorias, ex eo,

eo, quòd licet ſententia eſſet iniuſta, nihilominus tamen exequenda eſt per iudicem requiſitũ, cap. Paſtoralis, §. quia verò de offic. delegat. ibi, *Et ſi ſciat ſententiam illam iniuſtam, exequi nihilominus tenetur*: cùm enim ſit tranſacta in rem iudicatam, ius ex ea ortũ fuit, cap. cùm inter in fine extra de ſenten-
3 tia, & re iud. ibi: *Quantum ad litigantes ipſos, ius ex ſententia factũ fuit, poſtquam in rem tranſijt iudicatam, etiam ſi contra ius litigatoris lata fuiſſet*, late Grati. diſcep. foren. par. 1.
4 cap. 146. num. 1. & 2. vbi, quòd iudex requiſitus non poteſt inquirere: an ſententia ſit iuſta, vel iniuſta, deciſ. Rotæ Romanæ 33. num. 2. in 2. par. nouiſsim. & late tradit
5 Cancer. lib. 2. variar. cap. 15. num. 2. dicens, teneri iudices alterum alteri præſtare auxilium, ſiue ſint ſæculares, ſiue Eccleſiaſtici, ſiue vnus ſæcularis, alter Eccleſiaſticus, vt probat tex. iuncta gloſ. in verbo, *publicum*, vbi Panorm. & alij in cap. 1 de offic. ordinar. tex. optimus vbi Ioannnes Andr. & Philip. Franc. in cap. dilecto de ſententia ex com. in 6. & in l. a Diuo Pio, §. ſententiã, ff. de re iudicata, ibi: *Sententiam Romæ dictam, etiã in prouincijs, poſſe Præſides, ſi hoc iuſsi fuerint, ad finem proſequi, Imperator noſter cum patre ſuo reſcripſit.*

Sed his non obſtantibus, fuit deciſum in Sacra Regia Audien-
6 tia Valentina, dictas litteras requiſitorias non eſſe exequendas, ex eo quòd conſtabat de nullitate ſententiæ, cuius executio petebatur, ex defectu iuriſdictionis Prætoris de Aſtorga, qui eã protulit, cùm nullam haberet iuriſdictionem in di-
7 cto Comite de Aranda: nullitas enim proueniens ex defectu iuriſdictionis impedit executionem, etiam ſi lex dicat, executionem eſſe faciendam, non obſtante exceptione nullitatis, ſecũdum gloſſam fin. in Clemen. 1. de ſequeſtr. poſ. & fruct. pro qua eſt tex. quem ibi notat Bal. in l. ſcire oportet, §. ſiue de excuſatione tuto. & in puncto, ſiue in proprijs terminis ita dicit Rippa in l. 4. §. cõdemnatũ, nu. 13.
8 ff. de re iudicata, non tenetur etiã exequi ſententiam, quoties notoriam iniquitatem, aut intollerabilem errorem habet, vt poſt Inno. & alios, quos allegat, probat Couar. var. reſol. lib. 1. cap. 1. num. 10.
9 & quòd iudex exequutor requiſitus, in iuris ſubſidium, poſſit cognoſcere de exceptione nullitatis ſententiæ, vt eam non exequatur: ſi viderit, ſententiam eſſe nullam, tenuit Bartol. in l. a Diuo Pio in principio num. 9. ff. de re iudicata, refert, & ſequitur alios citans, Menoch. de arbitr. lib. 1. quæſt. 38. num. 6. & nu. 19. qui ait, poſſe ſuper nullitatibus declarare, quando exequutor haberet maiorẽ poteſtatem, & iuriſdictionẽ ea, quã habet iudex, qui ſententiam tullit, & in caſu noſtro aderat nullitas ex defectu iuriſdictionis in Præto-
10 re Aſtorgæ: nam ſicut nemo poteſt eſſe iudex in cauſa propria, l. vnica,

vnica,C.nequis in ſua cauſa iudicet,ibi:*Generali lege decernimus, neminem ſibi eſſe iudicem,vel ius ſibi dicere debere:in re enim propria iniquum admodum eſt, alicui licentiam tribuere*
11 *ſententiæ*,ita Magnates,vel Barones non poſſunt cognoſcere de cauſa, quæ vertitur inter ipſos,& eorum ſubditos,nec alijs committere,ita Aloyſius Leo in dicta l.vnica, nu. 2. Bart. in l. qui iuriſdictioni in 2. lect.num.2.ff.de iuriſdict.& nullis relatis, probat Cancer. lib.3.var. cap.13. de iuribus caſtrorum, nu. 188. 189. 190. vbi ait, quòd licet
12 iudex ſuſpectus poſsit cauſam delegare, & delegatus non erit ſuſpectus,vt ait Amatis deciſ.14.nu.12. tamen hoc non procedit, ſi iudex delegatus ſit ſubditus delegantis, & hoc ait placere Senatui Cataloniæ:Dictus autem Prætor Aſtorgæ erat ſubditus Marchioni. Ex alio etiam non poterat habere iuriſdictionem dictus Prætor, quia cùm Comes eſſet vaſſallus Regis,
13 non poterat in iudicem non regium,abſque Regis conſenſu,cõſentire, ita Valentinus noſter Belluga in ſpecu. Princip. rub. 15. num. 5. vaſſali enim Regis in tantum ſunt Principi adſtricti, & homines, & vaſſalli ſui, quod citra conſenſum ſuum non poſsint in alium iudicem non ſuum iuriſdictioně prorogare,vt per gloſ. cõmuniter allegatam in cap. imperialem,§. propterea de prohi. feu. alien.per Federicum, quanuis dicta gloſ. referat duas opiniones, quarum prima tribuitur gloſſatori,ex ſenten.Bart.in l. 1. §. & poſt operis,ff.de noui operis nunt.Dicens,idem dico ergo hodie,de iure noſtro, ſi eſt aliquis de aliquo Comitatu,vel Regno,vt ſit ibi Comes, vel Rex perpetuus, iſtorum ſubditi non poterunt litigare coram alio extraneo, ſine eius conſenſu: vnde dominus poteſt ſub-
14 ditis ſuis inhibere, vel prohibere, ne litigent coram alio iudice, vt tenet Tepat. tom. 1. varia. titu.de iurſdict.verſ.vaſſalli,fol.161. col. 2. vaſſalli enim, *ligij*, appellantur, quaſi ligati domino, & nulli alij, ſecundum ſpeculato. Aluar. Val. Afflict. quos recenſet, & ſequitur Roland. à Valle con. 44. num. 3. vol.2.hanc eandem opinionem tenet idem Belluga rub.41.§. leges Regni,num.59. vbi dicit de iure,
15 vel ratione,nullum vaſſallum, qui fidelitatem promiſsit poſſe ſe obligare,neque in aliquem iuriſdictionem prorogare,ſine domini licentia gloſ.aurea ſic à Doctoribus intellecta in feudis de prohib. feud. alien.per Feder.§. præterea, Vincen.de Franch.deciſ. 417.num.2. Guid.Papa deciſ.309. per totam, & probatur in clemen. Paſtoralis prope finem de ſent. & re iud.

Maximè hoc procedit in noſtro caſu,cùm ſententia fuerit lata per Prætorě Marchionis de Aſtorga, contra dictum Comitem de
16 Aranda:Comites enim, & Magnates ſunt de foro, & iuriſdictione Regis,& ita eorũ cauſæ euocantur ad

ad Regiam Audientiã, vt ait Don Ludouicus Peguera in praxi, rub. 4. de euocatione cauſarum ad Regiam Audientiam, nu. 19. fol. 174. & ante eum Mieres in conſt. volens, nu. 17. in curijs Reginæ Mariæ, col. 10. fol. 4, & hæc eſt vna ex prærogatiuis, quas ponit Calliſius in Margarita fiſci, dub. 8. prærogatiua 64. fol. 117. qua habetur, quòd propter potentiam litigantium Dominus Rex euocat cauſam ad ſuum conſiſtoriũ Michaël Ferrer in 1. par. obſeruantiar. Regiæ Audientiæ Cathaloniæ cap. 29. & malè poterat Prætor Aſtorgæ iuſtitiam facere contra Marchionem Aſtorgæ, ſuum dominũ, & ob hanc cauſam, inquit Peguera vbi ſupra, poſſe Magnatum, veluti Ducum, & Comitum cauſas, euocari ad Regiam Audientiam, eo quia Officiales ordinarij contra eos non ſunt potentes, & ita meritò, cùm ſententia dicti Prætoris eſſet nulla, ex defectu iuriſdictionis, non erat exequenda.

Nec obſtant in cõtrarium adducta: quanuis enim ſententia iniuſta ſit per iudicem requiſitũ exe-
17 quenda. ex dicto cap. Paſtoralis, §. quia vero de officio de leg. non tamen exequi debet, ſi eſt nulla, vt gloſ. ibi affirmat, vbi, declarando illa verba tex. *Et ſi ſciat ſententiam illam iniuſtam, exequi nihilominus tenetur*, inquit gloſ. *Secus, ſi ſciat illã nullam, vt ſi eſſet lata auctoritate falſarum litterarum*, cap. ſuper eo extra de crimine falſi, cuius verba hæc ſunt: *Super eo, quod ſententiam auctoritate litterarum falſarum latam noluiſti exequutioni mandare, tuam prudentiam commendamus: mandantes, vt quoties aliqua ſcriptura, ſub nomine noſtro deſtinata, redarguenda videris falſitatis, nullam eis adhibeas fidem, & quod per ipſam mandatum fuerit, non obſerues ſed eum, qui præſentauerit, retineri facias diligẽter*, & hoc
18 caſu iudex ſupercedere debet in executione, dummodo malitioſè, vel calumnioſè non proponãtur, & tunc referat negotium ſuperiori, cap. de cætero de re iud. Rota Rom: deciſ. 85. num. 1. & 2. in 1. parte nouiſsim. vbi dicit ſtylum Rotæ eſſe iuri conformem, vt quis non exequatur, quod eſt nullum, vel iniuſtum notorie, & ex eiſdem actis iudici apparet, Innoc. & alij in cap. 1. per Anc. con. 211. ante fin. Calderin. conſ. 8. in fine de re iudicata, in cap. ex parte el 2. num. 5. ver. quinto fallit circa medium de off. deleg. poſt Franc. in cap. dilectis, quæſt. 12. & 54. de appel. Ruinus conſil. 196. num. 13. in principio, & conſ. 36. nu. 4. cum ſequent. & conſ. 138. nu. 23. in fin. omnes in l. 4. §. cõdemnatũ, ff. de re iudic. à quo etiã merus executor debet abſtinere, Inno. in cap. Paſtoralis, num. 7. in fin. de offi. deleg. Luc. de Pen. in l. 1. quæſt. 2. verſ. quinimo ſæcularis, C. de priuil. ſchola. lib. 12. Alexand. conſ. 130. num. 3. & ibi addit. lib. 4. & Mi-ſingerius ſing. obſeru. centuria 3. obſer. 69. incipiẽti, inſignis, dicit, in

19 in Camera Imperiali fuiſſe reſolutum, quòd ſi exceptio nullitatis fuerit oppoſita cõtra ſententiam, cuius petitur executio, in ſubſidiũ iuriſdictionis, iudex executor, ſi cognouerit eſſe veram, non debet exequi; ſi verò reperierit eſſe falſam, poterit exequi ſententiã primi iudicis, & Guido Pap. quæſt.
20 584. incipienti: An iudex, bene probat, iuxta iura ibi allegata, quòd licet iudex, qui ſententiam exequitur; non poſsit cognoſcere: an, qui eam protulit, iuſtè, vel iniuſte eam tulerit, habendo reſpectum ad ius litigatoris, ad propoſita, & probata coram iudice requirente; ſed de nullitate ſenten-
21 tiæ bene poterit cognoſcere, parte vocata, & iudicare: an ſententia ſit exequenda, vel non, & ita dicit ſeruari in illa curia Parlamenti, & Grati. diſcep. foren. 1. par. quæſt.
22 146. poſtquam num. 1. & 2. poſuit regulam, iudicem requiſitum in iuris ſubſidium teneri exequi ſentẽtiam, etiam iniuſtam, limitat. num. 3. vbi ſententia eſt nulla, te-
23 nuit etiam Menoch. de arbitr. lib. 1. quæſt. 58. num. 11. & Rebuffus 1. tom. ad leg. reg. tit. de ſent. execut. art. 7. gloſ. 12. nu. 19. poſt medium, Gaſpar Theſau. (poſt hæc ſcripta viſus) quæſt. foren. lib. 3. quęſt. 2. n. 4. & 5. vbi dicit, ita fuiſſe deciſum in Senatu, denegando requiſitam executionem, & licet
24 iudex par principaliter non poſsit declarare ſuper nullitatibus ſententiæ iudicis paris, tamen incidenter, ad effectum declarandi: an executio petita ſit per iudicem requiſitum concedenda, bene poteſt de nullitatibus cognoſcere, & declarare: an ſit concedenda execu-
25 tio. Vnde in caſu noſtro, cùm ſententia fuiſſet viſa nulla, tum ex ſupradictis, tum ex his, quæ dicam in ſequenti deciſione fuit declaratum, dictam ſententiam Prætoris de Aſtorga, in litteris requiſitorijs memoratam, non eſſe exequendam, & ita fuit pronuntiatum, referẽte Doctore Hieronymo Blaſco, ſententia lata in fauorem Comitis de Aranda, contra Marchionem de Aſtorga, publicata per Franciſcum Paulum Alreus, die 16. Aprilis 1613.

DECISIO CLXIX.

DECRETVM A PRÆtore conceſſum ad compromittendum, non extenditur ad trãſigendum.

Ratificatio vt valeat, requiritur in ratificante ſcientia in ſpecie, clara, nitida, ſatis diſtinctè, & concludenter probata, quod procedit etiam ſi ratificatio ſit iurata.

1 F*Actum, & dubia huius deciſionis.*

2 *Compromiſſum eſt quædam trãſactio, ipſumque compromiſſum, & tranſactio æquiparari ſolent.*

3 *Compromiſſum multum differt à tran-*

tranſactione, & rationes differentiæ redduntur.

4 *Compromittere non poteſt habens mandatum ad tranſigendum, neque è contra.*

5 *Arbitramentũ non eſt propriè tranſactio, ſed largo modo.*

6 *Decretum iudicis vbi non interuenit ad tranſigendum, tranſactio facta per curatores non valet.*

7 *Decretum conceſſum ad compromittendum non extenditur ad tranſigendum.*

8 *Plus cui licet, vtique, & quod eſt minus.*

9 *L. ſi pupillorum, §. ſi prætor, ff. de rebus eorum declaratur, & illius diſpoſitionis ratio redditur.*

10 *Decretum eſt ſtricti iuris, nec extenditur ad ſimilia, vel maiora.*

11 *Decretum requirit cauſæ cognitionem, & ita non venit in eo id, ſuper quo illa non præceſsit.*

12 *Ratificatio debet fieri à certo, & de omnibus inſtructo, non ab ignorante.*

13 *Ratificationis in materia requiritur ſcientia in ſpecie, clara, nitida, ſatis diſtinctè, & concludenter probata.*

14 *Sciẽtia minoris, facti maioris adeo requiritur ad ratificationem, vt debuerit legi inſtrumentum factum à tutore, nec præſumpta, vel tacita ſcientia ſufficeret.*

15 *Ratificatio requirit ſcientiam in ſpecie, claram, ſatis diſtinctè, & concludenter probatam, etiam ſi ſit iurata, & ita fuit iudicatum in Regia Audientia, num. 16.*

1 IN eadem cauſa, de qua in præcedenti deciſione fuit pro parte Comitis de Aranda oppoſita nullitas notoriæ iniuſtitiæ, & defectus iuris agendi, quia executio ſuper qua fuit lata ſententia Prætoris de Aſtorga, fuit inſtata virtute cuiuſdam tranſactionis initæ inter Marchiones de Aſtorga ex vna, & Dioniſium Tremps & Mõtañana tutorem, & curatorem dicti Comitis, nec non vt procuratorem Don Lupi de Vrrea, & Dõ Ludouici de Vrrea tutorum pariter, & curatorũ ipſius, parte ex altera: & dicti tutores abſque decreto tranſigere non potuerunt, & ita fuit nulla tranſactio, & executio virtute inſtrumenti illius inſtata. Pro parte Marchionũ fuit prætenſum, validam eſſe dictam tranſactionem, quia per dictos tutores obtentum fuit decretũ a tunc Regente officium Iuſtitiæ Aragonũ, die 7. Nouembris 1599. ad verificandas, liquidandas, & computandas rationes, & prætenſiones, quæ erant inter dictam Marchioniſam Domnam Blancam Manrrique ex vna, & dictum Comitem de Aranda, don Antonium Ximenez de Vrrea, eius filium parte ex altera, & etiam ad compromittendum, ſi opus eſſet, ſuper quibuſdã differentijs, quæſtionibus, & prætenſionibus, quæ exiſterent, & exiſtere poſſent inter partes prædictas. Allegatum etiam fuit pro parte Marchionum, dictũ Comitem dictam tranſactionem, factum iam pu-

puberem,ratã habuiſſe, & fuit exhibita dicta ratificatio, & ita dubitatum fuit de duobus.

Primum, an decretum conceſſum ad compromittendum, extendatur ad tranſigendum.

Secundum, an ratificatio facta cum iuramento per maiorem quatuordecim annis, qui non habuit notitiam indiuiduam omniũ qualitatum, reddat validum actum factum per curatores.

1 In primo dubio videbatur, decretum conceſſum ad compromittendum, extendi etiam ad tranſigendum, nam vt inquit Molina de Hiſpanorum primogenijs, lib. 4. cap. 9. num. 1. compromiſſum eſt
2 quædam tranſactio, ipſumque cõpromiſſum, & tranſactio æquiparari ſolent tex. in authen. vt differentes iudices, §. 1. colla. 9. & ibi gloſ. in verbo, conuẽtum, & in authen. ſi vero contigerit, C. de iudi. & vtrobique per ſcrib. Alexan. conſ. 22. num. 4. lib. 1. & conſ. 119. nu. 3. lib. 2. & conſ. 40. num. 10. lib. 5. Iaſ. in l. fin. C. de iur. emphy. num. 122. Tiraquel. de legi. connubi, gloſ. 5. num. 202. & 205. Alciatus in l. cum te, num. 4. C. de tranſactio. Sed contrarium fuit deciſum, nam vt probat Iaſ. in l. tranſactionis à num. 4. & præſertim num. 6. C. de tranſactionibus, licet compromiſſum largo modo dicatur quædam tranſactio: & quia ſicut per tranſactionem, concordia partium receditur à lite, ita per com-
3 promiſſum; tamen multum differt compromiſſum à tranſactione, patet, quia tranſactio non valet, niſi aliquo dato vel retento, l. tranſactio, C. de tranſactio. ſed arbitrator poſſet in totum abſoluere reũ. Item ſi arbitrator enormiter lædit compromittentem vltra ſextã partem, poteſt peti reductio ad arbitrium boni viri, l. vnde ſi Neruæ, ff. pro ſoc. declarat Bart. in l. ſocietatem, §. arbitrorũ eo tit. ſecus eſt in tranſactione, & ita per has differentias declarat Bart. in l. quod ſi Epheſi, §. interdum, ff. de eo quod certo loc. & in l. furti, §. qui iuſſu ad fi. ff. de his qui notan. infam. & in d. §. arbitrorum in 1. quæſt. extra gloſ. ergo compromiſſum, & tranſactio multum differunt, & vt inquit Tuſch. in verb. mandatũ concluſ. 47. num. 5. pag. 546. ha-
4 bens mandatum ad tranſigendum, non poteſt compromittere, nec è contra, quia compromiſſum propriè non eſt tranſactio, vt inquit Bar. in d. l. quod ſi Epheſi. in §. interdum, nu. 2. dicens, quòd licet
5 arbitramentum eſt quædam tranſactio, vt in authentico, vt differentes iudices, §. 1. verũ eſt largo modo ſumpto, hoc eſt receſſus à lite, non autem eſt tranſactio propriè, & ſtrictè ſumpta. Vnde cùm non interuenerit decretum ad tranſigendum, tranſactio facta per curatores nõ valet, vt bene probat Roland. à Valle, conſ. 7. num. 18. lib. 3. vbi probat, tranſactionem factã per minorem, per quam inducatur alienatio iuris, & bonorum mino-

minoris, non valere, niſi in ea in-
teruenıat ea ſolemnitas, quæ alias
requiritur in alienatione rerum
minoris, videlicet, vt fiat ob æs
alienum,cauſa cognita, & cum de
creto iudicis,& alia interueniant,
de quibus in l. 1. & per totum, ff.
de reb.eo Alciat.conſil. 107. verſ.
Videndum ergo ſolum eſt, Ant.de
Petruſio.in l.1.num.130. ff. de iu-
7 reiurando, & quod decretum con
ceſſum ad cõpromittendum, non
extendatur ad tranſigendum, ſatis
deducitur ex diſpoſitione tex.in l.
ſi pupillorum 7. in §. ſi prætor, ff.
de reb. eorum, ibi: *Si prætor tutoribus permiſerit vẽdere, ille obligauerint, vel contra: an valeat, quod actum eſt? Et mea fert opinio, eum, qui aliud fecit quàm quod à prætore decretum eſt, nihil egiſſe.* Cuius tex. diſpoſitio dif-
8 ficilis videtur,ex eo,quòd iuxta re
gulã iuris, cui licet quod eſt plus,
licet vtique,quòd eſt minus, c.cui
licet 53.de reg.iur.in 6. vnde pri-
ma fronte videbatur, tutorem,qui
poterat vẽdere,quod eſt plus,poſ-
9 ſe obligare, quod eſt minus. Sed
rectè reſpondet Iuris Conſultus
in d.l.ſi pupillorũ, §. ſi prætor,eũ,
qui aliud fecit,quam quod à præ-
tore decretum eſt, nihil egiſſe, &
huius rei ratio redditur à gloſ.in l.
nõ debet cui 21.ff.de reg.iur. quia
ſuper hoc non fuerat habita cauſæ
cognitio, quæ in decreto iudicis
requiritur. Et quando prætor, cau
ſa cognita,permiſerit,prędium pu
pilli diſtrahi propter æs alienum,
non eſt credendum,quòd magis ei
expediat,illud pignori, vel hypo-
thecæ obligari, vt ex mente Bart.
& aliorum,ſcribit Socin. Iun. in l.
Gallus, §. & quid ſi tantum,num.
50. verſic. & ſub iſta conſidera-
tione de liber. & poſthum. & ita
in terminis explicat Mantica in
tract. de tacit. & ambig. conuen-
tio.tom.1.lib. 7. cap.15.nu.fin. &
bene declarat Molina de Hiſp.pri
mog.lib.4.c.5.nu.25.dicens, poſ-
ſe diuerſam rationẽ militare in vẽ
ditione fundi, & in pignoratione,
namque eſſe poſſet,quod res adeo
inutilis foret, vt magis damni,quã
emolumenti ipſi pupillo adferret,
quapropter expediebat ſibi magis,
illã vẽdere,quàm pignorare,& ob
hanc rationẽ IurisConſultus vult,
à forma decreti non eſſe receden-
dũ, & vt bene docet Simoncellus
de decretis,lib.1.tit.1. inſpectio-
10 4.n.92.& 93.tom.6.tractatuũ,par.
2.fol. 296. decretum eſt ſtricti iu-
ris, nec extenditur ad ſimilia, vel
maiora, & tenent multi per d. Si-
moncellum ibi allegati,& rationẽ,
ibi reddit, n.95.in verſ.ratio,quia
11 cũ in decreto requiratur cauſæ co
gnitio, nõ venit id,ſuper quo illa
non pręceſsit. Vnde cũ in caſu nr̃o
nõ interuenerit cauſæ cognitio ſu
per trãſactione, quã fecerunt tuto
res,nõ valuit,ad hũc effectũ,decre
tũ interpoſitũ ad cõpromittẽdum.

In ſecundo dubio fuit reſolutũ,
nõ valere ratificationẽ factam per
dictum Comitem de Aranda, qui
12 non habuit notitiam claram, & in
diuiduã omniũ cõtentorũ in dicta

S transa-

transſactione, & omnium qualita-
tum. Ratificatio enim debet fieri
à certo, & de omnibus inſtructo,
non ab ignorante, gloſ. in verbo,
plena, in clem. cauſam de electio.
Carolus de Graſsis in tractatu de
exceptio. excep. 22, num. 21. vbi
allegat ita tenentes Pariſ. conſil.
100. num. 7. lib. 1. Cabriel. conſ.
36. num. 60. lib. 1. Caualcan. deciſ.
46. num. 162. vol. 1. & tenuit Co-
ſta de facti ſcientia, inſpectione
63. num. 20. pag. 93. Vbi inquit,
13 quòd in materia ratificationis, re-
quiritur ſcientia in ſpecie, clara,
nitida, ſatis diſtinctè, & conclu-
denter probata. Natta conſ. 636.
num. 194. Gratian. diſcep. foren.
1. par. diſcep. 162. num. 3. pag.
467. vbi alios allegat, Thuſc. plu-
ribus relatis in verbo, minoris cō-
14 tractus, concluſ. 254. num. 60. pag.
739. vbi inquit, quòd requiritur
ſcientia minoris, facti maioris in
tantùm, vt debuerit legi inſtru-
mentum factum à tutore, nec præ
ſumpta, vel tacita ſcientia ſufficе-
ret, Grammat. conſil. 47. num. 2.
Vrſil. in addi. ad Afflict. deciſ. 249.
num. 13. & ſeq. verſ. 4. dicebatur,
Ruin. conſ. 63. num. 22. lib. 1. vbi,
quòd plus operatur ſcientia, quan
do minor alienat, quâm ſi tutor, li-
cet poſtea ſciat minor. Et quod
ſcientia plena de contractu requi-
ratur, Corn. conſil. 207. num. 7. lib.
3. & alij plures, quos refert Thuſc.
vbi ſupra. Amplius dicebat Coſta,
de facti ſcientia, inſpectio. 67. nu.
15 fin. in ratificatione requiri ſcientiā
in ſpecie, claram, ſatis diſtinctè, &
concludenter probatam, etiā ſi ſit
iurata, vt multorum teſtimonio cō
firmat Polidorus Ripa in tract. de
nocturno tempore, c. 65. num. 21.
& ita fuit pronuntiatum cum ſen-
16 tentia infraſcripta. His verbis: *Animaduerſo tamen, quòd de iure in materia ratificationis requiritur ſcientia in ſpecie, clara, nitida, ſatis diſtinctè, & concludenter probata, etiam ſi ſit iurata, quam ſcientiam non conſtat habuiſſe dictum Comitem, nō enim fuit in ſpecie. Et eo quo decebat modo certioratus de contentis in dicta tranſactione, & de varijs illius capitulis, quæ ſibi erant maximè nociua, profecto pariter dicta ratificatio nullius eſt cenſenda momenti; & conſequenter virtute dicta tranſactionis à principio nullæ, nec poſtea roboratæ, non potuit inſtari dicta executio.* Ex quibus omnibus infertur,
ſupradictas nullitates, ex defectu
iuriſdictionis, & iuris agendi, ſiue
defectus actionis reſultantes, eſſe
claras, & notorias, & quæ in viam
iuris debent impedire executionē
dictarum litterarū, & ita fuit pro-
nuntiatū, referente Doctore Ioan-
ne Hironymo Blaſco, ſententia la-
ta in fauorē dicti Comitis de Aran
da, publicata per Franciſcum Pau
lum Alreus, die 16. Aprilis 1613.

DECISIO
CLXX.

FIDEICOMMISSVM agnatitium, fauore eorum, qui ſunt de agnatione, quando in-
ductum

ductum cenſeatur: & an prohibitio alienationis, ea ratione expreſſa, quia teſtator voluit, in ſuo nomine, ſiue agnatione bona conſeruari, inducat ſimplex, & abſolutum fideicommiſſum in caſu mortis.

1 *Caſus, ſiue facti ſpecies, & num. 2. & 3.*

4 *Agnatus cenſetur vocatus, quando teſtator dixit, ne bona exirent de ſuo nomine.*

5 *Nomine ex ſuo ne exeat, idem eſt, ac ſi diceret, de agnatione, & num. 7.*

6 *Nomen familiam ſignificat.*

7 *Familiæ nomẽ communi iure agnationem ſignificat.*

8 *Nomen agnationem ſignificare, cũ diuerſis regijs ſententijs fuit declaratum.*

9 *Fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum reſultat ex prohibitione alienationis, cauſa expreſſa à teſtatore, quia ea voluit conſeruari in ſua agnatione.*

10 *Agnationis fauore ſimplex induci fideicommiſſum, quando teſtator prohibuit alienationem bonorũ ſuorum, vt in familia ſeu agnatione conſeruarentur, fuit deciſum in Senatu Sabaudiæ, & ſæpius in Rota Romana.*

11 *Filiorum appellatione non veniũt fœminæ, quando habita eſt ratio conſeruandæ agnationis, & nu. 14.*

12 *Agnatio non conſeruatur per fœminas, immo in ipſis finitur, etiam ſi ſint agnatæ.*

13 *Fœminarũ ſucceſſio repugnat conſeruationi agnationis.*

15 *Agnationis conſeruandæ ratio, vbi expreſſa, vel ſubintellecta eſt, verbum, filijs, de maſculis intelligitur, & ita pluries in forenſibus controuerſijs vidiſſe obſeruatum, teſtatur Molina, & fuit deciſum in Rota Romana.*

16 *Filiorum appellatione, vbi eſt habita ratio conſeruandæ agnationis, fuit deciſum cum ſententijs latis in S. S. R. C. maſculos tantùm comprehendi.*

17 *Agnatitium fideicommiſſum per petuum inductum fuiſſe (quando teſtator diſpoſuit, bona in nomine parentelæ ſuæ ſemper eſſe, & remanere) fuit iudicatum.*

1 IOannes Tallada Eques dominus locorum de Manuel, Roſeta, & Rafalet, cum ſuo vltimo teſtamento condito die decima quinta Octobris 1517. & publicato die trigeſima prima Decembris 1518. hæredem inſtituit Ioannem Tallada, eius nepotem ex filio, cum grauando, vt ſi decederet ſine filijs legitimis, & naturalibus: omnia bona integriter reuerterentur ad alium nepotem ſuperuiuentem, & ſic ſequeretur de vno in alium, dum non eſſet religioſus, vſque ad vltimum morientem, ex nepotibus ſuis maſculis; & ſi nepotes maſculi non extarent, ſed aliquis filius maſculus ex ſororibus dicti hæredis: ad illum reuerterentur

bona hæreditatis, & teneretur ſe appellare, Ioannem Tallada, & facere arma teſtatoris,& ſi nepotes maſculi non extarent,nec filij maſculi neptũ,tali in caſu, omnia bona reuerterentur,ad proximiorem conſanguineum maſculum, qui in
2 ſua familia inueniretur,primo loco ad eum, qui eſſet de nomine de Tallada,& ſi eius nominis non inueniretur, ad alium proximiorem conſanguineum, & is,qui tali caſu hæres eſſet,teneretur aſſumere nomen,& arma teſtatoris, & illa deferre, & poſtea ſubiunxit,velle,vt loca ſua de Manuel, Roſeta, & Rafalet,& diuerſorium nuncupatum de Enoua, ſiue de Faldeta, & ædes ſitæ in ciuitate Setabis, in quarum ianua ſculpta cernebãtur inſignia gentilicia ipſius teſtatoris,non exirent, nec exire poſſent á ſuo nomine de Tallada, iubendo,quòd conſeruarentur, ac propterea expreſsè prohibuit, loca, hoſpitium, & ædes, de quibus ſupra, per hæredem ſuum,vel alios, poſt eum venturos, vendi, vel in alium quemcunque alienari, volendo, vt ſemper remanerent in nomine de Tallada parẽtelæ ſuæ, modo ſupradicto, his verbis: *E perque ma intencio, è voluntat es aqueſta, que los meus llochs de Manuel, Roſeta, y Rafalet, è lo hoſtal nomenat de Enoua, ó Faldeta, è encara les caſes mies de Xatiua, en lo portal de les quals ſon eſculpides les mies armes, ni iſquen, ne puxen exir de nom de Tallada, è que ſien conſeruats, per tant ordene, è mane, que dits llochs, hoſtal, è caſes, mon hereu, ni los que apres dell vindran, no puxen vendre, ni alienar à perſona alguna, ſino que ſempre reſten, è eſtiguen en nom de Tallada; dels de la parentela mia, en la forma de ſus dita.*

3 Dictus Ioannes Tallada, primus hæres obijt, anno 1524. nullis relictis liberis maſculis, nec aliquo eorum; ſed tantum reliquit tres filias, nimirum Angelam, Dionyſiam, & Eliſabeth Tallada, & ex Hieronyma Tallada, & de Martinez, filia eius præmortua ſuper vixerunt, Illephonſus Martinez, & Ioſephus Martinez præmortui etiam, & ante omnes fratres eiuſdem Ioannis Tallada primi hæredis, ſuperuiuente Ioane Tallada iuniore, dicti Ludouici Ioannis filio legitimo, & naturali, qui Ioannes Tallada iunior, ex legitimo matrimonio procreauit Ludouicum Tallada iuniorem, & Doctorem Antonium Ioannem Tallada, in hac cauſa agentem. Dicti Ioannes Iunior, & Ludouicus Iunior, mortuo Ioanne primo hærede, renuntiarunt iuribus dicti fideicommiſſi in fauorem dicti Doctoris Antonij Ioannis Tallada eorum filij, & fratris reſpectiuè, in eumque titulo donationis inſinuatæ omnia iura ſibi competentia tranſtulerũt, exiſtẽte dicto Ioanne Tallada, primo hærede in minori ætate; die vigeſima Octobris 1524. fuit relaxatum

xatum mandatum executiuum inſtante d. Domna Maria de Borja, & de Centelles, contra Ioannem Aries, qui dicebatur dominus loci de Roſeta, & fuit intimatũ aſſerto procuratori curatoris dicti hæredis, tanquam poſſeſſori rei ſpecialiter hypothecatæ in cenſua li memorato in dicto mandato executorio, & in diſcurſu dictæ cauſæ executionis tandem fuerunt vendita, per curiam gubernationis Valentiæ, dicta loca de Manuel, Roſeta, & Rafalet, & plura alia bona in dicto fideicommiſſo recadentia, anno 1528. Secretario Petro Quintana, qui in poſſeſſionẽ miſſus fuit, & eo mortuo, ſucceſſerunt in dictis bonis eius filij, nempe Don Ioannes, Don Petrus, & Don Franciſcus Quintana, contra quos poſuit petitionem dictorum locorum, & bonorum dictus Ioannes Tallada primus hæres, anno 1572. & cùm ad eius notitiam perueniſſet, nulliter, & de facto fuiſſe iudicialiter, ſiue per curiam vendita, à dicto decreto de vendendo appellauit, die 11. Auguſti 1581. quæ appellationis cauſa fuit introducta in R. A. & cumulata cum cauſa principali petitionis dictorum locorũ, & vtrãque fuerũt proſſequutæ dictæ Angela, Dionyſia, & Eliſabeth, filiæ, & hæredes ſæpe dicti Ioannis Tallada, primi hæredis, quo mortuo, in dicta cauſa ſe oppoſuit, ſiue immiſcuit Ioãnes Tallada iunior, filius Ludouici, & poſtea in eadem ſe oppoſuit Doctor Antonius Ioãnes Tallada, qui iudicium inchoatum cõtra dictos Ioannem, Petrũ, & Franciſcum Quintana fratres, proſſequutus fuit, cõtra Comitem del Caſtellar, Don Ludouicũ Caſtellar de Vilanoua, poſsidentẽ dictum locum de Manuel, & territoria locorum de Roſeta, & Rafalet, quæ iam erant diruta, & ſolùm illorum remanent veſtigia.

Hæc cauſa ventillata fuit in Sacra R. A. Valentina, in Aula, in qua ego aſsiſtebam, ſed non interueni in ea, quia cùm fuiſſem aduocatus dicti Doctoris Tallada, antequam ad Regiã Audientiã fuiſſem promotus, ille regiam epiſtolã à Domino noſtro Rege impetrauit, cũ qua mihi fuit conceſſa licentia patrocinandi in hac cauſa, & ita in ea allegaui pro dicto Doctore Tallada actore, quæ infra ſubijciam, & in dicta cauſa fuerunt diſcuſſa dubia, de quibus in hac deciſione, & ſequentibus.

Primo fuit dubitatũ, an dictum fideicommiſſum eſſet agnatitiũ, ita vt in eo ſuccederet dictus Antonius Ioãnes Tallada in caſu ſequuto, an vero ſuccedere poſſent filię, & hæredes Ioannis Tallada, hæredis primo loco inſtituti. Allegaui, voluntatẽ eſſe expreſsã teſtatoris
4 vocantis agnatũ, illis verbis: *Ne bona exirent, nec exire poſſent à nomine de Tallada, iubendo, quòd conſeruarentur, ac propterea expreſsè prohibuiſſe loca, hoſpitium, & ædes, de quibus ſupra per hæredẽ ſuũ, vel alios poſt eũ venturos*

 vendi,

vendi, vel in alium quemcunque alienari, volendo, vt ſemper remanerent in nomine de Tallada. Idem enim eſt dicere, de meo nomine non exeat,
5 ac dicere, de mea agnatione non exeat, l. is qui complures 94. ff. de leg. 3. ibi: *Ne de nomine ſuo*
6 *exiret*, iuncta ibi gloſ. verbo nomine ſuo, ideſt familia ſua; namq; familiæ nomẽ communi iure agna
7 tionem ſignificat, l. pronuntiatio 195. in verſic. communi iure, ff. de verb. ſignif. cuius verba ſunt: *Communi iure familiam dicimus omnium agnatorum*. Et eandem ſententiam tenuit Alex. conſil. 125. num. 3. vol. 7. vbi ait, quòd ſi conceditur aliquid his, qui ſunt de nomine tuo, intelligitur, ideſt, de familia tua, & tunc appellatione familiæ tuæ, non veniunt illi, qui tibi coniunguntur per lineam fœmininã, idem Alex. conſ. 213. vol. 6. ante num. 1. & in figuratione caſus dicti conſ. vbi inquit, quòd ſi teſtator, qui erat de agnatione illorum de la Turre, voluit, quòd in certũ euentũ pars bonorũ ſuorũ daretur pauperi nobili exiſtẽti ſine officio, cum hoc, ſi inueniretur aliquis, qui eſſet de la Turre, & eſſet ſine officio, debeat potius ſibi dari, quàm alteri, hoc caſu, inquit Alexand. ante num. 1. quòd dicta verba teſtatoris debent intelligi de illo paupere nobili, qui eſſet de la Turre, de qua erat dictus teſtator, & ſic de illa agnatione, non de alia, idem etiam tradit Peralta in l. cũ ita legatur, §. in fideicommiſſo, ff. de leg. 2. num. 18. in verſic. Sed & gloſ. pag. 364. in fine, paulo ante verſiculum, in gloſſa magna, vbi inquit, quòd vox illa *nomen* de ſui natura eſt ſpecialis, & ſtricta, quia pertinet ad ſolos agnatos, per quos conſeruatur cognomentum defuncti, & ſic memoria ipſius, & hoc non indiget vlteriori confirmatione, quia ad ſenſum patet, nihil aliud ſignificare illa verba: *Bona conſeruentur in meo nomine*, quàm in mea agnatione.

8 Et ita declaratum fuit ſententia lata in R. A. Valentina, cum votis huius Sacri Supremi R. C. in fauorẽ Ioannis Ruyz de Caſtellblanch, cõtra Egidiũ Ruyz de Caſtellblãch, publicata per Frã. Paul. Alreus regij mandati ſcribam, die 5. Septembris 1594. his verbis: *Etenim nominis, & armorum ſpecifica appellatio, præſertim cum agitur, vt bona in his conſeruentur, agnationis conſiderationem omnino importat*. Idem etiam fuit deciſum, cum ſententia lata in hoc S. S. R. C. die 15. Febr. 1599. in fauorem Don Petri Vich, in cauſam loci de Lauri, his verbis: *Ad conſeruationem ſui nominis, agnationis, & familiæ, quæ verba cum ſint ſynonyma, & idem ſignificent, ſecundum ſubiectam materiam, negari non poteſt, expreſsè habitam, & conſideratam fuiſſe rationem conſeruandæ agnationis*. Idem euidenter demonſtratur, ex eo, quòd dictus Tallada fideicommiſsi inſtitutor, quando voluit vocare agna-

agnatum dixit: *de nom de Tallada, è ſi de nom de Tallada no y haura, al pus propinch parent que ſie*. Negari enim non poteſt, quòd in illa teſtamenti parte, vbi dixit: *Primerament de nom de Tallada*, vocauit agnatum collateralem: igitur in clauſula finali, & ſic in alia teſtamenti parte, in qua declarauit cauſam, ob quam inſtituebat, quia volebat, ſua bona conſeruari in nomine de Tallada, abſque dubio voluiſſe, & diſpoſuiſſe, dicta bona remanere in ſua agnatione, quia nulla eſt melior gloſſa verborum teſtatoris, quàm quæ deducitur ex verbis teſtamenti, Bald. in authen. niſi rogati, num. 9. C. ad Trebel. Pariſ. conſ. 1. num. 29. lib. 3. & conſ. 3. nu. 53. eodem lib. Decia. reſp. 88. num. 16. lib. 2. Corroborantur prædicta, quia tunc ratio agnationis videtur habita, quando fœmina ſemper excluditur, & nullo caſu admittitur, vt poſt Bal. Alex. Socin. Sen. Deci. Socin. Iuni. Crauetam, & alios, quos allegat, tradit Peregr. de fideicom. art. 25. nume. 26. fol. mihi 238. pag. 2. & num. 27. In caſu autem noſtro fœmina nunquam à teſtatore admiſſa fuit, ſed tantum maſculi.

9 Præſuppoſito igitur, quòd teſtator prohibuit alienationem dictorum locorum de Manuel, Roſeta, & Rafalet, diuerſorij de Enoua, & ædium ſitarum in ciuitate Setabis fauore agnationis de Tallada, reſultat fideicommiſſum, ita Bartol. in l. qui Romæ, §. cohæredes, num. 3. de verbor. oblig. & ſequitur Are. paulo poſt princ. verſic. ſed Bart. credit hoc dictum eſſe verum, & Socin. Sen. tuetur, num. 16. & infra, & ſequitur in l. ſi cognatis, num. 18. de reb. dub. & ſecundum hanc ſententiam ſæpius conſuluit, ex illa ratione, quia volo bona in familia conſeruari, induci fideicommiſſum ſimpliciter, & abſolutè poſt mortem eorum, qui ſunt prohibiti alienare, tametſi non fecerint contra prohibitionem, vt in conſ. 251. vol. 2. & in conſ. 43. & in conſ. 57. volum. 3. & inter conſi. Cur. Iun. conſil. 40. nume. 18. & 19. & ita Decius etiam reſpondit in conſ. 23. num. 2. verſ. ſed tamen prædictis, & infra, dicēs, quod ratio prohibitionis inſpicitur, quæ eſt generalis, & facit prohibitionem eſſe generalem, per doctrinam Bart. in l. pater filium, §. fundum, de lega. 3. & ſcribit Bal. ex mente Cyn. in l. voluntas, col. vlt. C. de fideicom. quòd prohibitio alienationis ampliatur, & large ſumitur, ſecundū cauſam finalem prohibitionis, idē quoq; cōſuluit Deci. Iu. conſ. 425. nu. 6. & in conſ. 584. n. 1. Cachera. multis relatis deciſ. 50. nu. 4. Mantica omnes ſuperiores (excepto Cacherano) allegans de coniect. vlt. volunt. lib. 6. titu. 14. num. 24. verſ. ſed contrariam opinionem, foleo mihi 134. vbi dicit, hanc opinionem ſibi videri veriorem de iure, & magis ex mente teſtatoris,

 & re-

& refert Alciatum conſ. 36. num.
12. lib. 9. eam dicentem commu-
nem,& in conſ. 102. num. 3. 4. eo-
dem lib. 9. vbi dicit, quod cum eſ-
ſet aduocatus in pleno Senatu tẽ-
pore Gallorum, fuit pronuntiatũ
contra conſ. Decij, quod ab eo fa-
ctum fuerat pro Palauizinos, &
merito inquit, quia quando teſta-
tor dicit, ſe velle, quòd bona in fa
milia conſeruentur, hæc verba nõ
debent reſtringi tanquam appoſi-
ta ſint cauſa confirmandæ prohibi
tionis, ne videatur nuda, pro vt ip
ſe ſenſit, ſed generaliter intelligi,
vt declarent mentem teſtatoris, ſim
pliciter fideicommitterre volen-
tis; & ita deciſum fuit in Senatu
Sabaudiæ, vt teſtatur Faber. in ſuo
cod. Fabria. tit. de fideicom. diffi-
nitio. 4. in fine, & ſæpius ita fuit de
ciſum in Rota Romana, nimirum,
anno 1580. vt habetur in deciſio-
ne 121. nu. 2. par. nouiſsim. anno
1600. teſte Seraphin. Oliuar. de-
ciſione 1373. num. 1. & 5. & anno
1607. vt in deciſ. 203. num. 3. in
recollectis per Farinacium tom.
1. partis 2. pag. 218. vbi dicit, hanc
eſſe magis communem, & quòd fe
rè omnium calculo approbatam
dicit Surd. conſil. 67. nume. 38.
lib. 1. & in eadem deciſ. num. 1. le-
gitur, ita fuiſſe deciſum in Rota, li
cet multi allegati per Cardinalem
Mantica d. lib. 6. tit. 14. num. 24. in
princ. contrariam tenuerunt ſen-
tentiam.

11 Præſuppoſita igitur hac opinio
ne pro vera, & recepta, inde ſequi-
tur, quòd ſtante prædicta ratione,
& cauſa finali, quia vult, dicta bo-
na conſeruari in ſua agnatione,
etſi verba ſubſtitutionum, & voca-
tionum, aliàs eſſent apta compre-
hendere maſculos, & fœminas; ni-
hilominus dictæ Angela, Diony-
ſia, & Eliſabeth Tallada filiæ Ioan
nis Tallada, primi hæredis, non
erunt cõprehenſæ: repugnat enim
expreſſa voluntas teſtatoris diſpo
nentis, vt dicta bona in ſuo nomi-
ne de Tallada, ſeu agnatione con-
ſeruarentur, & in dicta deciſ. Ro-
tæ 203. num. 4. pro hac ſententia
allegantur Socin. ſen. conſ. 63. nu.
14. circa finẽ, lib. 3. Ant. Gabriel.
in ſuis com. concl. tit. de verborũ
ſignif. concl. 6. à num. 54. Menoch.
de præſump. lib. 4. præſ. 84. num. 8.
Pereg. de fideicom. art. 25. num. 4.
verſ. idem cũ dixiſſet, Molina, qui
plures refert, de Hiſpan. primog.
12 lib. 1. cap. 5. nu. 35. cũ ſeqq. Et ra-
tio, inquit, eſt, quia per ipſas fœmi
nas agnatio nõ cõſeruatur, immo
in ipſis finitur, l. pronuntiatio, §.
fin. ff. de verborum ſignificatione,
§. cæterum, §. media Inſtit. de legi,
agnat. ſucceſ. quanuis tales fœmi-
næ fuerint agnatæ, vt tradit Ioan.
Anan. conſil. 4. dub. 2. & De-
cius in rub. C. vnde legit. in fine,
& in l. 2. num. 95. ff. de reg. iur. Cra
ueta conſ. 306. num. 5. Ceph. conſ.
511. num. 27. lib. 4. Card. Manti.
vbi ſupra, lib. 9. tit. 12. num. 8. verſ.
13 & quod diſpoſitio, Honded. conſ.
75. num. 17. lib. 1. & nilmirum, cũ
fœminæ ſucceſsio repugnet con-
ſerua-

ſeruationi agnationis, vt tradit Molin.d.cap.5.nu.1.& 2. per tex. in l.Iuris Conſultus in princip.ff. de grad.l.aduerſus, C.de crim.expilat.hæred.l.quicunque, C.de re milit.lib. 10. & ex ſupradictis reſultat, verba illa: *Si Ioannes Tallada primus hæres ſine filijs maſculis*, eſſe intelligenda iuxta ea, quæ tradit Molin.lib.3.cap.5. nu. 38. vbi allegat Bald.in l. tres fratres de pactis, & num. 39. confirmat authoritatibus Bart. Pau. Alex. Rip. Iaſ. Albert. Bru. Tiraq. & Ant. Gabr. & num.40. ſubiungit Molin. ita vidiſſe plerunque in forenſibus con-
15 trouerſijs obſeruari in maioratibus, in quibus ratio conſeruandæ agnationis expreſſa, vel ſubintellecta eſt, late probat multis relatis Manſanedo deciſio. Rotæ Roma. 203.num.4.in recollectis per Farinacium, 1.tom.2.par.pag.218. & ibi refert nu. 1. ita fuiſſe per Rotā deciſum, & ita fuit iudicatum ſen-
16 tentia lata cum votis huius S.S.R. Cōſilij, per Gubernatorem Iuicæ, in fauorem Franciſci Balançat, publicata die 21.Feb.1602. referente nobili Don Montſerrato de Guardiola, quæ poſtea fuit confirmata in hoc S.C. cum alia pub. die 16. Decembris 1609. Quod etiā, alijs relatis, probat Pereg. de fideicom.art.25.nu.25. vnde cum nulli extarent deſcendentes maſculi per lineam maſculinam Ioannis Tallada vltimi poſſeſſoris, ſucceſ-
17 ſit dictus Doctor Tallada agnatus maſculus ſubſtitutus. Et ita ex ſupradictis fuit declaratum in Sacra Regia Audientia Valentina, in fauorē dicti Doctoris Antonij Ioannis Tallada, ſentētia pub. per Franciſcum Pau. Alreus, regium mandati ſcribā, die 24. Ianuarij 1600. nam loquendo de dictis Ioanne Tallada 3. huius nominis, qui ſe in cauſa oppoſuerat: & de dicto Doctore Antonio Ioanne Tallada eius filio, ait hæc verba: *Cum & ſi vinculum, & fideicommiſſum in dicto teſtamento Ioannis Tallada, fauore eorum factum reperiatur, illoſque comprehēdat ad dicta loca hoſpitium, & domum magnam dicti teſtatoris, ſitam in ciuitate Setabis ſupra eius portam ſculpta ſunt illius arma reſtrictum reperitur*. Quæ ſententia in gradu ſupplicationis, per ambas partes interpoſitæ, fuit in hoc capite confirmata in hoc S.S.R.C. his verbis: *Ex quibus conſtat per dictum teſtatorem, vtētem verbis prædictis, tractum temporis in futurum, & perpetuitatem importantibus, inductum fuiſſe abſolutum agnatitium fideicommiſſum perpetuum, quo ad dicta loca de Manuel, Roſeta, & Rafalet, hoſpitiumque præfatum, ac ædes (bona ſua pretioſa) quæ nedum alienari prohibuit verum in nomine de Tallada, parentela ſua, ſemper eſſe, & remanere, expreſſè diſpoſuit*. Et in finalibus verbis, dicta ſententia lata in d. Audientia Valentina, die 24. Ianuarij 1609. à qua per ambas partes fuerat ſupplicatum, quatenus erat conformis, fuit confirmata cū ſententia lata in fauorē dicti Doctoris

ctoris Antonij Ioannis Tallada, die 6. Maij 1615. actuario Auguſtino Iuſta, & Ponti.

DECISIO CLXXI.

FIDEICOMMISSO ſubiecta poſſunt alienari, pro ſoluendo ære alieno fideicommiſsi inſtitutoris, non exiſtentibus alijs bonis liberis, ſed cui incumbit onus probandi, non extare bona libera: an fideicommiſſario agenti: an vero poſsidenti bona fideicommiſſo ſubiecta, pro ſoluendo ære alieno alienata? & reſoluitur fideicommiſſarium probare debere, bona libera extare.

1 *Fideicommiſſo ſubiecta alienari poſſunt pro ære alieno fideicommiſsi inſtitutoris.*

2 *Alienatio bonorum fideicommiſſi, vt propter neceſsitatem æris alieni permittatur, oportet non extare bona libera, ex quibus ſolui poſſit.*

3 *Probandi onus cui incumbat, non extare bona libera, ex quibus æs alienum ſolui poßit, an incumbat fideicommiſſario reiuendicanti res fideicommiſſo ſubiectas: an vero eas poſſidenti onus probandi extare bona libera, quæſtio eſt valde controuerſa.*

4 *Onus probandi bona libera non extare, ex quibus æs alienum, vel dos ſolui poſſit, ſpectare ad poſſidentem bona fideicommiſſo ſubiecta, quando contra eum agitur virtute fideicommiſsi, vel ad dotem, tenuerunt Doctores hic relati.*

5 *Fideicommiſſarius agens ad bona fideicommiſſo ſubiecta, fundatam habet ſuam intentionem in regula, quòd non poßunt alienari.*

6 *Reus in exceptionibus actor exiſtit, & ita probare tenetur ſuam exceptionem.*

7 *Fideicommiſſarius tenetur probare, alia bona libera extare, ex quibus dos ſolui poſſit, vel æs alienum teſtatoris.*

8 *Mulier, eo ipſo quod dicit, non eſſe alia bona mariti præter illa, quæ ſunt ſubiecta fideicommiſſo, quando agit ad dotẽ, habet ſuam intentionẽ fundatam, & dicẽti alia bona extare, incumbit onus probandi, & ita fuit iudicatum in Regia Audientia, num. 9.*

10 *Creditori incumbit onus probandi, bona libera non extare, quando agit ad bona maioratus, vel fideicommiſſo ſubiecta.*

11 *Poſſeſſor bonorum maioratus, vel fideicommiſsi, quæ fuerunt alienata pro ſoluenda dote, vel ære alieno inſtitutoris, habet pro ſe præſumptionem, & volens eam rei alienationẽ infringere, tenetur probare, bona libera extitiſſe, ex quibus debitum ſolui poterat, & ita fuit iudicatum in Regia Audientia, num. 12.*

IN eadem cauſa, de qua ſupra in deciſione præcedenti, cum Doctor Ioannes Tallada actor fundatam haberet ſuam intentionem,

nem, ex deductis in eadem deciſione ad reivendicandum bona poſſeſſa per Comitem del Caſtellar, dictus reus ad illam excludēdam, deduxit, dicta oppida, ſeu loca de Manuel, Roſeta, & Rafalet, ad inſtantiam creditorum iudicialiter vēdita fuiſſe, ad ſoluendum æs alienū fideicommiſsi inſtitutoris; ob quam cauſam bona fideicommiſſo ſubiecta alienari poſſunt, l. cum. fi-
1 dei hæredis, ff. de fideicommiſſa. liberta. ibi: *Sed vbi alienatio non eſt voluntaria, ſed neceſsitas alienandi, ex cauſa teſtatoris pēdet, &c.* l. Peto 69. §. prædiū, ff. de lega. 2. ibi: *Si non voluntaria ſit alienatio, ſed bona hæredis veneant,* l. filius familiās 114. §. Diui, 2. ff. de leg. 1. ibi: *Sed hæc neque creditoribus, neque fiſco fraudi eſſe,* l. alienationes, ff. familiæ hærciſ. l. Senatus in prin. de leg. 1. & poſt Bald. Salicet. Alex. Palat. Rui. Pet. Peralt. quos allegat, docet Molin. de Hiſpan. primog. lib. 1. cap. 10. num. 2. & lib. 4. cap. 6. nu. 1. Pereg. de fideicom. art. 40. nu. 18. qui alios plures allegat, & nu. 22. ſubiungit, quòd vt propter neceſsitatem æris alieni permittatur alienatio, oportet, non extare alia bona, non alienari prohibita, aliàs non ſuſtineretur alienatio, l. pater
2 filiū 32. in fine principij, ff. de leg. 3. ibi: *Si non erat aliud in hæreditate, vnde debitum exſoluiſſet*, tradunt DD. in d. §. Diui, & in d. §. Prædiū, Bart. & Alberi. in d. l. pater filium in prin. Cuma. in d. §. prædium, num. 3. Iaſſon in l. commodis, num. 4. ff. de re iudica. Hiero. Gabr. conſ. 118. num. 6. vol. 1. Et ita fuit deciſum in R. Audientia Cathaloniæ, vt ait Pegue. deciſ. 108. num. 3.

3 Dubium autē ſuſcitatum fuit, cui incumberet onus probādi, nō extare alia bona, non alienari prohibita, ex quibus æs alienum teſtatoris ſolui poſsit, an actori, iure fideicommiſsi bona ei ſubiecta reī vēdicanti: an vero reo poſsidenti dicta bona fideicōmiſſo ſubiecta, & alienata pro ſoluēdis debitis inſtitutoris. Hæc quæſtio inter Doctores noſtros valde eſt controuerſa, vt conſtat ex relatis per Ioſeph. Ludou. deciſ. Lucen. 28. num. 98. & per Don Nicola. Intriglio. de ſubſtitutio. centu. 3. quæſt. 73. nu. 167. & 168. qui vtriuſque partis
4 DD. referunt. Et reo poſsidenti bona fideicommiſſo ſubiecta incumbere onus probandi, alia non extare, ex quibus æs alienum, vel dos ſolui poſſet, tenuerunt Hiero. Gab. dicto conſil. 118. nu. 6. Marzar. in epitome de fideicommiſ. 2. par. quæſt. 48. nu. 8. in fi. Corneus conſil. 3. nu. 3. in fi. lib. 3. Bertran. cōſ. 161. Circa proceſſum cœptū, num. 26, 2. par. 3. lib. Peregr. de fideicom. artic. 40. num 22. Vincentius de Franchis deciſ. 241. num. 2. lib. 2. Coſta de remed. ſuſidiarijs, remed. 6. num. 4. Fabius de Anna. conſ. 85. num. 7. & 11. qui alios allegant, & huius opinionis ratio redditur à Hieronymo Gab. dicto conſ. 118. nu. 6. quia regula eſt,

eſt, bona fideicommiſſo ſubiecta
alienari nõ poſſe, anthen. res quæ,
C. communia de leg. & ita agens
5 ex fideicommiſſo fundatam habet
ſuam intentionem in regula, pro-
bando, bona per eum petita in fi-
deicommiſſo recadere: Reos autẽ
fundat ſuam intentionem in exce-
ptione, videlicet, vẽdita fuiſſe pro
pter æs alienum teſtatoris, deficien
tibus alijs bonis liberis, idcirco
alia bona non adfuiſſe, eſt funda-
mentum intentionis emptoris, &
conſequenter ad eũ pertinet onus
probandi, l. eum qui, ff. de proba-
tio. cum vulgatis, nam reus in exce
6 ptionibus actor exiſtit, l. 1. ff. de
exceptio. & quemadmodum acto-
ri incumbit onus probãdi, l. actor,
C. de probatio. ita & rei ſuam ex-
ceptionem probare tenentur.

7 Sed cõtrariam opinionẽ, quòd
immo alia bona libera extare per-
tineat ad fideicommiſſarium, te-
nuerunt Decius conſ. 519. num. 7.
Curtius Senior conſ. 27. num. 17.
Petra de fideicom. quæſt. 8. num.
498. Crauet. conſ. 19. num. 18. Pe
regr. de fideicom. art. 42. num. 73.
Rolandus à Valle conſ. 59. col. vlt.
volum. 4. Curtius Iun. in d. authẽ.
res quæ, nu. 50. Socin. Senior cõſ.
104. num. fin. vol. 3. Petrus Ioan.
Anchar. quæſt. 54. num. 12. lib. 3.
Becc. conſ. 100. num. 22. Menoch.
de præſumptio. lib. 4. præſump.
189. num. 174. Milanenſ. deciſ. 5.
num. 55. & 56. par. 1. vbi teſtatur,
communem eſſe opinionem, & in
finalibus verbis dicit, ita fuiſſe de-
ciſum, idem deciſ. 7. num. 83. eod.
lib. Suarez in l. filius familias, §.
Diui, num. 158. circa fi. ff. de leg. 1.
Don Nicola. Intriglio. de ſubſti-
tutio. cent. 3. quæſt. 73. num. 167.
qui ſuperiores refert, idem deciſ.
Siciliæ 4. nu. 24. & ſequitur Can-
cer. tom. 1. variarum, cap. 9. num.
103. vbi inquit, quòd eo ipſo,
quòd mulier dicit, nõ eſſe alia bo-
8 na mariti præter illa, quæ ſunt ſub
iecta fideicommiſſo, quando agit
ad dotem, habet ſuam intẽtionem
fundatam, & dicens, alia bona ex-
tare, id oſtendere debet, per gloſ-
ſam notabilem, in l. cum de lege,
verſ. hæredis probatio, ff. de pro-
batio. vbi ſi hæres dicat, tãtum eſt
in hæreditate, & non plus, habet
ſuam intẽtionem fundatam, quòd
non eſt plus in hæreditate, quam
id quod affirmat: & quòd aſſeren-
ti, plus eſſe, incũbat onus proban-
di, d. gloſ. nota. & ibi, alijs relatis,
confirmat Cancer.

9 Et iuxta hanc opinionem fuit
iudicatum in noſtra Regia Audiẽ-
tia Valentina, ſententia lata in fa-
uorem Domnæ Eliſabeth Vallter-
ra, & de Corella, contra Don Mi-
chaëlem Vallterra, dominum Ba-
roniarum de Torreſtorres, & Ca-
ſtellmontãt, publicata per Franci-
ſcum Paulum Alreus, die 23. Iunij
1592. his verbis: *Attento, quòd in
viam iuris in defectum bonorum libe-
rorum patris obligati, ad dotandum fi-
lias, pro dote conſequenda poteſt fieri
cõdemnatio in bonis fideicommiſſo ſub
iectis per patrem poſſeſſis, ſiue fidei-*

com-

commiſſum ſit inſtitutum à communi aſcendenti per lineam virilem, ſiue per lineam fœmininam, dum tamen deficiant bona fideicommiſſi aſcendentis per lineam virilem, quod ſubſidium incumbit probare, non mulieri agenti ad dotis conſtitutionem, ſeu reſtitutionem; ſed fideicommiſſario, iſtud opponenti, oſtendendo, bona aſcendentis per lineã virilem, vel poſſeſſa per condemnatum ad dotis conſtitutionem, vel reſtitutionem, vel vbi à tertio poſſideantur, quòd ſint clara, & libera, & nulli litigio ſubiecta. &c.

10 In hac quæſtione doctiſsimus Molina de Hiſpan. primog. lib. 4. cap. 7. num. 34. in fin. veriorem, & probabiliorem ſibi videri, dicit, opinionem eorum, qui tenuerunt, creditori incumbere onus probandi, bona libera non extare, cùm ſit fundamentum ſuæ intẽtionis, nec poſſe aliter bona maioratus alienari, nec hypothecæ ſubijci. Idem

11 tamen Molina num. 36. hoc limitandum eſſe dicit, niſi iam, re maioratus ex cauſa dotis alienata, fuerit creditor quaſi in eius poſſeſsione: maioratus autem ſucceſſor velit alienationem infringere, dicens, tempore alienationis fuiſſe alia bona libera, ex quibus debitum poterat exſolui; tunc namque eidem onus probandi incumbit, ex eo quòd ſit fundamentum ſuæ intentionis, & præſumptio ſit pro poſsidẽte, prout reſoluit Curtius Sen. conſ. 27. num. 17. quem refert, & ſequitur Loazes in l. filius familias, §. Diui, ff. de lega. 1. num. 138. id quæ eſt de mente ſcriben. quos idem Molina pro contraria parte antea citauerat.

Et iuxta hanc opinionem fuit in hac cauſa iudicatũ: ex eo enim quòd Comes del Caſtellar, reus conuentus poſsidebat dicta loca de Manuel, Roſeta, & Rafalet, viſum fuit Regio Conſilio, quòd Doctori Tallada incũbebat onus probandi, extare alia bona, ex quibus debita fideicommiſsi inſtitutoris ſolui potuiſsẽt, & ita fuit pronuntiatum cum ſententia lata in fauorẽ dicti Comitis del Caſtellar, contra Doctorẽ Antonium Ioannem Tallada, publicata per Franciſcum Paulum Alreus, die 24. Ianuarij 1609.

DECISIO CLXXII.

ÆSTIMATIONIS BOnorum, quæ iudicialiter vendũtur, defectus an reddat nullam iudicialem venditionem.

1 *Aeſtimationis bonorum defectus, in venditionibus fiſcalibus, nullitatem inducit.*

2 *Aeſtimationis defectum, in venditionibus iudicialibus, nullitatem non inducere, tenuerunt hic relati: ſed contrarium relati, num. 5.*

3 *Remediũ l. 2. C. de reſcind. vendit. competit debitori, qui fuit læſus in pretio vltra dimidiam, in venditione iudiciali.*

4 Nul-

4 *Nullum quod eſt, reſciſsione non eget.*

5 *Nullitatem inducere æſtimationis defectum, tenuerunt hic relati.*

6 *Aeſtimari debent bona, quæ dantur creditori inſolutum, & eius omiſſio nullitatem inducit.*

7 *Iuſto pretio debet vendi res in executione fiſcali, & ita defectus æſtimationis in ea nullitatem inducit.*

8 *Curiæ in venditionibus, ſiue iudicialibus pro forma traditur à foro in Regno Valentiæ, vt fiant ita, quòd iuſtum pretiũ inueniri poſsit.*

9 *Nulla eſt curiæ venditio, quando res venditur pro minori quantitate, quàm ſit æſtimata, non adiecto pacto de retrouendendo, & ita fuit declaratum in Regia Audientia.*

10 *Venditionibus curiæ, quando non offertur iuſtum pretium, adijcitur pactum de retrouendendo in Regno Valentiæ.*

11 *Pactum de retrouendendo eſt pars pretij, & cum illo ſuppletur iuſtum pretium, & ita fuit declaratum in Regia Audientia.*

12 *Reſcindi etiam dicitur venditio nulla.*

13 *Aeſtimationis defectum, vltra cauſas executionis fiſcalis, nullitatem non inducere, fuit declaratum in Regia Audientia: At Sacrũ Supremum Conſilium in contrariam partem videtur inclinaſſe in venditionibus iudicialibus Regni Valentiæ, num. 14.*

IN eadem cauſa de qua ſupra deciſ. 170. & ſeqq. fuit etiam dubitatum: an ex quo bona curiæ oblata, ſiue pignora iudicialia, non fuerunt æſtimata: venditio eorum fuerit nulla.

1 Et in venditionibus fiſcalibus non eſt dubium, dictum æſtimationis defectũ nullitatem inducere, l.ſi quos 16.C,de reſcindenda vẽditione, cuius verba ſunt: *Si quos debitorum mole depreſſos neceſsitas publicæ rationis adſtringat, proprias diſtrahere facultates, rei qualitas, & redditũum quantitas æſtimetur; ne ſub nomine ſubhaſtationis publicæ, locus fraudibus relinquatur, vt poſſeſsionibus viliori pretio diſtractis, plus exactor ex gratia, quàm debitor ex pretio conſequatur*, & ibi Paul.Caſtr.num. 1.ponit practicam, quòd antequã res ponatur in ſubhaſtatione, faciat iudex, rem æſtimari per habẽtem notitiam, & ponatur in ſubhaſtatione, pro pretio declarato per æſtimatores. Deinde datur plus offerenti: ſi enim, non præmiſſa æſtimatione, poneretur in ſubhaſtatione, poſſet magna fraus committi in damnum debitoris fiſcalis, & etiã in damnum Fiſci, quia res daretur pro modico pretio gratioſè per publicum exactorem alicui forte amico ſuo, & ſic plus lucraretur exactor ex gratia, quàm fiſcus ex debito. Et dictam l.ſi quos procedere, quando vẽditio fit per Fiſcũ, ſentit ibi Fulgoſ.& teſtantur Bec. conſ. 94. num. 17. lib. 1. & Surd. conſil. 39. num. 26. lib. 1.

In venditionibus autem iudicialibus, quæ fiunt in cauſis priuato-

uatorum, æſtimationis defectum nullitatem non inducere, tenuit Bec. in loco proxime relato, qui ait, nullam requiri æſtimationem pro forma, & ita inquit ſentire Neguſ. tract. de pig. 1. mẽbro 6. partis, num. 13. dicens, quòd cum venditur pignus iudiciale, vel prætorium, ſi non reperitur emptor, vel qui iuſtum pretium offerat, poteſt admitti ipſe creditor, & ei offerenti iuſtum pretium pignus adiudicari, tanquam extraneo. Nam de æſtimatione nullum verbum ſubijcit, & non eſt veriſimile, id eum omiſſurum, ſi neceſſaria æſtimatio in omnibus fuiſſet. Eandem opinionem tenuit Surd. dicto conſilio 39. num. 26. lib. 1. qui alia ratione mouetur, nimirum, quòd defectus æſtimationis non vitiat exequutio-
3 nem, ſed ſi debitor ſit læſus in pretio erit reſcindenda venditio, vt ponunt DD. in d. l. ſi quos, & alij, quos Surd. retulit dicentes, competere eo caſu debitori remediũ, l. 2. C. de reſcind. vend. & ita loquitur Caſt. dicto conſi. 156. & facit, quia ſi venditio eſſet nulla, nõ opus eſſet agere remedio illius le-
4 gis, quia nullum quod eſt, reſciſſione non eget, l. nam, & ſi ſub cõditione, §. poſt defectum, ff. de iniuſt. rup.

5 Sed contrariam ſentẽtiam, immo quòd defectus æſtimationis nullitatem inducat, tenuerũt Paul. Caſt. conſil. 156. nu. 1. vol. 2. quia, inquit, ſi annullatur venditio facta pro debito Fiſcali, quòd multa habet priuilegia, multo magis id locum habebit, quando fit pro debito priuato, Afflict. deciſ. 358. nu. 5. & ibi, nu. 2. ait, ita deciſum fuiſſe in conſil. Roland. à Valle conſil. 32. nu. 33. & 34. lib. Aſsin. de executio. §. 4. cap. 82. nu. 3. Iodoc. de ſubhaſta. cap. 3. nu. 11. tom. 6. trac. par. 1. fol. 79. Coler. de proceſ. executi. par. 3. cap. 9. nu. 99. Gratian. diſcep. foren. par. 1. cap. 7. nu. 20. qui hanc dicit veriorem ſententiam.

6 Pro qua facit, nam quando bona dantur creditori inſolutum, de neceſsitate debet fieri æſtimatio, vt dicit expreſse tex. in l. fin. in §. æſtimationem, C. de iur. domi. impet. & eius omiſsionem inducere nullitatem, docẽt Roland. à Valle conſil. 32. num. 33. & 34. lib. 1. & Aſsinius de execut. §. 4. cap. 82. num. 3. in fin. quia debet res inſolutum dari æſtimata iuſto pretio, l. ſi fundus 16. §. fin. ff. de pignor. ibi: *Iure emptionis poſsideat rem iuſto pretio tunc æſtimandam*, Bartol. in l. quanuis, num. 1. in fin. verſ. ſi verò, ff. de ſolut. Ergo pariter, quando iudicialiter venduntur.

7 Præterea ratio, ob quã, in executione Fiſcali, defectus æſtimationis nullitatem inducit, iuxta l. ſi quos 16. C. de reſcindenda venditione, ea eſt, quia venditio fieri debet iuſto pretio, vt inquit Flores Dias de Mena in addi. ad deciſionem Luſitanam 40. Gammæ, ante numerum 1. Quæ ratio militat in
8 Regno Valentiæ, in quibuſcũque ven-

venditionibus curiæ, ſiue iudicialibus, cùm pro forma tradatur in
9 foro 11.de euictionibus, vt iudex declaret,quæ bona vendit,ita vt iuſtum pretium poſsit inueniri in re vendenda. Et ſi res, quæ per curiã venditur diſtrahatur pro minori quantitate,quàm ſit æſtimata, non adiecto pacto de retrouendendo, quod vulgo dicitur, *Carta de gracia*, venditio eſt nulla, vt fuit declaratum in hoc Sacro Supremo Regio Conſilio,cum ſententia lata in fauorem Eliſabethis Suner, & de Comaleres, die 24. Decembris 1596. hac cauſa adiecta,quòd dicta venditio facta fuit pretio cẽtum librarũ abſque vlla carta gratiæ,per emptores conceſſæ,cum tamen molendinum, & terræ æſtimatæ fuiſſent pretio centum viginti vnius librarum.

10 Et in Regno Valentiæ, in huiuſmodi venditionibus curiæ,quãdo non offertur iuſtum pretium, vt illud ſuppleatur, adijcitur pactum de retrouendendo,ſiue facultas pro eodem pretio redimendi
11 rem venditam, quia dictum pactũ eſt pars pretij, vt per textum in l. fundi partem, ff. de contrahenda emptione, & in cap. cum Ioannes de fide inſtrumẽtorum,docet Socinus conſ.15. num. 57. lib. 1. & poſt Tiraquel. & Bertazol. tradit Thuſc.tom.6.pract.concluſ. con. 27.pag.27.& cũ illo pacto ſupple tur iuſtum pretium, illo autem deficiente (quod,*carta de gratia*,appellatur) deficit iuſtum pretium, & ita venditio eſt nulla,quod etiã antea fuerat declaratum in Regia Audientia Valentina,referente Illuſtriſsimo Don Simone Frigola, tunc dictæ Audientiæ iudice (poſtea Vicechancellario) ſententia lata inter Onufrium Ludouicum Garcia ex vna,& hæredes Ioannis Antonij Dada ex alia, publicata die 15.Iulij 1569. Conſtat etiam, dictam curiæ venditionem fuiſſe factam minori pretio, quàm prædicta bona oblata æſtimata fuerunt, cum illa æſtimata fuerint in triginta tribus mille ſolidis, & illa vendita reperiuntur pretio tantũ viginti quinque mille, & quingentorum ſolidorum,nullo addito,nec appoſito pacto de retrouẽdendo, quod apponi ſolet in huiuſmodi curiæ venditionibus, ex communi, tam huius Regiæ Audientiæ, quàm aliarum curiarum ſtylo, quando bona curiæ oblata venduntur minori pretio, quàm æſtimata fuerunt. Et poſtea idem deciſum fuit in eadem R. A. ſent. pub. per Alreus, die 21. Auguſti 1601. in fauorem Alphonſi Camacho curatoris,his verbis: *Tum quia dicta bona fuerunt vendita pro minori pretio,quo fuerunt iudicata, ſeu æſtimata, & ſine inſtrumento gratiæ, ſiue iure recuperandi*: Si igitur debet fieri iuſto pretio, & illud per ſubhaſtationẽ nõ apparet d.l. ſi quos, C.de reſcind.vend.neceſſariò debet interuenire æſtimatio, vt ita iudex, qui pignora diſtrahi iubet, ſciat,an debeat cõcedere debitori facul-

facultatem dicta pignora intra certum tempus redimendi, quæ vulga appellatur, *carta de gracia*.

12 Nec refert, quòd etiam, in venditionibus curiæ, habet locum remedium, l. 2. C. de reſcinden. vendit. & venditio reſcinditur: ſi autem eſſet nulla, quia bona non fuerant æſtimata, non reſcinderetur venditio. Quia reſpondeo, quòd etiam, caſu quo venditio, ex defectu ſolemnitatum eſt nulla, lex vtitur hoc verbo, *reſcindo*, vt in l. 1. C. de fide inſtrument. & iur. haſ. Fiſcal. lib. 10. vbi venditio eſt nulla, & tamen inquit ille text. *Reſciſſa venditione mala fide facta, eaſdem res recipies cũ fructibus*, & ita illud verbum, *reſciſſa*, idem importat ac verbum, *annullata*, vnde bene compatitur, venditionem eſſe nullam in caſu d. l. ſi quos, ſi æſtimatio non interueniat, & eam à iudice reſcindi, quatenus de facto fuit facta.

13 Sed his non obſtantibus, Regia Audientia in hac cauſa contrarium ſenſit, vt patet ex Regia ſententia infra relata, vbi num. 9. leguntur hæc verba: *Et licet reſpectu ſubhaſtationis, & æſtimationis defectus, aliqua ſubſiſteret difficultas, poſterioris tamen defectus, nec à foro, nec de ratione naturali ſcripta, vltra cauſas executionis Fiſcalis, nullitatem inducit*. Quæ ſententia fuit publicata Valentiæ, die 24. Ianuari 1609. Et hoc Sacrum

14 Supremum Regium Conſilium, in ſententia lata in eadem cauſa, in gradu ſupplicationis, die 6. Maij 1615. licet videatur inclinaſſe, hodie requiri æſtimationem, licet tempore venditionis dicti loci de Manuel, quæ facta fuit anno 1528. forſan non requireretur, tamen mentem ſuam non probè declarauit, ſed his verbis in ſententia vſum fuit: *Quòd ſi dictus tutor, ſeu curator ſupradicta, & alia propoſuiſſet, & æſtimationem dictorum bonorum ante venditionem fieri poſtulaſſet (quæ quamuis pro validitate actus eo tunc forſan neceſſario non requireretur) ea tamen petente, negari iuſtè non potuiſſet*. Et ita fuit dictum in dicta ſententia lata in hoc Sacro Supremo Regio Conſilio, in fauorem Doctoris Antonij Ioannis Tallada, contra Comitem del Caſtellar, publicata per Michaëlem Codorniu, loco Auguſtini Iuſtà, & Pont, die 6. Maij 1615.

T DE-

DECISIO CLXXIII.

DECRETVM DE VENdendo immobilia nullum eſt, reſpectu omniuum bonorum, ſi aliqua ex hijs nō fuerunt ſubhaſtata per triginta dies, iuxta formam traditam per forum Valentiæ, & omnia vendita fuerunt vnico pretio; maximè ſi non fuerunt æſtimata: quia decretum de vendendo eſt indiuiduum, & ita nec pro parte poteſt ſuſtineri.

1 *SVbhaſtatio bonorum immobilium debet fieri per triginta dies, iuxta forum.*

2 *Venditio curiæ eſt nulla, ſi non fuit ſeruata forma ſubhaſtationis bonorum venditorum.*

3 *Nulla eſt, ex defectu ſubhaſtationis, curiæ venditio, & ita obſeruatur in Supremis Tribunalibus Caſtellæ, num. 4. & fuit declaratum in Regia Audientia Valentina, num. 5.*

6 *Subhaſtari debent bona in loco, in quo ſita ſunt.*

7 *Negatiua hæc, bona non fuiße ſubhaſtata, probatur per inſpectionem actorum, & ita fuit deciſum in Regia Audientia.*

8 *Tempus certum, vbi lege vel conſuetudine ſtatutum eſt, eius mentio in ſcriptura facienda eſt, vt omnia ſolemniter acta intelligantur.*

9 *Subhaſtationem factam fuiſſe, non ſatis probatur per verba narrratiua inſtrumenti venditionis curiæ.*

10 *Inſtrumēta publica vbi apparet de ſolemnitatibus, quòd interuenerunt, præſumitur pro inſtrumentis, & transfertur onus probandi contrarium in aduerſarium.*

11 *Decretum de vendendo eſt omnino nullum, ſi in parte bonorum, quæ ſimul omnia vendita fuerunt vnico pretio, deficit ſubhaſtatio à foro requiſita.*

12 *Venditio curiæ ſi pro parte infirma ſit, tota corruit, & ita fuit declaratum cum Regia ſententia, & ita fuit deciſum in magna Regia curia Siciliæ, num. 13. & 24.*

14 *Decretum nullum non poteſt pro parte rei adiudicatæ ſuſtineri, & in alia parte annullari: quia eſt indiuiduum, & num. 24.*

15 *Res iudicata non poteſt in parte valere,*

Valere, & in parte non valere, in vno iudicio.

16 *Decretum indiuiduum eſt, & nu. 18. & 22.*

17 *Vtile per inutile in indiuiduis vitiatur.*

19 *Pretium traditum reſpectu omnium bonorum, quando non eſt certum pro qualibet parte, ſi eſt defectus in parte, annullat venditionem in totum, & num. 20. & 23.*

21 *Venditione extraiudiciali ſi plura principaliter venduntur, & quælibet res habet diſtinctum pretium, licet vnius non teneat venditio, tenet tamen reſpectu alterius, ſecus tamen, ſi vnico pretio fuiſſent omnes res venditæ.*

23 *Pretium debet eſſe certum.*

24 *Indiuiduum eſt decretum de vendendo plurium fundorum, vnico pretio factum, & ita non poteſt, pro parte valere, & pro parte non, & ita fuit iudicatum in Regia Audientia.*

IN eadem cauſa, de qua in deciſione 170. dubitatum fuit: an decretum de vendendo, in quo vendita fuerunt (die 25. Ianuarij, anno 1528.) loca de Manuel, Roſeta, & Rafalet, & diuerſorium de Enoua, eſſet nullum, & in Regia Audientia Valentina fuit declaratum, validum eſſe, quæ ſententia in gradu ſupplicationis fuit reuocata propter cauſas à me deductas in conſilio reddito pro Doctore Antonio Ioanne Tallada: allegaui enim nullitates ſequentes.

Quarum prima conſiſtit in defectu ſubhaſtationis dictorum locorum, ſeu oppidorum de Manuel, Roſeta, & Rafalet, oliue-
1 torum, & aliorum bonorum, in dicto decreto de vendendo comprehenſorum: quia ſubhaſtari bona immobilia debent per triginta dies, iuxta forum 10. de euictio. ibi: *Fem fur nou, que tota venda que la cort façe dels bens dalcu, per ſer paga à alcun crehedor eſtrany, ò priuat, ſi es coſa moble, que corregue publicament per lo loch, hon ſeran los bens per deu dies: E ſi es coſa ſehent, que correga publicament per aquell loch per trenta dies, puys ſia feta la ven-*
2 *da, è ſia ferma*. Et cùm in dicto foro pro forma tradatur dicta ſubhaſtationis ſolemnitas, ſi ea non fuerit ſeruata, non tenet venditio, l. cùm contra C. ſi vendito pig. ibi: *Non obſeruatis, quæ in diſtrahendis pignoribus celebrari conſueuerunt*, iuncta ibi gloſ. in verbo, *poſſeſſorem*, vbi aperte tenet, hoc caſu non tenere venditionem, & ita agi poſſe reivendica-
3 tione contra poſſeſſorem rei, per curiam venditæ, & ex defectu ſubhaſtationis eſſe nullam venditionem curiæ, tradit Belluga rubr. 41. §. leges Regni, num. 43. in fine, & num. 45. Bar. in l. Fulcinius 7. §. ſi quis bona, ff. quib. ex cau. in poſſeſ. eat. quòd ſi deficit aliquid ex ſubſtantialibus, non va-

let venditionis decretum, & hoc caſu executio eſt ipſo iure
4 nulla, Bald. in l. ordo C. de execut. rei iud. & ita obſeruari in Su-
5 premis Tribunalibus Caſtellæ, teſtatur Couarru. lib. 2. variar. cap. 11. num. 3. & ita fuit iudicatum in Regia Audientia Valentina, ſententia lata in fauorẽ Onuphrij Benedicti Sans, contra Domnam Annam Sans, publicata per Alreus die 23. Feb. 1588. vbi fuit annullata venditio quorundam cenſualium, ex defectu ſubhaſtationis, licet fuerit facta pro debito ſubſiſtenti, & denarium pro denario. Et idem fuit iudicatum, cum ſententia lata in fauorem Gabrielis Piquer, contra Franciſcum Anyo, ſententia publicata per Nicolaum de Hona, die 26. Septembris 1584. ibi: *Et abſque ſubhaſtatione triginta dierum à foro requiſita, & neceſſaria*. Et interius, ibi: *Dictam venditionem, & decretum de vendendo dictarum viginti caficiatarum terræ, turris, & ſtabulorum, ſiue caſalitij fuiſſe, & eſſe nullam*. Et in noſtro caſu nulla reperitur in toto proceſſu relatio præconis, ſiue proxenetæ, quòd dicta bona ſubhaſtauerit in ciuitate Setabis, in cuius termino dicta bona ſita ſunt, & iuxta dictum forum 10. de euict. bona debent ſubhaſtari
6 in loco, in quo ſita ſunt: & cùm non conſtet, nec per relationem dicti præconis, ſiue proxenetæ, vulgo dicti, *curſoris*, nec per literam reſponſiuam Gubernatoris, vel iudicis ordinarij, appellati *Iuſtitiæ*, dictæ ciuitatis Setabis, dicta bona ibidem fuiſſe ſubhaſtata,
7 clarè remanet probatus dictus defectus ſubhaſtationis; Nam negatiua hæc, bona non fuiſſe ſubhaſtata, probatur per inſpectionem actorum, gloſ. magna, l. 1. C. de fide inſtrum. lib. 10. Afflict. deciſ. 107. num. 5. & 6. vbi hanc dicit euidentiam facti, qua nulla eſt maior probatio. Quæ opinio fuit canonizata cum ſupradicta regia ſententia, lata in fauorem Don Onuphrij Benedicti Sans, ibi: *Neque conſtat de relatione curſoris, quòd dicta bona oblata ſubhaſtauerit*. Et melius cum alia ſententia publicata per dictum de Hona, die 5. Aprilis 1592. in fauorem Don Vincentij Sentis, ibi: *Et ſignanter, non præcedente legitima ſubhaſtatione, & in ſua debita forma, iuxta foros præſentis Regni facienda, & quòd dicta venditio facta fuit per dictum Iuſtitiam præſentis ciuitatis, non præcedente ſubhaſtatione, & reſponſiua per Iuſtitiam villæ de Borriana, in cuius territorio res, quæ vendebatur, ſita erat*. Et cùm in hac venditione fuerint comprehenſa plura prædia ruſtica, ſita in terminis oppidi de Caſtellò, & loci de Enoua, etiam in dictis villa, & loco erat facienda ſubhaſtatio, & de ea debebat conſtare per reſponſiuam, & relationẽ præconis, & reſponſiua con-

continere debebant, dicta bona ſubhaſtaſſe, & ſubhaſtata fuiſſe, non ſolum per triginta dies, à foro præfixos, ſed etiam per alios decem, vulgos dictos, de *gracia*, ex ſtylo, & conſuetudine gene-
8 rali introductos. Nam quando tempus aliquod deputatum, & certum, lege, vel conſuetudine, ſtatutum eſt, talis temporis in ſcriptura mentio facienda eſt, vt omnia ſolemniter acta intelligãtur, Aſsin. de execut. §. 6. cap. 41. num. 6. qui defectus etiam reperitur in caſu noſtro. Item probatur dicta negatiua per inſpectionem ſcripturæ taxationis expenſarum, in qua enumerantur omnes expenſæ factæ in dicta executione, & tamen in ea nulla fit mentio ſalarij præconis ciuitatis Setabis, debiti pro dicta ſubhaſtatione, quod ſalarium haud dubiè, ſi fuiſſet ſolutum dicto præconi, fuiſſet enumeratum inter dictas expenſas, ſi ſubhaſtatio facta fuiſſet in dicta ciuitate Setabis. Nec remanet excluſa hæc nullitas ſpeciali enuntiatione ſubhaſtationis, facta per ſcribam gubernationis, in inſtrumento venditionis curiæ, exarato eodem die, pro executione decreti de vendendo. Nam præterquam, quòd in dicto inſtrumento non dicitur, dicta loca, & alia bona
9 fuiſſe ſubhaſtata in ciuitate Setabis, non probatur, quòd ſubhaſtatio fuerit facta per verba narratiua inſtrumenti venditionis, Bartol. in l. 1. num. 2. & 3. C. de fide inſtrum. lib. 10. & ibi Bald. num. 23. & 28. & Angel. Peruſ. in eadem l. inter lecturam, Bald. ſup. 11. C. Simon Sellus de decret. lib. 1. numer. 63. in verſic. adeo, tom. 6. tractat. pag. 2. fol. 294. Roland. à Valle conſil. 33. num. 13. lib. 1. poſt Corne. & alios, quos ibi allegat, idem conſil. 60. num. 17. lib. 4. Neque cõtradicit idem Roland. conſ. 90. num. 42. lib. 1. loquitur enim iuxta gloſ. quam allegat in d. l. 1. C. de fide inſtrument. quando erat ſcriptura, quæ dicebat, ſolemnitates interueniſſe; quod rectè declarat Ioann. de Platea in d. l. 1. num. 2. dicendo, quòd vbi apparét publica inſtrumenta de iſtis ſolemnitatibus, qualiter interuenerunt, pro quibus inſtrumentis præſumitur, transfertur onus probandi contrarium in aduerſarium,
10 vt in d. gloſ. ſecus autem, ſi non apparent inſtrumenta de iſtis ſolemnitatibus, quia cùm ſubhaſtatio, & ſimiles ſint ſolemnitates extrinſecæ, non præſumuntur, niſi probentur, & ad maiorem declarationem ſubiungit hæc verba: *Non enim ſufficeret, quòd in vno inſtrumento fieret mentio de omnibus iſtis ſolemnitatibus per verba enuntiatiua de præterito: puta, cùm dictum ſit, quòd talis res fuerit ſubhaſtata, tot diebus, in præſentia procuratoris fiſcalis, & non fuerit*

oblatum maius pretium centum librarum, &c. quia inſtrumentum probat ea tantùm, quæ tunc temporis potuerunt interuenire. Itaquè quod ſcribit Roland. d. num. 42. & in conſ. 33. num. 16. volum. 1. intelligitur, quando ex inſpectione proceſſus executiui conſtat, debitas ſolemnitates interueniſſe, quod nedum deficit in caſu noſtro, ſed immo conſtat de tali ſubhaſtatione, nullam factam fuiſſe relationem per proxenetam, quã facere ſolet, quando per tempus præfinitum ſubhaſtauerit, hocquè tempore dictæ executionis, & in alijs cauſis obſeruari, conſtat ex actis, in proceſſu per aduerſarium exhibitis ſub num. 39. & 44. in actu comparendo, facto per Ludouicum Roures not. die 3. Nouem. 1607. quæ extant in primitiuo, fol. 1134. & 1135. pag. 2. Conſtat etiam ex inſpectione actorum, quæ aduerſarius exhibuit ſub littera F. in actu comparendo, facto die 25. Octobris 1593. fol. 504. & ex relatione proxenetæ, ſiue curſoris, continuata (in calce oblationis cenſualium, factæ per Lucã Pardo) die 1. Auguſti 1524. quæ eſt fol. 122. & iſta omnia acta ſunt de anno 1524. vſque 1528. Conſtat denique ex pluribus inſtrumentis, ſeu actibus iudicialibus, incurrẽti proceſſu productis, à fol. 735.

Denique euidenter conſtat de dicto defectu ſubhaſtationis, eo quòd additio oblationis, facta die 11. Ianua. 1528. quæ eſt fol. 300. fuit intimata, die 15. eiuſdem menſis, Ioanni Andreu, aſſerto procuratori curatoris: venditio què bonorum omnium fuit facta die 25. eiuſdem menſis Ianuarij, vnico tãtùm capitulo, & vnico pretio: & ſic à die poſitionis libelli additionis dictæ oblationis, vſque ad diẽ venditionis, lapſi fuerunt tantùm 12. dies: & vſque ad diem intimæ octo duntaxat: & perconſequens nullatenus potuerunt ſubhaſtari dicta bona per triginta dies. Plura autem bona comprehenſa fuiſſe in hac vltima additione, quàm in primo oblationis libello: probatur in principio libelli additionis, ibi: *Addẽt à la offerta feta*, & ibi: *Vinyes, è oliuars, que lo dit Moſſen Ioã Tallada poſſehia, axi en terme è territori de Caſtellò, com de Enoua*, & ibi: *Eſſer continuada en lo lloch de Manuel, Rafeta, & Rafales, è ab tots ſos termens, ab lo hoſtal, è caſes, è terres, poſſeſsions, vinyes, è oliuars, molins fariner, è arroſſer, è totes, è qualſeuol heretats, que lo dis Moſſen Ioan Tallada poſſehia, axi en terme de Caſtellò, Enoua, com en altres parts, e en ſon cas venuts, &c.* In prima autẽ oblatione nulla fuit facta mentio de terris ſitis in termino oppidi *de Caſtellò*, nec oppidi *de Enoua*. Et rurſus, ibi: *E molins, axi fariners, com arroſers:* in primo enim libello tantùm fuit facta oblatio cuiuſdam molendini in ſingulari. Conſtat etiam

etiam ex illis verbis additionis: *Ab totes les caſes, è altres heretats, que Moſſen Ioan Tallada comprà dels hereus de Moſſen Vicent Ferrer, axi en terme de Enoua, com alias:* Hæc enim bona non fuerunt comprehenſa in prima oblatione, quia ibi, ſiue dicamus, factam oblationem loci de Roſeta, pro vt, re verà, huius tantùm loci facta fuit, nomine proprio, declarando, quòd erat ſpecialiter hypothecatus, ſiue dicamus (vt pars aduerſa contendit) factam fuiſſe oblationem loci de Manuel, adhuc non comprehenduntur dicta bona empta ab hæredibus Vincentij Ferrer: nam, vt conſtat ex venditione dictorum locorum de Manuel, Roſeta, & Rafalet, quæ eſt in primitiuo fol. 481. pag. 2. dicta loca emit Ioannes Tallada à Vincētio Ferrer, anno 1496. alia verò bona emit ab hæredibus dicti Vincentij Ferrer, anno 1504. fol 847. in primitiuo, & in decreto de vendendo, prouiſo per Gubernatorem Valentiæ, die 25. Ianuarij, leguntur hæc verba: *Feu venda en publich encant, com à bens de la herencia de Moſſen Iuan Tallada, quondam Cavaller dels llochs de Manuel, Roſeta, è Rafalet, emſemps ab lo hoſtal de dit lloch, poſat dins los termens generals de la ciutat de Xatiua, en la partida de Enoua, ab tots los termens, è terres, è poſſeſſions, axi de rech, com de ſecà, molins, axi fariners, com arroſers, caſes, y altres heretats, que lo dit Moſſen Iuan Tallada quondam poſſehia, è comprà dels hereus de Moſſen Vicent Ferrer, axi en lo dit terme de Enoua, com de Caſtelló, y altre quaſi ſeuol terme, è ab totes les vinyes, è oliuars, è encara ab tota la iuriſdiccio, que per furs è priuilegis del preſent Regne li es atorgada, &c. al honorable en Ioan Bota corredor preſent, y acceptant, per ops del honorable en Iaume de Arauianò mercader per preu*
11 *de 18. milia, y 40. timbres:* Cùm igitur omnia bona, tam primæ oblationis, quàm additionis, ſimul vendita fuerint vnico pretio: & reſpectu bonorum additionis euidens adſit defectus ſubhaſtationis, annullans venditionē curiæ, decretum de vendendo in totum fuit nullum, Anton. Faber ſuper lib. 8. C. Fabriani, tit. 16. de diſtract.
12 pig. diffinit. 4. Quia, inquit, tota venditio inſpicienda eſt, quæ cùm pro parte valere non poſſit (vnus enim contractus eſt, & perconſequens indiuiduus eſt) ſi pro parte infirma ſit, tota corruit: vt fuit declaratum, cum ſupradicta regia ſententia, lata in fauorem Gabrielis Piquer, contra Franciſcum Anyo, publicata per De. Hona, die 26. Septembris 1584. Tradit, & bene confirmat Franciſcus Milanenſ. lib. 1. deciſ. 14. num. 34. cum ſeqq. & in fine deciſionis, in verſ. fin. inquit, magnā regiam curiam decreuiſſe decretum prædictum nullum, ex capitulis ſupra diſcuſſis (hoc eſt,
13 ex his, quæ dixerat, num. 34. & 37.) & ibidem num. 34. ita ait:

Secũdo principaliter corroboratur iſtud caput nullitatis, ex quo domus Delli Abbatis non fuit ſubhaſtata, quia non erat in diuiſione deſcripta, & ob id nõ poterat deueniri ad liberationem ipſius ſine ſubhaſtatione. Allegabatur Bald. in l. 3. num. 4. C. de execut. rei iudic. Suarez in lib. recept. ſent. in verbo, decretum, num. 20. etiam capitulum ritus 112. quod piſponit, quòd bona ipſa debeant ſubhaſtari, ibi, (ſi vero ſe oppoſuerit, præcedente ſubhaſtatione bonorum) & ſic omnia, quæ diſponit ritus cẽſentur pro forma induсta, & diſpoſita. Allegabantur DD. in proœmio ritus, vbi Boniornus, & Fimia ſuper ritu, cap. 105. vbi allegant deciſionem Delfinalem Guidonis Papæ 716. qui in dicto loco hoc non dicit; ſed melius de obſeruantia ritus, & eius virtute, & effectu Carauita, ſuper ritu Neap. cap. 1. & num. 37. Milanen. in ea deciſ. ſubiungit hæc verba: Addebatur etiam, quòd non poterat ſuſtineri iſtud ſecundum decretum, quo ad tenimentum domorum vocatarum de
14 *Auitani Chriſto, quia decretum nullum non poteſt, pro parte rei adiudicatæ ſuſtineri, & in alia parte annullari, cùm ſit indiuiduum, iuxta tradita per Bart. Bald. Paul. de Caſtr. in l. ſi non ſortem, §. ſi centum, ff. de condict. in deb. & Bald. in l. certi condictio. §. quoniam, ff. ſi certum petatur, tradit Alex. in l. 1. §. ſed ſi mihi, ff. de verb. oblig.* Et facit tex. quem Milanen. nõ allegat, in l. in hoc iudicio 27.
15 in fi. ff. fam. herciſ. ibi: *Quia nõ poteſt ex vno iudicio res iudicata in parte va*
16 *lere, & in parte non valere.* Et decretum indiuiduum eſſe, docet Simõ Sellus in tract. de decret. tit. 6. inſpect. 5. num. 59. tom. 6. tract. nouiſ. part. 2. fol. 311. vbi allegat ita tenentes, Bart. Bald. Alex. Iaſſon. Zaſ. Fran. Aret. Dec. Roma. Fulg. Nat. Curt. Iun. Crauet. Roland. a Valle, Cephal. Neuiſan. Hypol. Rimin. Afflict. Capic. Ant. Nicel. Alciat. Nic. Moron. & Pet. Dueñ. & num. 60. ſubiungit Simon Sel. quòd licet vtile per inutile non
vitietur: hoc tamen non procedit,
17 quando ſumus in indiuiduis, l. 1. §. item quæritur, & §. item Trebatius, ff. de aqua quot. & æſti. l. Græ
18 ce, §. illud, ff. de fideiuſſoribus: At decretum eſt indiuiduum iuxta omnes ſupra relatos, & tradit Rot. Rom. deciſ. 33. num. 16. & 17. in 2. part. nouiſ. quod ibi pro indubitato præſupponit in caſu, in quo vnum eſt capitulum, pro vt in noſtro decreto, in quo vnica eſt venditio, vnicum pretium, tradit etiã Natta conſ. 631. num. 37. lib. 3. vbi ait, quòd in decreto, de quo ibi, permiſſa fuit alienatio Caſtri Veſconati, & bonorum, ibidem exiſtentium, per duo miliaria; alienatio autem facta fuit de alijs etiam bonis exiſtentibus in alio territorio, & ideo non valuit, etiam pro parte contractus, quia decretum eſt indiuiduum, quam doctrinam refert Milan. in deciſ. 14. num. 39. & num. 41. ſubiungit hæc verba: *Quia pretium eſt reſpectu omnium bonorum, nec vna res vendita ex pluribus poteſt ſtare pro toto pretio: cùm fuerint*

19 *fuerint plures venditæ, nec pro parte pretij, cum non appareat, quantum ſit pretium iſtius rei permiſſe adiudicari.* Et in noſtro caſu eſſet incertum pretium bonorum, in prima oblatione comprehenſorum, ſi à venditione auferamus bona, in additione comprehēſa, cùm vnico, & eodem pretio omnia fuerint vendita, & deducto valore bonorũ additionis, ſeu parte pretij, ratione eorum remaneat incertum pretiũ bonorũ primę oblationis: Et quòd olivueta ſint diſtincta ab oppidis de Manuel, Roſeta, & Rafalet, cōſtat exemptione dictorum locorũ, quam fecit dictus Ioannes Tallada, anno 1496. fol. 482. pag. 2. & fol. 1158. pag. 2. in primitiuo, in quibus inſtrumentis, poſtquam latiſsimè dictum eſt de fructibus, redditibus, emolumentis, & alijs dictorum locorum, agitur in ſpecie de oliuetis, ſitis in terminis loci de Caſtello. Et etiam ex inſtrumento locationis olei dictorũ locorũ, factæ die 29. Octobr. 1499. incurrenti, fol. 318. vbi poſtquam fuit actum de dictis locis, & eorũ prædijs, agitur in ſpecie de vnoquoque ex oliuetis ſitis in dictis terminis de Caſtellò. Et reſpectu oliuetorum, quæ ſunt in terminis loci de Enoua, eſt aduertendum; quòd dictus Ioannes Tallada ea emit anno 1504. fol. 847. & 866. in primitiuo: & ita fuit diuerſus contractus, & diuerſa adquiſitio, ab emptione locorũ, & in eo fuit nominatim actum de vnoquoque ex dictis oliuetis, & alijs prædijs, & etiam fuit actum de macello loci de Faldeta, qui locus non erat venditoris, ſed tantùm macellum, & tamen in oblationibus dictorum locorum nullam inuenimus mentionem dicti macelli: & videmus, quòd à dicto anno 1528. dict⁹ emptor curiæ poſsidet ipsũ, vt eſt videre fol. 57. & 340. pag. 2. in primitiuo: & ſic quòd poſsidet alia bona præter comprehenſa in oblationibus curiæ, quæ erāt
20 executati: Cum igitur ex defectu ſubhaſtationis bonorum additionis, negari non poſsit, ſaltē in parte, nullam eſſe dictam curiæ venditionem, dicendum etiam eſt, in totum eſſe nullam, ita tradunt Maria.
21 Socin. in cap. querelam, de ſimon. num. 13. & ibidem Felin. num. 4. vbi in venditione extraiudiciali diſtingunt, quòd, vbi venduntur plura principaliter, & quælibet res habet diſtinctum pretium, licet vnius non teneat venditio: tenet tamen reſpectu alterius: ſecus tamē ſi vnico pretio fuiſſent omnes venditæ, vt eſt text. in l. ſi duos 44. ff. de contra. emp. vbi ſi quis emit duos ſeruos, & vnus mortuus eſt, tanquam morboſus, non tenet emptio in alio, quod etiā probatur in l. cum eiuſdem 34. ff. de ædil. edicto, & late probat Caualca. deciſ. 8. num. 1. cum quatuor ſequentibus, par. 2. Hæc igitur duo concurrunt in noſtro caſu (quorum vnum, quodque ad nullitatem in-
22 ducendam ſufficiens eſt.) Primum

T 5 hoc

hoc eſt, ſententia, ſiue decretum de vendendo iudicis indiuiduum eſt,& perconſequens in totũ ruit, vt probat Surd. deciſ. 74. num.7. & 8. Ita fuit iudicatum in R. A. Val. ſententia lata in fauorem Arnaldi Sans Lopez,contra Egidium Garcia, publicata per Don Ioannem Daça, die 4. Maij 1609. his verbis: *Quia licet ea contineat partitã, ſuper qua fuit firmatum compromiſſũ: continet tamen aliam, ſuper qua non fuerat firmatum: & non poteſt in vno capite valere, & in alio non: Quia indiuidua eſt, & non recipit diuiſionem iuxta receptas iuris naturalis ſcripti diſpoſitiones,&c.* Secundum, nã cùm omnia bona,tã primæ, quàm ſecundæ oblationis fuerint vendita vnico pretio, & dicta bona non ſint æſtimata, & ita non conſtet de valore vniuſcuiuſque eorum, remanet incertum pretium bonorũ primæ oblationis:& per cõſequẽs
23 venditio eſt nulla, quia pretium debet eſſe certũ, §. pretium Inſtit. de empt.& vend.foro 19.de contra.emptio. fol. 109. cuius verba ſunt:*Si alcuna vẽda ſerà feyta menys de cert preu, que no valle*, ita Surd. conſ.39.num.5.lib.1. & Milan. d. deciſ.14.num.43.& 44. lib.1. vbi teſtatur: *In ſimili cauſa nullitatis ſecundi decreti,ex quo factum fuerat primum decretum ſuper vna domo,deinde ſecundum decretum,ſeu liberatio,ſuper duabus, ex ſupradicto capite fuiſſe declaratum nullum ſecundum decretum, ſeu nullam adiudicationem per Tribunal Conſiſtorij S.R.C.ipſo exiſtente dicti Tribunalis,& fuiſſe confirmatum per Tribunal magnæ Regiæ Curiæ criminalis:& per magnam Regiam Curiam eodem modo aliàs fuiſſe deciſum,&c.* Hactenus Milanen. &
24 hoc ipſum fuit deciſum in Regia Audientia Valen. ſententia lata in fauorẽ Eliſabethis Auguſtinæ Fayos, & de Genſa, contra Don Ianuarium Rabaça de Perellòs, publicata per Alreus, die 24. Decẽ. 1609. his verbis: *Attento inſuper, quòd cùm tota dicta venditio, ſeu decretum de vendendo, omnium dictorũ fundorum vnico ſolo pretio,non diſcretim,& per diuerſa pretia,ſacta fuerit, tota dicta venditio, ſeu decretum de vendendo, tanquam indiuiduum, & vnico ſolo pretio factum, omnino corruit:& in nullo ex dictis fundis ſuſtineri poteſt: cùm vnicuique, nec alicui eorum pretium certum, & adaptabile in dicta venditione dari, vel tribui nõ poſſit.* Et Matth. de Afflict. deciſ. 218. num.4. refert,iudicatum fuiſſe in S.C.quoddam decretum adiudicationis, interpoſitum ſuper diuerſis bonis ſtabilibus, quorum aliqua erant obligata, alia non, in totum fuiſſe nullum. Ex quibus ſententia lata in S.S.R.C. in fauorem dicti Doctoris Antonij Ioannis Tallada, die 6. Maij 1615. fuit declaratum in totum nullum dictum decretum de vendendo locorum de Manuel, Roſeta,& Rafalet, reuocando ſententiam latam in Regia Audientia Valentina, die 24. Ianuarij 1609.

FA-

FACTI NARRATIO in cauſa petitionis locorum de Manuel, Roſeta, & Rafalet, ad intelligentiam eorum, quæ præcedentibus quatuor deciſionibus, & in ſequenti iuris reſponſo continentur.

Vt melius quæ deciſa, & ſcripta fuerunt in hac cauſa, intelligantur, propono factum in modum ſequentem.

IOannes Tallada miles generoſus dominus locorum de Manuel, Roſeta, & Rafalet, cùm tres haberet nepotes ex filio, videlicet Ioannem, Ludouicum, & Michaëlem, & vnam neptem, in ſuo vltimo teſtamẽto, recepto per Auziam Alpicat, alias Coſta not. die 15. Octobris 1517. & publicato die 31. Decembris 1518. dicto Ludouico, quem iuris peritũ eſſe voluit, expenſas ad diſciplinam ad diſcendam, & quindecim mille ſolidos legauit, & dicto Michaëli nepoti tertio genito, quem religioſum, vel Eccleſiaſticum eſſe voluit, alimenta reliquit, diſponens etiam, vt ſi alij nepotes naſcerentur, pariter à ſuo hærede alerentur, dictamquè eius neptẽ, & alias, ſi forte naſcerentur, in religionem collocari, & dotari iuſſit: Et in reliquis omnibus ſuis bonis hæredẽ inſtituit dictum Ioannem Tallada nepotem primogenitum, eum grauando, vt ſi decederet ſine filijs legitimis, & naturalibus: omnia bona integriter reuerterentur ad aliũ nepotem ſuperuiuentem, & ſic ſequeretur de vno in alium, dum nõ eſſet religioſus, vſque ad vltimum morientem ex nepotibus ſuis maſculis: & ſi nepotes maſculi nõ extiterint, ſed extet alius filius maſculus, ex ſororibus dicti hæredis, ad illum reuerterentur hæreditatis bona, & teneretur ſe appellare, Ioannem Tallada, & facere arma teſtatoris: Et ſi nepotes maſculi non extarent, nec filij maſculi neptum, tali in caſu, omnia bona reuerterentur ad propinquiorẽ conſanguineum maſculum, qui in ſua familia inueniretur. Primo loco ad eum, qui eſſet de nomine, Tallada, & ſi eius nominis non inueniretur, ad alium proximiorem cognatum, & is, qui in tali caſu hæres erit, teneatur aſſumere nomen, & arma teſtatoris, & deferrè illa, ſubiungens poſtea hãc clauſulam: Et quia mea intentio, & voluntas hæc eſt, vt meá loca de Manuel, Roſeta, & Rafalet, & hoſpitium nominatum, de Enoua, ſiuè Faldeta, & ædes meas, nec qui poſt eum veniet, non poſsint vendere, nec alienare in perſonam aliquam, ſed ſemper remaneãt, & exiſtant in nomine, de Tallada, ex his, qui ſunt de meo genere, iuxta formam ſupradictam, vt latius eſt videre in dicta clauſula tenoris ſequentis.

In reliquis omnibus bonis, & iuribus meis, ad me ſpectantibus, & pertinere debentibus, & nunc, & in futurum, quouis titulo, cauſa, vel etiam ratione, habitis, & habendis,

bendis, Ioannem Tallada meum nepotem, filium legitimum, & naturalem Ioannis Franciſci Tallada, filij mei, in hæredem vniuerſalem, per viam inſtitutionis eligo, & inſtituo, cum pactis, vinculis, & conditionibus ſequentibus. Primò, quòd patrem, & matrem, & fratres ſuos, modo habitos, & in futurũ habendos, ſuſtentare habeat, hoc modo, quòd fratri, ætatẽ poſt ſe ipſum peruenturo, Ludouico Ioanni Tallada nominato, ſtudia dare habeat, vt ſit Iuris Cõſultus, & adimpleatur mea volũtas, quòd reſpectu dictorum ſtudiorum, tot annis, & dum in illis verſetur, quadraginta libræ tribuantur, & iam ab ſtudijs diſceſſus, & Doctoris gradu inſignitus, modo quo iuris prudentia vti poſsit, etiam adhuc viginti quinque annos attingat, illum alimentare tentus, & obligatus exiſtat, & deinde volo, & iubeo, dictum meum hæredem vniuerſalem prædicto Doctori mille dragmas annuales dare, quas in carricamentum cenſualis ſuper locis meis, aut aliud meorum cenſualiũ, in quantitatem prædictã, vel quinque millia ſolidorum proprietate dicti cenſualis tradere, fore, & eſſe obligatum, cum pacto, & vinculo, quòd ſi ille ſine filijs legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio procreatis, vitam cũ morte commutaſſet ſuam, illud legatum meo hæredi ſine diminutione integrè veniat. Item alteri nepoti meo, hæredis mei fratri, & in tertio loco nato, qui, eſt intentio mea, vt clericus presbyter, religioſus, aut miles ordinis, & militiæ ſit, vel in ea parte, in qua Deo Optimo Maximo inſeruire melius potuerit, hæres meus deuinctus ſit dare alimenta quæcunque, dum ætatem decem, & octo annorum compleat, & poſtea in religionem eundum, ſeu vbi illi placuerit, viuere, vel commorare, quadraginta libras monetæ regalium Valentiæ quolibet anno, dum alias ſimiles quadraginta libras pro religione, aut Eccleſia habeat, hæres meus illi ſemper tribuat, ſi verò iſtas habuerit, iſtæ à me illi aſsignatę ceſſent, ſi autẽ æquiualentem quantitatem annualem pro Eccleſia, religione, aut alia parte non adquiſierit, volo, vt iſtæ quadraginta libræ annuales ſibi continuentur ratione alimentorum, & poſt illius obitum hæredi meo deuoluantur: & ſi dictus nepos meus fratres, patris ſui filios, habuerit Eccleſiaſticos, donec ſe ipſi per Eccleſiam poſsint ſuſtentari, hæres meus pro illorum victu alimenta de domo ſua illis applicare obligatus exiſtat. Item do, cedo, & mando N. nepti meæ, vt in monaſterium Diuæ Claræ, aut Minoritarum ciuitatis prædictæ ingrediatur, pro cuius ingreſſu illi centum libras cedo, & mando, aut illud in ſimili ingreſſu ſolui ſolitum pro diſpendio. Si autem in conuentum Montis Sancti decreuerit emergi, volo, quòd illa ſubleuetur centum regalibus

libus

libus annualibus, & mortua illa, hæres meus apprehendat illos, ſi quidem autem ſi alias ſorores habuerit, in religionē ingreditas volo ad diſcretionē hæredis mei. Et dictam hæreditatem facio hæredis mei, cum conditione, & vinculo, quòd ſi ab hoc ſæculo ſine filijs legitimis, & naturalibus migraſſet, dicta hæreditas, & bona mea integrè alteri poſt illum ſucceſſuro ſuperſtiti deueniant, & ſic de vno in alium, non tamen religioſum, ad hūc vltimum dictorum nepotum meorum maſculorum morientem: Si verò nepotes mei nō extiterint, & aliquis filius maſculus ſororum illius, filiarum patris ſui in humanis ageret, quòd iſte in hæreditate, & bonis meis ſuccedat, & nomen, Ioannis Tallada, per illū cōſeruetur, & arma mea geſtet: Si etiā nepotes mei maſculi, neque filij neptum mearum maſculi (quod Deo diſpliceat) non remanſerint, in tali caſu tota hęreditas, & bona mea propinquo parenti meo maſculo, qui in parentela mea primùm nominis, Tallada, reperiatur, tradatur: Si autem nominis, Tallada, nō fuerint, propinquo parenti, & ille, dicto in caſu, ſi hæres meus fuerit, meum nomen, & arma adquirat, & illa geſtare, & omnia, ad quæ hæres meus adſtrictus erat, facere, & in tutorem, & curatorem dicti nepotis mei, Ioannem Franciſcū Tallada, illius patrem eligo, cui etiā regendi, & adminiſtrandi perſonam illius, poteſtatem tribuo, dum ille ad ætatem viginti quinque annorum accedat, de cuius tutela, & cura (loquendo de fructibus) cōpotum, neque rationē tradat, neque per aliquam perſonam dictum fructuum compotum capiatur, cùm proprietates hæredi meo cuſtoditas ſemper eſſe volo, ita quòd prædictus hæres meus ætatem prædictam habuerit, & non antea, & ille iam dictus Ioannes Franciſcus à cura, & adminiſtratione prædicta exoneratus: dictus meus hæres det, & dare teneatur illi, vita ſua durante, alimentorū cauſa, mille & quingentos ſolidos, & poſt illius obitū ceſſent, & deuoluāt hęredi meo, & infraſcripto. Etenim hæc ſit mea volūtas, loca mea, de Manuel, Roſeta, & Rafalet, & hoſpitium, ſiue diuerſorium, nominatū, Enoua, ò Faldeta, & etiā meas domos ciuitatis Setabis, in cuius porta mea arma inſpiciuntur, non egredi, neque egredi poſſe à nomine, de Tallada, & cōſeruata eſſe. Propterea iubeo, & mando, dicta loca, hoſpitium, & domos, dictum meum hæredem, neque poſtea vēturos alienare, neque tranſigere, minime poſſe, ſed in nomine, Tallada, meæ parentelæ, ſemper exiſtat, & in modo præ expreſſo. Hoc eſt meum vltimum teſtamentum.

Dictus Ioannes Tallada primus hæres obijt anno 1584. nullo relicto filio maſculo, nec deſcendente, per lineam maſculinam, prę mortuis iam omnibus eius fratribus, ſuperuiuente Ioanne Tallada iuniore,

niore, dicti Ludouici Ioannis filio legitimo, & naturali, qui Ioannes Tallada iunior ex legitimo matrimonio procreauit Ludouicũ Tallada iuniorem, & Doctorem Antonium Ioannem Tallada, in hac cauſa agentem. Dicti Ioannes Iunior, & Ludouicus Iunior, mortuo Ioanne primo hærede, renuntiarunt iuribus dicti fideicommiſſi, in fauorem dicti Doctoris Antonij Ioannis Tallada, eorum filij, & fratris reſpectiue, in eum què titulo donationis inſinuatæ omnia iura ſibi cõpetentia tranſtulerunt, exiſtente dicto Ioanne Tallada primo hærede in minori ætate. Die 20 Octobris 1524. fuit impetratũ mandatum executoriũ per Dominam Mariam de Borja, & de Cẽtelles, contra Ioannem Arias, qui dicebatur dominus loci de Roſeta, & fuit intimatum aſſerto procuratori curatoris dicti hæredis, tanquam poſſeſſori rei ſpecialiter hypothecatæ in cenſuali memorato in dicto mandato executorio, & in diſcurſu dictæ cauſæ executionis, tandem fuerunt vendita, per curiam Gubernatoris Valentiæ, dicta loca de Manuel, Roſeta, & Rafalet, & plura alia bona in dicto fideicõmiſſo recadẽtia, anno 1528. Secretario Petro Quintana, qui in poſſeſsionẽ miſſus fuit, & eo mortuo, ſucceſſerunt in dictis bonis eius filij, Don Ioannes, Don Petrus, & Don Franciſcus Quintana, contra quos poſuit petitionẽ dictorum locorum, & bonorum dictus Ioannes Tallada, primus hæres, anno 1572. & cùm ad eius notitiam perueniſſet, nulliter, & de facto fuiſſe per curiam vendita, à dicto decreto de vendendo appellauit, die 11. Auguſti 1581. quæ apellationis cauſa fuit introducta in Regia Audientia, & cumulata cũ cauſa principali petitionis dictorum locorum. Et cùm dictus Ioãnes primus hæres mortuus fuiſſet ſine filis maſculis, tribus dumtaxat filiabus relictis: Ex quo ad dictum fideicommiſſum tantùm reperiuntur vocati maſculi, ex familia dicti teſtatoris, in dicta cauſa ſe oppoſuit, ſiue immiſcuit dictus Ioannes Tallada iunior, filius Ludouici, & poſtea in eadem cauſa ſe oppoſuit dictus Doctor Antonius Ioannes Tallada, proximè dicti Ioannis filius, qui præſentem litem proſequitur, cõtra Don Ludouicum de Villanoua, Comitem del Caſtellar, hæredem vniuerſalem dicti Secretarij Petri Quintana, poſsidentem hodie dicta loca, & alia plura bona, in dicto fideicommiſſo recadentia, & contendit dictus Doctor Tallada, dicta bona, tanquam fideicommiſſo ſubiecta, non potuiſſe alienari, in eius præiudicium, & iuſtè ea à poſſeſſore reiuendicare poſſe, nõ obſtante iudiciaria alienatione, de illis facta, ex quo in dicta curiæ venditione non fuerunt obſeruatæ ſolemnitates, à iure requiſitæ, & neceſſariæ, vt iudex poſsit, inuito domino, dominium rerum venditarũ

ab

ab eo auferre,& in emptorē tráſferre. In hac cauſa fuit lata ſentētia in fauorem dicti Comitis del Caſtellar, in Regia Audientia Valentina, quæ eſt tenoris ſequentis: *Attentò, quòd petitioni locorum de Manuel, Roſeta, & Rafalet, & aliorum bonorum, per Ioannem Tallada hæredem Ioannis antiquioris, teſtamento recepto per Auziam Coſta, alias Alpicat notarium, die decima quinta Octobris, milleſimi quingenteſimi decimi ſeptimi, publicata die vigeſima nona Decembris ſequentis, poſitæ die ſexta Martij, milleſimi quingenteſimi ſeptuageſimi ſecundi, contra Don Ioannem, Don Petrum, & Don Franciſcum Quintana, dictorum bonorum tunc poſſeſſores, & per Angelam, Leoniſiam, & Eliſabeth, dicti Ioannis filias, & hæredes, contra Don Ludouicum Caſtellar, de Vilanoua, & Quintana, ad præſens Comitem del Caſtellar, & dictorum bonorum poſſeſſorem, proſſequutæ. Nec non immiſcuitioni factæ per aliū Ioannem Tallada, die vigeſima prima Iulij, milleſimi quingenteſimi nonageſimi tertij, ad vtrunque ex litigantibus excludendum, ſibique dicta bona, iure vinculi per dictum Ioannem Tallada ſeniorem inſtituti, adiudicari petentem, diuerſæ exceptiones, tam in iure, quàm in facto conſiſtentes, per dictos reos conuentos, & reſpectiuè poſſeſſores appoſitæ reperiuntur. Quarum præcipua eſt, quòd dicta loca, & bona per curiam gubernationis præſentis ciuitatis, & Regni, ad inſtantiam diuerſorum creditorum dicti Ioannis Tallada, teſtatoris, & à quo omnes actores ius, & cauſam prætendunt, nec non pro ſoluendo ære alieno ipſius, vendita fuere, vigeſima quinta Ianuarij, milleſimi quingenteſimi vigeſimi octaui: Cum explorati iuris ſit, bona reſtitutionī ſubiecta, & quocunque fideicommiſſo ligata, nec non alienarī prohibita, alijs non exiſtentibus bonis, pro debitis vinculatoris vendi, & alienari poſſe, & nō ſolum per dictos actores, quibus hoc caſu onus probandi incumbebat, non fuerit legitime probatum, alia fuiſſe bona, ad dictum æs alienum perſoluendum ſufficientia, immo tàm ex teſtibus productis pro parte dictorum conuentorum, quàm inſtrumentis per illos exhibitis, & alijs meritis proceſſus contrarium probatum extitit, ſignanter ex decretis prouiſis per Iuſtitiam ciuitatis Setabis, diebus vigeſima ſecunda Martij, & vigeſima octaua Iulij, milleſimi quingenteſimi decimi octaui: nec non ex inſtrumento diffinitionis, per dictum Ioannē Tallada primum hæredem, firmato in poſſe Ioānis Bernabeu, quondā notarij, die prima Septembris, dicti anni milleſimi quingenteſimi vigeſimi octaui, & etiam ex inſtrumento donationis factæ per Franciſcum Ioannem Tallada, dicto Ioanni hæredi, recepto per Gaſparem Sancium notariū. Die decima tertia Februarij, milleſimi quingenteſimi trigeſimi quarti, in contēplationem matrimonij dicti eius filij: & quanuis, replicando per dictos actores, nec non in iuſtificationem nullitatum, & appellationum, per illos dictarum, & interpoſitarum, quamplurimæ nullitates, & impugnationes, contra dictum decretum de vendendo, fuerint alle-*

allegata, quibus illud ſubuertere conati ſunt: Bona tamen pars earum, nec in facto ſubſiſtunt, nec de iure procedunt. Et licet reſpectu ſubhaſtationis, & aſtimationis defectus, aliqua ſubſiſteret difficultas, poſterioris tamen defectus, nec à foro, nec de ratione naturali ſcripta, vltra cauſas executionis Fiſcalis nullitatē inducit. Prioris verò ſolemnitas ſatis probata remanet ex aſſertione iudicis, & alijs executionū actibus, & vēditione reſultātibus. Nec officit dicere, quædā olíueta, & alia prædia in termi nis Caſtellonis, & Enoua dels Chriſtiās ſita ſubhaſtata nō fuiſſe, nec ſubhaſtari potuiſſe, cū in ſcriptura oblationis, poſita decima ſeptima Octobris, milleſimi quingenteſimi vigeſimi ſexti, nec intra limites, & confrontationes illius contineantur, immo poſtea cum ſcriptura, vndecima Ianuarij, Milleſimi quingenteſimi vigeſimi octaui, addita dicuntur, à quo die vſque ad diem venditionis ſolùm quatuordecim dies tranſierunt, in quibus ſubhaſtatio triginta dierum, quæ à foro requiritur, fieri minime potuit. Nam præterquam quòd multa ex actis proceſſus reſultant, ex quibus integra dictorum bonorum ſubhaſtatio deprehenditur, & ſcriptura diei vndecimi Ianuarij potius pro declaratione, quàm additione per partes, & iudicem poſita, & admiſſa fuit, vbi tamen dicta olíueta tempore legitimo ſubhaſtata non forent, non ex hoc tamen venditio prædicta nulla dici poſſet, nec à dicto Ioanne Tallada, & ſucceſſoribus illius, quibus res iudicata, & omnes aliæ exceptiones deductæ obſtāt, & altero Ioanni, & Antonio Ioanni Tallada, eius filio, cùm nullum habeāt intereſſe, & in illis oliuetis, & prædijs ius deficit, cùm & ſi vinculum, & ſideicommiſſū in dicto teſtamento Ioannis Tallada, fauore eorum factum reperiatur, illuſquè comprehendat, ad dicta loca, hoſpitium, & domum magnā dicti teſtatoris, ſitam in ciuitate Setabis, ſupra cuius portam ſculpta ſunt illius arma, reſtrictum reperitur, nec vniuerſalem hæreditatem aliaquè teſtatoris bona, in quibus illa oliueta, & prædia continebantur, comprehēdit, in quibus, cùm prohibitio expreſſa alienationis adiecta non fuerit, per exiſtentiam filiarum, & nepotis ex filia, primi hæredis, fideicommiſſum vniuerſale expirauit, vt ex verbis claris prioris ſubſtitutionis, & reſtrictionis dictæ prohibitionis alienationis ad dicta certa bona demonſtratur, quæ reſtrictio fruſtrà dictis certis bonis adiecta fuiſſet, ſi omnia in vniuerſali hæreditate recadentia comprehendi voluiſſet, maximè cùm dicta bona expreſſa, & indiuiduata in dicta prohibitione alienationis pratioſiora ſint, & diuerſam affectionis rationem teſtatorem habuiſſe, credendum eſt: vnde cùm dictus Antonius Ioannes Tallada in dictis oliuetis, & prædijs, alijſque bonis vltra locum, domum magnam, & hoſpitium ius fideicommiſſi non habeat, etiam ſi in oblatione comprehenſa non forēt, nec ſubhaſtata, & etiam ſi decretum de vendēdo indiuiduū iudicetur, non propter hoc poteſt illud de nullitate arguere, quia loca, domus, & hoſpitium, in quibus ipſe, ex dicto fideicommiſſo, ius prætēdere poterat, legitimè ſubhaſtata, & ven-

& vendita reperiantur. Animaduerſo præterea, quòd dictæ curiæ venditio, reſpectu iniuſtitiæ, argui non poteſt, cũ iuſtè creditoribus vrgẽtibus, & quibus aliter ſolui non poterat, cùm totum pretium adhuc illis non fuit ſufficiens, ad omnia debita ſoluenda, iuſtoque, ac congruo pretio, abſque aliqua læſione vendentis, extraque fraudem fideicommiſſi, & ſucceſſorum in eo, facta fuerit. Quod ex eo inter alia facile deprehenditur, cùm in anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſexto, pretio quinque mille biſcentum ſexagita duarum librarum, præfatus teſtator dicta loca emerat, & per curiam gubernationis poſtea (per quã bona minori pretio prope ſemper vendi ſolent) pro quantitate nouem mille, & viginti librarum, & ita induplum, vel circa vendita repeṙiuntur, & à dicto Quintana, bona fide emente, totum pretium integre ſolutum fuit. Attento inſuper, quod dictus Ioannes Tallada primus hæres dictam curiæ venditionem ratam habuit, non ſolum per longi temporis curſum, quinque, decem, viginti, triginta, & quadraginta annorum, & vltra, quo venditiones, & decreta, non tantùm maiorum, verum & minorum, etiam diuerſis actibus poſitiuis, qui citra ius, & nomen ratificationis fieri non potuerunt, ſignanter diſponendo de pretio dictæ curiæ venditionis, vt ex inſtrumento recepto per Antonium Gaſparem Sancho, die ſeptima Februarij, milleſimi quingenteſimi trigeſimi primi colligitur, vbi dictus Ioannes Tallada pro ſoluendo Lucæ Pardo reſiduum penſionum cenſuum, quas ei reſpondebat, certam quantitatem ei ceſſit, deducta quantitate dictorum cenſuum, adoſata in vẽditione dictorum locorum, & ita vi taliter diſpoſuit de pretio dictorũ locorum, & ex alio inſtrumento apud eundem notarium confecto, die vigeſima tertia Nouembris, milleſimi quingenteſimi trigeſimi ſeptimi, vbi dictus Ioannes Tallada, certis nominibus, recipiendo à curia ſeptuaginta vnam libras, vndecim ſolidos, & octo denarios, ex pretio dictæ venditionis, per emptorem depoſito, cauſis, & rationibus in dicto inſtrumento contentis. Vnde cùm impoſſibile ſit, pretium abſque venditione dari, neceſſarium antecedens, venditionem ipſam ratificauit, maximè cùm in dicto Ioanne Tallada, contra quem executiones factæ fuere, & in cuius facultate fuit recognoſcere executiones, & venditionem, & omnia acta illarum, in viam iuris ſcientia, & notititia omnium eorum præſumatur. Quæ ratificationes, nedum Ioanni Tallada, & illius ſucceſſoribus, ſed in fideicõmiſſo, ex propria perſona ius prætendentibus, nocuerãt: cùmque poterat alienare, deficientibus bonis liberis, & nõ extãtibus ſufficiẽtibus ad ſolutionẽ æris alieni teſtatoris, bona vinculata in præiudiciũ ſucceſſorũ in vinculo, pariter & ratificare potuit, eo præcipue, cùm ratificatio actus nullius tanquam nouus contractus, nouaque alienatio, & ex tempore ratificationis, ex nouoque conſenſu iudicetur. Animaduerſo demum, quòd, ſtante tam longa temporis diuturnitate, etiam ſi aliquæ ſolemnitates ſcriptæ in actis non reperiantur, cùm interuenire pote-

rant, & debebant, miniſterio legis præſumuntur, & ſupplentur, vt actus potius valeat, quàm pereat, etiam in tertij præiudicium, maximè concurrentibus omnibus ſupradictis, & alijs ex dicto proceſſu, & actis reſultantibus, & vbi partium iura aliquantulum dubia, & ambigua fuerent, pro reo maximè diutino poſſeſſore iudicandum eſt. Et quòd cætera deducta, & allegata pro parte dictorum agentium non ſunt talia, propter quæ dicta venditio curiæ nulla dici debeat, aut impugnata remaneat, vel propter quæ petitio, ſeu demanda dictorum bonorum, nullitates, & appellationes dictorum agentium iuſtificentur. Idcirco, & aliàs, deliberationem, & concluſionē in Regio Conſilio ſumptam in ſequendo, pronuntiamus, & declaramus, dictis nullitatibus, & appellationibus non obſtantibus, dictam venditionem firmā remanere, & quatenus opus ſit, eam confirmamus, repellendo, & habitis pro repulſis, pro vt cum præſenti ſententia repellimus dictas petitionem & immiſcuitiones, & dictis actoribus ſilētium perpetuum imponimus, nullamque ex partibus in expenſis condemnamus, non obſtantibus quibuſcunque in contrarium prætenſis, deductis, & allegatis. Aguirre Regens. Vidit Siſternes. Vidit Mayor. Vidit Real. Vidit Roig. Publicata fuit Valentiæ die 24. menſis Ianuarij 1609. Ab hac ſententia dictus Doctor Antonius Ioannes Tallada, actor ſupplicauit ad dominum noſtrum Regem, & ad eius Sacrum Supremū Regium Conſilium, & cùm ſua Regia Maieſtas mihi facultatem conceſsiſſet, ad ſupplicationem dicti Doctoris Tallada, vt eum defendere poſſem, quanuis eram Regius Conſiliarius, & Auditor in Sacra R.A. Valentina, in eius fauorem ſcripſi ſequentia, pro obtinenda reuocatione dictæ ſententiæ.

RESPONSVM IVRIS in fauorem Antonij Ioannis Tallada militis I.V.D. in cauſa petitionis locorum de Manuel, Roſeta, & Rafalet, & aliorum bonorū, ac reddituum, præcedente regia licentia, a Don Franciſco Hieronymo Leo, Regio Conſiliario in Regia Audientia Valentina: contra Comitem del Caſtellar, Anno 1612.

1 *Fideicommiſſum inſtitutum per Ioannem Tallada ſeniorem, dominum loci de Manuel comprehendere Doctorem Antonium Ioannem Tallada, pronepotem ſuum, fuit deciſum cum regia ſententia.*

2 *Nepotū appellatione veniunt pronepotes, & abnepotes, num. 4.*

3 *Filiorum appellatione, caſu quo veniunt nepotes, nepotum appellatione veniunt pronepotes.*

5 *Filiorum appellatione, in vltimis voluntatibus, veniunt nepotes, quando diſpoſitio eſt collata in futurum euentum, quo caſu poſsibile eſt, non extare filios, ſed nepotes, & eſt communis opinio.*

6 *Filiorum appellatione veniunt nepotes,*

potes, in diſpoſitione fauorabili vocatis, quæ confertur in futurum euentum, & num. 8.

7 *Filiorum appellatio in Hiſpanorum primogenijs, non ſolùm nepotes, ſed omnes in infinitum deſcendentes comprehendit, & ita fuit iudicatum in Supremo Conſilio, num.* 9.

10 *Filios ſuos vbi quis vocauit, regulariter non veniunt nepotes, ſecus in maioratibus.*

11 *Filiorum appellatione omnes liberi in infinitum comprehenduntur, in conditione, ſi ſine liberis, & num.* 13.

12 *Liberorum appellatione nepotes, pronepotes, cæteriq; deſcendentes comprehenduntur.*

14 *Subſtitutionis vnus gradus per alium declaratur.*

15 *Minus dilecti non debent eſſe melioris conditionis, quàm magis dilecti.*

16 *Maſculos deſcendentes ex filijs maſculis teſtatoris, licet non ſint expreſsè vocati, ſuccedere tamen in fideicommiſſo, ex veriſimili mente teſtatoris: quando vocauit filios maſculos ex filiabus, in defectum filiorum maſculorum, fuit deciſum in Rota Romana, & cum votis S.S.R.C.num.* 17.

18 Superuiuens, *verbum: an reſtringat verbum,* nepos, *vt non comprehendat pronepotem: contrariæ ſententiæ doctorum referuntur: Sed non reſtringere in diſpoſitione maioratus, fuit deciſum in Regio Conſilio Caſtellæ, num.* 19.

20 *Nepos ex filio primogenito prædefuncto excludit patruum, quando eſt vocatus filius maior ſuperſtes.*

21 *Superſtes vbi ab inſtitutore maioratus vocatur, non excluditur pronepos ex linea primogeniti: Sed tantùm per dictam dictionem declaratur, quòd de ſui natura inerat, vt vocatus ſuperuiueret.*

22 *Repreſentatio non eſt excluſa, vbi ex aliquibus coniecturis conſtat, diſponentem, non ſolùm filium ſuperuiuentem, ſed omnes illius deſcendentes ad ſucceſsionem inuitaſſe.*

23 *Magis dilectus non debet eſſe deterioris conditionis, quàm minus dilectus.*

24 *Maioratum fuiſſe inſtitutum, probatur ex coniecturis hic relatis.*

25 *Nominis, ſeu armorum delationis grauamen inducit coniecturam maioratus, ſiue perpetui fideicommiſſi.*

26 *Maſculinitatis qualitas fideicommiſſi coniecturam inducit.*

27 *Agnatio ficta inducitur ex vocatione filiorum maſculorum neptum teſtatoris, cum grauamine delationis nominis, & armorum.*

28 *Vocatio ſecundi poſt primum, & quòd ita ſequatur de vno in alterum, vſque ad vltimum morientem, peculiaris eſt ſucceſsionis maioratus.*

29 *Reciproca ſubſtitutio inter omnes deſcendentes inducitur ex vocatio-*

ne collateralis proximioris, poſt defectum omnium deſcendentium, & ita fuit iudicatum.

30 *Bonorum qualitas, quando ſunt oppida, vel caſtrum, inducit coniecturam maioratus.*

31 *Nobilitas teſtatoris inducit coniecturam maioratus, ſeu perpetui fideicommiſſi.*

32 *Digreſſio ad plures gradus ſubſtitutionum inducit coniecturā fideicommiſſi perpetui.*

33 *Coniecturæ plures ſimul iūctæ demonſtrant maioratum.*

34 *Maſculi, ex fœminis deſcendentes perpetuo excluſi cenſentur, quando maioratus inſtitutor profitetur, ea ratione maioratum inſtituere, vt bona in agnatione conſeruentur.*

35 *Agnationis conſeruationi repugnat fœminarum ſucceſſio.*

36 *Maſculi ex fœminis deſcendentes non ſunt agnati, ſed cognati.*

37 Nomen, *agnationem ſignificat, vbi teſtator diſpoſuit, ne bona exeant de ſuo nomine. Et ita fuit deciſum cum regijs ſententijs.*

38 *Gloſſa verborum teſtatoris nulla melior, quàm quæ deducitur ex verbis teſtamenti.*

39 *Agnationis ratio videtur habita, quando fœmina ſemper excluditur, & nullo caſu admittitur, maximè in maioratibus, num. 40. Et ita fuit deciſum, num. 41.*

42 Filijs, *verbum, de maſculis intelligitur, vbi eſt habita ratio conſeruandæ agnationis. Et ita fuit deciſum in Senatu Caſtellæ, num. 43. & Rota Romana, num. 44. & in S. S. R. C. Aragonum, num. 45.*

46 *Maſculi filij, ſeu deſcendentes vbi ſunt vocati: ea diſpoſitio de maſculis deſcendentibus ex maſculis: non deſcendentibus ex fœminis intelligenda eſt.*

47 *Maſculinitatis expreſſio denotat, cenſeri habitam rationem agnationis.*

48 *Filia excluſa, deſcendentes ex ea (quamuis maſculi) excluſi cenſentur, vbi habita fuit ratio conſeruandæ agnationis. Et ita fuit deciſum, num. 49.*

50 *Filij maſculi, quando ponuntur in conditione, ratione conſeruandæ agnationis: maſculi deſcendentes ex fœminis non comprehenduntur, ad excluſionem ſubſtituti.*

51 *Filij maſculi vbi à teſtatore ſunt inſtituti, fœminis excluſis, verbum,* filijs, *in conditione poſitum, de maſculis intelligitur.*

52 *Maſculinitatis qualitas cenſetur adiecta verbo,* filijs, *quando agitur de conſeruatione agnationis, & familiæ.*

53 Filij, *verbum de maſculis intelligitur, quando in teſtamento præter verbum,* maſculis, *in vna parte appoſitum, extant aliæ coniecturæ conſeruandæ agnationis: ſecus ſi non extant aliæ coniecturæ: tunc enim qualitas maſculinitatis, filijs in vna parte teſtamenti adiecta, non cenſetur repetita in alia parte, vbi tantùm de filijs loquitur. Et ita*

ita conſiliantur opiniones Abbatis conſil. 36. lib. 1. & Ananiæ conſ. 22.

54 *Agnationis ratio licet habita non cenſeatur, quando teſtator prætulit cognatos agnatis: ſecus tamen eſt, quando ratio conſeruandæ agnationis à teſtatore expreſſa fuit: vel quando teſtator vocauit cognatos in defectum agnatorum, adiecto eis grauamine delationis nominis, & armorum, num. 55.*

56 *Agnationis conſeruandæ mens, & voluntas magis enixa apparet, quando teſtator primùm vocauit veros agnatos in perpetuum, & eis deficientibus, cognatos, cum grauamine delationis nominis, & armorum, & ſic voluit, per modum ſictum, agnationem conſeruare.*

57 *Deſcendentes præferre agnatis collateralibus eſt naturale votum, propriam ſobolem alienæ anteponere.*

58 *Ratio ampliat diſpoſitionem, maximè quando exprimitur à teſtatore cauſa prohibendi alienationem, & num. 59.*

60 *Fideicommiſſum factum in omnibus bonis, reſpectu collateralis, à fortiori cenſetur factum in omnibus bonis in fauorem deſcendentium.*

61 *Fideicommiſſum omnia bona cõprehendere, licet prohibitio alienationis ſit limitata ad aliqua bona immobilia: quia teſtator voluit fauere agnationi, tenuerunt hic relati, & fuit deciſum cum regia ſententia, num. 62.*

63 *Omiſſum verbũ quando ſupplendum ſit in ſcriptura imperfecta, & num. 65.*

64 *Omiſſa fideicommiſſi verba ſi fuerint, & cætera. quæ leguntur, cum his, quæ ſcribi debuerant, congruant, rectè datum, & minus ſcriptum intelligitur.*

66 *Oldradi opinio, conſil. 21. non procedit in Hiſpanorum primogenijs, quia ſunt perpetua, & dicta opinio Oldra. limitatur, num. 69.*

67 *Fideicommiſſa licet regulariter ſint odioſa: ea tamen quæ inſtituta ſunt per viam perpetui maioratus pro conſeruatione agnationis, ſunt fauorabilia.*

68 *Fideicommiſſum abſolutum inducitur etiam in caſu mortis, quando teſtator voluit, perpetuò bona ſua conſeruari in familia, ordine primogenituræ ſeruato.*

70 *Subhaſtatio bonorum immobiliũ fieri debet per triginta dies, iuxta forum Valentiæ.*

71 *Forma non ſeruata, ſiue ſolemnitate introducta pro forma, non tenet venditio iudicialis.*

72 *Venditio curiæ eſt nulla ex defectu ſubhaſtationis, & num. 74.*

73 *Nulla eſt, ipſo iure, executio, quando defecit aliquid ex ſubſtantialibus.*

74 *Nulla fuit declarata venditio quorundam cenſualium per Regiam Audientiam ex defectu ſubhaſtationis, licet fuerit facta pro debito ſubſiſtenti, & denarium pro denario.*

75 *Negatiua, bona non fuiſſe ſubhaſtata, probatur per inſpectionem actorum.*

76 *Solemnitas neceſſaria ſubhaſtationis non probatur per verba narratiua inſtrumenti venditionis.*

77 *Nullum eſt in totum decretum de vendendo, ſi aliqua bona in eo comprehenſa non fuerint ſubhaſtata per tempus legitimum, & ſic deficit ſolemnitas neceſſaria in parte bonorum: quia cùm vnica ſit venditio indiuidua, ſi pro parte infirma ſit, in totum corruit.*

78 *Decretum quorundam bonorum venditorum iudicialiter in totum fuit declaratum nullum per Magnam Regiam Curiam Siciliæ, ex quo in parte illorum nòn fuerat obſeruata ſolemnitas ſubhaſtationis: quia decretum nullum non poteſt pro parte rei iudicatæ ſuſtineri, & in alia parte annullari.*

79 *Decretum eſt indiuiduum, & num. 82.*

80 *Decretum de vendendo eſt indiuiduum, quando vnicum pretium eſt oblatum pro omnibus bonis, & facta eſt venditio vnico capitulo: nec apparet, quod pretium ſit oblatum, pro quolibet bonorum. Et ita fuit deciſum, num. 84.*

81 *Venditio plurium bonorum vbi fit, & qualibet res habet diſtinctum pretium, licet vnius non teneat venditio: tenet tamen reſpectu alterius. Tamen quando omnium venditio fit vnico pretio: tunc pro parte ſuſtineri non poteſt.*

83 *Pretium debet eſſe certum, aliàs non valet venditio.*

85 *Aeſtimatio bonorum oblatorum neceſſaria eſt in venditionibus curiæ, quæ fiunt in Regno Valentiæ, iuxta ſtylum.*

86 *Stylus vim legis habet.*

87 *Sententia lata contra ſtylum eſt nulla.*

88 *Executio reuocatur in Supremis Tribunalibus Caſtellæ, ſi auctio publica, circa formam, more regionis receptam, peccauerit: reuocaturque ipſa iudicis pronuntiatio, & bona reo reſtituuntur abſque vllis expenſis; cum eorum fructibus.*

89 *Aeſtimationis ex defectu annullata fuerunt quædam decreta de vendendo, ſiue venditiones curiæ per Regiam Audientiam Valentinam.*

90 *Pretia rerum non ex præterita emptione, ſed ex præſenti æſtimatione conſtituuntur.*

91 *Valor rei vt probetur, debet æſtimatio committi peritis in arte.*

92 *Aeſtimatio bonorum, facienda per peritos in arte, præcedere debet venditionem iudicialem, aliàs retractatur. Et ita fuit deciſum in Conſilio Neapolitano.*

93 *Datio inſolutum bonorum vbi fieri debet creditori, de neceſſitate debet præcedere eorum æſtimatio.*

94 *Aeſtimationis defectus in executionibus*

nibus Fiſcalibus nullitatem inducit.

95 *Fiſcalibus in executionibus venditio debet fieri iuſto pretio.*

96 *Nullitas ex defectu aſtimationis, qua militat in executione Fiſcali, à fortiori procedit in executione, qua fit pro debito priuato.*

97 *Nulla etiam quando eſt venditio ob defectum ſolemnitatum, lex vtitur hoc verbo,* reſcindo.

98 *Afflict. deciſ. 358. defenditur contra Beccium.*

99 *Datio inſolutum valet, quanuis res pignorata, qua inſolutum datur creditori, ſit maioris valoris, quàm creditum.*

100 *Venditio curia in Regno Valentia eſt nulla, quando res venditur pro minori quantitate, quàm ſit aſtimata. Et ita fuit declaratum cum regijs ſententijs, & infra num. 102.*

101 *Pactum de retro vendendo, ſiue facultas redimendi res pro eodem pretio (appellata* carta de gracia) *eſt pars pretij.*

103 *Pretium iuſtum quod ſit, per ſubhaſtationem non apparet, ſed debet interuenire aſtimatio.*

104 *Conſiliarij Principis prohibentur emere res ſubhaſtatas fiſco, ne eis gratioſe vendantur.*

105 *Officiales regij prohibētur in Regno Valentia, res, qua vendūtur per curiam, emere.*

106 *Valor rei probatur ex quantitate reddituum, & ex pretio locationis.*

107 *Minoris bona debent vendi iuſto pretio. Et ita fuit deciſum cum Regia ſententia.*

108 *Pretia iuſta non ex praterita emptione, ſed ex praſenti aſtimatione conſtituuntur.*

109 *Vendi non poſſunt per curiam bona, iura, & actiones ſub generalitate verborum, iuxta forum.*

110 *Forma debet impleri verè, & propriè, & non ſufficit, expreſſionem fieri per relationem ad aliud.*

111 *Expreſſa per relationem dicuntur expreſſa generaliter impropriè verò, & ficté, ſpecialiter.*

112 *Nullus eſt proceſſus factus cum minore indefenſo. Et ita fuit iudicatum in regia Audientia.*

113 *Nullitas, qua vagatur per totum proceſſum, eſt inſanabilis.*

114 *Creditor tenetur ex re ſpecialiter hypothecata prius ſuum creditum exigere, quàm ex bonis generaliter obligatis, quando vertitur intereſſe ſecundi creditoris.*

115 *Maioratus inſtitutio propter bonum publicum fuit in Hiſpania introducta.*

116 *Legem quarere, vbi habemus rationem, nihil aliud eſt, quàm infirmitas intellectus.*

117 *Fideicommiſſo ſubiecta alienari non poſſunt, etiam ex cauſa dotis, ſi poſsit dos ex fructibus ſolui.*

118 *Fideicommiſſo ſubiecta, licet pro debitis inſtitutoris fideicommiſſi poſſint alienari: hoc tamen eſt in ſubſidium, deficientibus bonis liberis, & non*

non extantibus fructibus bonorum fideicommiſſi, & num. 171.

119 *Penſiones debent ſolui ex fructibus.*

120 *Vendi non debet pro modico debito res pretioſa, & ita fuit deciſum cum regia ſententia.*

121 *Subhaſtari debent bona, vbi ſita ſunt.*

122 *Sententia lata contra minorē indefenſum eſt nulla, & non nocet minori, nec ſucceſſori in fideicommiſſo, quando curator, vel poſſeſſor bonorum negligenter ſe geſſit, & legitimè non defendit cauſam.*

123 *Decretum de vendendo fieri non poteſt, quando oppoſitæ fuerunt exceptiones, ſiue rationes, & non fuerunt purgatæ, ſiue ſuper eis declaratum. Et ita fuit iudicatum in Regia Audientia.*

124 *Legatarius eſt perſona legitima, ad interueniendum in cauſa.*

125 *Tertius ad fauorem ſui admittitur ad excipiendum, ac etiam adprobandum.*

126 *Exceptio oppoſita à tertia perſona, cuius intereſt, obſtat, & venit examinanda in iudicio, & habet proceſſum impedire.*

127 *Executio quando inſtatur ab aliquo, vti hærede, tenetur docere ſe hæredem.*

128 *Iudex debet actorem, ius agendi non habentem, repellere.*

129 *Mandatum executorium, poſitis rationibus, reſoluitur in vim ſimplicis citationis.*

130 *Appellatio interpoſita ab vno ex duobus litis conſortibus prodeſt alteri, qui non appellauit.*

131 *Renuntiatio nullitatis non nocet tertio, cui ius fuerat quæſitum.*

132 *Renuntiatio facta appellationi, tacita, vel expreſſa non valet in præiuditim adhærentis.*

133 *Coniunctus poteſt agere pro minore, etiam ſi non interueniat conſenſus tutoris, vel curatoris.*

134 *Citationis defectus inducit nullitatem.*

135 *Notificatio fieri debet debitori, cùm creditor hypothecas venales proponit.*

136 *Intima oblationis bonorum immobilium, antequam illa ſubhaſtentur, de neceſſitate fieri debet. Et ita fuit iudicatum in Regia Audientia.*

137 Intimetur, *verbum ſemper de ſtylo adijcitur in prouiſione facta in calce ſcripturæ oblationis, & prouiſio facta contra ſtylum eſt nulla.*

138 *Mobilia prius debent vendi, deinde immobilia in executione: & an non ſeruato hoc ordine, executio facta ſit nulla?*

139 *Executio non eſt nulla, ſed appellari poteſt, ſi non vendantur prius bona mobilia, quàm immobilia, niſi ſint bona minoris: quia tunc ſeruanda eſt dicta forma.*

140 *Negatiua, non extare bona mobilia, vt immobilia vēdi potuerint: an probanda ſit ab emptore immobilium?*

141 *Vſufructuarius tenetur debita annua ſoluere.*

142 *Maioratus bona, vt diſtrahi poſſint, pro ſoluendis debitis teſtatoris, neceſſe*

neceſſe eſt, vt prius ſatisfiat creditoribus de fructibus bonorum fideicommiſſi, & tantùm in ſubſidium poteſt fieri eorum alienatio.

143 Venditio iudicialis eſt nulla, quãdo ad inſtantiam creditoris, res pignoratæ fuerũt venditæ, quando ex venditione partis earũ poterat conſequi ſuum creditum, & ita fuit iudicatum.

144 Detentor nouus rei ſpecialiter hypothecatæ pro omnibus petitionibus conueniri poteſt: ſed executio tantùm fit in ipſa re hypothecata.

145 Voluntas contrahentium magis, quàm verborum conceptio inſpicitur.

146 Venditio quando dicatur facta ad corpus, & quando ad menſuram.

147 Demonſtratio falſa non vitiat, in vltimis voluntatibus, nec in contractibus.

148 Fundamento deſtructo, corruunt ſuperadificata.

149 Citatio ad ſententiam eſt de ſubſtantia, & de neceſsitate interuenire debet, vt pignora iudicialia vẽdantur.

150 Mandatum non præſumitur per mille annos.

151 Negatiua probatur, quoad acta iudicij, per inſpectionem proceſſus, ſi de his in eo non appareat.

152 Mandati defectus nullitatem inducit actorum, quæ facta fuerunt cum aliquo, vti procuratore. Et ita fuit iudicatum, & hæc nullitas eſt inſanabilis, num. 153.

154 Citatio, quando nõ fuit facta ad diem, in qua ſententia fuit publicata, citatus nõ poteſt dici contumax.

155 Decretum de vendendo vbi nõ fuit intimatum, ſiue notificatũ executiuè conuento, omnia procedimenta facta in conſequentiã ſunt nulla. Et ita fuit iudicatum.

156 Iudex, in cuius territorio bona ſita ſunt, ad requiſitionem iudicis, in cuius curia executio inſtatur, debet, ea vendi facere.

157 Subhaſtatio, ſiue inclamationes fieri debẽt in loco, vbi res ſitæ ſunt.

158 Iudex, qui facit venditionem bonorum, quæ ſita ſunt extra ſuum territorium, non poteſt mittere in poſſeſſionem emptorem, niſi ſcribendo iudici, in cuius territorio bona ſita ſunt.

159 Nullum eſt, quod fit contra iudicis inhibitionem.

160 Officia regia habentes, ſiue palatini non poſſunt, emere res, quæ iudicialiter diſtrahuntur, & num. 162. & ratio redditur num. 161.

162 Emere non poſſunt officia publica obtinentes, in ſua prouincia, à ſubditis, nec per interpoſitam perſonã.

163 Depoſitum pretij, rei iudicialiter venditæ, integrè fieri debet, aliàs venditio eſt nulla, nu. 165. & ita fuit ſæpius iudicatum in Regia Audientia, num. 164.

166 Pretij depoſitum debet eſſe integrum, ita vt nec vnus nummus deficiat, vt emptor dominium acquirat.

167 Prætori vbi eſt obreptum, manet actio pupillo, & decretum hoc caſu non prodeſt.

168 *Colluſio vbi interuenit, ſententia eſt nulla, nec nocet legatarijs, nec fideicommiſſarijs, nec ſuccedentibus in maioratu.*

169 *Colluſio, & fraus probatur, eo ipſo, quòd principalis victus non curauit, iura ſua deducere, vel exhibere.*

170 *Alienari poßunt bona fideicommiſſo ſubiecta, pro ſoluēdo ære alieno teſtatoris, ſi alia non extant bona non alienari prohibita.*

171 *Maioratus bona diſtrahi poßũt, pro ſoluendis debitis teſtatoris, tantùm in ſubſidium, & defectum fructuum bonorum fideicommiſsi, & ſupra num.* 118. *Et ita fuit indicatum, num.* 174.

172 *Alienari prohibita, vbi aliqua ſunt bona à lege tantùm, alia verò à lege, & à teſtatore, in caſibus etiā à iure permiſsis, non poſſunt alienari bona à teſtatore prohibita, alijs extantibus.*

173 *Hæres grauatus non poteſt alienare bona ſpecialiter alienari prohibita, extantibus alijs bonis hæreditarijs.*

175 *Vendi debent bona minus pretioſa, ad ſoluendum debita minoris, aliàs annullatur venditio bonorum minoris, quæ ſunt pretioſa.*

176 *Calculatio rationum per calculatores, à iudice ordinario aſsignatos, præcedere debet, & examen rationum adminiſtrationis curæ, & aliter facta liberatio, ſiue diffinitio, à minore, etiam facto maiore eſt nulla, & ita fuit iudicatum in Regijs Audiētijs, Valētiæ, & Cathaloniæ.*

177 *Rationum redditio genericè, & in confuſo facta doloſa præſumitur.*

178 *Metus reuerentialis ex præſentia patris, iuncta enormiſsima læſione, etiam ſi non interueniant verbera, nec minæ, eſt iuſtus.*

179 *Fideicommiſſo ſubiecta, licet alijs non exiſtentibus bonis, pro debitis teſtatoris alienari poſsint: hoc tamen intelligendum eſt in concurrenti quantitate æris alieni, ſecus in eo, quod excedit ſummam debitam à teſtatore.*

180 *Alienatio iudicialis bonorum eatenus, quatenus facta fuit vltra exigentiam crediti, in totum fuit iudicata nulla.*

181 *Cenſus venditor, ſiuè debitor cenſualis, inuitus adluendum, ſeu redimendum, compelli non poteſt.*

182 *Grauatus fideicommiſſo, vt poſſit, bona ei ſubiecta, pro ſoluēdo ære alieno teſtatoris, alienare, illud facere debet, præcedente æſtimatione dictorum bonorum, vt conſtet de iuſto pretio.*

183 *Fideicommiſſario non nocent pactiones factæ per hæredem grauatum, & num.* 185.

184 *Pacta contrahentium non egrediuntur alias perſonas, præter hæredes.*

186 *Renuntiatio fideicommiſsi valet in præiuditium renuntiantis, ſed non ſequentium poſt eum.*

187 *Alienatio rei fideicommiſſo ſubiectæ non valet in præiudicium fideicommiſſarij, vlterioris in gradu, quanuis facta ſit, conſentiente proximiore.*

188 *Ra-*

188 *Ratificari non poteſt à me actus nullus, ex facto, & poteſtate mea non dependens, & num. 189.*

189 *Sententia nulla, quia contra formam iuris, non conualidatur, etiam ſi per Summum Pontificem fuerit confirmata.*

190 *Solemnitatibus inductis in fauorem publicũ, & ſic ordini iuris partes non poſſunt renuntiare.*

191 *Ratificatio non præſumitur, ex aliquo facto, quando actus eſt omnino nullus, vt puta deficientibus ſubſtantialibus ſolemnitatibus, niſi faciens actum ſciat, eſſe nullum.*

192 *Ratificatio eſt quid facti, & non præſumitur, & eam allegans, non ſolum tenetur probare, ratificationem ad fuiſſe, ſed etiam quòd ratificans habuerit notitiam eorum, quæ in ratificatione continentur.*

193 *Ratificatio tantùm præſumitur quando factum huiuſmodi eſt, quod neceſſario inducit ratihabitionem, ſecus, quando aliam ob cauſam geſtum præſumi poteſt. Et ita fuit iudicatum in Regia Audientia.*

194 *Sententia nulla per pactum ratificari poteſt, & talis conſenſus ſuſtinetur in vim pacti, quando vitium nullitatis reſpicit fauorem partium, ſecus, ſi non pendet à conſenſu partium.*

195 *Ratificatio actus nullius, vt valeat in vim pacti, ſiue noui contractus, debet eſſe vtriuſque partis ſimultaneus, vel contemporaneus conſenſus.*

196 *Ignorãtia præſumitur, dum ſcientia non probatur.*

197 *Ignorãtia præſumitur facti alieni.*

198 *Ignorantia præſumitur in hærede facti ſui anteceſſoris, & in filio facti paterni.*

199 *Ignorantia non excuſat, quando quis, ratione officij, tenebatur perquirere, & ſimulata præſumitur.*

200 *Exceptio implementi non ſequuti obſtat emptori, ex ſua parte non adimplenti omnino.*

201 *Venditioni non contrauenire promittens poteſt agere ad recuperationem rei venditæ, quando emptor pretium integriter non ſoluerit. Et ita fuit deciſum cũ regia ſententia.*

20. *Approbans vnum capitulum nõ prohibetur contra alia venire.*

203 *Ratificatio, vt dicatur inducta, debet probari, ratificantem ſciuiſſe factum, de cuius ratificatione agebatur.*

204 *Minor, ſi poſt maiorem ætatem ratificat contractum, poteſt nihil omninus, ratione enormiſſimæ læſionis, agere ad reciſſionem.*

205 *Ratificare quis poteſt factum, & non qualitatem facti, nec remittere dolum.*

206 *Scientia in ratificante requiritur.*

207 *Ratificatio tacita non extenditur ad ignorata.*

208 *Dubitans æquiparatur ignoranti, quo ad ratificationem: quia neuter intelligitur iuri ſuo renuntiare.*

209 *Ratificare quis non præſumitur actum omnino nullum, vt puta deficientibus ſubſtantialibus ſolemnitatibus, niſi faciens actum ſciat, eſſe nullum.*

210 *Ratificatio inducta ex lapſu tẽporis,*

poris, vel ex aliquo facto non operatur effectum, niſi conſtet, ratificantem ſciuiſſe contractum ratificatum, cum omnibus ſuis qualitatibus.

211 *Conſenſus præſtitus, ratione officij, in alienatione non præiudicat in rei perſecutione.*

212 *Ratificatio, licet retro ad tempus actus trahitur: debet tamen interuenire, eodem tempore, quo debebat contractus celebrari, & non poſtea.*

213 *Ratificatio legis, ad validandum contractum, non requirit conſenſum contemporaneum venditoris, & emptoris, ſecus eſt in ratificatione hominis.*

214 *Ratificare non poteſt hæres donatoris donationem, ſibi à defuncto factam in præiudicium hæredis donantis.*

215 *Ratificatio fieri non poteſt in præiudicium tertij, cui interim dominium eſt quæſitum, etiam ex cauſa habita à debitore.*

216 *Ratificatio inducta ex lapſu quinquennij, de qua in l. final. C. ſi maior factus, non procedit de iure Canonico, nec exiſtente mala fide, & quando procedat, num. 217.*

218 *Fructus perceptos, & qui percipi potuerunt, reſtituere tenetur, qui emit rem iudicialiter cum mala fide, non ſeruato ordine iudiciali, & ita fuit iudicatum in Regia Audientia. num. 221.*

219 *Titulum non habere, vel habere, ſed nullum, paria ſunt, & inualidus titulus nō habetur pro titulo.*

220 *Titulus nullus, cauſatus ex errore iuris non aſsiſtentis, inducit bonam fidem, ſed cauſatus ex errore iuris, expreſsè contractui reſiſtentis, inducit malam fidem.*

222 *Emptor curiæ, ſi non depoſuit integriter pretium, tenetur ad reſtitutionem fructuum rei emptæ, quia titulus venditionis curiæ reducitur ad non titulum. Et ita fuit iudicatum.*

223 *Fructus nedum perceptos, ſed etiam qui veriſimiliter percipi potuiſſent, reſtituere tenetur emptor bonorum minoris, vel maioratus, non ſeruata forma iuris, tanquàm malæ fidei poſſeſſor.*

224 *Fructuum à reſtitutione non excuſatur propter bonam fidem, quando erat vir prudens, & ſagax, & non ſeruatis debitis ſolemnitatibus, emit rem minoris.*

225 *Mala fides defuncti tranſit in eius hæredem vniuerſalem.*

226 *Fructus, ante litem percepti, compenſandi ſunt cum ſumptibus, ſeu melioramentis.*

227 *Fructus non lucratur bonæ fidei poſſeſſor, de rigore iuris, cùm dominus non ſit, ſed propter æquitatem, & eadem æquitate tenetur, eos compenſare cum ſumptibus.*

228 *Compenſatio fit, ipſo iure, quando pecunia inuicem debetur.*

229 *Pretium reſtitui oportet emptori, quando agitur ad reſciſsionem contractus, etiam per viam nullitatis, quando pretium fuit verſum in vtilitatem actoris.*

230 *Pretij non reſtituti exceptio dupliciter*

pliciter opponi poteſt, vno modo in vim dilatoriæ: dicendo, venditorem reiuendicare non poſſe rem venditam, quia pretium non reſtituit, alio modo, in vim retentionis.

231 *Exceptio pretij nō redditi, priuſquam fuerit actum, tanquam de apicibus iuris, non eſt inconſideratione, vbi proceditur abſque figura iudicij, ſola facti veritate attenta.*

232 *Compenſatione valoris fructuū oppoſita, remanet pretium rei, per curiam venditæ, ſolutum.*

233 *Compenſationis exceptio poteſt opponi in executione inſtata virtute cenſualis, in quo quis iurauit ſoluere.*

234 *Oblatio iudicialis ſufficit, quando creditum non eſt liquidum, & verbalis facta in iudicio habet vim realis oblationis.*

235 *Oblatio pretij debet fieri, quando contractus abinitio eſt validus, & agitur poſtea de eius reſciſsione, ſecus quando contractus eſt omnino nullus, quia non fuerunt ſeruatæ debitæ ſolemnitates.*

236 *Reiuendicare quis bona vendita, non prohibetur ante factam reſtitutionem pretij, ſed non poteſt conſequi poſſeſsionem, niſi prius pretio reſtituto. Et ita fuit iudicatum in Regia Audientia.*

237 *Sententia nulla confirmanda eſt per iudicem appellationis, conſtādo de bono iure partis, in cuius fauorem lata eſt, & num. 242. dummodo tamen quis damnum non patiatur, & non vltra, num. 238. ſecus, vbi verſatur intereſſe debitoris, num. 239. & 246.*

240 *Tenuta data pro vero debito, iuris ordine prætermiſſo, nō tenet, quia poteſt intereſſe, quod rem habeat, & pretium ſoluat.*

241 *Sententia, quæ peccat in forma, quia nullitas non ceſſat, non poteſt per iudicem appellationis, etiam ſi iuſta ſit confirmari, & num. 243.*

244 *Nullitas ſi non poteſt ſanari per iudicem appellationis, etiam ſi ſententia alias iuſta ſit, nullatenus poteſt per iudicem ad quem, confirmari.*

245 *L. fin. in §. fin. ff. de eo quòd metus cauſa declaratur.*

247 *Bellugæ doctrina rubrica 35. §. poſt militares, verſ. ſecundo caſu, corruptè typis mandata reperitur, & reſtituitur.*

248 *Sententia nulliter lata, in cauſa executionis, ob defectum ordinis iudiciarij, pro forma introducti omiſſi, non poteſt confirmari, ſed tantùm ſententia, quæ patitur nullitates ſanabiles, quæ in cauſa appellationis ſanatæ fuerunt.*

249 *Præſcriptio non currit impedito agere, iuris impedimento, vel ei, qui ad diem certam, & non antea vocatus fuit: nam ante diei euentum non currit, nec contra fideicommiſſarium, num. 250.*

250 *Fideicommiſſarius poteſt, rem fideicommiſſo ſubiectam, adueniente die fideicommiſſi, petere, non obſtante præſcriptione, quæ non currit contra ſucceſſores in fideicommiſſo, ſeu maioratu. Et ita fuit indicatum in Regijs Audientijs, Cathaloniæ,*

lonia, & Valentia, num. 251.

252 *Malæ fidei poßeſſor nullo tempore præſcribit.*

253 *Malæfidei poßeſſor eſt, qui contra iura mercatur.*

254 *Præſcriptio immemorialis non procedit, quando producitur titulus vitioſus, vel cum mala fide.*

255 *Sententia, quando ex aliquo defectu poteſt oſtendi nulla, ſemper eſt admittendus ſucceſſor ſuccumbentis, quia caret nomine rei iudicata.*

256 *Sententia non nocet ſucceſſori, quãdo maioratus poſſeſſor cum aduerſario colludit, ſeu in lite ipſa negligenter ſe geſſit.*

257 *Decem dies ad appellandum currunt ei, qui partem non fecit in cauſa, à die notitia explicita tenoris ſententia.*

258 *Deſerta non poteſt allegari appellatio, ob non exhibitum primitiuum proceſſum, quando aduerſarius illum integrum exhibuit, quia pars poteſt vti iuribus productis ab altera.*

259 *Actor originaliter in cauſa tenetur exhibere primitiuum proceſſum, ſiue ſit appellans, vel appellatus.*

260 *Forus* 40. *de appellatio. diſponens, vt appellans teneatur exhibere primitiuum proceſſum, procedit in cauſa, in qua appellans fecit partem, ſecus, ſi tantùm appellauit à ſententia, inter alios lata.*

RESponſum hoc iuris in octo diuido capita. In primo oſtendã, Doctorem Antonium Ioannẽ Tallada, iure fideicommiſsi, inſtituti per viam primogenituræ, ſucceſſiſſe in omnibus bonis Ioannis Tallada antiquioris, domini loci de Manuel. In ſecundo, fideicommiſſum inſtitutum per dictum Tallada ſeniorem omnia eius bona comprehendere. In tertio, executionem inſtatam contra Ioannem Tallada minorem, primum hæredem, & curiæ venditionẽ eſſe nullas, multaſque continere nullitates, de quibus ſigillatim tractabo. In quarto, loca de Manuel, Roſeta, & Rafalet, & alia bona, expreſsè à teſtatore alienari prohibita, non potuiſſe alienari, extantibus alijs bonis. In quinto, Ioannẽ Tallada primum hæredem non ratificaſſe curiæ venditionem, nec aſſertam ratificationem ei nocere, & multò minus ſucceſſoribus, ex propria perſona, in fideicommiſſo. In ſexto, aduerſarium eſſe condemnãdum ad reſtitutionem bonorum, ſimul cum fructibus perceptis, & qui percipi potuerunt. In ſeptimo, nõ poſſe compelli Doctorem Tallada, ante ſententiam deponere quantitates verſas in luitione cenſualium locorum. In octauo, & vltimo, alias exceptiones, per aduerſarium oppoſitas, dicto Doctori Tallada non obeſſe.

CAPVT PRIMVM, IN quo oſtenditur, Doctorem Tallada, iure fideicommiſsi, inſtituti per viam primo genituræ, ſuc-

ſucceſſiſſe in omnibus bonis Ioannis Tallada ſenioris, domini loci de Manuel.

1 PRimò, ſentẽtia in hac cauſa lata, in Regia Audientia Val. die 24. Ianuarij 1609. præſupponit, quòd iudices dictæ cauſæ pro conſtanti habuerunt, fideicommiſſum inſtitutum, per Ioannem Tallada dominum loci de Manuel, comprehendere Ioannem Tallada Iuniorẽ, & Doctorem Antonium Ioãnem Tallada, eius filium, vt clare deciditur, in illis verbis, quæ reperiuntur in ſententia, num. 16. ibi: *Cùm etſi vinculum, & fideicommiſſum, in dicto teſtamento Ioannis Tallada, fauore eorum factum reperiatur, illoſque comprehendat, &c.* Quod de iure procedit, quia dictus Ioannes Tallada teſtator primo loco vniuerſalem hæredem inſtituit Ioannem Tallada, ſecundum huius nominis, eius nepotem, & ſucceſſiue alios nepotes, fratres primi hæredis, ordine primogenituræ inter eos ſeruato, ita vt primò ſuccederet dictus Ioannes primus hæres primogenitus, deinde Ludouicus Ioannes Tallada, ſecũdò genitus, qui fuit pater dicti Ioannis Tallada, iunioris, & auus noſtri Doctoris Tallada, adiectis illis verbis: *E axi ſe ſegueixca de vns en altres, q̃ no ſien de Religio, fins al darrer morint dels nets meus maſcles*, & in defectũ nepotum maſculorum, teſtator vocauit filios maſculos neptum ſuarum, cũ grauamine delationis nominis, & armorum. Cùm igitur euenerit caſus, quod dictus primus hæres deceſſerit, nullis relictis filijs maſculis, nec fratribus maſculis, quia dictus Ludouicus Ioannes Tallada prædeceſſerat: dicendum eſt, ſucceſſiſſe dictũ Ioannem Iuniorem, nepotem ſecundi gradus dicti teſtatoris, filium ſcilicet Ludouici, nepotis primi gra-
2 dus: namque ſub illis verbis: *T axi ſe ſegueixca de vns en altres, dels nets meus maſcles*, pronepotes continẽtur, iuxta doctrinam Bartol. in l. liberorum 220. nu. 17. ff. de verb. ſign. canonizatam per Rot. Rom. in deciſio. 243. 2. par. nouiſ. quia ſicut appellatione nurus cõtinetur pronurus, l. nurus, l. generi, & l. ſoceri, ff. de verb. ſignific. ita appellatione nepotis continetur prone-
3 pos, & ideò, inquit Bartol. puto, quòd caſu quo appellatione filij continetur nepos, eo caſu appellatione nepotis continetur pronepos: cenſetur enim adiecta illa propoſitio, *pro*, vel *ab*, *pronepoti*, vel *abnepoti*, vt ſecũdus, & tertius nepos diſcernatur à primò: verè enim omnes ſunt nepotes, tam nepos,
4 quàm pronepos, & abnepos. Idem Bart. in l. Gallus, §. inſtituens, nu. 2, de liber. & poſthu. per l. cui eorum, §. penult. ff. de peſtulando, Paul. Caſt. & Corne. quos allegat, tradit Decian. reſp. 7. nu. 42. vol. 5. Gozad. conſil. 59. num. 10. vbi allegat ita tenentes Fulgoſ. & Alex. poſt Bart. vnde cùm in caſu, quo

Digitized by Google

quo appellatione filiorum veniũt nepotes,appellatione nepotum ve-
5 niant pronepotes, intrat communis opinio DD.in l.Gallus,§. inſtituens, relata per Gozad. omnino videndum d.conſ.59.nu.12.quòd appellatione filiorum, in vltimis voluntatibus, cõprehenduntur nepotes, quando diſpoſitio eſt collata in futurum euentum, quo caſu poſsibile eſt, filios non extare, ſed nepotes, & ibi refert Gozad. ita tenentes Bartolum, Alexand. Ioann.Immol. Peregrin. de fideicom.art.22.num. 50. & Socinum, & poſt multos, quos allegat, latè tradit Zanchus in repet.§.cum ita
6 4.par.num.197.vbi dicit,hoc eſſe expeditum,quando diſpoſitio cõfertur in futurum euentum,& ſumus in capite fauorabili, videlicet vocatorum, & eſt elegans cõſ. omnino videndum Fulgoſij cap. 68.quod incipit Matthæus de Perono,præſertim num.2. verſic. in contrarium, & num. 3. Mantic.de coniect.lib.8.tit.8.num. 24. Idem tradit Peregr.de fideicommiſ. art. 22. num. 60. vbi præter ſupradictos,alios plures allegat. Et in Hiſ-
7 panorum primogenijs verbum,*filiorum*, nõ ſolum nepotes, ſed etiã omnes in infinitum deſcendentes comprehendere, docet Molin. de Hiſpan.primogen.lib.1.c.6.num. 27.& 28.quem, & alios multos refert,& ſequitur Peregr. vbi ſupra num.51.& num.55.vbi ſubiungit,
8 in materia fauorabili, fauore familiæ,& agnationis,quod de filijs dicitur, de liberis eſſe intelligendũ, in vltimis voluntatibus, quod cõprobat authoritatibus Curtij Iun. Pari.Gozad.Socin.Iun. Bero.Rimin.Iun.Iaſ.Bruni. Anto. & Hiero.Gabr. in locis per eum relatis, quæ omnia concurrunt in noſtro caſu:fuit enim facta diſpoſitio habens tractum ſucceſiuum in futurum euentum: ſi Ioannes Tallada primus hæres ſine filijs decederet, quo tempore incertum erat, an extarent,prout non extiterunt, nepotes, ſed tantùm pronepotes teſtatoris. Item dicta diſpoſitio fuit facta fauore agnationis,cùm ſemper vocauerit maſculos de nomine de Tallada,& fuit inductũ fideicommiſſum perpetuum, vt conſtat ex illis verbis: *Sempre reſte e ſiga en nom de Tallada*, & fuit facta per viam maioratus, cùm vnus ſolus, & ille maior natu perpetuò ſit vocatus: quibus omnibus concurrentibus Doctores in hoc concordãt, quòd,filiorũ appellatione, omnes liberi, & ſub verbo, *nepotes*, pronepotes, & alij deſcendentes con-
9 tinentur, & ita fuit iudicatum in hoc S.S.R.C. cum ſententia publicata die 15. Februarij 1599. in fauorem Don Petri Vich, in cauſa Baroniæ de Lauri, ibi: *Cum generale ſit, in fideicommiſsis perpetuis, & Hiſpanorum primogenijs, filiorum appellatione nepotes, pronepotes, & cæteros deſcendentes comprehendi, & quòd, nepotibus ſubſtitutis, pronepotes, & cæteri deſcendentes ſubſtituti intelligantur.* Nec obeſt,in caſu noſtro,

ſtro,illud relatiuum, *meos*, ibi: *nets meus maſcles*, per quod reſtringi videtur verbum,*nepotes*,iuxta ea,quę
10 in ſimili tradit Bartholo. Socin. in l. Gallus, §. inſtituens num. 5. ad med. ff. de lib. & poſt: vbi ait, quòd quando teſtator vocauit filios ſuos,filiorũ appellatione non veniunt nepotes: Hæc namq; Socini doctrina reprobata fuit cum propè dicta ſententia,lata in cauſa de Lauri, in cuius principio, referẽdo caſum,dicitur,Don Ludouicũ Vich antiquiorẽ ſubſtituiſſe nepotẽ ſuum ex Ludouico,& ſic erat adiecta ſimilis dictio, & nihilominus fuit facta dicta deciſio. Itẽ Socin. non figit pedes in prima ſolutione,ſed ſubiungit ſecundam,dicendo,quòd ibi extabãt filij,& nepotes.Vnde cùm verbũ,*filij*, poſſit verificari in filijs primi gradus, & diſpoſitio in eis ſortiatur effectũ,non veniunt nepotes,quæ doctrina nõ applicatur caſui noſtro, in quo ſubſtitutio non fuit ſortita effectum in nepotibus,propter eorum præmorientiam, & ita in eorum defectum ſuccedunt pronepotes, vt diſpoſitio teſtatoris effectũ habeat, iuxta doctrinaſ ſupra relatas, & hoc abſque dubio procedit in noſtro caſu,attenta ſubſtitutione ſequenti,in qua,in defectum nepotum,vocati ſunt filijneptum teſtatoris,ibi: *E ſi nets meus no y haura, e y haura algun fill maſcle de les germanes de aquell, filles de ſon pare, que a aquell tal vinga, e torne la herẽcia, e bens meus*: negari enim non poteſt, in illa conditione, *e ſi nets meus no y haura*, pronepotes com-
11 prehendi,quemadmodum in conditione, *ſi ſine filijs*, omnes liberi in infinitum ſub verbo, *filijs*, comprehenduntur, l. Lucius 85. ff. de hæred. inſtit. vbi cùm teſtator ita dixiſſet: *Si frater filium, filiamvè ex ſe natum, natamvè non habebit, Stichus, & Pamphilus, hæredes ſunto*, inquit I.C. *Non enim fratrem ſolum hæredem prætulit ſubſtitutis, ſed &*
12 *eius liberos*: liberorum autem appellatione,indubitatum eſt,nepotes, & pronepotes, cæteroſq; deſcendentes contineri,vulgata l.li-
13 berorum,ff.de verb.ſignific.& ita, filijs in conditione poſitis, omnes liberos includi, expreſſe deciditur in d. l. Lucius,iuncta l. 1. C.de conditionibus inſertis, & multis relatis,latè tradit Peregr. de fideicom.art.22.nu.46.art.25. nu.6. & art.28.nu.32.Si igitur in illa conditione,*e ſi nets meus no y haura*, comprehẽduntur pronepotes: Ergo in immediata præcedente ſubſtitutione concepta ſub illis verbis: *E axi ſe ſegueixca de vns en altres, que no ſien de Religio, fins al darrer morint, dels nets meus maſcles*: Sub illo verbo, *nets*, comprehenduntur pronepotes,cùm ſequens ſubſtitutio ſit concepta in defectũ præce-
14 dentis gradus, & ſic vnus gradus ſubſtitutionis per aliũ declaratur, Gozad.conſil.64. num. 11. & per totum conſ.vbi probat,quòd ijdẽ poſiti in conditione cenſentur vocati, quando in alia parte diſpoſi-

tionis fuiſſent expreſsè vocati, re-
fert, & ſequitur Ant. Gabr.lib.4.
com.tit.de fideicom. concl.4. nu.
36.Item,quia, cùm teſtator voca-
uerit pronepotes,filios neptũ ſua-
rũ fictos agnatos, & ſic minus dile
ctos:Ergo à fortiori,in præceden-
ti ſubſtitutione, ſub verbo, *nepo-
tum*, dicendum eſt,vocaſſe prone-
potes ex nepotibus maſculis, qui
erant veri agnati,& ſic magis dile
15 cti,ne ſequatur abſurdũ,quòd mi-
nus dilecti eſſent melioris condi-
tionis,quam magis dilecti. Socin.
Iun.conſ.129.n.36.ad fin.3. volu.
Achiles Perſonalis in tract.de adi
piſ.poſſeſ.nu.215.tom.3.tract.no-
uiſsi.p.2.fol.290.vbi,multis rela-
tis, hanc probat ſententiam. Item
negari nõ poteſt, quòd ſi Ioannes
Tallada abſque liberis deceſsiſſet,
nullis ſuperſtitibus fratribus, nec
eorum deſcendentibus,ſi ei ſuper-
uixiſſet nepos ex ſorore,ille ſucceſ
ſiſſet in fideicommiſſo, quẽ caſum
aduerſarius non negat.Ergo à for-
tiori fateri debet,in caſu ſequuto,
ſucceſsiſſe Ioannẽ Tallada iunio-
rem, pronepotem agnatum teſta-
16 toris. Ita fuit deciſũ in Rot. Rom.
deciſ.51.in 1.par. nouiſ vbi num.
2.in verſ.*ſecunda*,legitur,quòd te-
ſtator,excluſis filiabus, inſtituit fi-
lios, & rurſus, filijs decedenti-
bus ſine filijs maſculis, ſubſtituit
alios filios inſtitutos, & eorum fi-
lios,& ſi omnes filij inſtituti dece-
derent ſine filijs maſculis, vocauit
filios maſculos ex filiabus nuptis
in domo de Sabellis, vndelicet ne
potes maſculi ex filijs maſculis nõ
eſſent expreſse vocati, in caſu d.
deciſ. tamen, inquit Rota, veriſi-
mile eſſe, teſtatorem induxiſſe fi-
deicommiſſum inter deſcendentes
maſculos ex filijs maſculis: nam ſi
volebat conſeruare hæreditatem
inter maſculos, & ob id excluſit
fœminas,dicendũ eſt,quòd voluit
vocare deſcendentes maſculos ex
filijs inſtitutis. Et ita etiam fuit iu
17 dicatũ cum votis huius S.S.R.C.
ſententia lata in cauſa Baroniæ de
Nules in fauore Do Cotaldi Cen
telles, pub. per Gaſparem Melia,
die 11.Maij 1581.his verbis.*At-
tento etiam,quòd cùm in ea ſubſtitutio
ne,qua filios, & deſcendentes maſcu-
los filiarum,filiorum ſuorum diſpoſiti-
uè vocauit, proceſſerit,non reſtringen-
do, & limitando ſuam diſpoſitionem
ad filios tantùm primi gradus, ſed ad
omnes alios in perpetuum, ſuam voca-
tionem protendendo: multo magis di-
cendum eſt, filios maſculos, & de-
ſcendentes Petri de Centelles. filij pri-
mogeniti, prius nominati, & ſic ma-
gis dilecti, licèt in conditione poſitos,
fuiſſe vocatos,eamque vocationẽ com-
prehendere cæteros omnes deſcenden-
tes illius, ne deterioris conditionis
ſint filij maſculi proximiores magis di-
lecti, in honore accipiendo, quam mi-
nus dilecti, & remotiores.* Præterea
in defectum,tam nepotum maſcu-
lorum, quàm pronepotum ex ne-
ptibus, teſtator vocauit collate-
ralem maſculum: Si igitur ſub il-
lo verbo, *nets meus*, non compre-
hẽderentur pronepotes agnati,ſe-
que-

quereretur abſurdũ, quòd illis extã-tibus, & deficientibus pronepotibus ex neptibus, collaterales admitterentur. Deniquè ponderãda ſunt illa verba: *E ſi nets meus maſcles noy haura, ne fills de mes netes q̃ ſien maſcles, &c.* quæ teſtator coniunxit, quaſi diceret, in defectum tam nepotum, quàm pronepotũ, & deſcendentium meorum, tã ex maſculis, quam ex fœminis, voco collateralẽ, & ſic appellotione nepotũ maſculorũ, pronepotes, & alios deſcendentes comprehendit.

18 Neque obſtant illa verba: *al altre apres de aquell ſobreuiuint*, quod verbum, *ſuperuiuens*, reſtringere videtur verbũ, *nepos*, ne comprehendat pronepotem, vt tenent relati à Molina de Hiſp. primog. lib. 3. c. 8. nu. 19. in verſ. quod autẽ. Namque contrariam ſententiam in noſtris terminis defendit Fulgoſ. cõſ. 68. per tot. & tenent plures ab eodem Molina relati d. nu. 19. in verſ. contraria autem, & licèt ipſe nõ proferat ſuam ſententiam, quia lis ſuper eo puncto tunc vertebatur, hanc tamen vltimam opinionem videtur approbare, iux. text. in l. ſi idem cum eodẽ 11. §. fi. & ibi gloſ. fin. Iaſ. & DD. ff. de iuriſd. omn. iud. Silua nup. lib. 5. quomodo iudicandum, nu. 32. ad fin. Tandẽ in

19 S. R. C. Caſtellæ, fuit declaratum pro dicta vltima opinione, in cauſa Marchionis de Pliego, vt eſt notorium in Regia Curia: & ibi fuit deciſum, quòd licet inſtitutor maioratus vocauerat primogenitum

20 ſuperſtitẽ, nepos ex filio primogenito prędefuncto excludebat patruũ ſuum, filiũ ſcilicet ſecundogenitum ſuperuiuentem tempore euenientis fideicõmiſsi: quia illud verbum, *ſuperſtes*, non excludit naturã primogenituræ, iuxta quã nepos patruum excludit. Et idem fuit deciſum in Rota Romana, deciſ. 209. in 2. par. nouiſ. fol. 120. Vnde cùm in noſtro caſu fideicõmiſſum ſit inſtitutum per viam primogenituræ, ſiue maioratus Hiſpaniæ, per illam dictionem, *al altre net ſobreuiuint*, non cenſetur excluſus pronepos agnatus ex nepote prædefuncto, cùm incluſus ſit ſub

21 verbo, *nepotis*, & teſtator noſter, qui maioratum perpetuum inſtituit inter omnes ſuos deſcendentes, cum illo verbo, *ſobreuiuint*, ſiue, *ſuperſtitem*, non excluſit pronepotes, ſed tantũ voluit declarare conditionem, quæ de ſui natura ineſſat, vt vocatus ad fideicommiſſum ſuperuiueret poſſeſſori maioratus, de reſtituendo grauato. Nam vt in-

22 quit Molina d. c. 8. num. 19. prope fin. in verſ. quod quando. Vbi ex aliquibus coniecturis conſtat, diſponentem, non ſolum filium ſuperuiuentem, ſed omnes illius deſcendentes ad ſucceſsionem inuitaſſe, omnes DD. ſuperius ab eo citati profitentur, repreſentationem non eſſe excluſam. Et cùm hìc nõ tractetur quæſtio inter patruum, & nepotem, ſed dumtaxat: an ſub verbo, *nepotis ſuperuiuentis*, comprehendatur pronepos ſuper-

uiuens,in defectum nepotum,quo
rum nullus ſuperfuit, ceſſat omnis
controuerſia : hocque indubita-
tum redditur ex dictis ſupra num.
10.in fin.cum deficientibus nepo-
tibus abſque liberis, vocati ſint
filij maſculi neptum,& ſic prone-
potes cognati minus dilecti,in de-
fectum pronepotum agnatorum.
Et ſi Ioannes Tallada Iunior, pa-
ter Doctoris Tallada, pronepos
maſculus non admitteretur, ſed
pronepos ex nepte inſtitutoris
23 maioratus, magis dilectus dete-
rioris conditionis eſſet, quàm mi-
nus dilectus, vt argumentatur, &
iuribus, & doctrinis, bene con-
firmat Cephal.conſ. 251.num. 26.
27.& 28.lib.2.
24 Quòd autem teſtator noſter ma
ioratum inſtituerit, ſatis conſtat
ex his, quæ tradit Molina de Hiſ-
pan.primog.lib. 1. cap. 5. per tot.
cùm in noſtro caſu concurrant cõ
iecturæ ab eo relatæ, nimirum ſe-
cunda,de qua in d. c.5.num. 6. de
ſumpta ex ratione expreſſa,ibi : *E
perque ma intencio,e voluntat es aque-
sta, que los meus llochs, &c. no ix-
ca, ne puixa exir de nom de Tallada.*
Et alia de qua num. 16. vbi ratio-
nem expreſſit, ne bona exeant de
agnatione, & nomine de Tallada.
Alia etiã deſumitur ex illa dictio-
ne, *ſempre*, ibi, *ſempre reſte, y eſtiga
en nom de Tallada*, nam vt ait Mo-
lina d.cap.5.nu. 32. ad med.& 33.
hæ dictiones, *ſemper*, ac, *perpetuò*,
ſummè notandæ ſunt ad inducen-
25 dam maioratus coniecturam. Alia
etiam deſumitur cõiectura ex gra-
uamine delationis nominis, & ar-
morum, de qua idem Molina nu.
34. cui addo Theſau. deciſ. Pe-
dem. 96. num. 25. & deciſ. 379.
num. 10.in quibus refert, ita fuiſſe
26 deciſum in Senatu. Alia etiam ex-
tat coniectura, ex qualitate maſcu
linitatis, à teſtatore contemplata,
de qua idem Molina, num. 36. &
Theſau.d.deciſ. 96.nu. 21. & 23.
quam cõiecturam approbauit hoc
S.S.R.C. in cauſa Comitatus Al-
menaræ, vt videre eſt in ſententia
lata Valentiæ, cum eius votis, pu-
blicata per Alreus, die 17. Septem
27 bris. 1596. Item alia deducitur ex
vocatione filiorũ maſculourm, ne-
ptum teſtatoris, in defectũ nepo-
tũ,cum grauamine delationis no-
minis,& armorũ, per quam indu-
xit agnationẽ fictam, in defectũ ve-
ræ. Quam coniecturã approbauit
hoc S.S.R.C.in cauſa Baroniæ de
Lauri, cum ſupradicta ſententia
fol.2.p.2.ibi : *Sed deficiẽtibus maſcu
lis propriè agnatis,quales ſunt in prima
parte diſpoſitionis vocati, tranſiuit ad
vocationẽ: non quidẽ fœminarum, ſed
maſculorũ etiam,qui,deficientibus de-
ſcendentibus agnatis maſculis, ſuper-
erant ex ſua deſcendentia, qui erant
maſculi per fœminas deſcendentes,
conſtituendo ex eis alteram fictam,
& impropriam agnationem, nullo
modo fœminas admittendo : in quo
manifeſtè apparet intentio conſeruan-
dæ agnationis inter ſuos deſcenden-
tes : primo loco, verè & propriè, cum
ſolum vocauerit filios maſculos Don
Ludo-*

Ludouici, & eorum deſcendentes maſculos qui verè, & propriè agnati ſunt: ſecundo loco, impropriè, & fictè, vocando omnes alios maſculos à ſe deſcendentes, cum onere ſumendi nomen, & arma teſtatoris. Alia etiam deducitur coniectura, ex quo teſtator noſter, in defectum deſcendentiũ, vocauit proximiorem maſculum ſuæ familiæ, de nomine de Tallada: quam coniecturam approbat Molina d.c.5.nu.18. & præter ab eo relatos, addo Menoch.lib.4. præſump.68.nu.12.& 13. Deducitur etiam altera cõiectura, ex quo
28 in defectum Ioannis primi hæredis abſq; filijs deſcendentis, vocauit alterum, & diſpoſuit, quòd ita ſequeretur de vno in alterũ, vſque ad vltimum morientem, quod peculiare eſt ſucceſsionis maioratus, vt tradit Molina lib.1.c.1.nu.7.& d.c.5.nu.33. Reperitur etiam in ca-
29 ſu noſtro reciproca ſubſtitutio inter omnes deſcendentes, ex vocatione collateralis proximioris, poſt defectum omnium deſcendentium, l.Titia Seyo.89.§.Seya libertis, de leg.2.& l.Codicillis 34. de vſufruct. legato, & iuxta deciſionem factam cum Regia ſent. lata cum votis huius.S.S.R.C. in fauorem Don Ioannis Maça, & contra Marchionem Terrenouæ, & Don Federicum Portugal, publicata per Dominguez, die 29. Iulij 1570 ibi: *Prædictumque reciprocum fideicommiſſum, inter inſtitutos, & ſubſtitutos, à dicto teſtatore inductum, apertiſsimè comprobatur inter alia, tam, quia ſubſtitutio facta fuit poſt mortem illorum, & in tota hæreditate, ibi: Omnia dicta bona, & iura veniant ad alios filios, quo caſu inductum, cenſentur fuiſſe reciprocum fideicommiſſum, vſque ad vltimum morientem, cui in tota hæreditate ſuccedit ſubſtitutus: quam etiam ex ſubſtitutione poſtea facta poſt mortem omnium, in illis verbis, volo, ordino, & mando, quòd omnia dicta*
30 *bona, & iura, &c.* Deducitur etiã coniectura maioratus ex qualitate bonorum, in dicto fideicommiſſo recadentium, quæ ſunt tria loca, de Manuel, Roſeta, & Rafalet, cum vaſſallis, & iuriſdictione, domus maiorum, ſupra cuius portam, inquit teſtator, ſculpta eſſe eius arma: de qua coniectura Molina dicto lib. 1. cap. 1.
31 num. 18. Et alia coniectura deducitur ex qualitate teſtatoris, qui erat ex nobili, & antiquiſsima familia, *dels Tallades*, ex qua Bernardus Tallada anno 1244. in expugnatione Regni Valentiæ, egregie contra Mauros dimicauit. Ioannis verò Tallada (qui hoc fideicommiſſum inſtituit) fuit cubicularius regij cubiculi apud Ferdinandum Regem Catholicum, ſicuti memoriæ prodiderunt Mauritius Viciana in chronica Regni Valentiæ 2. par. folio 38. & Licenciatus Gaſpar Eſcolano, libro 9. hiſtoriæ Valentinæ, capite 23. numero 8. & 9. quamobrem perpetuum fideicommiſſum inſtituere voluiſſe cenſeri debet, l.

ex facto, §.ſi quis rogatus, ad Treb. ibi: *Ex dignitate, & condione teſtatoris*, Caſtren.conſ.343.nu.2. verſ. nam iſtud caſtrum, lib. 1. Decian. reſp.7.num. 54. volum. 5. Mantica de coniecturis lib. 6. tit. 10. nu. 3.cum ſequen.Hyppol. Rim. côſ. 371.num.11.lib.4.quam coniecturam approbauit Rot. Rom. deciſ. 51.num.2.verſ.& prima eſt, in pri
32 ma par. nouiſ. Alia deducitur ex digreſsione ad plures ſubſtitutionum gradus, quam approbauit Senatus Pedemon. vt per Theſ. dicta deciſ.96.num.15.cum duobus ſequentibus. Et ſaltem omnes ſupra
33 dictæ coniecturæ ſimul iunctæ, plenisſimè demonſtrant maioratum, Molina d.lib.1.cap.5.num.fin.

Et quòd teſtator noſter dictum fideicommiſſum inſtituerit, fauore agnationis, probatur ſequentibus rationibus.

34 Primò, vbi maioratus inſtitutor profitetur, in ipſa maioratus inſtitutione, ſe, ea ratione, maioratum inſtituere vt bona ipſa in agnatione conſeruentur, ex huius rationis expreſsione, maſculi ex fœminis deſcendentes perpetuò excluſi cẽſendi erunt, etiam in caſibus, in diſpoſitione non expreſsis: ita Molina de Hiſpanorũ primogenijs, lib. 3.cap.5.nu. 1. cuius rationem ſubiungit nu.2. quia fœminæ ſuc-
35 ceſsio agnationis cõſeruationi repugnat, cum ipſa ſit finis agnationis, l. pronuntiatio, §. fœminæ, ff. de verb. ſign.l. Iuriſconſultus in prin.ff.de grad.§.1.Inſtit.de legit. agnat.ſucceſ.l.aduerſus, C. de cri. expila.hær.l. quicunque, cũ ſimil.
36 C.de re milit.lib.10. Et maſculi ex fœminis deſcendentes non ſunt agnati, ſed cognati, l. ſunt autem, ff.de legit.tutor.§. 1. Inſt.de legit. agnat.ſucceſ.d.l.Iuriſconſultus, ff. de grad. Sed teſtator noſter hâc ratione conſeruandæ agnationis expreſsit in clauſula inſtitutionis maioratus, ibi: *E perque ma intencio, e volũtat es aqueſta, que los meus llochs de Manuel, &c. no ixca ni puixa exir de nom de Tallada*: Ergo maſculi, per fœminas deſcendentes, cenſentur excluſi, exiſtentibus veris agnatis, à teſtatore deſcendentibus. Aſſumptio, ſiue minor illa propoſitio, quòd per illa verba: *No ixca ne puixca exir de nom de Tallada*, ſit expreſſa ratio conſeruandæ agnationis, probatur pri-
37 mò: Nam idem eſt dicere, *non exeat de meo nomine*, quàm, *de mea agnatione*. Peralt. in l. cum ita legatur, §.in fideicommiſſo, de leg.2.num. 18. in verſic.ſed & gloſ. & fuit declaratum, cum Regia ſententia lata cum votis. S. S. R. C. in cauſa loci de la Torre Fondonera, publicata per Alreus die 5. Septembris 1594. ibi: *Etenim nominis, & armorum ſpecifica appellatio, præſertim cùm agitur, vt bona in eis conſeruentur., agnationis conſiderationem omninò important*. Et in dicta ſententia lata in hoc S.S.R.C. in cauſa Baroniæ de Lauri, in fauorem Don Petri Vich, publicata die 15.Februarij 1599.fol.3.in princip.ibi:

Ad

Ad conſeruationem ſui nominis, agnationis, & familiæ, quæ verba cùm ſint ſynonyma, & idem ſignificent, ſecundùm ſubiectam materiam, negari non poteſt, expreſſè habitam, & conſideratam fuiſſe rationem conſeruandæ agnationis. Secundò euidenter demonſtratur ex eo, quòd teſtator noſter, quando voluit vocare agnatum, dixit: *De nom de Tallada, e ſi de nom de Tallada, noy haura, al pus propinch parēt, q̃ ſia*: negari enim non poteſt, quòd illis verbis: *Primerament de nom de Tallada*, vocauit agnatum collateralem, igitur in clauſula finali, & ſic in alia teſtamenti parte, in qua declarauit cauſam, ob quam inſtituebat primogenium: *Quia ſcilicet, volebat ſua bona conſeruari in nomine de Tallada*, abſque dubio teſtator apertè declarauit, velle, dicta bona remanere in ſua agnatione, quia nul
38 la eſt melior gloſ. verborum teſtatoris, quàm, quæ deducitur ex verbis teſtamenti. Bal. in auth. niſi rogati, num. 9. C. ad Trebel. Pariſ. conſ. 1. nu. 29. lib. 3. & conſ. 3. nu. 53. eodem lib. Decia. reſp. 88. nu.
39 16. lib. 2. Corroborantur prædicta, quia tunc ratio agnationis videtur habita, quando fœmina ſemper excluditur, & nullo caſu admittitur, vt poſt Bal. Alex. Soci. Deci. Soci. Iun. Crauetam, & alios, quos allegat, tradit Peregr. de fideicom. art. 25. num. 26. fol. mihi 238. pag. 2. & num. 27. prope finem ait, pro coniectura autē efficaci adferri ſolet, quòd teſtator iuſſiſſet, ſub ſtitutos deferre nomen, & arma, & ad id multos allegat, & tenet innumeri relati à Molina lib. 3. c. 5. nu.
40 25. Hocq; abſq; dubio procedit in maioratibus perpetuis, vt inquit Molina nu. 29. verſ. his autem non obſtantibus, ea ratione, quia licet, qui facit fideicommiſſum temporale inter maſculos, poſſit alijs rationibus ad id efficiēdum induci: Is tamen, qui aliqua bona maſculis, perpetuò iure maioratus, poſſidenda reliquit, veriſimiliter non potuit alia ratione, quàm conſeruationis agnationis, moueri. Vnde cū, in noſtro caſu, teſtator nunquā fœminā admiſerit, ſed maioratū perpetuū inſtituerit, fauore maſculorum: dicendum eſt, rationem conſeruandæ agnationis habuiſſe, & ita fuit declaratum in hoc
41 S.S.R.C. in d. cauſa de Lauri, vt habetur in ſententia typis mandata, fol. 2. pag. 2. ibi: *Sed deficientibus maſculis propriè agnatis (quales ſunt in prima parte diſpoſitionis vocati) tranſiuit ad vocationem, non quidem fœminarum, ſed maſculorum etiam, qui, deficientibus deſcendentibus agnatis maſculis, ſupererant ex ſua deſcendentia, qui erant maſculi per fœminas deſcendentes, conſtituendo ex eis alteram fictam, & impropriam agnationem, nullo modo fœminas admittendo: in quo manifeſtè apparet intentio conſeruandæ agnationis inter ſuos deſcendentes: primo loco verè, & propriè, cùm ſolùm vocauerit filios maſculos Don Ludouici, & eorum deſcendentes maſculos,*

qui verè, & propriè agnati ſunt, ſecundo loco impropriè, & fictè, vocando omnes alios maſculos à ſe deſcendentes, cum onere ſumendi nomen, & arma teſtatoris, &c.

Et ex ſupradictis reſultat, verba illa. *Si Ioannes Tallada, primus hæres,*
42 *ſine filijs deceſſerit*, de filijs maſculis eſſe intelligenda, cùm ratio conſeruandæ agnationis habita ſit, vt tradit Molina lib. 3. cap. 5. num. 38. vbi allegat Bal. in l. tres fratres, de pactis, & num. 39. confirmat au thoritatibus Bartol. Paul. Alexan. Rip. Iaſ. Albert. Brun. Tiraquel. & Ant. Gabr. & num. 40. ſubiun-
43 git Molina, ita vidiſſe plerumque, in forenſibus controuerſijs obſeruari in maioratibus, in quibus ratio conſeruandæ agnationis ex-
44 preſſa, vel ſubintellecta eſt, ſatè probat, multis relatis, Manſan. deciſ. Rotæ Roma. 103. num. 4. in re collect. per Farina. 1. tom. 2. par. pag. 218. & ibi refert, num. 1. ita
45 fuiſſe per Rotam deciſum. Et ita fuit iudicatū ſententia lata, cū votis huius S.S.R.C. per Gubernatorē Iuicæ, in fauorē Frācīſci Balançat, publicata die 21. Februarij 1602. referente nobili Don Monſerrat . Guardiola, quæ poſtea fuit confirmata in hoc S. C. cum alia publicata die 16. Decembris 1609. Quod etiā, alijs relatis, probat Peregr. de fideicom. art. 25. nu. 25. vnde cùm nulli extarent deſcēdentes maſculi, per lineam maſculinam, Ioannis Tallada vltimi poſſeſſoris, ſucceſsit dictus Doctor Tallada agnatus maſculus ſubſtitutus.

46 Tertiò obſeruo, quòd quando in aliqua diſpoſitione vocantur filij, ſeu deſcendentes maſculi, ea diſpoſitio de maſculis deſcendentibus ex maſculis, non autem de filijs, vel deſcendentibus maſculis à fœmina intelligenda eſt. Ita in terminis Molina lib. 3. cap. 5. nu. 41. & 45. quod, inquit, probatur ex elegāti doctrina Ioannis Andreæ, referētis Ricard. de Malum. in addit. ad Spec. in rub. de teſt. in fin. cuius doctrinam ſequitur Bald. conſ. 40. lib. 3. ſecūdum nouam impreſſionem. Idem Bald. in l. 1. ff. de ſenat. quia, inquit, non poteſt plus iuris eſſe in cauſato, quàm in efficienti potentia cauſæ: ſicut enim fœmina ipſa, ſi viueret, excluderetur à ſucceſsione, ſimiliter etiā maſculus, ab ipſa deſcendens, excludendus erit, quod etiam ſequitur Mathæſil. notab. 130. Frāc. Crem. notab. 120. Pau. num. 16. Alex. nu. 3. Iaſ. num. 16. 17. & 18. & communiter ſcribentes in l. Gallus, §. nunc de lege Velleya. ff. de lib. & poſth. Grego. in l. 3. tit. 13. par. 6. verbo, *mugeres*, col. 7. & 8. Idque etiam prohtentur omnes ſcribentes, ſupra in eodem cap. 5. à Moli-
47 na citati, dicentes, ex maſculinitatis expreſsione cenſeri habitam rationem agnationis: Cùm enim maſculi, à fœminis deſcendentes, nō agnati, ſed cognati eſſe cenſeatur, conſequens eſt, vt in diſpoſitione, in qua agnatio conſideratur, ſuccedere

cedere non poſsint; etiamſi ipſi
maſculi ſint, vt communiter, in d.
§. nunc de lege Velleya, ſcribẽtes
48 adnotare ſolent. Adeò namque ve
rum eſt, quòd, excluſa filia, deſcen-
dẽtes ex ea percõſequẽs excluſi cẽ
ſeantur: vt hoc non ſolùm proce-
dat in fœminis, ſed etiam in maſcu
lis deſcendentibus ex eis: quod
etiam omnes ſcribentes, pro præ-
cedenti concluſione citati, nõ ob-
ſcure cenſerunt: Hactenus Moli-
na, vbi ſupra, & latiſsimè, multis re
latis, probat Decia. omnino viden
dus conſ. 127. à num. 15. vſque ad
num. 19. vol. 3. Pinel. in l. ſi viua
matre, num. 27. C. de bon. mater.
Sfort. Oddo. in tract. de compen-
dioſa, par. 6. quæſt. 2. artic. 4. cõcl.
3. Peregrin. de fideicom. art. 26. à
49 num. 15. Quæ doctrina canoniza-
ta fuit cum dicta R. ſententia, lata
in hoc S.S.R.C. in cauſa de Lau-
ri, his verbis: *Licet appellatione de-*
ſcendentium maſculorum, ex vi, &
proprietate verborum, comprehendan-
tur maſculi ex fæminis: tamen in di-
ſpoſitione, ſeu inſtitutione facta per
maſculum, & vbi inſtitutus eſt ma-
ſculus, & ſubſtitutus etiam maſculus,
& ſic fuerunt vocati, & ſubſtituti, &
poſiti in conditione tantùm deſcenden-
tes maſculi, intelligi debent ſolùm vo-
cati maſculi, per lineam maſculinam
deſcendentes, ex tam recepta iuris Do-
ctorum cenſura, vt ab ea tanquam ve-
ra, & indubitata nõ eſſe recedendum,
teſtentur. Nam cùm in præſenti diſpo-
ſitione habita fuerit ratio conſeruandæ
agnationis, maſculi ex maſculis cenſen
tur tantùm vocati, non verò maſculi
ex fæminis, qui cognati ſunt: Cum
igitur in caſu noſtro maſculi ex-
preſsè vocati ſint, in illis ver-
bis: *E axi ſe ſegueixca de. ons en al-*
tres, que nõ ſien de Religio ſins al dar-
rer morint dels nets meus maſcles. Sub
quibus verbis, nedum nepotes, ſed
etiam pronepotes, abnepotes, &
alios deſcendentes agnatos teſta-
tor vocauit, vt probaui ſup. num.
2. cum ſeq. neceſſariò dicendũ eſt,
ſub illis verbis, poſitis in prima
ſubſtitutione: *Si morra quant que*
quant ſens fills, non poſſe compre-
hendi filias, nec maſculos deſcen-
dentes à dictis filiabus, qui non
50 ſunt agnati. Et nedum, quando in
diſpoſitione, ſed etiam, quando in
conditione ponuntur filij maſcu-
li, ratione conſeruandæ agnatio-
nis, facit, vt maſculi deſcendentes
ex fœminis non comprehendan-
tur ad excluſionem ſubſtituti. Vt
poſt Bal. Capr. Paul. Ang. Iacob.
Guid. Pap. Soci. Matthæ. Marian.
Iun. Decia. Tiraq. Rub. & alios,
quos allegat, tradit Hiero. Gabr.
conſ. 116. num. 11. vol. 2. Sed, in
caſu noſtro, teſtator poſuit ſub cõ
ditione filios maſculos primi hæ-
redis, ſub illis verbis: *Si deceſſerit*
ſine filijs, quæ de maſculis intelli-
genda ſunt, vt fuit declaratum cũ
ſententijs latis, in fauorem Fran-
ciſci Balançat, de quibus ſupra nu.
9. & dicam num. ſeq. & habuit ra-
tionem conſeruandæ agnationis:
Ergo de filijs maſculis, per lineam
maſculinam deſcendẽtibus agna-

tis intelligenda ſunt.Ita vt deſcendentes per fœmininã lineam, qui cognati ſunt, nec ſuccedant, nec faciant deficere conditionem, ad excluſionẽ ſubſtituti, veri agnati.

Quod autem illa verba: *Si Ioan Tallada morra, quant que quant ſens fills legitims y naturals*, intelligenda ſint de filijs maſculis: Probatur.
51 Quia quando teſtator inſtituit filios maſculos, & fœminas excluſit, verbum, *filijs*, in conditione poſitum, de maſculis intelligitur, cùm ex inſtitutione declaretur ſubſtitutio. Ita poſt Corne. Hieron. Gabr.& Rimin.Senio. quos allegat,probat Menoch.de præſump. lib.4.præſump.84.nu.24. & conſ.
52 117.nu.64. cum ſequent.vbi, multis relatis,probat, qualitatem maſculinitatis intelligi adiectã, cùm agitur de conſeruatione agnationis, & familiæ, quod etiam, poſt Fulgo.in l.1. ad fin. C. de condit. inſert. & poſt plures alios, quos allegat, latè probat Pinel. in l. 3. C.de bon.mat. num.24. & 25. Et cùm teſtator noſter in multis partibus teſtamenti mentionem fecerit de filijs maſculis, in hac teſtamenti parte,in qua de filijs loquitur ſimpliciter, debet de maſculis intelligi, vt poſt Abb. conſil. 36. Videtur primò,nu.1.lib.1.Cuma. Caſtren. Dec. & Ruin. quos allegat, probat Mantica de coniect. vltim.volun.lib.6.titu.13. num.8. & Menoch.conſ.59.num. 81. lib. 1. vbi allegat infinitos ſequentes Abba.in d.conſ.36. Et licèt Anania conſ.22.& alij,qui eũ ſequuntur, contrariam tenuerint ſententiam: tamen ſupra dictæ contrariæ 53
opiniones, facile conciliantur à Mantica, & Menoch. & ab alijs, ab ipſis relatis vbi ſupra,vt Panormitani ſententia procedat, quando in teſtamento, præter verbum, *maſculis*,in vna teſtamenti parte appoſitum, extant aliæ coniecturæ conſeruandæ agnationis:tunc enim verbum,*filijs*,in vna parte appoſitum, debet interpretari per verbum, *maſculis*, in alia teſtamenti parte adiectum: Aut verò non extant aliæ coniecturæ, & tunc procedit opinio Ananiæ:& hæc coniectura canonizata fuit per hoc S.S.R.C. cum ſupradictis ſententijs,ſupra relatis,num.45.

54 Neque obſtabit,ſi dicas,teſtatorem noſtrum vocaſſe filios maſculos neptum ſuarum, qui erant cognati, eoſque prætuliſſe ſuis agnatis collateralibus,& ita in caſu noſtro non eſſe habitam rationẽ conſeruandæ agnationis,iuxta ea,quæ tradit Molina,lib.3.cap.5.nu. 50. poſt med. Reſpondeo enim primò, quòd ipſe Molina hoc limitat,quãdo ratio conſeruandę agnationis à teſtatore expreſſa fuit: & ſic in caſu noſtro, in quo teſtator diſpoſuit, ne bona ſua exirent de ſuo nomine,quod agnationem ſignificat,vt demonſtraui ſupra numero 37.

55 Secundò reſpondeo,quòd doctrina Molinæ procedit,vbi teſtator ſimpliciter vocauit fœminam,

vel

vel ab ea deſcendentes; non adiecto grauamine delationis nominis, & armorum: tunc enim nulla fuit contemplata agnatio vera, nec ficta: ſecus vbi vocauit cognatos in defectum agnatorũ, adiecto eis grauamine delationis nominis, & armorum. At teſtator noſter hunc ordinem obſeruauit. Primò vocauit veros agnatos, ab eo deſcendentes, ſcilicet nepotes ex filio, & virtualiter deſcendentes maſculos per lineam maſculinam ex eis, ordine primogenituræ inter eos ſeruato. Secundò loco vocauit agnatos fictos, ab ipſo deſcendentes: nimirum filios maſculos neptum ſuarum, cũ grauamine delationis nominis, & armorum. Tertio loco vocauit verè agnatos collaterales. Quarto, & vltimo loco collaterales cognatos, cum grauamine delationis nominis, & armorum, vt fierent per modum fictum agnati.

56 Ex quo euidentius apparet mens conſeruandi agnationem: cùm nedum veros agnatos in perpetuum vocauerit, ſed etiam, eis deficientibus, per modum fictum voluit, inter cognatos ſuam agnationem conſeruare: & exiſtentibus veris agnatis deſcendentibus, nullatenus admiſit cognatos deſcendentes: & vbi eos admiſit, in defectum agnatorum deſcendentium, voluit per modum fictum, agnationẽ conſeruare, & hoc magis arguit enixã voluntatem cõſeruandæ agnationis, vt in terminis tradunt Paul. Pariſ. conſ. 19. nu. 34. cum ſequen. lib. 2. & Cephal. conſ. 251. quod ſcripſit in cauſa Ducatus de Alburqueque, num. 48. vſque ad nu. 59. incluſiue, & num. 80. cum ſequent. lib. 2. & ita fuit deciſum per hoc S. S. R. C. cum dicta ſententia, lata in cauſa de Lauri, relata ſupra num. 37.

57 Nec refert, quòd prætulit deſcendentes cognatos agnatis collateralibus, quia hoc eſt naturale votum, vt quis ſuos deſcendentes, & propriam ſobolem alienæ anteponat, l. cùm acutiſsimi, C. de fideicom. Et in ſubſtitutionibus debemus inſpicere ordinatam charitatem, ſecundum quam teſtator magis afficitur ad ſuos deſcendentes, quàm ad tranſuerſales Bald. conſ. 40. num. 1. vol. 3. At inter deſcendentes, ex voluntate teſtatoris, agnati veri cognatis ſunt præferendi. Quod etiam conſiderauit hoc S. S. R. C. in dicta ſententia Baroniæ de Lauri, ibi: *Voluntas namque teſtatoris ea fuiſſe videtur, vt primò prouideret deſcendentibus maſculis, qui conſeruãt agnationem, & eis deficientibus, maſculis ex fœminis deſcendentibus, cum hoc, vt ipſi etiam eo meliori modo, quo poſſunt, conſeruent agnationem, & nomen agnationis, portando nomen, & arma. Et deſcendentibus ſuis non extantibus, agnatum maſculum collateralem, fratrem ſuum vocauit.*

Præterea cùm, in noſtra diſpoſitione, teſtator primo loco vocauerit veros agnatos, ſcilicet nepotes ſuos maſculos ex filio, & ex eis de

deſcendentes,& tertio loco veros agnatos collaterales, ſemper fœminas excludendo: licèt aliquantulum vagatus fuerit extra agnationem, vocando filios maſculos neptum ſuarum,non poteſt negari, quin habuerit principaliter animum conſeruandæ agnationis, vt ex principali diſpoſitione, & principio colligitur, argumento l. fin. ff. de hæred.inſtit. & ex eo fine, & maiori parte diſpoſitionis, argumento l. cùm quæritur, ff. de ſtat. homi.& ita in terminis Grat. cōſ. 120. num. fin. 2. par. Ita quandiu extant agnati à teſtatore deſcendentes,qualis eſt Doctor Tallada, noſtri teſtatoris abnepos, per lineam maſculinā deſcendens, non poſſunt ſuccedere deſcendentes maſculi, per lineam fœmininam, à Ioanne Tallada primo hærede, quia iſti tantum ſunt cognati.

Ex qnibus patet, rectè cum ſententia lata in hac cauſa fuiſſe declaratum,Ioannem Tallada,& Doctorem Tallada,eius filium,in dicto fideicommiſſo eſſe comprehenſos.

CAPVT SECVNDVM, in quo probatur, fideicommiſſum inſtitutum per dictum Tallada ſeniorem omnia eius bona comprehendere.

DIctam verò ſententiam de iure non ſubſiſtere, quatenus cum ea fuit declaratū, fideicommiſſum fuiſſe reſtrictum ad loca,hoſpitium,& domum magnam, & vniuerſalem hæreditatē non comprehendere:probatur ſequentibus rationibus.

Primò, cùm teſtator noſter intelligeret, non plene declaraſſe mentem ſuam,vt de ea dubitari nō poſſet,hæc verba adiecit: *E perque ma intencio,e volumat es aqueſta, que los meus llochs de Manuel, Roſeta, e Rafalet,e lo hoſtal nomenat de Enoua, o Faldeta, e encara les caſes mies de Xatiua, en lo portal del qual ſon ſculpides les mies armes, no ixca ne puixa exir de nom de Tallada, e que ſien conſernats:* Quaſi diceret,ratione conſeruandæ agnationis inſti-
58 tuo hoc fideicommiſſum: De iure autem ratio ampliat diſpoſitionē, Curt.Sen.conſ.45.num.7.vbi bene confirmat, Molina de Hiſpan. primog.lib. 1. cap. 5. num. 8. vbi alios allegat, & probatur in l. nomen 34.in §.fin.ff.de leg. 3. vbi cū pater,filio,& filia hæredibus inſtitutis, & ſingulis certa prædia, & calendaria prælegaſſet, ita cauit. *A te autem, fili cariſsime, peto, quæcunque legaui, præſtari volo, & ſi quid euenerit æris alieni: ſi quod in tempus pro mutuo acceperam, & debuero, à te ſolui volo, vt quod ſorori tuæ reliqui,integrum ad eam pertineat.* Et licet,attentis verbis,hæres tantum videbatur grauatus ſoluere debitum teſtatoris, ex cauſa mutui, tamen inquit I.C. deuinctum eſſe ſoluere debitum cuiuſcunque qualitatis,ex ratione expreſſa, ibi, *vt quod ſorori tuæ reliqui integrum ad*

eam

tam pertineat: Et ſic ratio à teſtatore expreſſa ampliauit diſpoſitionem,& hoc ſentit ibi gloſ.in verb. leuaretur, quo argumento vtuntur Bart.Soci.conſ.249. num. 26. verſic. quinto confirmo, col. 2. & Ioann.Crot.conſ.144.num.27. ad
59 probandum,quòd licet, in ſuo caſu, prohibita tãtùm fuerat expreſſè à teſtatore alienatio duarum domorum : fideicommiſſum tamen comprehendebat omnia bona teſtatoris, & fideicommiſſum ampliari ex cauſa ab eodem expreſſa, & videndus eſt Crot. per totum conſ.in primo dubio, & præſertim num.13.& 14. vbi ait, ſi teſtator ſolummodo dixiſſet, prohibeo maximè domos meas alienari, quia volo illas conſeruari in ſucceſſoribus, & deſcendentibus meis per lineam maſculinam, adhuc virtute illius dictionis, *maximè*,in reliquis bonis fideicommiſſum cenſeretur inductum, in quo caſu verſamur, quia teſtator dixit: *E encara les caſes mies de Xatiua, en lo portal del qual ſon ſculpides les mies armes,no ixca, ne puixa exir de nom de Tallada*:nam dicto illa, *e encara*, includit aliũ caſum, quàm expreſſum,vt ponderabat Crot.num.14. & ibidem num.15. aduertit, quòd ideo teſtator expreſsè prohibuit, dictas domos alienari,quia ad illas habebat præcipuam affectionem, & maiorem dilectionem, quàm ad alia bona: Non contentus ergo, prohibitione reſultante ex fideicommiſſo,ab eo inſtituto,proceſſit ad prohibitionẽ expreſſam,quæ potentior eſt tacita,gloſ. in l. cum pater, §. libertis de leg. 2. & num. 29. Crot. allegat notata per Bart. in l.pater filium,de leg. 3. vbi dicit, quòd ſi in caſu illius, §. verba prolata à teſtatore fuiſſent expreſſa,per modum rationis,vt quia dixiſſet teſtator, prohibeo alienari fundum meum per filium, quoad ipſe vixerit, & ideo hoc feci, quia volo, ne fundus vnquam exeat de nomine meo, certè per iſtam rationem, hæc prohibitio de non alienando,limitata ad tempus vitæ ipſius filij, extenditur vltra dictum tempus, & ſic nec in vltima voluntate fieri poſſet alienatio, quia per iſtam rationem,quæ eſt generalior dicto,ampliatur diſpoſitio, quam Bart. doctrinam ſequuntur Surd. & multi alij ab eo relati conſ. 67. num.22.lib.1. Inquit igitur Crot. num.30. quòd qua ratione prohibitio de non alienando limitata ad tempus,extenditur ad aliud tẽpus, propter rationem illi adiectam,ſic prohibitio de non alienando certam rẽ,extenditur ad alias res,propter rationem, quam adiecit teſtator dictæ prohibitioni: cùm de re ad tempus validum ſit argumentum,l.miles,ita hæredem,ff.de milit. teſt. & poſtea ſubiungit Crot. d.conſ.144.nu.31. hæc verba: *Ex quibus indubitanter concludendum eſt, quòd nedum domos, quas teſtator nominatim prohibuit alienari, fideicommiſſo ſubiecta cenſeantur: verum & reliqua eius bona,Et miror quòd quidã*

Doctor,

Doctor, vt ſenſi, in hoc conſuluerit in contrarium, cùm vanum ſit, ſuper hoc diſputare. Eandem ſententiam in noſtris terminis tuetur, & bene cõfirmat Bartol. Socin. conſilio 249. nu. 25. verſic. circa tertiam, lib. 2. vbi ait: Quando adijcitur ratio, quia voluit, rem prohibitam in familia remanere: tunc per talem rationem ampliatur ſpecialis prohibitio, & non poteſt fieri alienatio, nedum in vita, ſed nec etiam in vltima voluntate: quod ait fuiſſe de intentione Dini, & Rayner. in l. pater in §. fundum, de leg. 3. Si ergo materia prohibitæ alienationis, quæ eſt odioſa, & reſtringibilis, iuxta notata in Auth. de reſtit. fideicom. §. penult. ampliatur per rationẽ expreſſam: ergo fortius fideicommiſſum inductum fauore familiæ, quod eſt fauorabile, & in quo lata fieri debet interpretatio, l. in teſtamentis 12. ff. de regul. iur. debet ampliari ex ratione expreſſa. Item ſi in materia ſtricta, puta ſtatutorum, ratio ſcripta ampliat dictum, vt per Bal. in l. maximum vitium, C. de lib. præt. ergo à fortiori, in caſu late interpretando. Vnde inquit Soci. licèt prohibitio reſpiciat tantùm immobilia, cùm ratio ſit generalis, reſpectu omnium bonorum, fideicommiſſum omnia comprehendet. Denique Soci. hanc partem probat, vi-
60 ua ratione: nam non eſt dubium, quòd teſtator magis dilexit deſcẽdentes, quàm ſorores: ſed reſpectu ſororis, in caſu ſuo, apparet, fideicommiſſum factum in omnibus bonis: igitur fortius hoc debet cenſeri factum in perſonis deſcendentium, quæ ratio maximè adſtringit in caſu noſtro: Demus enim, omnes deſcendẽtes teſtatoris præmortuos fuiſſe Ioanni Tallada primo hæredi, fideicommiſſo vniuerſali grauato, ſuperſtitibus collateralibus teſtatoris, qui vocati fuerant ad vniuerſalem hæreditatem, ſub illis verbis: *E ſi nets meus maſcles no y haura, ne fills de mes netes que ſien maſcles, ço que a Deu no placia, que en tal cas tota la heretat, e bẽs meus, ſien, e vinguẽ al pus propinch parent meu maſcle, que en ma parentela trobarſe porrà, primerament de nom de Tallada: e ſi de nom de Tallade no y haura, al pus propinch parent, que ſia,* quod fideicommiſſum iterum repetit teſtator in illis verbis: *Per tãt ordene, e mane, que dits llochs, hoſtal, e caſes, mon hereu, ni los que apres dell vindran, no puxen vendre, ni alienar a perſona alguna, ſino que ſempre reſte, e eſtiga en nom de Tallada dels de la parentela mia en la forma de ſus dita:* Si igitur negari nõ poteſt, quòd in hoc caſu ſucceſsiſſent, nedum in dictis locis, hoſpitio, & domo collaterales cognati, ſed in tota hæreditate: ergo dubitari non poteſt, quòd à fortiori, in caſu ſequuto, ſucceſsit in omnibus bonis recadentibus in hæreditate deſcendens à teſtatore: ne videatur teſtator alienam ſobolem propriæ anteponere, l. cum auus, ff. de con-
61 dit. & demonſ. Et in noſtris terminis,

nis, quòd licèt prohibitio ſit limitata ad aliqua bona immobilia, tamen ſi expreſſa ſit ratio, quia teſtator voluit fauere agnationi, vel ſuis deſcendentibus, quòd fideicommiſſum omnia bona comprehendat, tenuit Surd. conſ. 67. nu. 26. & conſ. 96. num. 44. lib. 1. & in maioratu ita ſcribit Pelaëz à Mieres in tract. de maior. quæſt. 47. nu. 3. tom. 10. tract. noui ſ. p. 1. fol. 386. vbi ſcribit hæc verba: *Quòd ſi quis faciat maioratum, exprimendo aliqua bona, & dubitatur: an expreſſio ſit facta cauſa demonſtrationis, aut cauſa taxationis, in dubio expreſſio cenſetur facta cauſa dubitationis tollendæ, vel ex cauſa demonſtrationis, non taxationis.* Et hoc confirmat ex traditis ab eodem Pelaëz in eadem prima parte, quæſt. 10. num. 46. vbi eandem probat ſententiam.

62 Denique, circa hanc difficultatem, habemus deciſionem in terminis, in cauſa Baroniæ de Alcantara: in qua cùm Domna Beatrix Deſpuig teſtatrix ſolùm prohibuiſſet alienationem locorum de Alcantara, Benexides, & del Rafol, & in caſu alienationis vocaſſet propinquiorem per lineam maſculinam, qui de iure poſſet venire ad ſucceſſionem ſuorum bonorum. Ex eo, quia fuerat expreſſa ratio conſeruandæ agnationis, declarauit ordinarius vrbis, cum ſententia lata die 26. Septembris 1537. nedum dicta loca, ſed etiam reliqua bona dictæ Domnæ Beatricis Deſpuig pertinere Dō Petro Deſpuig, iure fideicommiſſi per eam inſtituti: quæ fuit confirmata cū ſententia lata in Regia Audientia Valent. die 18. Maij 1549. fundando ſe in coniecturis, quæ concurrunt in caſu noſtro: nimirum tam in generali nobilium conſuetudine, qui ſolent caſtra, & honores maſculis: & non fœminis conferre, quàm in particulari dictæ teſtatricis, quæ, attento ordine ſuæ diſpoſitionis, ſemper vocauit maſculum maiorem, declarando enixam voluntatem, conſeruandi ſua bona in agnatione, quæ regia ſententia fuit confirmata, cum alia lata in hoc S. S. R. C. die 16. Aprilis 1551.

63 In caſu autem noſtro, multò fortius ſupradicta procedūt, quia per omiſſionem notarij deficit illud verbum, *herencia*, à teſtatore prolatum: ita enim dixerat teſtator. *E perque ma intencio, e voluntat es aqueſta, que los meus llochs de Manuel, Roſeta, e Rafalet, e lo hoſtal nomenat de Enoua, o Faldeta, e encara les caſes mies de Xatiua, en lo portal, del qual ſon eſculpides les mies armes, y la mia herēcia, no ixca ne puxa exir de nom de Tallada, e que ſien conſeruats, per tant ordene, e mane que dits llochs, hoſtal e caſes mon hereu, ni los que apres del vendran no puixen vendre, ni alienar a perſona alguna: ſino que ſempre reſte, e eſtiga en nom de Tallada dels de la parentela mia en la forma de ſus dita* Ita enim verba illa ſingularis numeri, *no ixca ne puixa exir de nom de Tallada*, bene cō-

cer-

cordant cum verbo, *herencia*, à notorio omiſſo, & cũ verbis ſequen- 64
tibus, *ſempre reſte, e eſtiga en nom de Tallada*. Deficiente aute dicto verbo, *herencia*, non eſt bona concordantia, ſed ſolecismus, & mala Grammatica, prout legitur in teſtamẽto ſcriptum, ibi: *Que los meus llochs de Manuel, Roſeta, e Rafaler, &c. no ixca, ne puixa exir de nom de Tallada*. Vnde in noſtro caſu ſupplendum eſt illud verbum, *herencia*, quod deficit, l. 1. §. ſinautem, & §. Item Diuus, ff. de hæredi. inſtit. cuius verba ſunt: *Sin autem ſic ſcribat, Lucius hæres, licèt non adiecerit, eſto, credimus, plus nuncupatum, minus ſcriptum: & ſi ita, Lucius eſto, tantundem dicimus: ergo & ſi ita, Lucius, ſolummodo, Marcellus, non in ſubtiliter, non putat, hodie hoc procedere. Diuus autem Pius, cùm quidam portiones inter hæredes diſtribuiſſet ita, ille ex parte tota, ille ex tota, nec adiециſſet, hæres eſto: reſcripſit, valere inſtitutionẽ: quod & Iulianus reſcripſit. Itẽ Diuus Pius reſcripſit, illa vxor mea eſto: inſtitutionem valere, licèt deeſſet, hæres.* Et in materia fideicõmiſſi habemus textũ expreſſum, in l. cùm pater 77. §. cum imperfecta, ff. de legat. 2. *Cum imperfecta*, inquit, *ſcriptura inuenitur: ita demum verbum, legati, vel fideicommiſſi, quod præcedit, vel ſequitur, ad communionem adſumitur, ſi dicto ſcriptura congruat*: In caſu igitur noſtro, illud verbum, *herencia*, vel illud, *tota la heretat*, quod præcedit, ad ſumendum eſt, cùm dicto ſcriptum congruat: quod probat etiam textus in l. vnum ex familia 67. §. ſi omiſſa, ff. de legat. 2. cuius verba ſunt: *Si omiſſa fideicommiſſi verba ſint, & cætera, quæ leguntur, cùm his, quæ ſcribi debuerant, cõgruãt: rectè datum, & minùs ſcriptum, exemplo inſtitutionis, legatorumque intelligatur. Quam ſententiã optimus quoque Imperator noſter Seuerus ſequutus eſt*. Vbi Accur. in gloſ. 1. ait: *Quòd teſtator ſemiplenè reliquit fideicommiſſum, ita ſcilicèt. Hæres meus per fideicommiſſum fundum Sempronio licèt enim verbum, dato, vel æquipollens nõ ſit expreſſum: Tamen quia ſcriptura congruit menti teſtatoris, ſicut & ea, quæ debuerunt ſcribi, tenet fideicommiſſum, vt C. de fideicom. l. 1. ſic enim eſt in inſtitutione, vt ſupra de hæred. inſtit. l. 1. §. qui neque, & §. ſinautem, & l. quoties, §. 1. & C. de teſtam. l. errore, & in legatis, vt Inſtit. eod. §. noſtra autem, & commun. de leg. l. 2. & ſup. tit. 1. l. ſi in teſtam.* Hactenus 65
Accurt. Et nouiſsimè, multis relatis, bene probat Peregr. de fideicom. art. 11. num. 26. & 27. fol. 88. quando verba fideicommiſsi non ſunt integraliter explicata, vt quia oratio eſſet imperfecta, ad ipſam perficiendam, ſubaudiendum eſſe verbum, vel aliquam aliam vocẽ, dummodo ſuppletio fiat ex deductis in eodem teſtamento, præcedentibus, vel ſequentibus, ad perficiendam orationem imperfectã. Vt igitur oratio hæc imperfecta ſuppleatur, attenté legenda eſt illa clauſula, quæ præcedit, ibi: *E ſi nets meus no y haura, e y haura algun*

fill

fill maſcle de les germanes de aquell, filles de ſon pare, que a aquell tal vinga, e torne la herencia, e bens meus, e que haja a nomenarſe, Ioan Tallada, e fer les mies armes: e ſi nets meus maſcles no y haura, ne fills de mes netes que ſien maſcles, ço que a Deu no placia, que en tal cas, tota la heretat, e bens meus ſien, e vinguen al pus propinch parent meu maſcle, que en ma parentela trobar ſe porà. Primerament de nom de Tallada, &c. Ex qua clauſula præcedenti facile declaratur illa ſequens clauſula. *E perque ma intencio, e voluntat es aqueſta, que los meus llochs de Manuel, Roſeta, e Raſalet, e lo hoſtal nomenat de Enoua, o Faldeta, e encara les caſes mies de Xatiua, en lo portal del qual ſon eſculpides les mies armes, no ixca, ne puyxa exir de nom de Tallada*: Et illa verba, quæ ſtatim ſequuntur. *Sempre reſte, e eſtiga en nom de Tallada, dels de la parentela mia en la forma deſus dita*: quod enim antea dixerat, *tota la heretat vinga al pus propinch parent meu maſcle de nom de Tallada*: voluit iterum repetere dicendo, *que tota la heretat ſempre reſte, e eſtiga en nom de Tallada*. Et à notario, vel celeriter ſcribendo, vel inaduertenter fuit omiſſum illud verbum, *herencia, o heretat*, quod ſupplendum eſt vt oratio, & diſpoſitio perfecta reddatur. Quæ ratio magis adſtringit, ſi ponderemus illa verba. *Mon hereu, ni los que apres dell vendran, no puixen vendre, ni alienar a perſona alguna, ſino que ſempre reſte, e eſtiga en nom de Tallada*: quod verbum, *hereu*, clarè demonſtrat, teſtatorem de hæreditate loqui, & ita euidenter apparet, omiſſum fuiſſe illud verbum, *herencia*, quo adiecto, bene omnia quadrant, & remanet oratio perfecta, & fideicommiſſum expreſſum in omnibus bonis.

Ex quibus omnibus remanent impugnata motiua dictæ ſententiæ, in hac cauſa latæ, ibi: *In quibus cùm prohibitio expreſſa alienationis adiecta non fuerit: per exiſtentiam filiarum, & nepotis ex filia primi hæredis, fideicommiſſum vniuerſale expirauit, vt ex verbis claris prioris ſubſtitutionis, & reſtrictionis dictæ prohibitionis alienationis ad dicta certa bona demonſtratur.* Nam cùm ex dictis ſupra num. 1. cum ſeqq. conſtet, Ioannem Tallada Iuniorem, pronepotem ad vniuerſalem hæreditatem fuiſſe vocatum: & ex deductis num. 58. cum ſequent. conſtet, expreſsionem locorum de Manuel, Roſeta, & Raſalet, hoſpitij de Enoua, & domus, ſupra cuius portã erant ſculpta arma *dels Tallades*, non reſtrictionis, ſed demonſtrationis cauſa factam fuiſſe, propter maiorẽ affectionẽ, quam teſtator ad dicta bona habebat, corruit dictum motiuum.

Conuincitur etiam, quod dicitur, per exiſtentiam filiarum Ioannis Tallada, primi hæredis, & nepotis eius ex filia, fideicommiſſum vniuerſale expiraſſe, ex dictis ſup.

num.42.& 51.cum ſeq. & ex traditis per Molinam lib. 1. cap. 6. nu. 18. & 19. vbi ait, quòd licèt opi-
66 nio Oldradi in cõſ.21.ſit communis, non tamen procedit in Hiſpanorũ primogenijs: quod etiam tenent Pelaëz de maio. 2. p, q. 12. & Bolognin. conſ. 62. nu. 26. verſ. tanto magis, vſque ad finem conſilij, quem Molina, nec Pelaëz non citãt. Et ita traditiones Doctorũ Italiæ, qui aſſerunt, doctrinã Oldradi procedere etiam in fideicommiſſo fauore familiæ inſtituto, locum nõ habent in maioratibus Hiſpaniæ, qui ſunt perpetui, vt tradit Couar. lib. 3. variar. cap. 5. num. 4. verſic. ſecũdum, & verſic. verum, vbi ait, in his non eſſe ſeruandam diſpoſitionem text. in §. nos igitur, in Authent. de reſtit. fideicommiſ. quod etiam tenet Peregrinus de fideicom. art. 18. num. 5. & art. 29. num. 41. vbi fatetur, quòd vbi teſtator adiecit illam dictionem, *in perpetuum*, & deſcendẽtes per fideicommiſſum ſunt ſubſtituti: limitatur dictum conſ. Oldradi. Vnde cùm in noſtro caſu teſtator per fideicommiſſum vocauerit omnes ſuos nepotes, & declarauerit, velle, vt bona ſua ſemper in ſua agnatione permanerent: non poteſt conſiderari defectus conditionis, per exiſtentiã filiorum primi hæredis: quia repugnat menti teſtatoris, perpetui-
67 tatẽ inducere volentis. Et licèt fideicommiſſa regulariter ſint odioſa, ea tamen, quæ inſtituta ſunt per viam perpetui maioratus, pro cõſeruatione agnationis, ſunt fauorabilia, vt bene probãt, multis relatis, Marzar. in Epit. de fideicom. 2. p. q. 1. n. 5. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 7. c. 1. n. 44. Mol. de Hiſpan. primog. lib. 1. c. 18. num. 2. & 7. & Caualcan. pract. qq. commu. contra commu. lib. 2. q. 674. nu. 8. cum ſeq. & ita interpretatio eſt facienda contra grauatum, in fauorẽ omnium ſucceſſorum. Ponderandaque ſunt illa verba adiecta in fine clauſulæ hæreditariæ, ibi: *Sino que ſempre reſte, e ſtiga en nom de Tallada dels de la parentela mia, en la forma de ſus dita*. In hoc enim caſu
68 clariſsimum eſt, abſque vlla ſcribentium varietate, eſſe inductum abſolutum fideicommiſſum, etiam in caſu mortis, inter omnes deſcendentes, vt quatuor caſus diſtinguens teſtatur Curt. Iun. conſ. 145. nu. 4. cum ſeqq. & illa verba, *en la forma de ſus dita*, ſignificat formam maioratus, ſiue primogenituræ, ſic enim eam appellat Molin. de Hiſpan. primog. lib. 2. cap. 3. nu. 8. & cap. 6. num. 39. quaſi apertius diceret, *ſuccedatur, perpetuò ordine primogenituræ obſeruato, vt ſupra dixi*. In terminis etiam reſpondet Menoch. conſil. 187. num. 31. ad dictum conſilium Oldradi 21. illud intelligi, & declarari, cùm ſimplex eſt ſubſtitutio, non autem, quando ad plures gradus teſtator deſcẽdit. Et licèt in caſu Oldradi teſtator fecerit duos gradus ſubſtitutionis. Vnum, quo vocauit inuicẽ filios, & nepotes inſtitutos. Alterum,

terum, quo ſubſtituit Eccleſiam: Attamen ſecundus ille gradus nihil operari poterat, ad agnationis cõſeruationẽ: quod ſecus eſt in caſu noſtro. Accedit prætereà, quod Oldradus reſpondit in eo caſu, in quo teſtator non conſiderauit defectum filiorum poſitorum in conditione: ſed ſolam eorum exiſtentiam, cui ſatisfactum dicitur, cùm extiterũt ſemel, quidquid inde eueniat. Nos autem in eo caſu verſamur, in quo teſtator perpetuam quandam ſucceſsionem eſſe voluit ad ſuæ agnationis cõſeruationem.

69 Item Decian. reſp. 31. ex nu. 171. vol. 1. quatuor modis reſpõdet d. conſ. Oldradi. Primò, non procedere, quando teſtator habuit conſiderationẽ ad familiam. Secundò, non habere locum, quando poſiti in cõditione cẽſentur vocati. Tertiò, non procedere, quando maſculi ſunt in ſpecie vocati. Quartò, nõ habere locum, quando de contraria mente, etiã ex coniecturis, conſtat: quas ſatisfactiones authoritatibus doctorum, quos allegat, benè cõfirmat: & illę omnes caſui noſtro benè applicantur. Maximè, quia teſtator noſter habuit rationẽ conſeruandi bona in agnatione, vt cõſtat ex traditis per Theſaur. deciſ. 270. n. 10. & dixi ſup. n. 7. cum ſeq. quo caſu nõ procedit d. conſ. Oldradi, vt tradunt Cephal. conſ. 272. n. 9. & 21. in fin. & n. 22. lib. 2. Mantua cõſ. 140. col. 2. Tiber. Decia. inter conſ. Portij in conſ. 44. num. 2. Grat. conſ. 5. num. 89.

Secundo reſpondeo, dictã conditionẽ primæ ſubſtitutionis adimpletam fuiſſe, quia Ioannes Tallada primus hæres deceſsit abſq; filijs maſculis, & illa verba: *Si morrà qant que quans ſens fills legitims e naturals*, intelligenda ſunt de filijs maſculis, vt probaui ſup. nu. 42. cum ſeq. & dicẽdum eſt, notariũ omiſiſſe illud verbum, *maſculis*, ita Alexand. cõſ. 52. nu. 27. lib. 4. Decian. reſp. 7. nu. 81. ad med. lib. 5. Et probatur argum. l. cùm auus de condit. & demonſtrat. ibi: *Quòd minus ſcriptum, quàm dictum fuerat, inueniretur*; l. 1. §. ſin autem, ff. de hæred. inſtit. Ex quibus omnibus conſtat, dictum Doctorem Ioannem Tallada, iure maioratus, in omnibus bonis in dicto fideicommiſſo recadentibus, ſucceſsiſſe.

CAPVT TERTIVM,
in quo probatur, decretum de vendendo eſſe nullum.

PRæterea, dicta ſententia, quæ per ſupplicationem pendet, non potuit negare, nullitates interueniſſe in decreto de vendendo locorum de Manuel, Roſeta, & Rafalet, prouiſo per Gubernatorem Valentiæ die 25. Ianuarij 1528. dum ait: *Bona tamen pars earũ, nec in facto ſubſiſtunt, nec de iure procedunt*. Et quia dicta ſententia conatur reſpondere nullitatibus reſultantibus ex defectu ſubhaſtationis, & æſtimationis: de his duabus primùm agamus.

Prima adeſt igitur in caſu no-
ſtro euidens nullitas, defectus ſub-
haſtationis, oppidorũ de Manuel,
Roſeta, & Rafalet, oliuetorum, &
aliorum bonorm, in dicto decre-
to de vendendo comprehẽſorum:
quia ſubhaſtatio fieri debet per tri
ginta dies, iuxta forum 10. de eui-
ctio. ibi: *Fem fur nou, que tota venda que la Cort faça de bens dalcu, per fer paga à alcun crehedor ſtrany, o priuat, ſi es coſa moble, que correga publicament per lo lloch, bon ſeran los bens, per deu dies, e ſi es coſa ſebent, que correga publicament per aquell lloch, per trenta dies, puys ſia feta la venda, e ſia ferma.* Et cùm in di-
cto foro pro forma tradatur dicta
71 ſubhaſtationis ſolemnitas, ſi ea nõ
fuerit ſeruata, non tenet venditio,
l. cum contra, C. ſi vendito pign.
ibi: *Non obſeruatis, quæ in diſtrahendis pignoribus celebrari conſueuerunt*, iuncta ibi, gloſ. in verbo, *poſſeſſorem*, vbi apertè tenet, hoc ca-
ſu, non tenere venditionem, & ita
agi poſſe reiuendicatione, contra
poſſeſſorem rei, per curiam vendi-
tæ. Et ex defectu ſubhaſtationis eſ-
72 ſe nullam venditionem curiæ, tra-
dit Belluga rubr. 41. §. leges Re-
gni, num. 43. in fin. & nu. 45. Bart.
in l. Fulcinius 7. §. ſi quis bona, ff.
quib. ex cau. in poſſ. eat. Quòd ſi
73 deficit aliquid ex ſubſtantialibus,
non valet venditionis decretum:
& hoc caſu, executio eſt ipſo iu-
re nulla, Bald. in l. Ordo, C. de
execut. rei iud. Et ita obſeruari in
ſupremis Tribunalibns Caſtellæ,
teſtatur Couar. lib. 2. variar. c. 11.
nu. 3. Et ita fuit iudicatum in Re-
gia Aud. Valentin. ſenten. lata in fa-
uorẽ Don Onufrij Benedicti Sãs,
contra Domnam Annam Sans, pu
74 blicata per Alreus, die 23. Febr.
1588. vbi fuit annullata venditio
quorundam cenſualium, ex defe-
ctu ſubhaſtationis: licèt fuerit fa-
cta pro debito ſubſiſtenti, & dena-
riũ pro denario. Et idem fuit iudi-
catum cum ſententia lata in fauo-
rem Gabrielis Piquer, cõtra Fran-
ciſcum Anyo, ſent. public. per de
Hona die 26. Septemb. 1584. ibi:
Et abſque ſubhaſtatione triginta dierum à foro requiſita, & neceſſaria, &
inferius, ibi: *Dictam venditionem, & decretum de vendendo dictarum viginti caſiciatarum terræ, turris, & ſtabulorum, ſiue caſalitij fuiſſe, & eſſe nullam.* Et in noſtro caſu nulla re-
peritur, in toto proceſſu, relatio
præconis, ſiue proxenetæ, quòd
dicta bona ſubhaſtauerit in ciui-
tate Setabis, in cuius termino di-
cta bona ſita ſunt: & iuxta d. forũ
10. de euict. bona debẽt ſubhaſta-
ri in loco, in quo ſita ſunt. Et cùm
non conſtet, nec per relationẽ di-
cti præconis, ſiue proxenetæ, vul-
go dicti *curſoris*, nec per literam re
ſponſiuam Gubernatoris, vel Iu-
ſtitiæ dictæ ciuitatis Setabis, dicta
bona ibidẽ fuiſſe ſubhaſtata, clarè
remanet probatus dictus defectus
75 ſubhaſtationis. Nã negatiua hæc,
bona non fuiſſe ſubhaſtata, proba-
tur per inſpectionem actorũ, gloſ.
magna in l. 1. C. de fide iſtrument.
lib.

lib. 10. Affict. deciſ. 107. n. 5. & 6. vbi hanc dicit euidentiā facti, qua nulla eſt maior probatio. Quæ opinio fuit canonizata cum ſupra dicta reg. ſent. lata in fauorem Don Onufrij Benedicti Sans, ibi: *Neq; conſtat de relatione curſoris, quòd dicta bona oblata ſubhaſtauerit.* Et melius, cum alia ſent. pub. per de Hona die 3. Aprilis 1591. in fauorem Don Vincentij Sentis, ibi: *Et ſignanter, non præcedente legitima ſubhaſtatione, & in ſua debita forma, iuxta foros præſentis Regni facienda. Et quòd dicta venditio facta fuit per dictum Iuſtitiam præſentis ciuitatis, non præcedente ſubhaſtatione, & reſponſione per Iuſtitiam villæ de Borriana, in cuius territorio res, quæ vendebatur, ſita erat.* Et cùm in hac venditione fuerint comprehenſa plura prædia ruſtica, ſita in terminis villæ de Caſtellò, & loci de Enoua, etiam in dictis villa, & loco erat facienda ſubhaſtatio, & de ea debebat conſtare per reſponſiuam: & relatio præconis, & reſpōſiua continere debebat, dicta bona ſubhaſtaſſe, & ſubhaſtata fuiſſe, non ſolùm per triginta dies, à foro præfixos, ſed etiam per alios decem, vulgo dictos, *de gratia*, ex ſtylo, & conſuetudine generali introductos. Nam quando tempus aliquod deputatum, & certum lege, vel conſuetudine ſtatutum eſt, talis tēporis, in ſcriptura, mentio faciēda eſt, vt omnia ſolemniter acta intelligātur. Aſsin. de execut. §. 6. cap. 41. num. 6. qui defectus etiam reperitur in caſu noſtro. Item probatur dicta negatiua, per inſpectionem ſcripturæ taxationis expenſarū, quæ reperitur in proceſſu, fol. 351. in qua enumerantur omnes expenſæ, factæ in dicta executione, & tamen in ea nullā fit mentio ſalarij præconis ciuitatis Setabis, debiti pro dicta ſubhaſtatione: quod ſalarium haud dubiè fuiſſet ſolutum dicto præconi, & fuiſſet enumeratum inter dictas expēſas, ſi ſubhaſtatio facta fuiſſet in d. ciuitate Setabis. Nec remanet excluſa hæc nullitas ex ſpeciali enuntiatione ſubhaſtationis, facta per ſcribam gubernationis, in inſtrumento venditionis curiæ, exarato eodē die, pro executione decreti de vendēdo: Nam præter quàm, quòd in d. inſtrumento non dicitur, dicta loca, & alia bona fuiſſe ſubhaſtata in ciuitate Setabis, non pro-
76 batur, quòd ſuhaſtatio fuerit facta per verba narratiua inſtrumēti venditionis. Bart. in l. 1. nu. 2. & 3. C. de fide inſtrumentorum, lib. 10. & ibi Bald. num. 23. & 28. & Ang. Peruſ. in eadem, l. inter lecturam, Bal. ſup. 11. C. Simon Sellus de decret. lib. 1. num. 65. in verſ. adeò, tom. 6. tract. p. 2. fol. 294. Roland. à Valle conſ. 33. nu. 13. lib. 1. poſt. Corne. & alios, quos ibi allegat, idem conſ. 60. nu. 17. lib. 4. Neque contradicit idē Roland. cōſ. 90. n. 42. lib. 1. loquitur enim iuxta gloſ. quam allegat in d. l. 1. C. de fide inſtrument. quando erat ſcriptura, quæ dicebat, ſolemnitates interue-

niſſe:quod rectè declarat Ioannes de Platea in d.l.1.num. 2.dicẽdo, quòd vbi apparent publica inſtrumẽta de iſtis ſolemnitatibus, qualiter interuenerunt, pro quibus in ſtrumẽtis præſumitur, transfertur onus probandi contrarium in aduerſarium, vt in d.gloſ.ſecus autẽ, ſi non apparent inſtrumẽta de iſtis ſolemnitatibus, quia cùm ſubhaſtatio, & ſimiles ſint ſolemnitates extrinſecæ, non præſumuntur, niſi probentur, & ad maiorem declarationem ſubiungit hæc verba: *Non enim ſufficeret, quòd in vno inſtrumento fieret mentio de omnibus iſtis ſolemnitatibus per verba enuntiatiua de præterito: puta, cùm dictum ſit, quòd talis res fuerit ſubhaſtata, tot diebus, in præſentia procuratoris Fiſcalis, & non fuerit oblatum maius pretium centum librarum, &c. Quia inſtrumentum probat ea tantùm, quæ tunc temporis potuerunt interuenire*. Itaque, quod ſcribit Rolãd.d.nu.42.& in conſ.33. nu-16. volu. 1. intelligitur, quando ex inſpectione proceſſus executiui conſtat, debitas ſolemnitates interueniſſe, quod nedum deficit in caſu noſtro, ſed immo conſtat de tali ſubhaſtatione, nullã factã fuiſſe relationem per proxenetam, quã facere ſolet, quando per tempus debitum ſubhaſtauit, hocque tempore dictæ executionis in alijs cauſis obſeruari cõſtat, ex actis, in proceſſu per aduerſariũ exhibitis, ſub nu.39.& 44.in actu cõparando, facto per Ludouicũ Roures not.die 3.Nouem.1607.quæ extant in primitiuo, fol.1134. & 1135. pag. 2. Conſtat etiam ex inſpectione actorum, quæ aduerſarius exhibuit, ſub litera F. in actu comparendo, facto die 25.Octobris 1593.fol.504.Et ex relatione proxenetæ, ſiue curſoris, cõtinuata (in calce oblationis cenſualium, factæ per Lucam Pardo) die 19.Auguſti 1524. quæ eſt fol.122.Et iſta omnia acta ſunt de anno 1524.vſq; 1528.Conſtat denique ex pluribus inſtrumẽtis, ſeu actibus iudicialibus, incurrenti proceſſu productis, à fol.735.

Denique euidenter cõſtat de dicto defectu ſubhaſtationis, ex eo, quòd additio oblationis, facta die 11.Ianua. 1528.quæ eſt fol. 300. fuit intimata die 15.eiuſdẽ menſis Ioanni Andreu, aſſerto procuratori curatoris: venditioque bonorũ omnium fuit facta die 25.eiuſdem menſis Ianuarij, vnico tantùm capitulo, & vnico pretio: & ſic à die poſitionis libelli additionis dictæ oblationis, vſque ad diem venditionis, lapſi fuerunt tantũ 12.dies: & à die intimæ 8.dumtaxat:& per conſequens nullatenus potuerunt ſubhaſtari dicta bona per triginta dies. Plura autè bona comprehenſa fuiſſe in hac vltima additione, quàm in primo oblationis libello, conſtat, tũ ex principio libelli, ibi: *Addent à la offerta feta, &c.* & ibi, *vinyes, e oliuars, q̃ lo dit Moſſen Ioan Tallada poſſehia, axi en terme, e territori de Caſtellò, com de Enoua*, & ibi, *eſſer continuada en lo lloch de Manuel, Roſita,*

Roſeta,, e Rafalet, e ab tots ſos termens, ab lo hoſtal, e caſes, terres, poſſeſſions, vinyes, e oliuars, molins, ſariner, e arroſer, e totes, e qualſeuol heretats, que lo dit Moſſen Ioan Tallada poſſehia axi en terme de Caſtellò, Enoua, com en altres parts, e en ſon cas venuts, &c. In prima autem oblatione, nulla fuit facta mentio de terris ſitis in termino oppidi de Caſtellò, nec oppidi de Enoua. Et rurſus, ibi, *è molins axi fariners, com arroſers,* in primo enim libello tantùm fuit facta oblatio cuiuſdam molendini in ſingulari. Conſtat etiam ex illis verbis additionis: *Ab totes les caſes, e altres heretats que Moſſen Ioan Tallada comprà dels hereus de Moſſen Vicent Ferrer, axi en terme de Enoua, com aliàs.* Hæc enim bona non fuerunt comprehenſa in prima oblatione, quia ibi, ſiue dicamus factam oblationem loci de Roſeta, prout re vera huius tantùm loci facta fuit, nomine proprio, declarando, quòd erat ſpecialiter hypothecatus. Siue dicamus (vt pars aduerſa contendit) factam fuiſſe oblationem loci de Manuel, adhuc non comprehenduntur dicta bona empta ab hæredibus Vincentij Ferrer: nam, vt cõſtat ex vẽditione dictorũ locorum de Manuel, Roſeta, & Rafalet, quæ eſt in primitiuo, fol. 482. pag. 2. dicta loca emit Ioãnes Tallada à Vincẽtio Ferrer, anno 1496. alia verò bona emit ab hæredibus dicti Vincentij Ferrer, anno 1504. fol. 847. in primitiuo. Et in decreto de vendẽdo, prouiſo per Gubernatorẽ Valẽtiæ, die 25. Ianuarij leguntur hæc verba: *Feu venda en publich encant com à bens de la herencia de Moſſen Iuan Tallada, quondam Caualler, dels llochs de Manuel, Roſeta, e Rafalet, enſemps ab lo hoſtal de dit lloch, poſat dins los termens generals de la ciutat de Xatiua, en la partida de Enoua, ab tots ſos termens, terres, e poſſeſsions, axi de rech, com de ſecà, molins, axi fariners, com arroſers, caſes, y altres heretats, que lo dit Moſſen Ioan Tallada quondam poſſehia, e compra dels hereus de Moſſen Vicent Ferrer, axi en lo dit terme de Enoua, com de Caſtellò, y altre qualſeuol terme, e ab totes ler vinyes, e oliuars, e encara ab tota la iuriſdictio, que per furs e priuilegis del preſent Regne li es otorgada, e te: al honorable en Ioan Bota corredor preſent, y acceptant, per ops del honorable en Iaume de Arauiano mercader per preu*
77 *de 18. milia, y 40. timbres.* Cùm igitur omnia bona, tam primæ oblationis, quàm additionis ſimul vẽdita fuerint, vnico pretio: & reſpectu bonorum additionis, euidens adſit defectus ſubhaſtationis, annullans venditionem curiæ: decretum de vendendo in totum fuit nullum, Anton. Faber, ſuper lib. 8. Codicis Fabriani, titul. 16. de diſtract. pig. diffinit. 4. quia, inquit, tota venditio inſpicienda eſt, quæ cùm pro parte valere non poſsit (vnus enim contractus eſt, & per conſequens indiuiduus eſt) ſi pro parte

infirma ſit, tota corruit:vt fuit de-
claratũ cũ ſupradicta Regia ſent.
lata in fauorem Gabrielis Piquer,
contra Franciſcum Anyo public.
per de Hona die 26. Septembris
1584. Tradit, & bene confirmat
Franciſcus Milanen. lib. 1. deciſ.
14. nu.34.cũ ſeqq.& in fine deci-
78 ſionis in verſ. fin. inquit, magnam
Regiam Curiam decreuiſſe decre-
tum prædictum nullum, ex capitu
lis ſupra diſcuſsis (hoc eſt, ex his,
quæ dixerat nu.34.) ita ait:*Secun-
dò principaliter corroboratur iſtud ca-
put nullitatis,ex quo domus Delli Ab
batis non fuit ſubhaſtata,quia non erat
in miſione deſcripta,& ob id non pote-
rat deueniri ad liberationem ipſius ſi-
ne ſubhaſtatione. Allegabatur Bald.in
l.3.num.4.C.de execut. rei iudic.Sua-
rez in lib. recept. ſent. in verbo, de-
cretum, num. 20. & etiam capitulum
ritus 112. quod diſponit, quòd bona
ipſa debeant ſubhaſtari,ibi (ſi verò ſe
oppoſuerit, præcedente ſubhaſtatione
bonorum) & ſic omnia, quæ diſponit
ritus,cenſentur pro forma inducta, &
diſpoſita. Allegabantur DD.in proœ-
mio ritus Vbi Boniornus, & Fimia.
ſuper ritu,cap.105. vbi allegant deci-
ſionem Delfinalem Guidonis Papæ
716. quæ in dicto loco hoc non dicit,
ſed melius de obſeruantia ritus, & eius
virtute, & effectu Carauita ſuper ritu
Neap. cap. 1.* Et nu. 37. Milanen.
in ea deciſ. ſubiungit hæc verba:
*Addebatur etiam, quòd non poterat ſu
ſtineri iſtud ſecũdum decretum, quoad
tenimentum domorum vocatarum de
Aiutami Chriſto, quia decretum nul-
lum non poteſt pro parte rei adiudicatæ
ſuſtineri, & in alia parte annullari,
cùm ſit indiuiduum, iuxta tradita per
Bart. Bald. & Paul. de Caſtr. in l. ſi
non ſortem, §. ſi centum, ff.de condict.
in deb. & Bald. in l. certi condi-
ctio.§.quoniam, ff.ſi certum petat. tra-
dit Alex.in l.1.§.ſed ſi mihi, ff. de
verb.oblig.* Et facit text. quem Mi-
lanen.non allegat,in l.in hoc iudi-
cio 27.in fine,ff.fami. herciſc. ibi:
*Quia non poteſt ex vno iudicio res iu-
dicata in parte valere,& in parte non*
79 *valere*: & decretum indiuiduum
eſſe,docet Simon Sellus in tractat.
de decret.titu. 6. inſpect.5. num.
59.tom.6.tract. nouiſ. part. 2. fol.
311. vbi allegat ita tenentes Bart.
Bald.Caſtr.Alex.Iaſ.Zaſ. Frãciſc.
Aret.Dec.Rom.Fulgo.Nat.Curt.
Iun.Crauet.Roland. à Valle, Ce-
phal. Neuiſan. Hyppol. Riminal.
Afflict.Capic.Ant. Nicel. Alciat.
Nico.Moron.& Pet.Duen. & nu.
60.ſubiungit Simon Sel. quòd li-
cet vtile per inutile non vitietur:
hoc tamen non procedit, quando
ſumus in indiuiduis, l. 1. §. item
quæritur, & §. item Trebatius, ff.
de aqua quot. & æſti. l. Græcè, §.
illud, ff. de fideiuſſoribus. At de-
cretũ eſt indiuiduum,iuxta omnes
ſupra relatos,& tradit Rot. Rom.
deciſ.33.num.16. & 17. in 2. par.
80 nouiſ. quod ibi pro indubitato
præſupponit in caſu,in quo vnum
eſt capitulum, prout in noſtro de-
crèto,in quo vnica eſt venditio,&
vnicum pretium,tradit etiam Na-
ta conſ.631.num.37.lib.3.vbi ait,
quòd

quòd in decreto, de quo ibi, permiſſa fuit alienatio Caſtri Veſconati, & bonorum ibidem exiſtentium perduo miliaria: alienatio autem facta fuit de alijs etiam bonis exiſtentibus in alio territorio, & ideo non valuit etiam pro parte contractus, quia decretum eſt indiuiduum, quam doctrinam refert Milan. in d. deciſ. 14. num. 39. & nu. 41. ſubiungit hæc verba: *Quia pretium eſt reſpectu omnium bonorum, nec vna res vendita ex pluribus poteſt ſtare pro toto pretio, cum fuerint plures venditæ, nec pro parte pretij, cùm non appareat quantum ſit pretium iſtius rei, permiſſæ ad iudicari*: & in noſtro caſu eſſet incertum pretiũ bonorum, in prima oblatione cõprehenſorum, ſi à vẽditione auferamus bona, in additione comprehenſa: cùm vnico, & eodem pretio omnia fuerint vendita, & deducto valore bonorum additionis, ſeu parte pretij, ratione eorum remaneat incertum pretium bonorum primæ oblationis. Et quod olíueta ſint diſtincta ab oppidis de Manuel, Roſeta, & Rafalet, cõſtat ex emptione dictorum locorum, quam fecit d. Ioannes Tallada anno 1496. fol. 482. pag. 2. & ſoleo 1158. p. 2. in primitiuo, in quibus inſtrumentis, poſtquàm latiſsimè dictũ eſt de fructibus, redditibus, emolumentis, & alijs dictorum locorum, agitur in ſpecie de oliuetis, ſitis in terminis loci de Caſtellò. Et etiam ex inſtrumento locationis olei dictorum locorum, facta die 29. Octob. 1499. incurrenti fol. 318. vbi poſtquàm fuit actum de dictis locis, & eorũ prædijs, agitur in ſpecie de vnoquoque ex oliuetis, ſitis in dictis terminis de Caſtellò. Et reſpectu oliuetorum, quæ ſunt in terminis loci de Enoua. Eſt aduertendũ, quòd dictus Ioannes Tallada ea emit anno 1504. fol. 847. & 866. in primitiuo: & ita fuit diuerſus contractus, & diuerſa adquiſitio ab emptione locorum, & in eo fuit nominatim actum de vnoquoque ex dictis oliuetis, & alijs predijs. Et etiam fuit actum de macello loci de Faldeta, qui locus non erat venditoris, ſed tantùm macellum. Et tamen in oblationibus dictorum locorum nullam inuenimus mentionem dicti macelli: & videmus, quòd à dicto anno 1518. d. emptor curiæ poſsidet ipſum, vt eſt videre fol. 57. & 340. pag. 2. in primitiuo: & ſic, quòd poſsidet alia bona, præter comprehenſa in oblationibus curiæ, quæ erant executati. Cùm igitur, ex defectu ſubhaſtationis bonorum additionis, negari non poſsit, ſaltem in parte, nullam eſſe dictam curiæ venditionem, dicendum etiam eſt, in totum eſſe nullam, ita tradunt Maria. Soci. in cap. quærelam, de ſi-
81 mon. num. 13. & ibidem Felin. nu. 4. vbi in venditione extraiudiciali diſtingunt, quòd vbi venduntur plura principaliter, & quælibet res habet diſtinctum pretium, licèt vnius non teneat venditio,

tenet tamen reſpectu alterius, ſecus tamen, ſi vnico pretio fuiſſent omnes venditæ, vt eſt text. in l. ſi duos 44. ff. de contrah. empt. vbi ſi quis emit duos ſeruos, & vnus mortuus eſt, tanquam morboſus, non tenet emptio in alio, quod etiam probatur in l. cum eiuſdem 34. ff. de ædil. edicto, & latè probat Caualca. deciſ. 8. num. 1. cum 4. ſeqq. p. 2. Hæc igitur duo concurrunt in noſtro caſu, quorum vnumquodque ad nullitatem in-

82 ducendam ſufficiens eſt. Primùm, quòd eſt ſententia, ſiuè decretum de vendendo iudicis indiuiduum, & per conſequens in totum ruit, vt probat Surd. deciſ. 74. num. 7. & 8. & ita fuit iudicatum in R. A. Valen. ſententia lata in fauorem Arnaldi Sans Lopez, contra Egidium Garcia, publicata per Don Ioannem Daça, die 4. Maij 1609. his verbis: *Quia licèt ea contineat partitam, ſuper qua fuit firmatum compromiſſum, continet tamen aliam, ſuper qua non fuerat firmatum: & non poteſt in vno capite valere, & in alio nõ, quia indiuidua eſt, & non recipit diuiſionem, iuxta receptas iuris naturalis ſcripti diſpoſitiones, &c.* Secundùm, nam cùm omnia bona, tam primæ, quàm ſecundæ oblationis, fuerint vendita vnico pretio, & dicta bona non ſint æſtimata, & ita non cõſtet de valore vniuſcuiuſque eorum, remanet incertum pretiũ bonorum primæ oblationis: & per conſequens vẽditio eſt nulla, quia

83 pretium debet eſſe certum, §. pretium Inſtit. de empt. & vend. Foro 19. de contrah. emptio. fol. 109. cuius verba ſunt: *Si alcuna venda ſerá feyta menys de cert preu, que no valle*, ita Surd. conſ. 39. num. 5. lib. 1. & Milan. d. deciſ. 14. num. 43. & 44. lib. 1. vbi teſtatur, in ſimili cauſa nullitatis ſecũdi decreti, ex quo factum fuerat primum decretum ſuper vna domo, & deinde ſecundum decretum, ſeu liberatio ſuper duabus, ex ſupra dicto capite fuiſſe declaratum nullum ſecundum decretum, ſeu nullam adiudicationem per Tribunal Conſiſtorij S. R. C. ipſo exiſtente dicti Tribunalis, & fuiſſe confirmatũ per Tribunal magnæ Regiæ Curiæ criminalis: & per magnam Regiam Curiam, eodem modo aliàs fuiſſe deciſum, &c. Hactenus Milanen. Et hoc ipſum fuit deciſum in Reg.

84 Aud. Valen. ſent. lata in fauorem Eliſabethis Auguſtinæ Fayos, & de Genſa, contra don Ianuarium Rabaça de Perellos, public. per Alreus die 24. Decembris 1609. his verbis: *Attento inſuper, quòd cùm tota dicta venditio, ſeu decretum de vendendo omnium dictorum fundorum, vnico ſolo pretio, non diſcretim, & per diuerſa pretia facta fuerit tota dicta venditio, ſeu decretum de vendendo, tanquam indiuiduum, & vnico ſolo pretio factum, omnino corruit, & in nullo ex dictis fundis ſuſtineri poteſt, cùm vnicuique, nec alicui eorum pretium certum, & adaptabile, in dicta venditione dari, vel tribui nõ poſſit.* Et Matthæus de Afflict. deciſ. 218.

218.num.4.refert, iudicatum fuiſſe in S.C. quoddam decretum adiudicationis, interpoſitum ſuper diuerſis bonis ſtabilibus, quorũ aliqua erant obligata, alia non, in totum fuiſſe nullum. Nec eſt verum, quod allegabatur, quòd tot ſunt decreta, quot ſunt res, quando decretum latum eſt ſuper pluribus rebus ſub vna ſtructura verborum indiuiſibili, & ita inquit Afflict. ille creditor nõ fecit fructus ſuos. Inſuper non fuerunt ſubhaſtata in ciuitatibus Oriole, Alicantis, & Sugurbij, &c.

85 Secunda nullitas in dicta executione reperitur: quia defuit æſtimatio bonorum oblatorum, quæ neceſſaria eſt in venditionibus curiæ, quæ fiunt in Regno Valentiæ, præſertim in curia Gubernationis illius ciuitatis, & Regni: quia hic ſtylus ſemper fuit obſeruatus, præſertim in anno 1526. cum præcedentibus, & ſequentibus: vt conſtat ex innumeris vẽditionibus curiæ in præſenti proceſſu exhibitis à fol. 502. p. 2. vſque ad fol. 658. & cõſtat cum depoſitionibus multorum teſtium, per hanc partem productorum, ſuper c. 9. ſcripturæ, poſitæ die 5. Februar. 1582. & cum depoſitionibus à parte aduerſa productorum, ſuper cap. 1. interrogat. per hanc partem oblatorum die 29. Martij eiuſdem anni 1582. Et minimè ſunt mutanda, quæ longam conſuetudinem ha-
86 buerunt, l. minimé, ff. de legibus, & ſtylus vim legis habet, l. 3. §. fin. ff. de teſtib. Cinus & Bald. in l. 1. C. quæ ſit lõga conſue. Afflict. deciſ. 135. num. 3. qui allegat Bart. in l. iuriſperitos, ff. de excuſa. tut. idem Afflict. deciſ. 253. nu. 4. Corn. qui iuribus confirmat, conſ. 285. num. 2. lib. 3. Bellug. rubric. 41. §. leges Regni, num. 44. & alij allegati à Ioſepho Ludouico deciſ. Lucenſi
87 36. num. 8. Et ſententia lata contra ſtylum eſt nulla, ita in puncto Guido Papæ quæſt. 292. nu. 2. Rebuf. 3. tom. ad conſtit. regi. tit. de conſuet. artic. 2. gloſ. 13. num. 44. & Caſan. qui benè confirmat conſ. 68. num. 57. facit l. prolatam, C. de ſenten. & interlo. ibi: *Prolatam à Præſide ſententiam contra ſolitum iudiciorum ordinem, authoritatem rei iudicatæ non obtinere, certum eſt.* Et Couarru. lib. 2. variar. cap. 11. num. 3. ait, ſæpiſsimè cauſam executionis
88 deferri ad ſuprema Regis Tribunalia, ex cauſa appellationis, apud quæ, ſi auctio publica, circa formã more regionis receptam, peccauerit, reuocatur ipſa iudicis pronuntiatio, totaquè executio: & mandatur, omnia bona, iure executionis capta ipſi reo reſtitui, abſque vllis expenſis, cum eorum fructi-
89 bus. Et in Reg. Aud. Valent. fuit annullatum quoddam decretum de vendendo, ſent. lata, referente domino Doctore Simone Frigola, tunc cauſæ Auditore, poſtea verò Vicecancellario, publicata per Vincentium de Albiçu, die 4. Decembris 1573. in fauorem Petri Poma, adiecta hac cauſa, ſiue motiuo,

tiuo, ibi: *Conſtat etiam non fuiſſe fa-*
ctam æſtimationem dicti cenſus. Et idẽ
fuit deciſum cum alia regia ſent.
lata, referente Doctore Ciſternes,
public. per Alreus die 30. Octob.
1600. ibi: *Tum quia deficit æſtimatio,*
quæ de iure, & maximè ex ſtylo ne-
ceſſario præcedere debet. Ratio autẽ,
quare in Regno Valentiæ, in ven-
ditionibus curiæ, eſt neceſſaria æ-
ſtimatio, eſt, quia debẽt fieri iuſto
pretio, foro 12, de euict. ibi: *Per ma*
nera que juſt preu ſe puxa trobar. Vt
autem de eo conſtet, debet res vẽ-
denda æſtimari l. non intelligitur,
3. §. Diui fratres, ff. de iure fiſci,
90 ibi: *Et iuſta pretia non ex præterita*
emptione, ſed ex præſenti æſtimatione
cõſtitui, l. ſi quos, C. de reſcindend.
venditio. vbi Bart. num. 2. ait: *No-*
ta, quòd non eſt ſufficiẽs probatio, quòd
res tantùm valet, & non plus, quia
facta ſubhaſtatione tantùm reperitur,
& non plus: debet ergo fieri æſtimatio.
Et ita fuit iudicatum in Conſilio
Neap. teſte Vincentio de Franch.
deciſ. 54. 1. par. vbi num. 6. refert,
prætenſum fuiſſe, iuſtum pretium
poſſe, per ſubhaſtationem proba-
ri, & num. 7. ait, deciſum fuiſſe con
trarium, & ſeruãdã eſſe practicam
traditam à Bart. in l. 2. C. de reſcin
dend. vend. ſcilicet, quòd fieret
æſtimatio per appretiatores, & be
ne confirmat numeris ſequẽtibus.
91 Et quando eſt dubium ſuper va-
lore, & æſtimatione, debet com-
mitti peritis in arte, vt per textum
in §. quod autem, in Authent. de
nõ alienan. aut permut. tradit An-
ton. Gomez tom. 2. variar. cap. 9.
num. fin. prope fin. verſ. quarto in-
fero. Vnde cùm in dicto Regno,
debet per curiam res vendi iuſto
pretio: & iudex debeat eſſe certus
de vero valore rei, de neceſſitate
92 venditionẽ præcedere debet æſti-
matio expertorum, vt dicit Afflict.
deciſ. 358. num. 5. & ibi nu. 1. ait,
votatum fuiſſe per S. C. quòd de-
bebat retractari, tã executio, quàm
93 venditio, de qua ibi. Et quando
bona dantur creditori in ſolutum,
æſtimationem de neceſſitate fieri
debere, dicit expreſsè l. fin. in §.
æſtimationẽ, C. de iur. domi. impe.
Et eius omiſsionem inducere nul-
litatem, docent Roland. à Valle
conſ. 32. num. 33. & 34. lib. 1. &
Aſinius de execut. §. 4. cap. 82. nu.
5. in fin. quia debet res in ſolutum
dari æſtimata, iuſto pretio, l. ſi fun-
dus 16. §. fin. ff. de pignor. ibi: *Iure*
emptionis poſſideat rem iuſto pre-
tio, tunc æſtimandam, Bartol. in l.
quanuis num. 1. in fin. verſ. ſi verò,
ff. de ſolut. Si autem non interue-
niret æſtimatio, non poſſet conſta-
re de iuſto pretio, Bart. in d. l. quã-
uis, num. 1. vbi ait, quòd quando
apponitur pactũ, de dando pigno-
re in ſolutum, iuſto pretio, iudex
æſtimabit iuſtum pretium, l. fin. cir
ca fin. C. de iure domi. impetran.
94 Et ob eandem rationem, in execu-
tionibus fiſcalibus, defectus æſti-
mationis nullitatẽ inducit, vt con-
cedit d. Regia ſententia, in hac cau
ſa lata, ibi: *Poſterioris tamẽ defectus,*
nec à foro, nec de ratione naturali ſcri-

pta

pta vltra cauſas executionis fiſcalis nullitatem inducit, l. ſi quos 16. C. de reſcind. vend. cuius verba ſunt: *Si quos debitorum mole depreſſos neceſſitas publicæ rationis adſtringat, proprias diſtrahere facultates: rei qualitas, & redidituum quantitas æſtimetur: ne ſub nomine ſubhaſtationis publicæ, locus fraudibus relinquatur, vt poſſeſſionibus viliori pretio diſtractis, plus exactor ex gratia, quàm debitor ex pretio conſequatur*, & ibi Pau. Caſtr. num. 1. ponit practicam, *quòd antequam ponat in ſubhaſtatione, faciat rem æſtimari per habentem notitiam, & ponat in ſubhaſtatione, pro pretio declarato per æſtimatores. Deinde detur plus offerenti, ſi enim non præmiſſa æſtimatione poneret in ſubhaſtatione, poſſet magna fraus committi in damnum debitoris fiſcalis, & etiam in damnum fiſci, quia res daretur pro modico pretio gratioſè per publicū exactorem alicui, forte amico ſuo, & ſic plus lucraretur exactor ex gratia, quā*

95 *fiſcus ex debito*. Hactenus Caſtr. ratio igitur, ob quam executio fiſcalis, in d. l. ſi quos, eſt nulla, eſt, quia fieri debet venditio iuſto pretio, vt inquit Flores Diez de Mena in addition. ad deciſ. Luſitanā 40. Gammæ ante num. 1. quæ ratio militat etiam in Regno Valentiæ, in quibuſcunque vēditionibus curiæ, cùm pro forma hoc tradatur in d. foro 12. de euict. ibi: *Per manera que juſt preu ſe puixa trobar.*

96 Præterea cùm in executione fiſcali defectus æſtimationis nullitatem inducat. Ergo à fortiori, in executione, quæ fit pro debito priuato, vt inquit Caſtr. in conſ. 156. num. 1. volum. 2. quem refert, & ſequitur Surd. conſ. 39. nu. 26. lib. 1. & conſ. 256. num. 3. lib. 2. ſi enim, aiunt, hoc eſt, quando venditur pro debito fiſcali, fortius, quando pro debito priuato, quod non eſt tam priuilegiatum. Nec obſtat, quod inquit idem Surd. conſ. 39. num. 26. quòd ſi ex defectu æſtimationis venditio eſſet nulla, non opus eſſet, illam reſcindere: nam obſeruandum eſt, quòd etiam in

97 caſu, quo venditio ex defectu ſolemnitatū eſt nulla, lex vtitur hoc verbo, *reſcindo*, vt in l. 1. C. de fide inſtrum. & iur. haſ. fiſcal. lib. 10. vbi venditio eſt nulla, & tamen inquit ille text. *Reſciſſa venditione mala fide facta, eaſdem res recipies cū fructibus:* & ita illud verbum, *reſciſſa*, idem importat ac verbum, *annullata*, vnde bene compatitur, venditionem eſſe nullam in caſu d. l. ſi quos, ſi æſtimatio non interueniat, & eam à iudice reſcindi, quatenus de facto fuit facta.

98 Nec ferendus eſt Beccius, qui conſ. 95. num. 17. audacter ſcribit, traditionē illam Afflict. in d. deciſ. 358. non videri veram, quia licet, inquit, in ſubſidium res debitoris debet adiudicari creditori iuſto pretio, non tamen adiudicatio erit nulla, ſi fiat æſtimatione non præcedente. Debuerat enim Beccius conſiderare, ita fuiſſe deciſum in S. C. Neapol. vt teſtatur Afflict. in quo grauiſſimo Senatu, ſiue Cō-

ſilio

ſilio interueniunt doctiſsimi iudices,qui non ſpe lucri (vt aduocati in conſilijs ad libitum ſcribunt) ſed vt iudices integerrimi,ob exonerationem cõſcientiæ attentè veritatem perquirunt, & doctrinam ſolidam amplectuntur, qualis eſt hæc, quòd vbi de iuſto pretio debet apparere, facienda eſt æſtimatio,iuxta dictam l.ſi quos,C. de reſcind.ved.& eum meritò reprehẽdit Eſtephan. Gratian. diſcep. foren.cap.7. num. 20. & dicit, contrariam opinionem eſſe veriorem, & refert, traditionem Matthæi de Afflict. vbi ſupra ſequi Iodoc. de ſubhaſtat.cap.3. num. 11.tom. 6. tract.p.1.fol.79. Matth. Coler. de proceſsib.execut.cap.9.p.3. num. 99.

99 Et hinc eſt,quòd licèt,ſi res pignorata,quæ in ſolutum datur creditori, ſit maioris valoris, quàm creditum,valeat in ſolutum datio, & debitori iura ſalua remanẽt, ad conſequendum id,quod valor rei, in ſolotum datæ,debitum excedit, l.fin.§. ſi autẽ minus,de iur. domi. impetran. & ibi notat Bal. num.4. prope finem,& multi relati à Hierony. Mago. deciſ.Florenti. 109.

100 num. 7. Tamen in Regno Valentiæ(ex quo res,quæ per curiã venditur, debet vendi iuſto pretio) ſi diſtrahatur pro minori quantitate, quàm ſit æſtimata, venditio curiæ eſt nulla, vt fuit declaratum in hoc S.S.R.C. cum ſententia lata in fauorem Eliſabethis Sunyer, & de Comaleres,die 24.Decẽbris 1596 hac cauſa adiecta. *Et quòd dicta venditio facta fuit pretio centum librarum abſque vlla carta gratiæ per emptores conceſſa, cùm tamen molendinum, & terra æſtimata fuiſſent pretio centum viginti vnius librarum*: in qua ſententia interuenerũt doctiſsimi iudices,& duo Valentini,qui probè ſciebant,hoc deuiare à iure Cæſareo, nimirum à d.§. ſi autem minus,ita à Baldo ibi declarato: eſſe tamẽ cõforme d.foro 12.de euict. iuſtum pretium exigenti, & ita quando non offertur iuſtum pretium, vt illud ſuppleatur, adijcitur pactum de retro vendendo, ſiue

101 facultas pro eodem pretio redimendi rem venditam,quia dictũ pactum eſt pars pretij, vt per tex. in l. fundi partem, de contrahen. empt.& cap. cum Ioannes, de fide inſtrum.docet Socin.conſ.15. nu. 57.lib. 1. & poſt Tiraq. & Bertazol. tradit Thuſch. tom. 6. pract. concluſ.conc.27.pag. 27. & cum illo pacto ſuppletur iuſtum pretium: illo autem deficiente(quod, *carta de gracia*, appellatur) deficit iuſtum pretium, & ita venditio eſt

102 nulla, quod etiam antea fuerat declaratum in R. A. Val. referente D.Doctore Frigola (poſtea Vicecancellario) ſententia lata inter Onufrium Ludouicum Garcia ex vna, & hæredes Ioannis Antonij Dada ex alia, publicata per Soto: die 15. Iulij 1569. ibi: *Conſtat etiã, dictam curiæ venditionem fuiſſe factam minori pretio,quàm prædicta bona oblata æſtimata fuerunt, cùm illa æſti-*

æſtimata fuerint in triginta tribus mille ſolidis, & illa vendita reperiuntur pretio tantùm viginti quinque mille & quingentorum ſolidorum, nullo addito, nec appoſito pacto de retrouendendo, quod apponi ſolet in huiuſmodi Curiæ venditionibus, ex communi, tam huius Regiæ Audientiæ, quàm aliarum Curiarum ſtylo, quando bona Curiæ oblata venduntur minori pretio, quàm æſtimata fuerunt. Et poſtea idem deciſum fuit in eadem R.A. ſent. pub. per Alreus die 21. Auguſti 1601. in fauorē Alphonſi Camacho curatoris, his verbis: *Tum quia dicta bona fuerunt vendita pro minori pretio, quo fuerunt iudicata ſeu æſtimata, & ſine inſtrumento gratiæ, ſiue iure*

103 *recuperandi.* Si igitur debet fieri iuſto pretio, & illud per ſubhaſtationem non apparet d.l.ſi quos.C. de reſcin. vend. neceſſariò debet interuenire æſtimatio, vt ita iudex, qui pignora diſtrahi iubet, ſciat, an debeat concedere debitori facultatem, dicta pignora, intra certum tempus redimendi, quæ vulgo appellatur, *carta de gracia.* Et ſi attentè perpendatur diſpoſitio d. l.ſi quos, ibi: *Ne ſub nomine ſubhaſtationis publicæ, locus fraudibus relinquatur: vt poſſeſſionibus viliore pretio diſtractis, plus exactor ex gratia, quàm debitor ex pretio conſequatur:* Conſtabit, neceſſariò eam obſeruādam eſſe in caſu noſtro, in quo euidenter apparet de fraude facta in vendēdo dicta bona viliori pretio ob gratiā Secretarij Don Petri Quintana emptoris, cui, veriſsimile eſt, aſſeſſorem Gubernatoris, cum cuius conſilio fuit factum dictum decretum de vendendo, voluiſſe cōplacere, vt eius præſidio adiutus à Domino Rege gratias circa augmentum ſui ſtatus cōſequeretur. Et ideò tot ſingularia in proceſſu dictæ executionis reperiuntur cōtra ordinē ſeruari ſolitum in alijs proceſsibus executionū illius temporis, vt facta comparatione cum illis in pręſenti proceſſu exhibitis, videre licèt, & ex infra dicendis apertiſsimè conſtabit: & ex ratione, quam tradit Salic. in l.fin.C.de reſcind.vend. vbi ait. Ideò proceres, & conſiliarios Principis per d.

104 l. prohiberi, emere res ſubhaſtatas fiſco, quia timuit Imperator, ne eis gratiosè vendantur: & ibidem Odofre. declarat illud verbum, *Palatini*, de quo in d. l. fin. dicendo, *Palatini*, id eſt, illi, qui ſunt de Curia Principis, non poſſunt talia emere à ſubditis, quia iſte eſſet modus committendi Barattariam: quia dicit vnus de curia liganti, ſi vis obtinere in cauſa, vende mihi talem veſtem tuam. Eandem etiam rationem aſsignat Iaſ. in l.principalibus, num. 1. ad med. ff. ſi cert. petat. & Bald. conſ. 333. lib. 3. nu.

105 vnico ad med. Et propter hanc rationem, in Regno Valentiæ per forum 23. de procurat. prohibitum eſt habentibus regia officia, quæ venduntur per curiam, emere.

Dicta autem bona per curiam vendita eſſe multo maioris valoris, apertiſsimè conſtat, inſpecto valore

valore reddituum, qui inſpici debet,d.l.ſi quos,ibi: *Redditu[...] quantitas æſtimetur*. Et ex pretio locarionis probatur valor rei, Burſatus conſ.184.num.15.lib.2. Dicta autem bona vendita locata fuerunt, contractu inito inter conductorē, & procuratorem curatoris, pretio 13.mille ſolidorum Ludouico Roca militi militiæ ſancti Iacobi, inſtrumento recepto per Martinum Gari notariũ die 13. Aprilis 1519. in primitiuo proceſſu producto fol.1240. In annis autem 1519. & 1526. & 1528. iſta loca habebant eaſdem domos, nimirum triginta: & ſic nō fuerunt combuſta per ſediciosos,& rebelles,vulgo, *comuneros*, qui fuerunt anno 1520. Et erāt in eorum terminis prædia ruſtica ad concedendum, & ſtabiliendum alijs vaſſallis, prout ſunt ſtabilita vſque ad 70.domos, vt conſtat ex cap. 31. ſcripturæ diei 13. Febru. 1602. fol. 573. quæ omnia fuiſſent maximæ ponderationis, ſi dicta bona fuiſſent æſtimata. Et ita ad rationem duplicis pretij, ſeu vt vulgo dicitur, *al doble march*, vt ſolent æſtimari loca in Regno Valentiæ, valebant in proprietate dicta bona 26. mille libras. Et probatur, quia loca pluris æſtimātur, quàm cenſus cum laudimio, & fatica. Et tamen Gubernator Valentiæ mandauit, die 18. Martij 1528. fol. 332. quòd dictus emptor retineret penes ſe proprietatem cenſuum cum laudimio, & fatica, illā æſtimando ad rationem ſex denariorum pro libra. Et ante venditionem reperiebatur emptor, qui pro dictis locis de Manuel, Roſeta, & Rafalet, offerebat plus decē mille libras, monetæ Valentinæ, vt patet in ſcriptura poſita per Fr. Didacum Mata miniſtrum, & ſyndicum dicti monaſterij, die 13. Augusti 1527. per aduerſarium producta, quæ eſt fol. 295. in qua ſcriptura leguntur hæc verba: *Dels quals llochs en dies paſſats ſe trobaua comprador, qui donaua per aquells pus de 20. milia timbres*. Et conſtat ex dicta ſcriptura, quòd cùm creditores viderent, eſſe iniquum, vendi pro iſto pretio, potius voluerunt, quòd locus de Manuel locaretur, quàm quòd venderētur bona pro iſto pretio, licèt fuiſſet plus 20. mille timbrium. Et ſic apparet, quòd venditio erat facienda cum pacto de retrouēdendo longiſsimi temporis: quia fuerunt vendita pretio nouē mille, & 20. librarum. Quia in currenti fol. 491. pag. 2. cùm per curiam Gubernationis fuiſſet venditum quoddam molendinum pretio 125. librarum cũ carta de gratia 2. annorum, & creditor nondũ eſſet ſatisfactus, fecit oblationem, die 7. Octobris 1528. dicti iuris *de carta de gracia*, & fuit venditũ pretio ſexaginta librarum, fol. 496. pag. 2.

107 Præterea, ex quo dicta bona erāt minoris, debuerunt æſtimari, vt cō ſtaret de iuſto pretio, & quòd non valebāt plus, ita fuit deciſum cum Reg. ſent. lata in fauorē Francinæ Gil

Gil public.per Albiçù die 9. No-
uemb. 1585. ibi: *Attento praterea,
quòd non conſtat de ſubhaſtatione publi
cè facta, in dicto oppido de dictis bonis,
vt plus danti ad omnẽ vtilitatem di-
ctorum minorum venderentur : nec
quòd pretia, pro quibus fuerunt vendi-
ta , fuerint iuſta , ita quód non vale-
rent plus.* Nec obſtat, quòd dicta lo-
ca de Manuel , Roſeta, & Rafalet,
anno 1496. tantùm vendita fue-
runt pretio 5262. librarum , cùm
ex emptione facta multis annis re-
tro, nō probetur iuſtum pretium,
l.3.§.Diui fratres, ff.de iur. fiſ. ibi:
108 *Et iuſta pretia , non ex præterita em-
ptione, ſed ex præſenti æſtimatione con-
ſtitui,* l.in lege falcidia 62.in §. fin.
& l. pretia rerum 63. §. nonnullã,
ff.ad l.falc.gloſ.in l. 2. verbo, *poteſt
valere,* C.de patrib.qui fil.diſt.Bur
ſat.conſ. 184.num. 18. vol. 2. Ma-
ſcard.de probat.cõc. 650.in verb.
æſtimatio , num. 6. qui alios alle-
gant. Et in d. vẽditione anni 1496.
non cõprehendebantur omnia bo
na cõprehenſa in vẽditione curiæ
anni 1528. vt conſtat ex proceſſu.

Tertia nullitas euidens extat in
caſu noſtro , ex quo decretum de
vendendo, factum die 25. Ianuarij
1528. fuit conceptum ſub hac ge
neralitate verborum. *Dels llochs de
Manuel , Roſeta , & Rafalet , en-
ſemps ab lo hoſtal del dit lloch , poſat
dins los termẽs generals de la ciutat de
Xatiua, en la partida de Enoua, ab tots
ſos termèns , terres e poſſeſsions, axi de
rech, com de ſecà, molins, axi fariners
com arroſers , caſes , y altres heretats,
que lo dit Moſſen Ioan Tallada quon
dam poſſehia , è comprà dels hereus de
Moſſen Vicẽt Ferrer, axi en lo dit ter
me de Enoua, com de Caſtellò, e altre
qualſeuol terme , e ab totes les vinyes,
oliuars, y encara ab tota la juriſdiccio,*
109 *&c.* Et hoc caſu eſt ipſo iure nul-
lum, foro 12, de euictionibus , cu-
ius verba ſunt : *Com clarament ex-
periencia haja moſtrat , que per les
vendes ques fan en les corts de drets,
e accions dalcun deutor , ſe ſon ſeguits
molts debats, plets, e dany a molts. Per
ço volents prouehir a indemnitat de
noſtres ſotsmeſes , per aqueſt nouell
fur , ſtatuim , e ordenam perpetual-
ment, que la Cort, o jutge alcu no pui-
xa vendre a requeſta de crehedor , o
daltre ſots generalitat , bens , deutes,
drets, o accions , e drets , o accions ſo-
lament de alcu : mas quant la Cort , o
lo jutge voldra fer venda de bens de
alcu , haja a declarar quins bens , per
manera , que juſt preu ſe puixa tro-
bar en la coſa . E ſi deute alcu , o ac-
cio ſe vendra , deja eßer ſubhaſtat ; e
ofert quanta quantitat es lo deute , e
quil deu, e ab quin titol , o quina accio,
e contra qui. E per alcuna manera ſots
generalitats de paraules , tals vendes
no puxen eßer fetes, e ſi fetes ſerã, ſien,
e romanguẽ nulles ipſo foro.* Et ita di-
ctus forus tradit formã , vt inquit
Bart.in l.de his, n.3. verſ.præterea,
110 ff.de trãſactio. & cũ forma debeat
impleri verè, & propriè, nō ſuffi-
cit, expreſsionẽ fieri per relationẽ
ad aliud, vt, multis relatis, probat
Tiraq.in legib' connub.l. 15.gl.7.
in verbo, expreſ.n. 188. pag. 463.

& vt inquit Aret. in l. pluribus in prin.ff.de verb.obli. quē refert,&
111 ſequitur idē Tiraq.in d. gloſ. 7.n. 195. expreſſa per relationē dicuntur expreſſa generaliter, impropriè verò, & fictè ſpecialiter, & vt tradit Bart.in l. 1.n.7.ff.de vulg.expreſsū dicitur trib.mod. Primò, quod in genere dicitur. Secūdò, quod ſpecialiter exprimitur. Tertiò, quod ſingulariter, & proprio nomine exprimitur. Forus igitur 12.de euict. prohibet generaliter exprimi bona, quæ vēduntur per curiā, & requirit ſpecificā, vel ſingularē expreſsionē. Generalis expreſsio eſt, quæ fuit facta in caſu noſtro, quia fuerūt vēditæ omnes hæreditates, quas d.Ioannes Tallada quondam poſsidebat, & quas emerat ab hæredibus Vincētij Ferrer. tā in termino de Enoua, de Caſtellò, quàm in alio quocūq; termino, ſub quo genere cōprehendūtur multæ ſpecies. Vna eſt hæreditatū ſitarum in termino de Enoua: Altera ſitarū in termino de Caſtellò: Altera ſitarū in alio quocunq; termino. Specialis expreſsio eſt, quādo exprimitur ſpecies: quā ſi intelligamus iuxta logicos, intelligitur, quæ cōprehēdit plures numero diferētes, & ita expreſsio ſpecialis eſſet illa, hæreditates quas emerat in termino de Enoua, cū inſtrumēto recepto per talē not. tali die, quia hæc expreſſio cōprehēdit indiuidua, ſcilicet, hoc prædiū, & illud prædiū, in dicto inſtrumēto memorata. Quod ſi ſpeciē intelligamus iuxta vſum loquēdi iuriſconſultorū, ſpecies intelligitur pro indiuiduo, & ita debet denominari talis fundus cū talibus cōfinibus: & ita patet quòd non fuit facta in d.decreto de vendendo certa, & ſpecifica venditio bonorū, ſed incerta per relationē ad hæreditates, quas poſsidebat d.Ioannes Tallada, & ad hæreditates, quas emerat ab hæredibus Vincentij Ferrer, in quocunque termino, l.3.§.incertā, ff. de acqui. poſ. ibi: *Incertā partem rei poſsidere nemo poteſt, veluti, ſi hac mente ſis, vt quidquid Titius poſsidet, tu quoque velis poſsidere:* & alijs relatis, tradit Rebuf.in l.ſubſignatū 39.§. incertus, verſ.quinto incerta res, ff.de verb. ſign.pag.302. & per cōſequens d. decre. de vend. ſub generalitate verborū conceptum fuit ipſo iure nullū, quia in d.foro 12.extat nullitatis decretū. Cui nullitati iudices, qui primā ſententiā tulerunt, non potuerunt ſatisfacere, & ideò agnoſcētes nullitatē dictæ vēditionis ad ratificationem recurrerunt.

112 Quarta nullitas, quia totus proceſſus executionis fuit factus cum minore indefenſo, & ſic fuit nullus, l.acta.45.§.contra indefenſos, iūcta glo.fi.ff.de re iud.l.cū & minores, C.ſi aduerſus rē iud. & in l. cōtra pupillū, ff.de re iud. D.Gar. Maſtril.deciſ.73.n.8.verſ.3.principaliter, cū ſeq.& n.24.in fine, vbi dicit, ita fuiſſe declaratū in cōſiſtorio S.R. conſciētiæ Regni Siciliæ, & in R.A.V.cū ſentētia lata, in fauorē Alphōſi Camacho curatoris,

ris, contra Ioannē Daça, publicata per Alreus die 21. Auguſti 1601. fuit declaratũ, bene fuiſſe de nullitatib⁹ dictũ à quodã decreto de vẽdendo, cũ hoc motiuo, quia dictus minor remanet indefenſus, & hoc caſu omnia acta, tanquã nulla, de nouo ſunt repetenda, Bart. in l. ſi expreſsim 19. n. 1. ff. de appella. vbi ait, quòd ſi defectus, ex quo ſententia eſt nulla, reſpicit vniformiter acta, vt ſi litigatum eſſet cũ minore indefenſo, tunc omnia de nouo debent fieri, l. cũ quærebatur 62. iuncta gloſ. ff. de re iudic. Ferrarienſ. qui hãc tradit praxim in ſua practica Papienſ. in forma libelli appellat. à ſententia diffinitiua, in verbo, *fuiſſe, & eſſe nullum*, num. 9.

113 Et hæc nullitas, quia vagatur per totũ proceſsũ, eſt inſanabilis. Hie. Mago. deciſ. Floren. 36. nu. 8. poſt Alex. conſ. 53. nu. 13. 14. & 15. lib. 5. qui Alex. loquitur in vẽditione Curiæ, & ait, hoc caſu per iudicẽ appellationis talem ſententiã decreti de vendendo nullã non poſſe confirmari, ad quod ponderat text. in cap. dilecti. extr. de empt. & vendit. & hanc eandem ſententiã probat idem Mago. deciſ. Lucenſ. 28. nu. 30. Noſtrum autem minorẽ fuiſſe indefenſum, conſtat. Primò, quia mandato executorio per curatorem dicti minoris non fuerunt oppoſitæ exceptiones ordinariæ, ſiue rationes vulgatæ, quod non conſtabat de inſtrumentis, cũ quibus dictum mandatum executorium iuſtificaretur in iuribus actiuis, & paſsiuis. Quas tamen rationes multò poſt oppoſuit frater Didacus de Mata Syndicus monaſterij ſanctiſsimæ Trinitatis ciuitatis Setabis, cum ſcriptura poſita die 21. Auguſti 1527. ab aduerſario producta die 1. menſis Aprilis, anni 1593. vt dicam infra num. 122.

Secundò, quòd dictus minor fuerit indefenſus, conſtat, ex quo dictus curator nõ obtulit rem ſpecialiter hypothecatam caſu, quo conſtaret de iuribus actiuis, & paſſiuis, vt regulariter facere ſolent, qui executiuè conueniuntur, tanquam poſſeſſores rei hypothecatæ. Nam, vt eſt notorium, intra decem dies ſolẽt opponere rationes ordinarias, & in fine libelli offerre rem ſpecialiter hypothecatam, petendo, ne in alijs bonis fiat executio. Hoc autem redundabat in maximum commodum dicti minoris, & ſucceſſorum in dicto maioratu. Cùm enim ex inſpectione inſtrumenti cenſualis, cuius virtute fuit inſtata executio, quod eſt in primitiuo folco 1032. pag. 2. conſtet, illud non fuiſſe ſpecialiter impoſitum ſuper locis de Manuel, & Rafalet, nec ſupra diuerſorio, ſiue hoſpitio de Enoua, nec ſuper terris den Lloret, nec ſuper molendino de Roſeta, nec ſuper alijs bonis, ſed dumtaxat ſuper dicto loco de Roſeta (molendino, & terris den Lloret exceptis) debuit creditrix debitum exigere ex dicto loco de Roſeta, ei nominatim, & ſpecialiter obligato, cùm

ex eius pretio vniuerſum redigere debitum poſſet, ita probat ad
114 litteram text.in l. 2. C.de pignor. Vbi creditor, licèt æquale ius in omnibus bonis debitoris habeat, tamen vbi vertitur intereſſe tertij (vt eſt ſecundus creditor,vel fideicommiſſarius)tenetur ex re ſpecialiter hypothecata ſuum creditum exigere, quod procedit etiã in camerali obligatione, (quæ æquè priuilegiata eſt,ac carricamentum cenſualis) ita Galeſ. in tractat. de forma cameral. obligat. 2. par. in prin.q.3.nu.4.fol.38. habetur in 6.to. tract.nouiſ.p.2.fol.351.pag. 2.vbi agens ex profeſſo de priuilegijs prædictæ obligationis ait,excutiendum eſſe ſpeciale pignus,refert, & probare videtur Surd. deciſ.44.nu,19.vbi eã ſubiũgit rationẽ, quia licèt forma cameralis obligationis tollit ordinẽ procedẽdi, ſed non iura, quæ concernunt ſubſtantiã iudicij,& merita cauſæ, prout eſt priuilegiũ,quòd ſpeciale pignus excutiatur,quod in fideicommiſſo abſq; dubio procedere ratio naturalis euidenter demonſtrat: Si enim creditor abſq; vllo eius præiudicio poteſt debitũ exigere ex re ſpecialiter hypothecata,& abſq; euerſione fideicõmiſsi, cur ei permittendum eſt, vt in tam graue diſpendiũ ſucceſſorũ in maioratu alia bona in eo comprehen
115 ſa diſtrahi faciat? contra bonũ publicum,cuius fauore maioratus inſtitutio in Hiſpania eſt introducta, vt ait Molina de Hiſpan. primog. lib. 1.c.18. & hæc ratio viua ſola potens eſt ad cauſas decidendas, l. ſcire oportet,§.ſufficit,ibi:*Ex naturali iuſtitia*,ff.de excuſ. tut. Curt. Iun.conſ.57.nu.12.& conſ.58.nu. 6. vbi refert, quòd dicere ſole-
116 bat Ariſtoteles: *Quærere legem, vbi habemus rationem, nihil aliud eſt, quàm infirmitas intellectus*, latè Aſin. in praxi, §. 24. cap. 3. numer.7.

Tertiò,debuit curator,dictũ minorẽ defendendo, deducere,bona immobilia minoris alienari non poſſe,ſed debitũ hoc eſſe ſoluendũ ex fructibus, & ex bonis mobili-
117 bus,iuxta formã traditam in l. magis puto,§.non paſsim,ff. de rebus eor. & quòd bona fideicommiſſo ſubiecta alienari non poſſunt, etiã ex cauſa dotis,ſi poſsit dos ex fructibus ſolui,l.mulier 22.§.cũ proponeretur, ff. ad Trebel. licèt ex
118 cauſa dotis bona etiã fideicommiſſo ſubiecta alienari poſsint, auth. res quæ,C.communia de leg. Et licèt pro debitis inſtitutoris maioratus poſsint alienari,hoc tamẽ intelligendum,ac temperandum eſt, vt priùs ſatisfiat de bonis liberis teſtatoris, & eis non extantibus, de fructibus bonorum fideicommiſsi, & non eſt deueniendum ad ipſarum rerum vinculatarum diſtractionem,niſi in ſubſidium, deficiẽtibus ſupradictis. Ita Moli.de Hiſpan. primogen. lib. 1. cap. 10. nu.4.per tex.in l. pater filium, 38. ff.de leg.3.& lib.4.c.6.nu.15. vbi alios allegat,quibus addo Peregr.

de

de fideicom.art.40.nu.22.fol.361.

Hocq; in occurreti caſu de neceſsitate fieri debebat, nam vltra fauorẽ minoris, & fideicommiſſarij, concurrebat etiã aliud, quòd penſiones, pro quibus inſtabatur executio, erant decurſæ poſt motẽ inſtitutoris maioratus: & ita non poteſt dici hoc debitũ maioratus, & ſucceſſorum in eo, cùm tãtum pro poſſeſſoris vtilitate contractũ fuit. Conſequens igitur eſt, vt nec ſucceſſor ad illud ſoluendum adſtrictus ſit, vt inquit Molina d. c. 10. nu. 24. idem Molina lib. 4. c. 6. nu. 15. & Ioannes Franciſcus Tallada pater dicti Ioannis minoris primi hæredis vti vſufructuarius te-
119 nebatur ſoluere penſiones ex fructibus, l. apud Iulianum, aliàs cum ſeruus 39. §. hæres, de legat. 1. & probat latè dictus Molina lib. 1. cap. 29. num. 8.

Quartò, debuerat etiã curator allegare, rem pretioſam, & ita dicta loca de Manuel, Roſeta, & Ra-
120 ſalet, non poſſe vendi pro modico debito, iuxta gloſ. in l. quandiu 6. C. de diſtract. pig. & ita fuit iudicatum in R. A. Val. ſententia publicata per de Hona die 17. Octobris 1586. inter Hieronymũ Poch, & Ioannem de ſancto Petro, cum qua fuit declarata nulla venditio, hac cauſa adiecta, quia fideicommiſsi magna proproprietas nõ debebat diſtrahi pro paruo teſtatoris debito, quod ex fructibus ſolui debebat. Et cum alia Regia ſententia, lata in fauorẽ Comitis de Alaquaz, publicata per Don Ioannem Daça die 28. Ianuarij 1610.

Quintò, debuit etiã curator petere, vt bona oblata æſtimarentur, vt de eorũ iuſto valore cõſtaret, & ne viliori pretio venderentur. Dicta enim tria loca ad minus erant valoris 26. mille librarum, quia locabantur pretio 13. mille ſolidorũ, & cõmuniter æſtimabantur ad rationẽ ſex denariorũ pro libra, ſiue, vt vulgò dicitur, *al doble march*, & omnes executiuè cõuenti, quando vident comminari, bona viliori pretio diſtrahi, nedũ procurant, ea æſtimari, ſed etiam ſi æſtimata ſunt non iuſto pretio, ſecundã petunt fieri æſtimationem, quam vulgò, *reaſtimam*, dicimus. Hoc igitur, quòd homines mediocriter diligentes oſeruare ſolent, debuiſſet curator inſtare, & ex hoc defectu dicitur etiam pupillus indefenſus.

Sextò, debuit curator petere, vt bona oblata ſubhaſtarentur in ciuitate Setabis, cum ſita eſſent intra
eius terminos generales, & in alijs 121
ciuitatibus Regni. Nam iuxta for. 10. de euict. debent ſubhaſtari, vbi ſita ſunt, ibi: *Per lo lloch hon ſeran los bens*, & ex hoc defectu venditio redditur nulla, vt fuit declaratum in R. A. Val. in fauorem Don Vincentj Sentis cõtra Sydicũ monaſterij Virginis Mariæ de Remedio, ſententia public. per de Hona die 3. Aprilis 1592. cũ hac cauſa. *Quia decretũ de vendendo prouiſum fuit, non præcedente legitima ſubhaſtatione,*

tione, & in ſua debita forma. Et ibi:
*Et quòd dicta venditio facta fuit per
dictum Iuſtitiam præſentis ciuitatis,
non præcedente ſubhaſtatione, & re-
ſponſione Iuſtitiæ villæ de Borriana,
in cuius territorio res, quæ vendebatur,
ſita erat.* Debebat etiã inſtare, vt di
cta loca ſubhaſtarentur in ciuitati
bus Setabis, Alicãtis, Sugurbij, &
Oriolæ, & in villa Caſtilionis pla-
niciei, in quibus partibus ſubhaſtã
tur loca, quæ per Curiam vendun
tur, vt fuit probatum cùm depoſi-
tionibus teſtium per hanc partem
productorum ſuper cap. 11. ſcri-
pturæ poſitæ die 5. Februar. 1582.
& cum tenore regiæ ſententiæ de-
creti de vendendo loci de Alfara,
publicata per Alreus die 17. Au-
guſti 1595. per aduerſariũ produ-
ctæ die 17. Decembris 1604. ſub
litera G. quæ extat fol. 954.

Et propter eandem rationem
122 ſententia dicti decreti de venden-
do fuit nulla, quia prolata contra
minorem indefenſum, l. acta 45. §.
contra, ff. de re iudicata, cuius ver-
ba ſunt: *Contra indefenſos minores tu
torem, vel curatorem non habentes,
nulla ſententia proferenda eſt.* Et ibi
gloſ. final, inquit, *non habentes, vel
habentes, ſed adeſſe nolẽtes,* & Bolog.
in addit. marginali ad d. gloſ. no-
tat, ſcribe ntes illam dicere ſingu-
larẽ ad hoc, quòd citatio facta de
tutoribus, vel curatoribus non eſt
ſufficiens, vt poſsit ferri ſententia
contra pupillos, vel contra mino-
res, ſi tutor, vel curator noluit ad-
eſſe, Don Carcia Maſtril. deciſ.
37. nu. 9. fol. 233. facit l. cum & mi
nores, C. ſi aduerſ. rem iudic. ibi:
*Cùm & minores vos eſſe affirmetis,
& indefenſos, nullum vobis præiudi-
cium fieri, Præſes prouinciæ pro ſua gra
uitate curabit,* & ibi notat Bald. ſen-
tentiam latam aduerſus minorem
indefenſum eſſe nullam ipſo iure,
l. fi. C. ſi propter publi. penſita. Sal
tem negari non poteſt, non fuiſſe
legitime defenſum, quo caſu ſen-
tentia non nocet minori, nec ſuc-
ceſſori in fideicommiſſo, l. ex con-
tractu, ff. de re iudicata, ibi: *Niſi
culpa tutoris,* l. ſi ſeruus plurium, §.
1. & §. ſi quis ante, ibi: *Vel mi-
nus plenè defendit cauſam*, ff. de leg.
1. Molin. de Hiſpan. primog. lib. 4.
cap. 8. nu. 7. Peregrin. de fideicom.
art. 53. nu. 59. Menoch. conſ. 501.
num. 8. & ita dicendum eſt, ſenten
tiam decreti de vendendo loci de
Manuel non præiudicaſſe Docto-
ri Tallada, iure fideicommiſsi ſuc-
cedenti.

Quinta nullitas reſultat ex eo,
quòd dicto mandato executorio 123
fuerunt oppoſitæ rationes, ſiue ex-
ceptiones per fratrẽ Didacum de
Mata Syndicum monaſterij ſan-
ctiſsimæ Trinitatis ciuitatis Seta-
bis, cum ſcriptura poſita die 21.
Auguſti 1593. ab aduerſario pro-
ducta die 1. Aprilis 1593. quæ eſt
in proceſſu fol. 296. allegãdo, non
cõſtare de inſtrumẽto cenſualis, &
petijt mãdari aduerſæ parti, vt ex-
hiberet omnia inſtrumenta, eius
intentionem iuſtificantia, quod à
iudice fuit prouiſum in calce dictę
ſcri-

ſcripturæ, quæ ſi fuiſſent exhibita, conſtitiſſet, cenſuale tantùm eſſe impoſitum ſuper loco de Roſeta, vt diximus ſupra num. 113. & poſitis dictis rationibus, & eis nõ purgatis, fuit factum decretũ de ven-
123 dendo, quod fieri non poterat foro fin. de dilatio. fol. 60. ibi: *Tro a real venda excluſiuè*, & fuit deciſum cum R. ſentẽtia, lata in fruore Antonij Caſtellò, publicata per Ludouicum de Berbegal die 22 Auguſti 1601. cum qua fuit declaratum quoddam decretum de vendendo nullum, cum hoc motiuo: *Maximè cùm conſtet, poſitas fuiſſe rationes mandato executorio, & eis pẽdentibus, non purgatis, & nec declaratum in eis, progreſſum fuiſſe ad dictam venditionem, ſeu decretum.*

124 Et in caſu noſtro Syndicus dicti monaſterij tãquam legatarius, & donatarius Ioannis Tallada, maioratus inſtitutoris, fuit perſona legitima ad opponendas dictas exceptiones, ſiue rationes, l. ſi perluſorio 14. ff. de appell. ibi: *Sed agere cauſam, &c.* vbi gloſ. declarat *agere cauſam*, id eſt, *defẽdere cauſam*, l. ſi ſuſpecta 29. ff. de inoffic. teſta. *Si ſuſpecta*, inquit, *colluſio ſit legatarijs inter ſcriptos hæredes, & eum qui de inofficioſo teſtamento agit, adeſſe etiam legatarios, & voluntatem defuncti tueri conſtitutum eſt*, & ibi glo. in verb. *adeſſe*, inquit, legatariũ hoc caſu eſſe participẽ litis, & ita poſſe teſtes producere, inuito hæredi; & ex illo text. Bart. ibi notat, illũ, cuius intereſt, poſſe adeſſe cauſæ, ne colludatur, & poſt DD. ibi notat Couar. pract. quæſt. c. 13. n. 3. Cancer. var. reſol. lib. 2. c. 16. de tertijs oppoſ. n. 2. De notorio autẽ intereſſe dicti monaſterij conſtat cum inſtrumento donationis factæ per dictum Ioannem Tallada inſtitutorem ſæpe dicto monaſterio, recepto per Auſiam Alpicat, aliàs Coſta not. die 7. Decemb. 1511. ab aduerſario producto ſub nu. 4. in actu comparendo facto per eius procuratorẽ die 27. Aprilis 1603. quod eſt in ptimitiuo fol. 830. p. 2. Conſtat enim, dictum Ioannem Tallada donationem feciſſe d. monaſterio 40. librarũ de annuo redditu, & duarũ telarum lanæ valoris 10. librarum, pro quo intereſſe potuit Syndicus dicti monaſterij, ſe opponere. Nam vt inquit Bart. in l. 2. num. fin. C. de negot. geſt. ad
125 fauorem ſui admittitur tertius ad excipiendum, ac etiam ad probandum. Refert, & ſequitur Felin. in cap. illa præpoſitorum, nu. 2. ad med. verſic. item fauore ext. de accuſatione, Alexand. in l. Titia 34. num. 3. ff. ſolut. matrim. & ibidem Bartol. ſubiungit hæc verba: *Poſſumus dicere, quòd ſpeciale eſt hic fauore minoris, vt quilibet admittatur ad proponendum, & ad probandum exceptiones pro pupillo, ponderando illam dictionem, quilibet, quæ vniuerſalis eſt, & comprehendit tam venientem ad defendendum minorem pro ſuo intereſſe, quàm eum, qui tantũ venit ad cauſam pro intereſſe minoris.* Quam Bartol.

 doctri-

doctrinam communiter ſequũtur DD. teſte Alex. in l.Titia 35. nu. 3.ff.ſolut.matr.& in l.à Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, num. 29. ff. de re iud.ſequitur Felin. in d. cap. cùm ſuper num. 14. vbi alios refert, & nouiſsime Cancer.d.cap.16.num. 38.ex qua l.Titia Alex.ibi,in pri-
126 mis verbis notat, quòd exceptio poſita à tertia perſona, cuius intereſt, obſtat, & venit examinanda in iudicio,& habet proceſſum impedire, latè Barboſa in d.l. Titia, num.8.Et in terminis in executione inſtata virtute inſtrumenti cenſualis,inquit Belluga(quem,quæſo,videas)rubr.41.num. 26. quòd
127 redarguitur nullitas ratione perſonæ agentis, qui vt hæres, vel vt ſucceſſor agit,cùm re vera non ſit, & ita antequam fiat executio, tenetur docere,ſe hæredem, l. ſi debitor 42.ff.de petitio. hæredita. ibi: *Aut dubitet,an hæreditas pertineat ad eum,qui petit hæreditatem,non tenetur hæreditatis petitione.* Poterit ergo opponi,inquit Belluga,contra petentem executionem, tu non es hæres, vel ſucceſſor, neque habes ius agendi,& ibi latè confirmat,& nu. 27. ad med. ſubiungit hæc verba: *Solum addas, quòd nedum talis exceptio eſt admittenda, & plenariè diſcu-*
128 *tienda: ſed etiam iudex de per ſe debet talem actorem, ius agendi non habentem,repellere, l. plane, & l. fin. ff. de petitio.hæredit.ſecundum Bal.in l.vbi pactum,C.de tranſactio.* Poſitis igitur dictis rationibus per dictũ fra-
129 trem Didacum de Mata, dictum mandatum executorium fuit reſolutum,in vim ſimplicis citationis, iuxta ea,quæ notat Alexan. in l.de pupillo,§.meminiſſe,num.3. ff. de no. oper. idem Belluga in d. rubr. 41.num.15.ad med.ibi: *Item,quia poſitis rationibus iam non eſt ſententia, ſed citatio, & ſic meritò non exequenda.* Ergo poſitis rationibus, non potuit prouideri decretum de vẽdendo contra dictum minorem.
130 Quemadmodum enim appellatio interpoſita ab vno ex duobus litis conſortibus prodeſt alteri, qui nõ appellauit, foro *ſi dos cõpañons* 24. de appellat.l.fin.C.ſi vnus ex pluribus, cap. vna ſententia extra de appellat. quia,vt inquit Bart. in l. vnica,nu. 7.poſt med.C. ſi in commun.eademque cauſa,vna eſt cauſa,& vna ratio defenſionis vtriuſque,ita etiam exceptio illegitimitatis perſonæ oppoſita per legatarium Domnæ Mariæ, executionẽ inſtanti,prodeſt hæredi,cùm eadẽ ſit cauſa defenſionis,facit l. ſi communem 10. ff. quemad. ſeruitu. amit.l.ſi qui ſeparatum,§. fin. ff. de appellat.ibi: *Si vna eademque cauſa fuerit defenſionis*, & facit forus, *quant dos deutors* 15. de iuramen. calum.fol. 56. pag. 2. ibi: *Aquell Sagrament profit a altre que no jurara,e ſie abſolt, hay tambe com ſi hauie jurat.* Vnde quemadmodum, ſi ille ſocius, qui ſolum appellauit, poſtea ſe componat cum eius aduerſario, alijs, quorum intereſſe poterat, non nocet, vt poſt Franch. quem allegat in d.cap.vna num.3. de

de appellat. in terminis tradit Cæſar Ruginel. ad Cæſar. conſtit. Mediolan. in tit. de appellat. §. 2. cap. 1. num. 131. & cap. 47. vbi ait, idem etiam erit, ſi dictũ ſit de nul-
131 litate, cuius renuntiatio non nocebit tertio, cui ius fuerat quæſitum, & refert Franch. & Specul. ita tenentes, & idem Ruginel. §. 6. gloſ. 1. cap. 1. num. 25. pag. 186. vbi inquit, quòd in præiudicium adhæ-
132 rentis non valet renuntiatio facta appellationi tacita, vel expreſſa, & allegat ita tenentes Archidia. Cardin. Speculat. Bal. Crauet. Rebuf. Grauat. ad Veſtrium, & Sur d. deciſ. 143. num. 3. Ita etiã licèt Syndicus dicti monaſterij renũtiaſſet dictis rationibus, ſiue exceptionibus, non potuiſſet tolli ius quæſitum dicto minori, vt eis non purgatis, non poſſet fieri venditio.

Nec obſtat, ſi dicas, quòd cùm dictus minor curatorem haberet, non potuit interuenire in iudicio dictus frater Mara, ad defendendũ minorem. Contrarium enim tenuit gloſ. in l. ſi actor 10. C. de appellat. vbi Bart. num. 5. dicit, quòd ſi minor ſuſtinet partes rei, procedit ſine dubio, & Alexan. in l. exi-
133 gendi, nu. 8. C. de procurator. ait, quòd coniunctus poteſt agere pro minore, etiamſi non interueniat conſenſus tutoris, vel curatoris, & quòd ita tenent omnes ibi.

Sexta nullitas reſultat ex tenore prouiſionis factæ in calce ſcripturæ oblationis poſitæ die 17. Octobris 1526. in qua tantùm leguntur hæc verba: *Admiſſa oblatione in quantùm, fiant alia requiſita cum litteris opportunis*, & non reperitur hoc verũ, *intimetur*, & ita nec in littera expedita pro executione dictæ prouiſionis præcipitur Gubernatori Setabis, vt intimari faciat parti, nec in littera reſponſiua legitur, dictam oblationem fuiſſe factã cum partis iniunctione, quam vulgo dicimus, *intima*, nec vllatenus conſtat de dicta atteſtatione, ſeu,
134 *intima*, & ita adeſt defectus citationis, qui inducit nullitatem, l. de vnoquoque, ff. de re iudic. late Vant. in tract. de nullit. tit. de nullit. ex defectu citationis, vbi probat, nullitatem citationis in effectu tollere defenſionem, quæ eſt de iure naturali, & ita maximam eſſe, cùm defenſio, & alia naturalia iura tolli non poſsint, & cùm hic capiantur bona oblata in executione, quæ fit pro quantitate petita, pars debet citari, vt docet, & iuribus, & rationibus confirmat Bart. in l. à Diuo Pio, §. in venditione, num. 2. ff. de re iudic. quem refert, & ſequitur Maran. de ordine iudiciorum, tit. de execut. num. 19. & hæc atteſtatio, ſiue intima eſt de neceſsitate, gloſ. in l. debitores, C. de pignor. l. vetuſtiſsimam, quæ finalis eſt, C. de iur. dom. impetran.
135 Et de iure, cùm creditor hypothecas, ſiue pignus venales proponit, notorium debitori facere debet, l. creditor 4. C. de diſtract. pignor. ibi: *Creditor hypothecas ſiue pignus ... proſcribit notum debitori facere, &c.* & ibi.

&ibi gloſ.declarat, *proſcribit*, id eſt,
136 *venale proponit publicè*. Et quòd intima oblationis bonorum immobilium, antequam illa ſubhaſtentur, de neceſsitate fieri debeat, tradit Rebuf. in 2. tom. ad conſtit. regias, titu. de præconijs, & licitat gloſ. 1. num. 1. par. 432. & hæc opinio fuit approbata per Regiã Audientiam Valen. ſententia lata in fauorem Gabrielis Piquer, contra Franciſcum Anyo, publicata per de Hona die 26. Septembris 1584. Relatore Domino Ioanne Perez de Bañatos, ibi: *Et non conſtat, dictam oblationem fuiſſe intimatam dictis Franciſco, & Gabrieli Piquer*. Et cum alia ſent. publ. per Vincentium de Albiçù die 4. Decembris 1573. in fauorem Petri Poma, & contra Petrum Meſtre, ibi: *Et ſimiliter conſtat, oblationem factam de dicto cenſu dictorum ſeptem caficiorũ, & dimidij frumenti non fuiſſe intimatam, neque notificatam dicto curatori, & ſimiliter non fuiſſe intimatam dicto curatori prouiſionem factam in calce ſcriptura dictæ oblationis.*

Neque obſtat, ſi dicas, notificationem dictæ ſcripturæ oblationis, & prouiſionis, in eius calce factæ, ſatis ſuppleri ex poſtea geſtis, quia poſtea fuit expedita littera decem dierum gratiæ die 9. Nouembris 1526. quæ eſt in primitiuo, fol. 43. & 287. vbi dicitur, eſſe lapſum iam tempus ſubhaſtationis, per Gubernatorem cõceſſum, & fuit mãdatum Gubernatori Setabis, vt concederet curatori domini loci de Manuel decem dies, magis ex gratia, quam de iure: quæ littera fuit intimata Martino Gari, & ſic virtualiter fuit ei notificata oblatio. Licèt enim dicatur in littera reſponſiua, pro executione ſupradictæ litteræ per portarium, ſiuè nuntium fuiſſe aſsignatos dicto Gari notario decem dies de gratia, non tamen dicitur, dictam litteram fuiſſe ei notificatam, vt de oblatione conſtare poſſet. Et caſu, quo ex dicta intimatione inferri neceſſario deberet, oblationẽ præceſſiſſe, adhuc non ſuppleret defectum intimæ oblationis, quia diuerſi ſunt termini, & diſtinctæ dilationes, vna triginta dierum de foro neceſſaria, alia decẽ dierũ de gratia, & ſtylo concedi ſolita, & quemadmodũ in dilationibus teſtium, conceſſa vna dilatione, & non intimata, ſi deinde ſecunda cõcedatur, & intimetur, non inde per lapſum primæ dilationis decurſæ, & non intimatæ præiudicium adfertur illi, cui non fuit prima intimata: ita pariter in hac conceſsione triginta dierum, ad ſubhaſtãdũ bona oblata, ita præciſe neceſſaria erat notificatio, vt ea non facta, nec proxeneta, nec curſor, poterat ſubhaſtare bona oblata, quia ſubhaſtatio fit pro executione prouiſionis, & executio fieri non poteſt antequam ſit in rem iudicatam tranſacta, & nunquam tranſit in rem iudicatam, ſi nunquam fuit intimata.

Item non poteſt prætẽdi, in hoc caſu

caſu intimationem factam fuiſſe, licèt in littera reſponſiua non dicatur: quia cùm per iudicem requirentem non fuit prouiſum, vt intimaretur, iudex requiſitus non fecit. Denique eo tunc erat, pro vt
137 ſemper fuit ſtylus, adijcere hoc verbum, *intimetur*, in prouiſione facta in calce ſcripturæ oblationis, vt conſtat ex multis actis exhibitis incurrenti proceſſu, fol. 465. cum ſequentibus, & ex actis per aduerſarium productis: namque in primitiuo fol. 1109. pag. 2. ſub num. 12. in prouiſione facta in calce ſcripturæ oblationis poſitæ die octauo Nouembris 1527. quæ prouiſa fuit per eundem Don Leandrum Lloris, reperitur, *intimetur*, & fol. 1112. pag. 2. ſub num. 14. ex inſtrumentis productis per dictum Comitem die 5. Nouembris 1526. in calce ſcripturæ oblationis poſitæ die 24. Ianuarij 1528. per eundem aſſeſſorem fuit prouiſum. *Admiſſa oblatione, in quantum, ſiant alia requiſita, & intimetur*, & pariter in quadam ſcriptura oblationis, in qua fuit facta oblatio curiæ tercentorũ ſolidorum præſentis ciuitatis, quę per aduerſarium fuit exhibita ſub litterra F. in actu comparendo facto die 25. Octobris 1593. quæ eſt in primitiuo, fol. 503. reperitur facta prouiſio, quòd bona oblata ſub haſtarentur, *& intimetur*, & in calce legitur intima facta die 9. Nouembris 1525. Et denique in prouiſione facta in calce ſecundæ ſcripturæ oblationis dictorum locorum, & bonorum noſtri maioratus, poſitæ die 11. Ianuarij 1528. reperitur adiectum dictum verbũ, *intimetur*, & actu fuit intimata die 15. eiuſdem menſis, paucis diebus ante venditionem, quæ fuit nulliter facta die 25. eiuſdem menſis, & ita conſtat, quòd eo tunc erat ſtylus (qui hodie viget) quòd in prouiſionibus factis in calce ſcripturarum oblationum apponitur, hoc verbum, *intimetur*, & ex relationibus conſtat de intimis, & veriſsimile eſt, quòd dictus aſſeſſor, data opera, omiſit illud verbum, *intimetur*, ob gratiam dicti Secretarij, & ita dicta prouiſio facta cõtra ſtylum fuit ipſo iure nulla, vt dixi ſupra num. 86.

138 Septima nullitas reſultat ex eo, quòd non fuit ſeruata forma tradita in l. à Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudi. vt prius mobilia, deinde immobilia vendantur, quæ forma tradita eſt per forũ Valentiæ in foro 12. de dilatio. ibi: *La cort vena de les coſes mouents, e ſi coſes mouents no haura, vena de les coſes ſehents*, ponderando dictum forum conditionaliter loquentem, & ſi fieret contra formam dicti fori executio eſſet nulla ipſo iure, vt docet Belluga de materia cenſualium rub. 41. num. 45. fol. 189. quã etiam opinionem tenet Molin. de Hiſpan. primogen. lib. 4. cap. 7. nu. 24. qui tenet, vẽditionem eſſe ipſo iure nullam, & ratio eſt euidens, quia omiſsio ſolemnitatis, à iure requiſitæ vitiat actum, l. cum hi, §. ſi præ-

ſi prætor.& ibi Bartol. in prin. & num. 1. ff. de tranſact. l. prolatam, C.de ſentent. & interlocu. & hæc eſt communis opinio, vt conſtat ex traditis per Socin. ſen. conſil. 158. num. 14. volum. 2. & quòd, dicto ordine non ſeruato, quòd prius vendantur mobilia, poſtea immobilia, executio ſit nulla, tenuerunt Immol. in d. §. in venditione, col. 2. verſ. cum ante proceſſus, Iaſ. num. 19. & ibi Alex. num. 38. qui refert, Ioannem gloſſatorē antiquum eandem opinionem tenuiſſe, Marant. de ordine iudicio. actu. vltim. num. 9. & 10. additio ad Afflict. deciſ. 358. Viuius in commun. opin. 1011. Et ſecundùm hanc opinionem fuiſſe iudicatum in S. C. in d. deciſione tercenteſima quiquageſima octaua, dicit Cæſar Vrſil. in additio. ad illam, vbi etiam refert, ſemper vidiſſe, in praxi obſeruari hanc opinionem in S. C. Et maximè in quadam cauſa Comitis Caſertæ, & creditorum Ducis Adriæ ſenioris, anno 1552. nam fuit annullata executio, quia non fuerat ſeruatus dictus ordo.

Et licèt Bart. in d. §. in venditione tenuerit, executionem hoc caſu non eſſe ipſo iure nullam, ſed appellati poſſe: quam opinionem regulariter veram iudicauit Conſilium Neapolitanum, teſte Vincentio de Franch. deciſ. 441. nu. 7. 3. par. tamen ibidem num. 9. refert, in Conſilio fuiſſe iudicatum in illo caſu, venditionem quarundam domorum eſſe nullam, quia erant cuiuſdā pupilli, & in inuentario apparebat, eſſe mobilia, & annuos introitus, ex quibus breui ſatisfieri poterat creditori, à quibus in bonis minorum debet incipi, iuxta textum in l. magis puto, §. nō paſſim, & §. ſed & alia, ff. de reb. cor. Nos autem verſamur in caſu limitationis dictæ opinionis Bartoli, vt non procedat in bonis minorum, & in proprijs terminis d. deciſionis Vincentij de Franch. & ita dicta vēditio fuit ipſo iure nulla, & iuxta hanc opinionē fuit declaratum nullum quoddam decretum de vendendo, ſententia lata in Regia Audientia Valentina, in fauorem Michaëlis Cherta contra Bonauentu. Chorro, publicata per de Hona die 26. Septembris 1587. hac cauſa adiecta, ibi: *Cùm non cōſtitit, quòd non eſſent, nec recaderent in ſupradicta hæreditate bona mobilia, de quibus dictum debitum ſol-*
140 *ueretur*. Et de iure, aduerſario incumbit probare, eo tunc non extare bona mobilia: ita in terminis Hiero. Gabr. conſ. 118. nu. 6. vol. 1. quia ad hoc vt propter æs alienum teſtatoris vendi res prohibita poſſit, oportet, non adeſſe alia bona, vnde ſolui poſſit, l. pater filium, in princip. verſ. idem quæſiuit, de leg. 3. vbi Bartol. Alber. & alij, Cuma. in l. peto, §. prædium, num. 3. de lega. 2. Iaſ. in l. commodis 40. num. 4. de re iudic. Idcircò alia bona non adfuiſſe, eſt fundamentum intentionis emptoris, & con-

conſequenter ad eũ pertinet onus probandi, l. cum qui, de probat. cum vulgatis, maximè quia aduerſarius nititur contra regulam, ſecundùm quam alienatio immobilium fieri nequit, l. ab ea parte, de probatio. gloſ. in l. omnis diffinitio, de regul. iur. Pro forma enim introductus eſt ordo, vt priùs veniant mobilia, poſtea immobilia, vt inquit Bellug. rubr. 41. num. 43. in fin. & nouiſsimè Peregrin. de fideicommiſ. art. 40. nu. 22. fol. 361. hæc verba ſcribit: *Quartò infertur, quòd cùm propter neceſsitatem æris alieni permittatur alienatio. Ideò oportet, alia bona non extare, non alienari prohibita, aliàs non ſuſtineretur alienatio, ſic in terminis d. §. Diui, & d. §. prædium, tradiderunt maiores noſtri, Bart. & Alberic. in d. l. pater filium, in princip. Cuman. in d. §. prædium, Iaſ. in l. commodis, num. 4. ff. de re iudic. Gabr. d. conſ. 118. vbi inquit, allegantẽ venditionem fieri potuiſſe, quia alia bona non extiterint, probare oportere, & rectè, quia in exceptionibus reus efficitur actor, l. in exceptionibus, ff. de probat. & idem docet Molina de Hiſpan. primog. lib. 1. cap. 10. num. 4. poſt Peralt. & Padil. ab eo relatos.* Vnde cũ in caſu noſtro hæc tria concurrãt. Primùm, quòd fuit facta venditio contra formam dicti fori 12. de dilat. Secundùm, quòd fuit facta in præiudicium minoris, contra formam traditam in l. magis puto, §. non paſsim, & §. ſed & alia, ff. de reb. eorum. Tertium, quòd fuit facta in præiudicium ſucceſſorum in fideicommiſſo, & maioratu, contra formam, l. mulier. 22. §. cùm proponeretur, ff. ad Trebel. abſque dubio dicendum eſt, dictam venditionem eſſe nullam. In caſu autem noſtro, nedum non conſtat, non extare mobilia, quia litteris oblationis mobilium expeditis die 9. Nouembr. 1524. non reperitur facta littera reſponſiua, atteſtans dicta mobilia non extare: immò potius ex depoſitionibus teſtium, in proceſſu productorum ſuper cap. 3. 6. & 7. ſcripturæ poſitæ die 3. menſis Martij anni 1582. & cum depoſitionibus teſtium huius partis ſuper cap. interrogatoriorũ aduerſæ partis, poſitorum die 6. Maij eiuſdem anni, & præſertim cùm depoſitione Eliſabethis Algarrà vetulæ, quæ latè deponit, conſtat, dictum Ioannem Tallada plurima reliquiſſe vaſa agentea, magnã ſupellectilem, & tapeſia, & multa alia bona mobilia magni valoris, quæ in hæreditate recaderunt. Conſtat etiam ex inſtrumentis in currenti proceſſu exhibitis, fol. 131. cum ſequentib. plura extare bona mobilia dicti teſtatoris, ex quibus creditum, cuius virtute inſtabatur executio, ſolui poterat, & præſertim extabat pretium conductionis locorũ de Manuel, Roſeta, & Rafalet: qui locati fuerant per Gubernatorem Setabis, die 16. Octobris 1526. per tẽpus quatuor annorum, vt videre eſt in proceſſu, fol. 124. Extabãt etiam multa bona mobilia curatoris, vt conſtat

ſtat cum depoſitionibus Ioannæ Amoròs, & de Carrion, quæ eſt in primitiuo, fol. 155. Didaci Sanchez, Ioannis Marti, Ioannis Vanyon, Eliſabethis Algarra, & alio rum teſtium productorum ſuper capit. finali ſcripturæ poſitæ per Ioannē Tallada die 3. Martij 1582 qui teſtantur, Ioannem Franciſcū Tallada curatorem dicti minoris, & vſufructuarium bonorum fidei commiſsi, tempore quo fuit inſtata dicta executio, habere pecuniā numeratam, greges, & multa bona mobilia magni valoris; & cùm ille
141 teneretur, vti vſufructuarius, debita omnia ſoluere, l. vſusfructus 7. aliàs hactenus 8. §. modica, ff. de vſufructu, ex dictis bonis debebat creditoribus ſatisfacere, & nō permittere, vt bona ſedentia venderentur. Et vt conſtat ex inuentario in præſenti proceſſu exhibito, fol. 131. & ex alijs inſtrumentis poſt dictum inuentarium exhibitis. Extabant etiā bona teſtatoris, ex quibus poterat nedum prætenſa quantitas, à creditoribus petita, ſed etiā multò maior exolui. Et ita etiam vbi inſtaſſent dicti creditores, & eſſet magnum æs alienum ſoluendum, cùm illud ſolui poſſet ex fructibus, & redditibus bonorum fideicommiſsi, vel ex alijs bonis mobilibus teſtatoris, non poterant diſtrahi dicta loca, & alia bona ſedentia fideicommiſsi, l. pater filiū 38. in fin. prin. de leg. 3. ibi: *Si non erat aliud in hæreditate, vnde debitum exoluiſſet*. Et late probat Molin. d. lib. 1. cap. 10. num. 4. vbi declarat, quæ dixerat num. 1. & 2. bona ma-
142 ioratus diſtrahi poſſe pro ſoluendis debitis teſtatoris, ita intelligēdum eſſe, vt priùs ſatisfiat creditoribus de fructibus bonorum fidei commiſsi, & in ſubſidium deueniatur ad rerum vinculatarum diſtractionē. Hoc ipſum probat idē Molin. lib. 4. cap. 7. num. 1. & 2. & ferè per tot. & ita vēditio fuit nulla, quia facta de bonis minoris, cōtra formam traditam in l. magis puto, §. non paſsim, ff. de reb. cor. in terminis Roland. à Valle, omninò videndus, conſ. 33. vol. 1. & conſ.
143 60. vol. 4. Rota Genuæ deciſ. 4. nu. 1. vbi ait, venditionem quorundā locorum, de quibus ibi, fuiſſe ipſo iure nullam, quia creditor habens plures res pignoratas non poteſt omnes vendere, ſi ex venditione partis earum poteſt conſequi ſuū creditum: & ita fuit iudicatum in R. A. ſententia lata in fauorē Ioannis Machencoſes, publicata per de Hona die 16. Martij 1589.

Neque obſtat, ſi dicas, dominū cenſualis poſſe omittere mobilia, & offerre immobilia, quoniā obſeruandum eſt, hoc non procedere contra detentorem rei hypothecatæ, aliàs nō obligatum, & quòd in inſtrumento cenſualis, cuius virtute fuit inſtata executio, non reperitur renuntiatum diſpoſitioni dicti for. 12. de dilat. & ordini in eo præfixo, nec diſpoſitioni l. magis puto, §. non paſsim, ff. de rebus cor. nec diſpoſitioni, l. mulier 22. §. cum

§.cum proponeretur, ff. ad Treb. vt in occurrenti caſu in vim pacti, omiſsis bonis mobilibus, potuerit creditrix bona immobilia minoris, fideicommiſſo ſubiecta, facere alienari. Et quemadmodum 144
ex prorogata iuriſdictione, poſſet alius, quàm proprius iudex adiri, & tametſi conuentio hæc, re integra, fuerit reuocata, proculdubiò qui iuriſdictionem prorogauit, nõ compelletur eiuſmodi conuentioni ſtare, l. ſi conuenerit 18. ff. de iuriſd. omn. iud. & ne id fieri poſſit, nominatim renuntiatur, in inſtrumẽto cenſualis, diſpoſitioni d. l. ſi conuenerit, ita pariter dicendum videtur, quòd licèt Ioannes de Aries in d. cenſuali conceſſerit creditori facultatẽ variandi in perſonis, & bonis, tamen cùm dicta Domna Maria aſſerta creditrix fecerit oblationem bonorum mobilium, videtur à dicta facultate receſsiſſe in vim taciti pacti, l. 2. C. de pactis.

Octaua nullitas reſultat ex eo, quòd cenſuale, cuius virtute fuit inſtata executio, tantùm erat impoſitũ ſuper dicto loco de Roſeta, vt conſtat ex inſtrumento dicti cẽſualis, firmato per Ioãnem Daries, recepto per Franciſcum Cardona notarium die 8. Nouemb. 1454. quod eſt in proceſſu, fol. 103 2. pag. 2. & ibidem legitur, quòd deſignãdo dictum locum, dixit, quòd habebat confines terras loci de Manuel. Ex quibus patet, quòd erant diſtincta loca: vnde cùm dictus minor tantùm poſſet conueniri tanquam poſſeſſor dicti loci de Roſeta, non poterant alia eius bona vẽdi, Bellug. rubr. 41. §. leges Regni, nu. 11. poſt med. fol. 180. col. 2. ad med. ibi: *Pro omnibus penſionibus nouus detentor poterit hypothecaria conueniri directa via, ſed in executione venient bona hypothecata, vt eſt tex. opti. in iure in auhen. de non alienan. §. ſcientia.* Hactenus Bellug. idẽ probatur in foro 44. de iure emphyt. ibi: *Mas ſolamẽt hi ſia tenguda la coſa comprada, la qual ſe moſtrara ſer lo dit cens.* Et vbi quis cõuenitur actione reali, derelinquendo rem, liberatur, l. & ſi forte, 6. §. etiam de ſeruitute, verſ. Labeo autem, ff. ſi ſeruitus vendi. ibi: *Denique licere domino rem derelinquere ſcribit*, iuncta ibi gloſ. & Bald. in eadem l. in §. ait Labeo, num. 1. notat, ad onera realia non teneri illum, qui vult derelinquere. Et ita facta oblatione loci de Roſeta, ſpecialiter hypothecati, non tenebatur de bonis proprijs illius poſſeſſor, maximè cùm non conſtiterit, dictum Ioannem Tallada minorem, & conuentum habuiſſe notitiam aſſerti cenſualis ſpecialiter impoſiti ſuper aliquibus bonis, per ipſum poſſeſſis. Immò & quod fortius eſt, qui executionem inſtabat, tãtùm fecit oblationem loci de Roſeta, in oblatione facta die 17. Octobris 1526 quæ eſt in proceſſu fol. 40. p. 2. & 285. p. 2. licèt per errorem ibidẽ dixerit, quòd vocabatur Manuel, his verbis: *Offir, expon, y met venal*

lo

lo lloch de Roſeta,que huy es diu Manuel,& pro executione prouiſionis factæ in calce dictæ ſcripturæ oblationis fuit expedita littera per curiam gubernationis Valentiæ, cum qua fuit mandatum Gubernatori Setabis verbis ſequentibus: *Façau ſcriure, y metre en lo llibre del corredor de voſtra Cort lo dit lloch de Roſeta nomenat Manuel*:& ita aperte cõſtat,fuiſſe expoſitum venalem dictum locum de Roſeta, tãquam ſpecialiter hypothecatum, & intentionem inſtantis executionem fuiſſe, exponere venalem rem tantùm ſpecialiter hypothecatã,conformandoſe cum diſpoſitione,l.2. C. de pigno. & d. fori 44. de iure emphyteo. Tùm, quia dicendo in ſcriptura oblationis bonorum immobilium ſupra dicta verba: *Que lo dit lloch de Roſeta reſpon*,aperte declarauit,non intentare actionem perſonalem,ſed hypothecariam directam contra poſſeſſorem dicti loci de Roſeta, & ita agere contra rem hypothecatam,& non contra perſonam,& in obſcuris,quod minimum eſt,ſequimur,l.ſemper in obſcuris,ff.de regul. iur. quam in ſimili caſu allegat Rebuf.in 2. tom. ad conſtit.Regias in tract.de præconijs,& licitat.art.1.gloſ.1.num. 3.pag.433. Et cùm pretium dicti loci de Roſeta ſufficeret ad integram ſatisfactionem quantitatum, pro quibus executio inſtabatur, non poteſt oblatio facta de dicto loco de Roſeta extendi ad alia bona, etiam intra confines comprehenſa, & cùm alia loca, nimirùm de Manuel, & de Rafalet, & alia bona,in decreto de vendendo cõprehenſa, non fuerint curiæ oblata,non potuerunt vendi.Ita fuit iudicatũ cum ſupradicta Regia ſentẽtia,de qua infra num.148. in fin. ibi: *Non offerendo curiæ turrim, & ſtabula.*

Nec obſtabit,ſi forſan velit prætendi, confines relatos in dicta prima oblatione bonorum immobiliũ, comprehendere loca de Manuel,& Rafalet, & ita licèt nominatim non ſint expoſita venalia dicta tria loca, ſatis cenſeri curiæ oblata ex deſignatione cõfiniũ. Quia ex proximè dictis conſtat, intentionem executionem inſtantis tantùm fuiſſe,exponere venalem locũ de Roſeta, ſpecialiter hypothecatum, & ita non eſt habenda ratio confinium,l.fin.C.quæ res pigno-
145 ri.ibi: *Cùm ſit iuſtum, voluntates contrahentium magis quàm verborũ conceptionem inſpicere*, Alex.conſ.8.num. 8.& per tot. lib.4. Et ad maiorem cautelam dictæ obiectioni reſpondetur ſecundò,non conſtare, intra dictos confines comprehendi termina dictorum locorum de Manuel,& de Rafalet;forſan enim terminus dicti loci de Roſeta, habet omnes, vel ferè omnes confines,ſolent enim ſæpe habere angulos,in quibus verificantur confines. Tertiò reſpondeo, quòd cùm ſit expreſſum corpus,dicendo, quòd exponebatur venalis locus de Roſeta, licèt fuit erratum in confinibus,

bus, talis falſa demonſtratio non comprehendit quid amplius vltra locum de Roſeta, iuxta celebrem
145 doctrinam Bald. in rubr. C. de con trahen. emptio. 22. quæſt. num. 43. ad med. vbi inquit ex mente Doctorum, multum referre, an cōtrahentes, conceptum ſuum exprimētes, incipiant a numero, vel menſura, & tunc nihil plus veniet: an exprimant conceptum per nomina deſignantia certam ſpeciem, vel corpus determinatum, licèt in latitudine, aliqua demonſtratione falſa, ſit enuntiatum, tunc talis enuntiatio non vitiat actum, vt propterea debeat augeri pretium, quia integritas rei venditæ conſiſtit in ſemetipſa, non in menſura. Felin. poſt plures, quos refert in cap. ſignificātibus, n. 7. de reſcrip. Couar. poſt plures, quos allegat practic. quæſt. cap. 3. num. 2. & 3. per textum in cap. per tuas extra de donatio. Suid. qui, multis relatis, bene probat deciſion. 64. num. 1. venditionem dici factam ad corpus, vbi partes incipiunt mentis conceptum explicare a corpore: & vt inquit Gofredus in in dicta l. de demonſtratio, num. 6. ff. de condit. & demonſtr. quemadmodum falſa demonſtra-
147 tio non vitiat, in vltimis voluntatibus, d. l. demonſtratio, ita nec in contractibus, l. in venditionibus, verſic. planè, ff. de contrahend. emptio. Nam vt inquit Gofred. ſi in nomine (cùm de corpore conſtet) ſit erratum, non nocet, vt ibi, multo minus nocebit, ſi de corpore, & nomine conſtat, licet falſò ſit demonſtratum: licèt igitur ex falſa deſignatione confinium, maior latitudo rei oblatæ curiæ comprehēdi videretur, cùm tamen oblatio ſit facta certi corporis nominati, ſcilicèt loci de Roſeta, vti ſpecialiter hypothecati, talis falſa demonſtratio non ampliabit oblationem, ita Oldrad. conſil. 197. num. 3. per text. in l. ſi ſeruus legatus, §. qui quinque, ff. de legat. 1. & in l. his verbis 102. §. pater, ff. de legat. 3. & in l. demonſtratio 17. in princip. de condit. & demonſtrat. Ex qua vltima l. notant Bart. & Doctores, quòd falſa demonſtratio non vitiat legatū, ſi de corpore conſtat: & vt inquit ibidem Bart. nu. 14. ad fin. qui vult probare, quòd de corpore conſtat, ſi probat, quòd habet nomen loci cum duobus confinibus congruis, habet fundatam intentionem ſuam, & licèt aliqua alia demonſtratio fuit adiecta, quæ reperitur falſa, hoc non nocet, & ita ſi dictus locus de Roſeta fuiſſet ſubhaſtatus, (quod negatur.) Etiam ſi fuiſſent expreſſi omnes confines, in dicta ſcriptura oblationis memorati, quilibet, qui ad emptionem venire vellet, intelligeret, emere locum de Roſeta, ſuo proprio nomine in ſubhaſtatione declaratum, & non omnia intra dictos confines cōprehenſa: ſi enim proxeneta in publica ſubhaſtatione expreſſiſſet, exponere

venalia tria loca, maius pretiū inueniſſet, quàm dicendo, exponere tantùm locum de Roſeta, licèt cū ſaltis demonſtrationibus, & confinibus: Cum igitur tantùm fuerit facta oblatio loci de Roſeta, & non aliorum bonorum, non potuerunt per curiā vendi dicta tria loca, & alia plura bona, in venditio-
148 ne cōprehenſa: quia deſtructo fundamento, corruunt ſuper ædificata. Beccius conſ. 95. nu. 17. lib. 1. & ita fuit deciſum in R.A. ſententia lata in fauorem Gabrielis Piquer, contra Franciſcum Anyo, publicata per de Hona die 26. Septembris 1584. ibi: *Attento etiam, quòd dicta oblatio fuit facta viginti caſiciatarum terræ, ex maiori numero caſiciatarum communium, vt dictū eſt proindiuiſo dictorum Gabrielis, & Francisci Anyo ſimpliciter, non offerendo curiæ turrim, & ſtabula, ſiue caſalicia, & eo modo fuerunt ſubhaſtatæ à principio dictæ viginti caſiciatæ, &c.* Et inferius, ibi: *Et ſic fuerunt ſibi vendita dicta turris, & ſtabula, non præcedente oblatione curiæ, &c.*

149 Nona nullitas. Deeſt citatio ad ſententiā: non enim fuit citatus curator dicti Ioannis Tallada minoris, ſuper decreto, quòd dicta bona immobilia vendantur, quæ quidē citatio erat de ſubſtantia, vt in l. creditor, C. de diſtract. pign. & in l. fin. C. de iur. domi. impetr. & in l. debitores. C. de pignor. vbi dicit gloſ. quod iſta requiſitio eſt de neceſsitate. Afflict. deciſ. 358. nu. 3. vbi dicit, quòd quādo datur poteſtas vendendi pignora iudicialia debet pars citari, vt dicit Alberic. in d.l. creditor: nam cùm per dictam venditionē pars priuetur dominio rei ſuæ, de neceſsitate debet citari ſuper hoc, l. de vnoquoque, ff. de re iudica.

Hunc autem defectum citationis, in caſu noſtro interueniſſe, cōſtat per inſpectionem ipſius proceſſus, in quo nulla reperitur citatio ad ſententiam decreti de vendendo, quæ publicata fuit die 25. Ianuarij 1528. ſed tātùm reperiuntur quædam prorogationes cum Ioanne Andreu Notario, aſſerto procuratore dicti curatoris, & dicta ſententia reperitur publicata, cum eodem Andreu, quem nullatenus conſtat fuiſſe procuratorem
150 dicti curatoris. Et mandatum non præſumitur per mille annos, vt ſcripſit. Bald. in l. 1. de reb. alien. non alien. & in l. 2. C. ſi ex falſis inſtrum. cum alijs multis allegatis per Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſump. 33. num. 14. & per Maſcard. de probat. concl. 1006. nu. 43. vbi dictam Bald. doctrinam communiter approbatam dicit, & refert Socin. Iun. conſ. 56. num. 5. lib. 1. qui magis communem teſtatur Afflict. deciſ. 368. num. 8. Aſsin. in tractat. de execut. §. 5. cap. 14. fol. 128. vbi dicit, ſolemnitatem mandati nullo tem-
151 poris lapſu præſumi. Et hæc negatiua, ſcilicet, mandatum non habuiſſe, remanet probata eo ipſo, quòd in proceſſu non apparet, l. fin.

l.fin.C. de rebus credi. Et quo ad acta iudicij ita probatur, vt cenſere Bart.& alij,in l.lege,ff. de con trahen.empt. idem Bartol. in l. 2. C.de errore aduocat. idem obſeruauit Bal.in l. ſi contra, C. de appellat. & Vant. in tract. de nullit. titu. de nullitate ex defectu inhabil. ſeu mandati compar. num.65. cum ſequentibus, Maſcard. dicta concl.1006.num. 14. & in eadem concluſione,num. 9. hoc ampliat, vt non ſolũ non præſumatur mandatum, ſed nec etiam quid emergens ex mandato, vt in bona fide illius,qui emit ab aliquo tanquam procuratore: præſumitur enim eo in caſu mala fides, niſi de mandato conſtet,Bart. in l. qui fundum, §. vlti.ff.pro empt,& in l. cum vir in fin.ff.de vſucap. & ibi alios refert. Quinimo in prolatione dictæ ſententiæ decreti de vendendo interuenit d. Ioannes Andreu, vti Syndicus monaſterij ſanctiſsimæ Trinitatis ciuitatis Setabis,& ita tanquam procurator actoris, ſiue offendentis, & non defendentis. Et idem Ioãnes Andreu proprio ore confeſus fuit, ſe tantùm habere mandatum ad inſtandam dictã vẽditionem, vt conſtat ex relatione nuntij continuata die 22. Octobris 1530. quæ eſt in primitiuo proceſſu,fol.435.pag.2. & ita nedum eſt nulla ſentententia lata cũ dicto Ioanne Andreu, vti procuratore curatoris dicti Ioannis
152 Tallada minoris, ſed etiam ex dicto defectu mandati nullitatem patiuntur omnia acta facta cum eodem Andreu, vti procuratore; & ita fuit declaratum in S.S.R.C. in fauorem Eliſabethis Sunyer,& de Comaleres,ius, & cauſam habentis à Michaële Sanchez, & à Petro Ludouico Sunyer, & de Comaleres, & contra Coſmam Sans oppidi de Ontinyent, cum Regia ſententia, publicata die 24. Decembris,anni 1596. ibi: *Et attento, quòd citationes ad dictam venditionem faciendam, & illarum prorogationes, & contumaciæ accuſationes, & aliæ inſtantiæ factæ fuerunt cum Michaële Hieronymo Vrgelles, tanquam procuratore Michaëli: Sanchez, alterius ex executatis, de cuius poteſtate, ſeu mandato, nullatenus conſtat, &c.* Cum qua ſententia fuit reuocata alia, lata inter eaſdem partes in Regia Audientia Val. die 23. Iulij 1592. Et cum alia ſententia public. in d. S. S.C. die 10. Septemb. 1576. in fauorẽ Martini Fernandez, & cõtra Frãciſcum Ramon, ibi: *Et ex defectu mandati prædictum deretum de vendendo fuit, & eſt nullum, &c.* Pariter cùm alia ſententia Regia, lata in dicta Regia Audientia in fauorem Antonij Caſtellò,publicata per Ludouicum Berbegal die 22. Auguſti 1601. fuit declaratum nullum quoddam decretum de vendendo ex defectu mandati, ibi: *Nec conſtat de mandato dicti Hieronymi Ferri, cum quo, vti procuratore dicti Caſtellò, & litis conſortium, fuit dicta cauſa executionis ducta,*

cta, dictumquè decretum publicatum.

153 Et hæc nullitas defectus mandati inſanabilis eſt, cum deficiat volũtas, & conſenſus principalis, l. in cauſæ 27. §. cæterum, ff. de procurat. Bal. in l. Celſus 19. nu. 3. C. de furtis. Ita in terminis Vanti. in trac. de nullit. tit. de nullit. ex defectu inhabil. ſeu mandati, nu. 60. & 61. vbi dicit, hanc nullitatem eſſe inſanabilem, & cõtinere defectum, qui neque per ipſum Principem ſuppleri poteſt, quaſi á iure prouenienſ naturali, & continere defectum citationis: & allegat, hanc nullitatem dicentes inſanabilem, Staphileum in tract. de litteris gratiæ fol. 45. Sarnen. in comen. regul. in compendio vtriuſque ſignaturæ, fol. 185.

154 Neque ſuffragatur citatio ad ſententiã, facta ad valuas curiæ Gubernationis, nam nec illa facta fuit ad diem, in qua dicta ſentẽtia fuit publicata, & ita non potuit dici contumax, vt ait Anto. de Butr. in c. 1. de iudicijs, n. 28. in finalibus verb. per text. in l. & qui aliter in princi. & in l. fin. §. fin. ff. quod vi aut clam. Milis in repert. verb. *citatio*, n. 23. prope fin. verſ. citatio adeò. Nec tenuit dicta citatio ad valuas, quia licèt curatori mandatum fuerit, vt faceret procuratorẽ conuerſantem in curijs Valentinæ ciuitatis, aliàs intimæ fierent ad valuas; vt legitur in littera reſponſiua Gubernatoris Setabis, data die 12. menſis Ianuarij anni 1527. fol. 44. & 288. Tamẽ nõ fuit accuſata cõtumacia contra dictum curatorẽ, cui debebat accuſari, l. properandum, §. 1. ibi: *Parte inſtante, & eius abſentiam incuſante*, C. de iudicijs, & ibi Bal. nu. 4. & Iaſ. nu. 7. qui late confirmat, & alios plures refert, & ita docent Bart. in l. conſentaneum, num. 18. C. quo modo, & quando iudex, & Vantius, qui alios citat in tract. de nullit. tit. de nullit. ex defectu citatio. num. 111. in fine. Paz in ſua Praxi, prima par. primi tomi, 6. tempore, nu. 25. & quanuis dicto curatori fuiſſet accuſata contumacia, adhuc non potuiſſet, eo abſente, ferri ſententia, gloſ. fin. in l. acta, §. contra, ff. de re iudic.
155 Don Garcia Maſtril. deciſione 73. num. 9. Nec decretum de vendendo fuit intimatum executato, & ita omnia poſtea fuerunt nulla, vt fuit deciſum cum Regia ſententia, lata in fauorem Catherinæ Meſeguer, & de Aparici, publicata per Alreus die 17. Decembris 1062. ibi: *Et minus decretum de vendendo fuit expreſſe ſaltem notificatum Ioanni Aparici tunc reo conuento, & executato, & ſic nullitatis vitio ſubiacent ex defectu citationis, & intimæ, omnia procedimenta, & enantamenta facta, & prouiſa poſt præfatum decretum, & ſignanter metimentum in poſſeſsionem dictæ domus.*

Decima etiam adeſt euidens nullitas, quia cùm dicta tria loca, & alia bona, in venditione curiæ comprehenſa, ſita ſint in termi 156
no generali ciuitatis Setabis, per iudi-

156 iudicem dictæ ciuitatis fieri debebat venditio, ad requiſitionem, ſiue de mandato Gubernatoris Valentiæ, per cuius curiam inſtabatur dicta executio, & non poterat fieri venditio per dictum Gubernatorem Valentiæ. Ita in terminis Bart. in l. 1. ff. de bonis aut. iud. poſ. per text. in l. cum vnus, §. pen. & ibi gloſ. ff. eodem, & hoc iure vtimur. Nam quemadmodum iudex, per cuius curiam inſtatur executio, requirit iudicem, in cuius termino bona ſita ſunt, vt ea ſubhaſtari faciat iuxta fori formam. Ita pariter requirit eundem, ſuo in caſu, vt ea vendi mandet: quod maximè intereſt, vt bona ad vtilitatem rei executiuè conuenti iuſto pretio, & non viliori vendantur: Nam, vt inquit Rebuf. 2. tom. ad conſt. tract. de præcon. & licit. art. 1. gloſ. 2. nu. 6. inclama-
157 tiones debent fieri in loco, vbi res ſitæ ſunt: nam veriſimile eſt, quòd ibi facilius inuenient emptorem, quam alibi, propter affectiones vicinorum, quia ſæpè confines fundos etiam ſupra iuſtam æſtimationem intereſt noſtra adquirere, l. ſi cui, ff. de legatis 3. l. prima, §. ſed ſi alij, ff. ſi quid in fraudem patron. Vnde, ſi à Gubernatore Valentiæ fuiſſet littera expedita, directa Gubernatori Setabis, vel Iuſtitiæ dictæ ciuitatis, cum qua mandaretur, vt, mediante proxenera ſuæ Curiæ, vendi facerer dicta tria loca, & dictus proxeneta in platea Curiarum dictæ ciuitatis Setabis publicè ſubhaſtaſſet, & venalia expoſuiſſet dicta tria loca, præconizando, quòd de mandato Gubernatoris, tali die, plus offerenti venderentur: abſque dubio habitatores dictæ ciuitatis, qui habebant loca, vel terras circũuicinas dictis locis de Manuel, Roſeta, & Rafalet, maius pretium obtuliſſent, quam Secretarius Quintana, & ita omiſsio huiuſmodi ſolemnitatis iuridicæ, & de ſtylo antiquiſsimo dictæ Curiæ Gubernatoris introductæ, in maximum præiudicium dicti minoris redundauit. Item, ſi in dicta ciuitate Setabis dicta venditio voce præconis facta fuiſſet, Syndicus monaſterij ſanctiſsimæ Trinitatis, qui ſe oppoſuerat in dicta cauſa executiua, reum defendendo, contra actricem, & rationes, ſiue exceptiones oppoſuerat, venditionem impediſſet, dicendo, rationes non fuiſſe purgatas, nec mandatum executorium iuſtificatum in iuribus actiuis, & conſanguinei minoris ad dictum maioratum vocati, ne in eius euerſionem venditio fieret, debitam contradictionem feciſſent, vt factũ fuerat anno 1526. Cùm enim per alium creditorem inſtaretur venditio dictorũ locorum, & Ioannes Briſuela (qui poſtea die 13. Februarij 1526. fol. 101. pag. 2. cœpit poſſeſsionem horum bonorum) alumnus Don Ludouici Ferrer, ſoceri dicti Secretarij Quintana, pretiũ pro eis obtuliſſet, ſiue ſponſionem, non

Digitized by Google

venit ad effectum dicta venditio, quia(vt par eſt credere)fideicommiſſarij inſtarunt, ne fieret venditio rei tam pretioſæ pro modico debito, & ita fuerunt locata dicta loca,&c.Et veriſimile eſt, quòd ex quo dictus Ioannes Briſuela, qui dicta loca ad opus dicti Secretarij Quintana emere curabat, remãſit illuſus, ne quid ſimile ei cõtingeret,procurauit,ne amplius vẽditio fieret in dicta ciuitate Setabis, ſed in ciuitate Valentiæ, & propter eandem rationem nõ fuerunt ſubhaſtata in dicta ciuitate Setabis.

158 Item iudex,qui facit venditionem bonorum, quæ ſita ſunt extra ſuũ territorium, non poteſt mittere in poſſeſsionem emptorem, niſi ſcribendo iudici illius territorij, in quo bona ſita ſunt. Bartol. in l. legitimos, num. 5. ff. de legitimis tutoribus, quem ſequitur Alexand. in l. extra territorium, num. 12. de iuriſdictio. omnium iudic.

Vndecima etiam nullitas reſultat, ex quo dicta venditio fuit facta antequam reuocaretur prouiſio de nihil innouando, facta in calce ſcripturæ poſitæ per dictum fratrem Didacum Mata, miniſtrum & Syndicum dicti monaſterij, die 13. Auguſti 1527. per aduerſarium productæ, quæ eſt in primitiuo fol. 295. in qua ſcriptura leguntur hæc verba: *Dels quals llochs en dies paſſats ſe trobaua comprador, qui donaua per aquells, pus de 20. milia timbres à rao de franch:* Et inferius adijciuntur hæc alia: *Perço & aliàs pro intereſſe del dit propoſant, en los dits noms requir, que placia a V. S. prouehir, e manar eſſer ſobreſeyt en la venda dels dits llochs, fins ſtant que ſia trobat comprador, qui done lo preu, que ans ſe trobaua.* In calce cuius ſcripturæ fuit facta prouiſio ſequens. *Fiat aſsignatio ad diem craſtinam, hora ſecunda poſt meridiem, & partibus auditis, quod iuſtum fuerit, exequetur, & interim nihil innouetur.* Quæ prouiſio fuit intimata Bartholomæo Garcia notario, procuratori executionem inſtãtis. Vnde cùm non fuerit oblatum pretium plus 20. mille timbrium, ſed tãtùm 18040. pro quo vendita fuerunt dicta tria loca, & alia bona, nec fuit ſublatum dictum, *nihil innouetur*, vendi-
159 tio fuit nulla, quia facta contra iudicis inhibitionem: ita poſt Alex. conſ. 89. num. 9. verſ. ſed tamen, & Decius conſil. 103. in prin. lib. 1. & plures alios, quos allegat, tradit Lancelot. de attent. 2. par. cap. 20. num. 226. cum ſequentib. Neque obſtat, ſi dicas, iam fuiſſe receſſum ab huiuſmodi inhibitione, ex quo Ioannes Andreu notarius, vti Syndicus dicti monaſterij, inſtauit venditionem, quoniam ſatis remanet ſatisfactum ex deductis ſupra num. 25. cum ſequentibus.

Duodecima nullitas reſultat ex eo, quòd Curiæ venditio fuit facta Don Petro Quintana, tũc Secretario inuictiſsimi Imperatoris Hiſpa-

Hiſpaniarum Regis in S.S.R.Ara gonum Conſilio, & ab eodem
160 Imperatore valdè dilecto, ſiue, *priuato*, vt vulgò dicitur. Tales enim Secretarij Regis prohibētur emere per curiam, foro 23. de procurat. ibi: *E tenen los officis noſtres no puſquen comprar, ne encantar, ne trer de encant noſtres rendes, ne hauer part en elles, ne puſquen comprar algunes heretats, que per iuhi, o per ſentencia de cort ſe hauran a vendre*, l. fin. C. de reſcindend. vend. ibi: *Veſtium auri, & argenti, ſeu mancipiorum coëmendorum, ſi quando à priuatis noſtris ea contigerit, venundari: Palatini ſciant, ſibi copiam denegatam*, & ibi gloſ. in verb. *Palatini*, inquit, *id eſt proceres palatij*, quorum conſilio regitur Reſpub. & ibidem Bald. in prin. ait, proceres palatij, ſiue Conſiliarij, qui ſtant ad conſilium domini, non poſſunt emere res ſubditorum. Et ibidem Salalice. num. vnico in prin. inquit, proceres, &
161 Conſiliarij Principis prohibentur negotiari cum priuatis: & ad medium ſubiungit, proceres palatij non poſſunt emere res ſubhaſtatas fiſco, quia timuit Imperator, ne eis gratioſè vendantur, Odofred. etiam in eadem l. fin. nu. 1. declarat illud verbum, *Palatini*, dicendo, id eſt, illi, qui ſunt de Curia Principis: nam iſti, inquit, ſunt ſuperiores cæteris alijs, & ſubditi non poſſunt vendere ſuperioribus, vel ſuperiores emere à ſubditis. Idem probatur in l. aufertur 46. §. quod à Præſide, ff. de iur. fiſci, & in l. principalibus 33. & ibi Bart. & Iaſ. latè ff. ſi cert. pet. l. 1. C. de contra. iud. Bald. conſil. 333. lib. 3. vbi num. vnico ad med. rationem aſsignat, ne officialis emens ſit terribilis partibus, quod antea dixerat gloſ. in d. verb. *Palatini*, l. fin. C. de reſcin. vend. ibi: *Et eſt hoc ideò quia poſſunt oſtendere minacem ſeruorem*. Et ibidem Odofred. ante nu. 1. dicebat, legem illam fuiſſe introductam, ad tollendas baratarias hominum, ſubiungens, illi de Curia Principis non poſſunt, talia emere à ſubditis, quia iſte eſſet modus committendi baratariam, quia dicit vnus de Curia litiganti, ſi vis obtinere in cauſa, vende mihi talem tuam veſtem. Eandem etiam rationem aſsignat Iaſ. in d.l. principalibus, num. 1 ad med. dicens, factum fuiſſe propter metũ oppreſſionis, quia lex ſuſpicatur, quòd officiales propter officium metu inducerent aliquem ad contrahendum non liberè. Eandem opinionem tenuit Menoch. de arbitrarijs iudicum, caſu 459. nu. 12. Cancer. alijs relatis, lib. 3. var. cap. 1. n. 97. & 98. & Fabia. de Monte in tract. de empt. & vendit. in 3. quæſt. princip. num. 6. tom. 6. tract. no-
162 uiſsi. part. 1. fol. 41. pag. 2. vbi ait, quòd gerens officium publicum non poteſt emere in ſua prouincia à ſubditis, & ſi emit, perdit rẽ, & tenetur fiſco in quadruplũ, l. non licet 46. & l. qui officij 62. de contrahen. emptio. l. eos, 3. C.

ſi cert.pet.& num. 10.hoc ampliat Fabia. de Monte,vt nec per interpoſitam perſonam poſsit emere, iuxta dictā Leos, quia taliter emēs per interpoſitam perſonam videtur,non bona fide emere,ſed fraudem committere,l.5. §. item ipſe, & ibi Bart.ff.de author.tutor.l.his qui bonis, ff. de acquir. hæredita. Nam attenditur perſona,ad cuius commodum actus celebratur, non perſona interpoſita,l.cum dotem, ff. ad l. Falcid. Cùm igitur dictus Don Petrus Quintana eſſet Secretarius tunc Regis Hiſpaniæ, & ſic Palatinus, ſiue Conſiliarius dicti Regis in Regnis Coronæ Aragonum,prohibitus erat emere per curiam, & maximè per interpoſitam perſonam,vt fecit in fraudem:vendita enim fuerūt dicta loca, & alia bona noſtri maioratus Ioanni Boti ad opus Iacobi Arauiano, & dictus Arauiano recognouit emiſſe ad opus dicti Secretarij. Quod autem eſſet Secretarius dictus Quintana his temporibus, conſtat cum poſitionibus factis per dictum reū die 10. menſis Nouembris 1607. à cap.1.fol.1140.

163 Decima tertia nullitas reſultat, ex quo dictus emptor curiæ non depoſuit integriter pretium: depoſitū enim debet eſſe integrū, l.ſi procurator 5. in fin. ff. de iur. fiſc. Alexan. in l.ſi inſulam, num. 9. ff. de verb.oblig.& in l. ſi ſeruus, de vulgar.vbi dicit,depoſitum debere fieri cum vſuris,aliàs nihil valere,licèt vnus nummus deficiat,quē refert,& ſequitur Vrſil. ad Afflict. deciſ.205.num.10.gloſ. in l. item illa,verſ.ad diem,de conſtit. pecu. & pulchra Genuæ deciſ. 144. nu. 14.& 15.vbi traditur, niſi fiat oblatio de intereſſe, non cogi creditorem depoſitum de ſorte accipere, eo quòd ſit imperfecta ſolutio. Videndus in terminis Signorol. de Homo conſ. 254. ex viſione ſcripturarum,num.4. confert & quod notat Bart. in l. eleganter, §. non ſolùm in fin.de dolo malo, ſequitur Anto. Sola in conſtit. Sabau. par.1.tit.30. de pignor. & ſubhaſta.gloſ.8.num.8.vbi idem de litis expenſis dicit,allegat Salicet. in l. 2. C. ſi antiq. cred. & Neguſ. de pignor.3.membro 5. part. nu. 18. & ſupradictis relatis, nouiſsimè Cancer. lib.3.var.cap.8.num.5.& 6. & ita fuit iudicatum in R. A. Val. ſententia lata in fauorem Co-

164 mitis de Alaquas, publicata per Don Ioannem Daça,die 28.Ianuarij 1610.ibi:*Conſiderato demū,quòd depoſitum pretij eiuſdem domus factū die 16. Octobris 1567. fuit diminutum, etenim inter alia penes ſe retinuit emptor quadraginta libras, aſſerens illas eſſe ſoluenuas de ordine Don Gaſparis Aguilar, non expreſſa creditoris perſona,nec conſtito de credito, aut ſolutione dictæ quantitatis, prout hactenus non conſtitit, eaque de cauſa cùm ſecundùm rationem naturalem ſcriptā in venditionibus curiæ non habeatur fides de pretio, nec transferatur dominium,niſi facto vero,reali, & integro depoſito. Dicendum eſt, traditionem poſſeſ-*

poſſeſsionis dictæ domus factam dictæ emptrici, pariter fuiſſe nullam. Et cum alia ſent. pub. per Alreus die 2?. Maij 1610. in fauorem Ioſephæ Sanchez, & contra Balthaſarem Garcia, ibi: *Curia ſiquidem nequit habere fidem de pretio, & ita ante ſolutionem illius curiæ emptor non ſit dominus rei venditæ*, & cum alia ſententia in fauorẽ Petri Poma, pub. per Albiçù, die 4. Decembr. 1573. ibi: *Illumquè reale, & verum depoſitum dicti pretij non feciſſe, cùm in venditionibus curiæ non poſsit haberi fides de pretio.* Et probatur in l. à Diuo Pio 15. §. ſed ſi emptor, verſ. oportet, ff. de re iudic. ibi: *Oportet enim, res captas pignori, & diſtractas præſenti pecunia diſtrahi, non ſic, vt*
165 *poſt tempus pecunia ſoluatur:* & aliter facta venditio eſt nulla, vt tradit Vrſil. in addit. ad Afflict. deciſ.
166 358. num. 4. & quòd integrum pretiũ ſit deponendũ ita, vt nec vnus nummus deficiat, ex Bal. Cephal. Iaſ. Deci. & Caſtrenſ. tradit Tiraq. de retract. conuent. §. 4. gloſ. 6. nu. 23. & 24. & probatur in l. quãdiu, C. de diſtra. pign. & in l. 2. C. debit. vend. pigno. imped. non poſſe, ibi: *Nam ſi vel modicum de ſorte, vel vſuris, &c.* facit, quod ſcribit Bal. in l. fin. verſ. ſed reuocatur, C. commodati, quòd venditor poteſt totã rem venditã retinere, etiamſi tantum vnus nummus deſit. Amplius ſubiungit Tiraq. ibidem nu. 30. quòd licèt ad excuſationem pœnæ ſufficiat error in re tam modica, veluti ſi vnus nummus deficiat ad integrum depoſitum, tamẽ, vt emptor dominium adquirat, nõ ſufficit error, ſed depoſitum debet eſſe integrũ, ita vt nec vnus nũmus deſit: quia in his, quæ ſunt introducta ad conſeruandum rigorem iuris non parcitur errori, etiam ruſticorum, aut minorum, aut mulierum, militum, aut aliorum huiuſmodi, quibus alias facillimè parcitur, ſecundùm gloſ. Bart. Bald. & Paul. Caſtren. in l. cum quis, C. de iur. & fact. ignor. & quod (citra pœnam) modicus defectus integri depoſiti nullitatẽ inducat, multis relatis, probat Carroſ. in tract. de oblat. p. 1. quæſt. de ſubſtant. oblat. num. 1. & ſequentib. præſertim, num. 3. & 4. & ita cùm depoſitum pretij locorum de Manuel, Roſeta, & Rafalet non fuerit factum integriter, non potuit Secretarius Quintana eorum dominium adquirere.

Pretium autem non fuiſſe integriter depoſitum, conſtat ex eo, nam dictus Secretarius Quintana retinuit penes ſe ex vna parte decem ducatos, quos, dixit, ſoluiſſe proxenetæ gubernationis Valentiæ pro parte executati, & ex alia 34. libras ad ſoluendum domino directo molendini loci de Roſeta pro laudimio. Et tamen hactenus non ſoluit dictus Secretarius iſtas partitas, immò dicti proxeneta, & dominus directus leuarunt ipſas à depoſito, vt manifeſtè hic oſtenditur, quia dictus Secretarius in libello, per illũ poſito, die 10. Februar.

1528. fol. 305. fecit depoſitum 5903. librarum 12. ſolidorum, 6. denariorum, dicendo, reliquam quantitatem ad complementum 9020. librarum, pretij bonorum, per Curiam emptorum, penes ſe retinere, pro oneribus, quæ declarabuntur, eſſe impoſita ſuper dictis locis. Et die 13. eiuſdem menſis Febr. fuit ei data poſſeſsio, fol. 101. pag. 2. & fol.

Et ex d. depoſito die 15. dicti menſis, fol. 323. Antonius Pellicer curiæ proxeneta requiſiuit, cum petitione, tradi ſibi decem libras, ſibi debitas ex venditione dictorũ bonorũ pro parte executati. Quã quantitatem eidem tradi mandauit Gubernator, & die 18. eiuſdẽ menſis confeſſus fuit d. Pellicer, eam recepiſſe ex dicto depoſito, & omni cum effectu abſtraxit dictam quantitatem à dicto depoſito dicta die 18. vt legitur fol. 323.

Poſtea verò die 10. Martij 1528. fol. 324. (adepta iam poſſeſsione) dictus Secretarius Quintana cum ſcriptura dixit, perueniſſe ad eius notitiã, quòd ſuper bonis emptis erant impoſita quædam cenſualia, & quòd fieret prouiſio, vt ex pecunia depoſita, poſſet leuare proprietates cenſualium, & decem ducatos, quos ſoluerat Antonio Pellicer proxenetæ, pro ſalario dictæ venditionis, pertinente ad partem illius, cuius fuerant dicta loca. Deinde die 18. Martij 1528. fol. 329. dictus Gubernator, cum prouiſione, declarauit, cum quibus oneribus erat continuanda dicta venditio: & in fine dictæ prouiſionis, fol. 332. mandauit, quòd dictus Secretarius penes ſe retineret decem ducatos, quos ſoluerat Antonio Pellicer proxenetæ, prò parte executati, his verbis: *E mes proueex ſa ſpectabilitat, que lo dit Moſ ſen Pere Quintana, ſe ature vers ſi aquells deu ducats, que ha pagat à Antoni Pellicer corredor de dita Cort, per la part tocant al executat*. Et poſtea die 20. eiuſdem menſis, fol. 340. pag. 2. d. Secretarius, ſiue eius procurator, cum ſcriptura dixit, quòd per Gubernatorem fuerat prouiſum, vt ipſe poſſet retinere, ſiue recuperare, ex quantitate per ipſum depoſita, ex vna parte 12196 5. ſolidos 2. denarios pro oneribus, & decem libras decem ſolidos per ipſum ſolutos, & biſtractos curſori curiæ pro parte executati, his verbis: *E deu lliures deu ſous per aquell pagats, e beſtrets al corredor de voſtra Cort, per la part tocant al executat*. Et cumulatis omnibus, quæ, dixit, ſibi eſſe reſtituenda, dixit ſummam capere 64939. ſolidorũ 2. denar. Et iudex prouiſit in calce dictæ ſcripturæ, quòd reſtitueretur dicta quãtitas. Et ſtatim ſubſequitur confeſsio eiuſdem Petri Quintana, perſonaliter confitentis die 20. Martij, fol. 342. ſe recepiſſe à Gubernatore per manus depoſitarij 3271. libras, & 19. ſolidos, ex illis 5903. libris 12. ſolidis, per ipſum depoſitis: & ſtatim ſubſequitur mandatum, ſiue chirogra-

rographum Gubernatoris directū dicto depoſitario. Atque ita remanet probatum, quòd penes dictū Secretarium intrarunt illi decem ducati, quos dixerat, ſoluiſſe curiæ proxenetæ pro parte executati. Et cùm non conſtet, illum ſoluiſſe dictos decem ducatos dicto curſori pro dicta ratione: immò cùm, vt dictum eſt ſupra, dictus proxeneta feciſſet leuamentum decem librarum pro parte executati, dicēdum eſt, quòd hodie ſunt penes ipſum emptorem dicti decē ducati. Item dictus Secretarius Quintana cum d. ſcriptura diei 10. Martij 1528. fol. 324. dixit, quòd molendinum de Roſeta reſpondebat 18. ſolidos cū fatica, & laudimio, & quòd liceret ſibi, retinere proprietatem dicti cenſus, ad rationem duplicis pretij, ſimul cum vno laudimio. Et poſtea iudex dicta die 18. Martij 1528. ad finem prouiſionis, fol. 332. mandauit, quòd d. Secretarius penes ſe etiam retineret, ratione illorum 18. ſolidorum cum laudimio, & fatica, quæ reſpondentur dictis monialibus, & monaſterio, æſtimatis ad rationem ſex denariorum pro libra, & vnum laudimium, ſeptuaginta libras, per hæc verba: *Praterea proueex, e declara, que lo dit comprador ſe puixa retunar les cantitats ſeguents per rao dels cēſos fadiga e lluiſme, que en dits llochs ſe troben carregats, ço es per aquells dihuit ſous fadiga lluiſme ques reſponen a les dites monges e moneſtir eſtimats a rao de ſis diners per lliura, e Vn lluiſme ſetanta lliures.* Deinde dicta die 20. Martij, fol. 340. pag. 2. dictus Secretarius, cum ſcriptura, dixit, prouiſum fuiſſe, quòd poſſet retinere ex vna parte 121965. ſolidos 2. denarios ratione proprietatum cenſualium, & etiam dictas 70. libras, per hæc verba: *E mes ſe puxa retunar, e reture ſetanta lliures, per lo valor, e proprietat de 18. ſous fadiga lluiſme impoſats ſobre lo moli de Manuel, &c.* Et in fine dixit, quòd ratione dictarum quantitatum, ſibi erant reſtituendi 64939. ſolidi, & 2. denarij: & ita fuit per iudicem prouiſum. Et dictus Secretarius die 20. Martij, fol. 342. perſonaliter confeſſus fuit, ſe recepiſſe à depoſito dictam quantitatem: & liberauit ei Gubernator mandatum, ſiue chirographum directum depoſitario. Et ita in dicta quantitate fuerunt comprehenſæ dictæ 70. libræ pro cenſu, & laudimio, quod dictus Secretarius erat ſoluturus domino directo.

Nunc verò ſciendum eſt, quòd Michaël Puig Syndicus monaſterij de Mont Sant, domini directi dicti molendini, die 18. Martij 1528. fol. 345. poſuit petitionem, coram Gubernatore, deducendo, quòd dictum monaſterium erat dominus directus molendini appellati de Roſeta, quod reſpondebat annuatim 18. ſolidos dicto monaſterio, cum laudimio, & fatica, in feſto Natalis Domini, & quòd erat comprehenſum in venditione locorum de Manuel, Roſeta, & Ra-

Rafalet, & quòd eius ratione debebatur laudimium dicto monaſterio, & quòd erat æſtimatũ pretio 400.librarum,& ita debebantur 40. libræ, & ratione cenſuum ab anno 1519. debebantur nouem libræ, & 26. ſolidi pro expenſis æſtimationis, & reſponſiuæ, quæ quantitates ſummam faciebãt 50. librarum,6. ſolidorum,quã quantitatem requiſiuit, ſibi tradi ſola confeſsione, à depoſito facto per emptorem in curia: & ſtatim fecit fidem actorum,& iudex fecit hanc prouiſionem. *Quia cenſus, tradantur ſimul cum laudimio, ſola confeſsione, & intimetur his, quorum intereſt.* Et fuit intimata Michaëli Frigola procuratori emptoris die 21. Martij:qui poſtea comparuit,& dixit, quòd ipſe recognouit ſcripturam, *& quòd fiat iuſtitia*. Deinde, die 23. d. menſis Martij, comparuit in curia d.Michaël Frigola,& fecit relationẽ, ſe recepiſſe apocam dictarum 50.librarum,6.ſolidorũ, quam firmauerat d. Michaël Puig, vti Syndicus d.monaſterij,& quòd etiam firmauerat in venditione dictorum locorum (quam relationẽ videmus, quòd fecit d. Frigola in omnibus leuamentis factis à curia per alios creditores) & ſtatim ſequitur inſtrumentum Syndicatus dicti Puig,& eo finito fol. ſequitur confeſsio eiuſdem Puig dicentis,ſe recepiſſe à Gubernatore, per manus taulagerij eius curiæ dictas 50. libras, 6. ſolidos ex dictis 5503.libris, 12.ſolidis, 5.denarijs, per Don Iacobum Franciſcũ Ferrer procuratorem Petri Quintana Secretarij depoſitis,hoc eſt 40. libras pro laudimio ſpecificato in dicta ſcriptura,& nouem libras de cenſu decem annorum,& vnam libram,& ſex ſolidos,pro expenſis, & dicto die Gubernator liberauit mandatum directum depoſitario, cum eiſdem rationibus. Et ita probatum remanet, quòd dictum laudimium fuit ſolutum dicto monaſterio ex pecunijs, quæ remãſerũt in depoſito.Et ſic,quòd adhuc hodie omnes illæ ſeptuaginta libræ ſunt in bonis,& hæreditate dicti Secretarij Quintana emptoris curiæ,& cum 36. ex illis eſſent pro proprietate cenſus, rectè illas retinuit,reliquæ verò,quę erant pro laudimio malè, & cum mala fide, cùm ipſe teneretur quærere dictum monaſterium,ſeu eius Syndicum, & ipſi ſoluere dictum laudimium. Et etiã tenebatur quærere dictum proxenetam,& ei ſoluere dictos decem ducatos, & facere,quòd vterque confiteretur in poſſe curiæ,ſe recepiſſe à dicto Secretario dictas quantitates, quia ipſas retinuerat ad dictum opus, aut ſaltem habere apocas firmatas in poſſe notarij publici. Et cùm non ſolum non conſtet de his, verum vtrumque exegiſſe ſua prętẽſa credita à depoſito, ſatis conſtat de dicta retentione cum mala fide, quæ tranſit in ſucceſſorem vniuerſalem,qualis eſt Comes del Caſtellar, & depoſitum non fuiſſe integrum,

grum, cùm ad minus deficiant iſtæ duæ partitæ, quæ cumulatæ ſummam capiunt 44. librarum, decem ſolidorum.

Hoc amplius animaduertendũ eſt, dictum Michaëlem Frigola, nomine procuratorio iam d. Secretarij Quintana, in fine dictæ ſcripturæ poſitæ in curia Gubernationis, die 20. Martij 1528. fol. 340. pag. 2. petijſſe, vt ex pecunia depoſita pretij dictorum locorũ, reſtituerentur ſibi 25. libræ, quas aſſeruit perſoluiſſe: *Per raho de la examinacio, verificacio, e contumacia dels dits credits.* Hæc enim ſunt formalia verba petitionis: & per iudicem, nulla veritatis indagatione facta, in continenti ad calcem petitionis illius, fuit prouiſum, dictam ſummam eidem reſtitui, prout verè reſtituta fuit, vt apparet ex confeſſione eiuſdem Quintana ſub dicto calendario, fol. 342. Quoniam verò petenti onus probandi incũbebat, ſe illas pecunias in eam cauſam verè expendiſſe, non potuerunt, nec debuerunt eidem, abſq; alio examine reſtitui. Vnde etiam ſequitur, integrũ pretium, adhuc à dicto Secretario Quintana per ſolutum non fuiſſe: proinde neque ipſum, neque ab eo cauſam habentes, dominium dictorum locorum adeptos eſſe, quia, vt dictum eſt, non tranſit ad emptorem, niſi integre pretio perſoluto.

Nec excuſari poteſt dictus Secretarius Quintana, dicẽdo, quòd prætore auctore dictas partitas pones ſe retinuit, cùm immo prætore decepto, id fecerit. Et ita ei nõ prodeſt, l. 1. in fin. prin. ff. de reb.
167 cor. ibi: *Manente pupillo actione, ſi poſtea potuerit probari, obreptum eſſe Prætori,* iuncta ibi gloſ. in verb. *obreptum,* l. magis puto in §. penult. ff. eodem, ibi: *Manet actio pupillo, ſi poſtea poterit probari, obreptum eſſe Prætori. Sed videndum eſt: vtrum in rem, an in perſonam dabimus ei actionem. Et magis eſt, vt in rem detur.* Et ita, pluribus relatis, probat Simõ Sel. in tract. de decret. lib. 1. tit. 1. num. 27. tom. 6. tract. noui ſ. pag. 2. fol. 292. idem in eodem tract. lib. 3. tit. 7. num. 48. fol. 318. auctoritatem, vel decretũ iudicis non prodeſſe, quãdo Prætori eſt obreptũ. Immò, quòd fortius eſt, etiamſi per errorem dictus emptor curiæ non feciſſet integrum depoſitum, veluti quòd ex aliqua probabili cauſa exiſtimaret, penes ſe poſſe retinere dictas partitas, dominium rei, per curiam emptæ, non adquiſiuiſſet, vt dixi ſupra num. 63. cum ſeq. & præcipuè num. 166.

Decima quarta nullitas reſultat ex quo cauſa executionis, fuit
168 ducta cum curatore colludente: & ita ſententia fuit nulla, l. ex contractu, ff. de re iud. ibi: *Niſi culpa tutoris,* l. à ſententia, & l. ſi perluſorio, ff. de appellat. l. præſes, C. de pignor. ibi: *Nec tibi oberit ſententia, aduerſus debitorem tuum dicta, ſi eum colluſiſſe, &c.* l. ſi ſeruus pluriũ 50. §. 1. de legat. 1. ibi: *Si hæreditatis iudex contra hæredem pronuntiauerit nõ agen-*

agentem cauſam, vel luſoriè agentem, nihil hoc nocebit legatarijs, & ibi gloſ. in verbo, *nocebit*, Bart. Alex. & Iaſ. Couar.pract.quæſt. cap. 13. num. fin.in finalibus verbis. Et ob hanc cauſam dicta ſententia non nocet ſuccedenti in fideicommiſſo, ſiue maioratu, Peregr.de fideicom.art. fin.nu.58. qui ad hoc allegat text. in l.eum qui §. in pupillaribus, ff. de iure iur. & in l. 3.ff. de popul. actio. & titu. de colluſ. deteg. Et hanc ſententiam probant innumeri relati à Molina de Hiſpan. primog.lib.4.cap.8.num.7.qui num. 8.ſubiungit,probata fraude,& colluſione,etiam ſententiam non nocere ipſi,contra quē lata eſt,quod in caſu noſtro abſque dubio procedit,cùm lata ſit cū curatore colludente,d.l.ex contractu de re iu-
169 dic.Probatur autem fraus, vel colluſio, vt inquit Molina vbi ſupra, num. 9. eo ipſo quòd principalis victus non curauit, iura ſua deducere,vel exhibere,Dec. cōſil. 306. num. 6. verſic. & an de facili probari poſſit. Et in terminis ita expreſsè aduertit Alciat. reſp. 492. num.34. verſ.& dicitur colluſiſſe, Intrigliol.in tract. de ſubſtit. centur.3.quæſt.73.num. 127.Et probatur in l. ſi ſeruus plurium 50. §. ſi quis ante,ff. de legat. 1. ibi: *Vel minus plenè defendit cauſam*: Cùm igitur curator Ioannis Tallada minoris nullatenus defenderit minorem, nec allegauerit ea, quæ diximus ſupra nu. 43. cum ſeq. vſque ad num. 51. neque appellauerit.

Dicendum eſt, ſatis conſtare de colluſione. Quæ etiam probatur ex quo, Martinus Gari notarius (cui,vti procuratori curatoris, acta executionis fuerunt intimata) nedum nihil dixit,ſed etiam accepit mille, & ducentos ſolidos à Don Roderico de Borja executionem inſtante, vt conſtat ex inſtrumento luitionis cenſualis firmato per dictum Don Rodericum de Borja, & recepto per Michaëlem Frigola,not. die 18.Febru. 1531. habetur in primitiuo,fol.771.pag. 2.vlt. lin.Probatur etiā dicta colluſio ex verbis, quæ reperiuntur in clauſula hæreditaria teſtamenti Ioannis Franciſci Tallada patris, & curatoris dicti Ioannis Tallada minoris, recepti die 3. Octobris 1530. quæ extat incurrenti, fol. 356.ibi: *E vull e man, que ſi lo dit Iuan Tallada, o qualſeuol dels altres dits mos fills no volgues conſentir en la dita particio, y volgues pledejar, o peſar alguna cōtrarietat en la dita particio per cobrar la herencia del dit mon pare, en tal cas vull, e man, que aquel tal ſia desheretat ab cinch ſous.* Et inferius,ibi: *Y vull, e man,que ſi lo dit Iuan Tallada tindra per be, lo que yo tinch ordenat en lo meu preſent teſtament,li ſien donats de milloria cent ducats, y lo negre, e ſino ſolament li ſien donats cinch ſous.* Cum quibus verbis apertè denotat,enixam voluntatem opperiendi ea, quæ nulliter in dicta executione, & venditione curiæ fuerunt facta in gratiam dicti Secretarij Quintana in præiudicium

dicium dicti minoris, qui vti fideicommiſſarius poterat reiuindicare bona fideicommiſsi, nulliter alienata, & ne de hoc iudicialiter conſtaret, nec de colluſione appareret, quæ in dedecus dicti Ioannis Franciſci reſultabant, voluit, dictum Ioannem eius filium hac arte deuincere, ne dicta loca reiuendicaret, & eundem pœna exhæredationis deterrere, vt ab eodem propoſito deſiſteret. Et denique de colluſione conſtat, inſpecto proceſſu dictæ executionis, ex quo plurimæ reſultant coniecturæ, quæ dictam venditionem bonorum minoris in gratiam d. Secretarij Quintana, & contra vtilitatem dicti minoris factam fuiſſe, oſtēdunt, vt ſupra nu. 85. 107. 108. 112. 121. 138. 156. 159. & 166. diximus. Quod rectè pōderauit hoc S.S.R.C. ſententia lata in fauorē Gregorij Torres contra Dioniſium Clement notarium, pub. per Petrū Nauarro die 16. Maij 1587. Matriti, ibi *Attentis, què quam pluri-mis coniecturis, quæ dictam venditionem per dictum tutorē, & curatorem, in euidentem gratiā Dioniſij Clement emptoris factā, minimè que perſpecta vtilitate, ac cōmodo dicti minoris perſpicue docent, atque demonſtrant.*

CAPVT QVARTVM, in quo probatur, loca de Manuel, & Rafalet, & alia à teſtatore alienari prohibita, non potuiſſe alienari, extantibus alijs bonis, prout extabant.

170 Svpereſt, vt motiuis dictæ ſententiæ ſigillatim reſpondeamus. Quorum primū eſt, pro ſoluendo ære alieno teſtatoris, bona, etiam fideicommiſſo ſubiecta, alienari poſſe, l. filius familias, §. Diui, de leg. 1. l. peto, §. prædium, de leg. 2. Huic reſpondetur, dictā regulam declarari, vt tunc alienatio dictorum bonorum ſit permiſſa, ſi alia non extent bona, non alienari prohibita. Ita Bart. & Alber. in l. pater filium 38. in prin. ff. de leg. 3. per illum tex. ibi: *Si non erat aliud in hæreditate, vnde debitum ex ſoluiſſet.* Et late probat Molina lib. 1. cap. 10. num. 4. vbi declarat, quæ dixerat num. 1. & 2. bona maiora-
171 tus diſtrahi poſſe pro ſoluēdis debitis teſtatoris, ita intelligendum eſſe, vt prius ſatisfiat creditoribus de fructibus fideicommiſsi, & in ſubſidium deueniatur ad rerū vinculatarum diſtractionē, idem Molina lib. 4. cap. 7. num. 1. & 2. & ferè per totum, copioſe Peregr. de fideicom. art. 40. num. 22. fol. 361. vbi alios allegat, Intrigli. de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 73. nu. 421. pag. 208. & præter eos Bellon. in deciſ. Rotæ Genuæ 4. num. fin. & in fine dicit, ita iudicatum in Rota, Don Ludoui. à Peguera deciſ. 108. nu. 3. vbi dicit, ita fuiſſe concluſum in Regia Audientia Cathaloniæ, & ita fuit deciſum in Regia Audientia Valentina, ſententia publicata per Ludouicum de Berbegal die 13. Iulij 1601. in fauorem Ioſephi Orumbella militis, ibi. *Attēto*

quod

quod quamuis prohibitio alienandi non comprehendat alienationem neceſſariam, maximè, quæ fit ob æs alienum prohibentis, tamen hoc declaratur procedere fraude, & dolo ceſſãtibus, & inferius, ibi: *Et in viam iuris pro paruo debito non poteſt res magni valoris vendi, maximè extantibus alijs bonis, pro vt hic extare conſtat, ex quorum pretio potuit eis ſolui.* Et in noſtro caſu, cum ſententia in hac cauſa lata, de cuius reuocatione in præſenti agitur, præſupponitur, & expreſſe dicitur, fideicommiſſum tãtùm comprehendere loca, domum, & hoſpitium, non vero olиueta, prædia, & alia bona in hæreditate recadentia, & ſic debuiſſent vendi olиueta, prædia, cenſualia, & alia bona ad ſoluendum æs alienum teſtatoris, & non diſtrahi dicta loca de Manuel, Roſeta, & Rafalet.

Et licet ex ſupra deductis nu. 14. cum ſequen. cõſtat, eſſe falſum dictum motiuum, cum immo fideicommiſſum in caſu noſtro ſit vniuerſale, & omnia bona comprehendat, negari tamen non poteſt, loca, domum, & hoſpitium fuiſſe nominatim, & expreſsè à teſtatore alienari prohibita: reliqua verò bona tantùm eſſe prohibita à lege, quia reſtitutioni ſubiecta. Vn-
172 de ſtandum eſt regulæ iuris, quòd vbi quædam ſunt bona prohibita à lege, & à teſtatore alienari: alia verò à lege tantùm, in caſibus etiã à iure permiſsis, non poſſunt alienari bona a teſtatore prohibita, ſed ea, quæ à lege ſolum prohibentur alienari, patet, quia iuxta auth. res quæ, C. commun. de leg. res quæ ſubiacent reſtitutioni prohibẽtur alienari, ſed ſi liberis portio legitima non ſufficit ad dotis, vel donationis propter nuptias obligationem, permittitur, res prædictas in eam cauſam alienare, & tamen ſi teſtator quaſdam res, ex comprehenſis in fideicommiſſo, ab eo inſtituto, prohibuit alienari, non poterunt diſtrahi ad ſolutionem dotis, ſi aliæ extent fideicommiſſo ſubiectæ, de quibus non extet ſpecialis prohibitio alienandi. Quod in terminis tradit Bart. Socin. conſ. 75. per tot. vbi num. 1. prope fin. in verſ. circa, aduertit, in ſuo caſu, reperiri bona ſimplicis generis, nimirum bona immobilia, expreſsè prohibita per teſtatorem alienari, certas quantitates pecuniarum, in monte communi Senarum: item bona mobilia, & num. 4. ſubiungit, quòd, ſtãte nedum prohibitione legali, ſed etiam expreſſa à teſtatore circa immobilia, non potuerunt, etiam in caſibus à iure permiſsis, alienari. Quod probat authoritate gloſſæ in verb. *perpetuo*, in auhentica hoc ius porrectum, C. de ſacr. Eccleſ. quæ voluit, quòd ſi res legatur, vel donatur Eccleſijs, cum hoc ne poſſit alienari, nec poterit alienari in caſibus, etiã à iure permiſsis, propter duplicem prohibitionem, ſcilicet legalem, & expreſſam. Idem tenet gloſ. in verbo, *debeat*, in verſ. ſed pone, in cap. verum, extra de

de cond.ap. & multis Doctoribus allegatis,late confirmat Socin.vbi ſup.Pari etiam ratione, licèt legima non comprehendatur in fideicommiſſo,quia quodlibet onus,& grauamen ab ea reijcitur,l. quoniā in prioribus,C.de inof.teſtam. & ita quāuis pater omnia bona fideicommiſſo ſubiecerit, poteſt filius ex dictis bonis legitimam detrahere: tamen ſi ex his quædam ſint à teſtatore prohibita alienari, in illis non poteſt filius ſuam legitimam eligere, Iaſ. in l. Marcellus, §.res quæ,num.18.ff.ad Treb.Picus in l. in quartam num. 115. ff. ad legem falcid. Grat. conſil. 17. volum. 1. & Grammat. in deciſ.
173 93.num.6. & 7. Denique Peregr. de fideicom.art.40.num. 28. probat,hæredem grauatum non poſſe alienare bona ſpecialiter alienari prohibita,extantibus alijs bonis hæreditarijs, quod confirmat autoritatibus Baldi, Paul. Caſtr. Socin.Iaſon.Gramma.& Cephal.
174 Et nouiſsime Dominus Peguera deciſ.112.num. 1. vbi teſtatur,ita fuiſſe concluſum in Regia Audientia. Et, extantibus fructibus, non poſſe bona fideicommiſsi alienari, etiam in caſibus à iure permiſsis, probat expreſſus text.in l. mulier. 22. §. cum proponeretur, ff. ad Trebel. ibi: *Quòd ſi tantos fructus mulier ex hæreditate percepit, vt inde poterit doti ſatisfieri, dicendum eſt, potius fructibus hoc expenſum ferendum, quàm fideicommiſſo*. Et fuit declaratum cum Regia ſententia lata in fauorem Hieronymi Poch, & contra Ioannem de Sancto Petro,publicata per de Hona die 17. Octobris 1586. his verbis: (*Vnde in viā iuris dicendum eſt,quod nullum potuit parare præiudicium dicta venditio dicto fideicommiſſario, cùm pro tam exigua quantitate non poterant vendi dictæ duæ caſiciata terræ,fideicommiſſo ſubiectæ,ſed ex illarum fructibus,& redditibus erat ſoluenda per dictū hæredem, primo loco inſtitutū.*) Et ex tenore inuentarij (licet diminuti) producti incurrenti proceſſu fol. 131. & ex actis poſt ipſum immediatè ſequentibus,& ex ſupra deductis num. 140. plene conſtat, in hæreditate inſtitutoris noſtri maioratus recidiſſe plura bona mobilia magni valoris, vaſa argētea, magnam ſuppellectilem, tapeſsia, fructus, pretium conductionis locorū de Manuel,Roſeta,& Rafalet,cenſualia,& nomina debitorum,oliuēta,& alia prædia ſita extra terminos dictorum locorum, & ſic bona minus pretioſa, ex quibus debita minoris
175 prius ſoluenda erant,l. magis puto, §. non paſsim, & §. ſed ſi ſit alia,ff. de reb.eorum, ibi: *Quærere ergo debeat, an pecuniam pupillus habeat, vel innumerato, vel in nominibus, quæ conueniri poſſunt, vel in fructibus conditis, vel etiam in reddituum ſpe, atque obuentionum*, & ibi, *ſed ſi ſit alia poſſeſsio minor, vel minus vtilior pupillo,magis eam iubeat diſtrahi, quàm maiorem,& vtiliorem.* Cuius tex.authoritate Conſiliū Neapolitanum

Digitized by Google

tanum annullauit venditionẽ quarundam domorum minoris,per curiam factam, quia extabant alia bona minus pretioſa, ex quibus debita ſolui poterãt,teſte Vincentio de Franch.deciſ.441.nu.fin.3.p.

Neque in facto etiam ſubſiſtit aliud motiuum ſententiæ, in hac cauſa latæ,ibi: *Et non ſolum per dictos actores, quibus hoc caſu onus probandi incumbebat,non fuiſſe probatum, alia fuiſſe bona ad dictum æs alienum perſoluendũ ſufficientia.* Nã ex proximè dictis contrarium conſtat.

Neque ſubſiſtit in facto, quod dicitur in eadem ſententia,ibi:*Immo tam ex teſtibus productis pro parte dictorum conuentorum, quàm inſtrumentis per illos exhibitis, & alijs meritis proceſſus contrarium probatum extitit, ſignanter ex decretis prouiſis per Iuſtitiam ciuitatis Setabis diebus 22. Martij, & 28. Iulij 1518. necnon ex inſtrumento diffinitionis per dictum Ioannem Tallada primum hæredem firmato in poſſe Ioannis Bernabeu, quondam notarij die prima Septembris dicti anni 1528. Et etiam ex inſtrumento donationis factæ per Franciſcum Ioannem Tallada, dicto Ioanni hæredi recepto per Gaſparem Sancium notarium die 13. Februarij 1534. in contemplatione matrimonij dicti eius filij.* Quæ ſuo ordine diſcurramus. Inprimis igitur, ſi attente legantur depoſitiones teſtium, per aduerſam partem productorum, ſuper cap. 14. ſcripturæ poſitæ die 13.Februar.1602. fol. 573. conſtabit, nec vera dicere, nec concludentia. Inprimis enim Petrus Marti calligarius fol. 630. qui dixit, vera eſſe in d. cap. contenta, reddendo rationem ſcientiæ, dicit, quòd cognouit Ioannẽ Tallada in d.c.memoratũ,qui plures habebat filios:circa quæ d. teſtis conuincitur de mẽdacio, dixit enim, eſſe ætatis 81. annorũ tẽpore, quo fecit ſuã depoſitionẽ,nimirũ anno 1602.& percõſequens natus fuit anno 1521. quarto anno poſt mortẽ d. Ioannis Tallada teſtatoris, cuius teſtamẽtũ publicatũ fuit,eo mortuo,die 31.Decẽ.1518. Dixit etiã,plures habere filios, cũ vnicum tãtum habuerit, nimirum Ioannem Franciſcum Tallada, & ita dicto teſti nulla eſt danda fides; reliqui verò teſtes tantùm deponunt de auditu, nec de viſu quidquam dicere potuiſſent, cum nati fuerint multo poſt mortẽ d. teſtatoris.Et cũ teſtibus productis pro hac parte cõtrariũ plenè fuit probatum,vt dixi ſupra num. 140. Et etiã probatur ex inſtrumẽto diffinitionis, firmato per dictũ Ioannẽ Tallada Auſiæ Coſta die 8. menſis Auguſti 1516. quod eſt in currenti fol. 329. & eſt omninò videndũ.Item nec ex decretis prouiſis per Iuſtitiam ciuitatis Setabis, diebus 22.Martij,& 28.Iulij 1518. probatur, quòd in dicta ſententia dicitur,ſiquidem teſtes,qui depoſuerunt circa dicta decreta, nihil deponunt circa exiſtentiam, vel defectum bonorum, ſed præſuppoſito facto iudici narrato, teſtan-

ſtantur, vtile fore, decretum petitum interponi, & in ſcriptura decreti poſita dicta die 22. Martij 1518. quæ eſt in proceſſu fol. 968. p. 2. tantùm narratur, non extare pecuniā numeratam in hæreditate teſtatoris, de alijs verò bonis, nec verbum vllum. Et in alia ſcriptura poſita dicta die 28. Iulij fol. 970. tantum dicitur, non extare pecuniam, nec bona mobilia, non verò negatur, extare fructus, cenſualia, ius exigendi multas quantitates teſtatori debitas. Immò ex inuētario, quod fuerat factum die ſecunda Ianuarij eiuſdem anni 1518. quod eſt fol. 131. in currenti, conſtat, quòd illis diebus erant bona mobilia, & ita dicta decreta fuerunt ſubreptitia, & ex alijs inſtrumentis poſt dictum inuentarium conſtat, præter loca, prædia vrbana, & ruſtica, extare multa alia bona in dicta hæreditate. Item nec ex inſtrumento diffinitionis, per dictum Ioannem Tallada primū hæredem firmato die prima Septembris 1528. quod eſt fol. 1043. p. 2. in primitiuo, probatur, bona non extare, ad ſoluendum æs alienum teſtatoris. Primò, quia dicta die prima Septēbris 1528. in qua fuit facta dicta diffinitio, iam erant de facto alienata, licèt nulliter, omnia bona minoris, quæ vendita fuerūt die 25. Ianuarij eiuſdē anni 1528. cum generalitate verborum. Et ita nimirum ſi cùm remaneret ſpoliatus omnibus ſuis bonis (de quibus cœperat poſſeſsionem dictus Secretarius Quintana vir valdè potens) paupertate oppreſſus, dictum firmauit diffinitionis inſtrumentum, in eo exprimendo, quidquid eius pater narrare voluit, cō tra diſpoſitionem fori 17. de reſtitu. minor. vbi pro forma traditur, quòd, finita cura, aſsignentur 176
per iudicem ordinarium calculatores ſufficientes, ad examinandum rationes adminiſtrationis dictæ curiæ, qui calculatores in cauſa rationum tenentur ferre ſententiam. Et ita dicta diffinitio eſt nulla, vt probaui in deciſione mea 112. lib. 1. & ſæpiſsimè, cū diuerſis regijs ſententijs, fuit in R. A. Val. declaratum abſque vlla controuerſia. Quam etiam ſententiam amplexum fuiſſe Senatum Regium Cathaloniæ in vtraque Aula, teſtatur Cancer. var. reſoluc. lib. 3. cap. 15. num. 303. vbi refert diuerſas ſententias, & inter alias quandam latam die 3. Martij 1603. In cauſa Raphaëlis Llandes, contra Comitem de Vallfogona ad relationem Domini Don Saluatoris Fontanet, nunc Regiam Cancellariam Regentis in S.S.R.C. & ad relationem eiuſdem iterum fuit idem declaratum die 23. Iul. j 1597. vt teſtatur Don Ludouicus
177 Peguera deciſ. 144. & ratio eſt, quia talis redditio rationum genericè, & in confuſo facta doloſa præſumitur ex eo, quòd qui diffinit, vt plurimum diffiniat de rebus, de quibus ipſe ob defectum ætatis plenam notitiam habere nō

potuerit, vt ait Cancer. vbi ſupra, num. 300. & dictam liberationem, & quietationem, tanquã euidenter iniquam, eſſe nullam, in terminis tradit Bart. Socin. conſ. 159. num. 12. & per tot. Anchar. conſ. 331. & Caſtrenſ. conſil. 307. incipienti, Aduertendum. Eadem igitur facilitate, qua dictus Ioannes Tallada fecit ſuo patri diffinitionem, ſiue liberationem, confeſſus etiam fuit in eius fauorem, quæ in facto non ſubſiſtebant, & ita de illis non eſt curandum: & ita fuit deciſum ſententia lata in hoc S. S. R. C. in fauorem Philippæ Matheu, & de Erau, publicata per Ludouicum Ioannem Eſcorrigue la die 17. Martij 1595. ibi: *Attento præterea quòd chirographũ factum per dictũ minorẽ factũ maiorẽ, dicto curatori in calce cuiuſdam libri continentis data, & accepta, ſicut non valet iure diffinitionis, & remiſsionis, obſtante foro Regni Valentiæ, nec valere debet iure confeſsionis, & probatio-*
178 *nis reſultantis ex illa confeſsione.* Vltimò, quia dictam diffinitionem fecit ob metum reuerentialem patris, cuius præſentia, iuncta enormiſsima læſione, quam in dicto actu ſuſtinebat, etiam non probatis verberibus, nec minis, ſufficit, ad inducendum iuſtum metum, vt, multis relatis, probat Cacheran. deciſ. Pedemont. 179. num. 4. & 5. Et ita fuit declaratum in Regia Audientia Valentina, ſententia lata in fauorem Hieronymæ Auguſtinæ Francoli, & de Auſina, contra Auguſtinum Gati, publicata per Alreus die 20. Decembris 1606. confirmata in hoc Sacro Supremo Regio Conſilio, cũ ſententia publicata per Michaël. Beltran, die 7. Nouembr. 1609.

Denique non probatur defectus bonorum, cum inſtrumenro donationis factæ per Franciſcũ Ioannem Tallada dicto Ioanni hæredi, recepto per Gaſparem Sancium notar. die 13. Februar. 1534. quod inſtrumentum reperitur fol. 955. vbi dicitur, fieri donationem domus, vineæ, & bonorum mobilium dicto Ioanni Tallada, per eius patrem, cum cõditione, quòd dicta bona donata minimè tenerentur ad onera dicti donatarij, tanquam hæredis Ioannis Tallada quondam eius aui: & quòd ſi executio fieret in dictis bonis per creditores dicti eius aui, donatio non teneret, reſpectu dicti Ioannis Tallada, ſed eo caſu bona pertinerent ad Vrſulam de Eſtorrent, cum qua dictum matrimonium contrahebat, ex quo inſtrumento deprehenditur anno 1534. & ſic ſex annis elapſis poſt dictam curiæ venditionem, adhuc extare debita dicti Ioannis Tallada, noſtri fideicommiſsi inſtitutoris. Nam reſpondetur. Primò, ex dicto inſtrumento non probari debita extare, ſed tantùm conditionaliter dici, ſi debita extabunt, & conditio nihil ponit in eſſe, iuribus vulgatis. Secundò, quotidiè adijciuntur ad caute-

lam

Iam huiuſmodi conditiones, etiã ſi non ſit probabilis timor creditorum, vt omninò ſecurus reddatur donatarius, & quæ cum eo contrahit matrimonium, ſæpe enim parentes, vel conſanguinei ſponſæ, vt bona donata contemplatione matrimonij omninò ſecura remaneant coniugibus, & filijs ex matrimonio procreandis, ad cautelam, quæ prodeſſe, & non nocere ſolet, ſimiles procurant apponi conditiones, etiam abſque vlla probabili ſuſpitione creditorum. Denique omnes coniecturæ, quæ ex ſupradictis deduci poſſent, ad probandum aſſertam paupertatem fideicommiſsi inſtitutoris, & eius primi hæredis, remanent excluſæ per veram probationem factam in proceſſu, vt dixi ſupra. Quia bona remanentia, deductis his, quæ à teſtatore erant expreſsè, & nominatim alienari prohibita, nedum erant ſufficientia ad ſoluenda debita, pro quibus vrgebant creditores, ſed etiam in duplum, & in triplum ex eis dictum æs alienum ſolui potuiſſet. Immò ex narratiua dictorum inſtrumentorum conſtat, quòd d. Ioannes Franciſcus Tallada procurauit, quantum potuit, vt Ioannes eius filius crederet, aui hæreditatem fuiſſe exhauſtam, & quòd faciebat id, vt cooperiret propriam negligentiam, & malam adminiſtrationẽ. Quod clariùs deprehenditur ex teſtamento d. Ioannis Franciſci, condito die 3. Octobris 1530. in præſenti fol. 356. vbi recognouit, quòd dicta hæreditas habuit bona non ſolùm in ciuitate Setabis, ſed etiam in ciuitate Valentiæ. Et tamen in inuentario nulla ſunt deſcripta bona ciuitatis Valentiæ. Et etiam ex quo ſub pœna exhæredationis præcepit filijs, ne agerent de aui hæreditate.

179 Et licèt bona fideicommiſſo ſubiecta, alijs non exiſtentibus bonis, pro debitis teſtatoris vendi, & alienari poſsint, l. filius familias, §. Diui, de leg. 1. Hoc tamen intelligendum eſt in concurrenti quantitate æris alieni: ſecus tamen in eo, quod excedit ſummam debitam à teſtatore. Ita in terminis tradunt Hiero. Gab. cõſ. 118. num. 5. verſ. Secundo lib. 1. Intrigli. de ſubſtitut. centur. 3. q. 73. n. 421. Dec. conſ. 403. n. 18. vbi inquit, non deberi vendi rem pro maiori pretio, quã neceſsitas poſtulet: nam vt inquit Bart. in l. 1. §. enuntiatio, nu. 28. de noui oper. nuntia. quando aliquid permittitur contra regulam iuris propter neceſsitatem, tantùm id licet, quatenus neceſsitas exigit, & non amplius, l. 1. in fin. ff. de ferijs, l. Senatus, ff. de offic. Præſid. & facit text. 1. quæſt. 1. cap. quod pro neceſsitate, & 1. quæſt. 7. cap. quod pro remedio. Vnde inquit Peregrin. de fideicom. art. 40. nu. 66. ad med. quod ſicut prohibitio facta ad certum tempus, non vlteriùs profertur, l. pater, §. filiam, de

legat. 3. ſic & alienationis permiſſio in perniciem fideicommiſſi,non vlteriùs progrediatur:vt ſic teſtatoris voluntas in quantum fieri poſſet, cuſtodiatur, Bellon. deciſ.Rotæ Genuæ 4.num.fin.vbi inquit, quòd creditor plures res pignoratas habens non poteſt vendere illas omnes, ſi ex venditione aliquarum ex eis poteſt conſequi ſuam ſolutionē.Neguſ.de pignor. in 1. membro,6.p.num.28. verſic. Quinto limita. vnde, inquit Bel-
180 lon. ex hac ratione reſultare euidentem nullitatē alienationis quorūdā locorū,de quibus in d.deciſ. 4. quia negari non poteſt, eatenus quatenus facta fuit vltra exigentiam crediti fuit nulliter facta, quod inquit,maximè Rotam conſideraſſe,iudicando, dictam alienationem nedū fuiſſe nullam in parte,ſed etiam in totum.Et executio vltra terminos,ſeu limites ſententiæ fieri iure prohibetur,vt fuit declaratum ſententia lata in fauorem Auguſtinæ Francoli,de qua ſupra nu.178.Cùm igitur executio tantùm inſtaretur contra poſſeſſorem loci de Manuel pro penſionibus cenſualium, non potuit vendi dictus locus de Manuel pro redimēdis proprietatibus.

Cùm igitur in caſu noſtro (vt ex vera facti narratione, ex proceſſu reſultantis conſtat) penſiones cenſualium, pro quibus aſſerti creditores venditionem inſtarunt, decurſæ vſque ad diem 25. Ianuarij 1528. in qua decretum de vendendo fuit prouiſum, non attingerent ſummam mille ducatorum,nullatenus potuerunt vendi dicta loca de Manuel, Roſeta, & Rafalet, quæ erant bona pretioſa, & expreſsè alienari prohibita à teſtatore, cùm ex reliquis bonis dicta debita ſolui potuiſſent. Extabant enim bona inuentarij, fol. 131. & alia, quæ ſunt deſcripta in actis poſt d. inuentarium vſque fol. 436. & cenſualia, quorum fecerat oblationem Lucas Pardo die 6. Nouemb. 1523. in primitiuo fol. 120. quæ omnia ſummā attingunt plus decem mille librarum.Et adhuc extabant fructus,& redditus locorum,quæ anno 1519. fuerunt locata per tempus ſex annorum, ad rationem 13. mille ſolidorum, & ita valuerant 78. mille ſolidos, & iſti ſex anni finierunt anno 1524. & ad iſtā rationē ſunt cōputandi reliqui anni vſq; ad annum 1528.Et vbi ſupradicta non ſufficerent,vendi potuiſſent olieuta,& alia prædia ſita extra terminum de Manuel,quorum pretium, nedum ſufficeret ad ſoluendum dictas penſiones, ſed etiā multum excederet: & perconſequens nullatenus potuerunt vendi dicta loca,quæ erant bona pretioſa, & nominatim alienari prohibita à teſtatore. Et ita fuit in ſimili caſu declaratum cum ſententia lata in Regia Audiētia Valētina inter Hieronymū Poch ex vna,& Ioānem de ſancto Petro ex alia, public. per de Hona die 17. Octo-

Octobris 1586. Et denique cum ſententia lata in hoc S.S.R.C. in fauorem nobilis Petri Boil domini Baroniæ de Manices, die 12. Decembr. 1530. fuit deciſum, pro ſoluenda dote, pro quã bona fideicommiſſo ſubiecta erant obligata: priùs eſſe vendẽda mobilia, & ſemouentia, deinde domum fideicommiſſo ſubiectã: & his deficientibus, ſuper Baronia de Manices eſſe imponenda duo cenſualia, alterum pro ſoluendo reſiduo dotis, alterum pro ſoluendo dotis augmento, ne dicta Baronia alienaretur.

Neq; obſtabit ſi dicas, proprietates cenſualium, in quibus teſtator erat obligatus, excedere ſummam ſex mille librarum: quia de his nulla eſt habẽda ratio. Primò, quia reſpectu dictarũ proprietatũ non poterat dici Ioannes Tallada debitor: cùm de iure debitor intelligitur, à quo inuito exigi pecunia poteſt, l. debitor 108, ff. de verbor. ſignif. & in dictis cenſualibus non reperiatur inſtrumentũ promiſsionis, quo deficiente, vẽditor
181 cenſus nullatenus ad luendum cõpelli poteſt, vt expreſsè habetur in litteris Apoſtolicis Martini Sũmi Pontificis expeditis ad ſupplicationẽ iuratorum ciuitatis Valentiæ inſertis in corpore priuilegiorum Regni Valentiæ in extrauaganti cap. 16. fol. 239. ibi: *Ipſis venditoribus data fuit facultas atque gratia, quòd ipſum annuum redditum in toto, vel in parte pro eadem ſumma denariorum, quàm ab ipſis emptoribus receperant, quandocunque vellent libere abſque alicuius requiſitione, contradictione, vel aſſenſu poſſent extinguere, & redimere, ac ſe ab ipſius cenſus ſolutione ex tunc penitus liberare, ſed ad hoc huiuſmodi cenſus venditores inuiti nequaquam per emptores arctari, vel aſtringi valerent.* Et idem procedit de iure communi, vt poſt Abb. in cap. in ciuitate, num. 8. extra de vſur. Bald. in l. hac edictali, §. his illud in vltim. col. in princ. C. de ſecund. nupt. & alios multos, quos refert, latè probat Intrigliol. lib. 1. ſuper Bulla, & pragmatica de cẽſibus, quæſt. 43. num. 1. vbi dicit communem, & per totam, & præter eum Milanen. deciſ. 2. num. 31. lib. 1. vbi ait, pactum, quòd emptor cenſus poſſit cõpelli ad illum redimendum, vitiari, & ita paſsim ſeruari in iudicijs, Don Garcia Maſtril. in addit. ad Petrũ Gregor. de cenſibus, q. 7. nu. 20 Secundò, quia nec creditores inſtabant executionẽ pro proprietatibus dictorum cenſualium, ſed tantum pro penſionibus, & in libello oblationis loci de Manuel expreſsè legitur, eam fieri cum onere cenſualis proprietatis 2223. ſolid. & 4. denari. Et ita non ad opus luendi dictum cenſuale, quod reſpondebatur in parte Don Roderico de Borja, & in alia parte Domnæ Mariæ Cenrelles eius vxori. Cùm igitur bona minoris non poſsint vendi, niſi vrgentibus creditoribus, d. l. ma-

gis puto, §. non paſsim, ff. de rebus eor. ibi: *Si modo vrgeat creditor*, & iuxta menſurã crediti, & non amplius, vt probaui ſupra num. 102. & penſiones cenſualium, pro quibus vrgebãt creditores, non excederẽt ſummam mille ducatorum, quæ ſolui potuiſſent ex alijs bonis, vt dixi ſupra num. 103. non potuerunt, pro ſoluendis proprietatibus, dicta loca alienari.

182 Denique vbi dictus Ioãnes Tallada fideicommiſſo grauatus potuiſſet bona fideicommiſſo ſubiecta pro ſoluendo ære alieno teſtatoris alienare, illud facere debuiſſet, præcedente æſtimatione dictorũ bonorum, l. orphanotrophos, 30. aliàs 31. C. de Epiſc. & cleric. ibi: *Prius habita æſtimatione, liceat eis alienationis inire contractum.* Militat enim in caſu noſtro ratio dictæ legis, & ita debet militare eius diſpoſitio. Et cùm grauatus fideicõmiſſo habeat prohibitionem alienandi, & tantùm permittatur, vt in caſu neceſsitatis iuſto pretio rem vendat in concurrenti quantitate æris alieni, vt fuit deciſum cum ſupradicta Regia ſententia, lata in hoc S.S.R.C. in fauorem nobilis Petri Boil, pub. die 12. Decemb. 1530. vt conſtet de iuſto pretio, neceſſaria erit æſtimatio, vt probaui ſupra nu. 85. Ex quibus confunditur illud motiuũ Regiæ ſententiæ, in hac cauſa latæ, ibi: *Cùm qui poterat alienare, deficientibus bonis liberis, &c.* Non enim poterat alienare, deficientibus etiam bonis liberis, bona fideicommiſſo ſubiecta non æſtimata, & abſque cauſæ cognitione, vt dicit gloſſ. verbo, *cõtractum*, in d.l. orphanotrophos.

CAPVT QVINTVM, in quo probatur, Ioannem Talladа primum hæredem non ratificaſſe curiæ vẽditionem, nec aſſertam ratificationem ei nocere, & multò minus ſucceſſoribus in fideicommiſſo.

Qvibus ſic conſtitutis, apertè conſtat, de iure non ſubſiſtere illud motiuũ Regiæ ſententiæ, in hac cauſa latæ, ibi: *Quæ ratificationes nedum Ioanni Tallada, & illius ſucceſſoribus, ſed in fideicommiſſo ex propria perſona ius*
183 *prætendentibus nocuerunt, &c.* Quia pactiones factæ per hæredem grauatum non nocent fideicommiſſarijs, l. Imperatores, ff. de tranſact. l. ſi ſuſpecta, §. fin. ff. de inoffi. teſtam. l. à ſententia, §. ſi hæres, ff. de appellat. & in l. ſi dictum, §. ſi compromiſſero, ff. de euict. & in l. 2. & 3. C. res inter alios acta, & in cap. veniens, extr. de tranſact. vbi tranſactio facta cũ prælato, aut Rectore Eccleſiæ, ſucceſſori non præiu-
184 dicat. Et regulariter pacta contrahentiũ non digrediuntur ad alias perſonas præter hæredes, l. ſi vnus, §. ante omnia, ff. de pact. vbi plenè Iaſ. & ius noſtrum nobis quæſitũ, etiam in ſpe, ſine facto noſtro nobis auferri nequit, l. id quod noſtrum, ff. de regul. iur. & in l. penul.

ff. de

185 ff.de pact. vbi Iaſ. & in ſpecie pacta voluntaria hæredum præiudicare non poſſe fideicommiſſarijs, & ſubſtitutis, Bart. in l. in diem, ff. de aqua plu. arc. & ſic quoque trāſactionem, compromiſſum, & huiuſmodi (quia ſunt actus voluntarij) terio nō præiudicare. poſt Innocen. tradit Abb. in cap. quamuis, num. 30. extra de re iudic. & latè Alex. in l. ſæpe, num. 129. ff. de re iudic. vbi plures in hanc ſententiam retulit, Bart. in l. controuerſia, ff. de tranſact. vbi, quòd tranſactio inter hæredem ſcriptum, & inter legitimum hæredem non præiudicat legatarijs, & fideicommiſſarijs, ſed ſola ſententia per iudicem ordinarium lata, ſequuntur omnes ibi, & in indiuiduo reſpondit Bal. i. cōſ. 215. in 1. dubio lib. 1. vbi inquit, quòd primus grauatus non poteſt ſubſtitutis, & in poſterum ſucceſſuris præiudicium inferre, nec ius, quod pure in ipſis bonis non eſt, in alium transferre, per text. in l. fin. §. ſinautem, C. commu. de leg. Nata conſil. 470. num. 12. & 13. & ſentit conſ. 465. num. 5. Idem conſulendo tradit Ruin. conſ. 138. num. 10. lib. 2. vbi concludit, renuntiationem fidei-

186 commiſsi valere in præiudicium ipſius, ſed non ſequentiū poſt eū, Ripa in l. qui Romæ, §. duo fratres, nu. 101. de verb. oblig. Alba. conſ. 174. num. 1. Alciat. reſponſ. 577. num. 3. Menoch. conſ. 545. num. 7. & de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 147. ante num. 16. & præſumpt. 115. num. 59. Berreta conſ. 134. num. 13. Cephal. conſil. 371. num. 32. Sfor. Oddo. conſ. 49. nu. 9. & ſic deciſum fuiſſe, retulit Bec. deciſ. 147. ante num. 16. & poſt ſu pradictos Peregr. de fideicom. art. 52. num. 81. Intrigli. de ſubſtitu. cent. 3. quæſt. 73. num. 132. & 133. vbi refert Molin. de Hiſpan. primogen. lib. 4. cap. 9. num. 3 . in fin.

187 & lib. 1. cap. 8. num. 27. vbi docet, alienationē rei fideicommiſſo ſubiectæ non valere in præiudicium fideicommiſſarij vlterioris in gradu, quamuis facta ſit conſentiente proximiore, & probatur expreſsè in l. cum pater 77. §. libertis, ff. de lega. 2. Licèt igitur Ioannes Tallada primus hæres dictā nullam curiæ venditionem ratam habuiſſet, & obſtante dicta ratificatione, agere non poſſet, illa nullum præiudicium generaſſet Doctori Antonio Ioanni Tallada ſuccedenti in dicto fideicommiſſo iure maioratus, qui nec eſt hæres, nec cauſam habet, nec deſcendit à dicto Ioanne Tallada hærede grauato.

Neque ſubſiſtit motiuū, de quo ibi: *Attento inſuper quòd dictus Ioannes Tallada primus hæres dictam curiæ venditionem ratam habuit*. Siquidem venditio nulla ex defectu ordinis ſubſtantialis non poteſt ratificari,

188 quia actus nullus, ex facto, & poteſtate mea non dependens, à me ratificari non poteſt, nec nullitas ſuppleri, argument. l. nemo poteſt, de lega. 1. l. priuatorū, C. de iuriſdict. omni. iudic. l. nec ex prætorio,

rio, ff de regul. iur. Bart. in l. 1. C. qui pro ſua iuriſdictione, & in l. licet, C. de procurato. cap. vnic. de litis conteſtati. notat gloſ. final. in cap. fin. de re iudic. lib. 6. Abb. in cap. prudentia, num. 19. de offic. delegat. & in cap. fin. de probat. gloſ. & Doct. in cap. de cauſis, de officio deleg. Alexan. in l. ſi conuenerit, ff. de re iudic. & Rota deciſ. 88. in cauſa, in qua eſt ſeruandus, & deciſ. 258. ſi auditor in nouis, Vantius in tract. de nullita. tit. fin. nu. 18. tom. 4. tract. nouiſ. fol. 421.

189 Et ſicut ſententia nulla, quia contra formam iuris, non conualidatur, etiamſi per Summum Pontificem fuerit confirmata, cap. examinata, de confirm. vtil. ita non poteſt per partes tacitè, vel expreſsè ratificari, quādo talis nullitas procedit ex defectu ſolemnitatis ſubſtantialis, cuius confirmatio in voluntate ratificantis non eſt, vt poſt Balb. quem allegat deciſ. 253. probat Ariſmin. Tepat. lib. 1. var. tit. rem rat. habe. in verb. ratificatio ſubſequens, fol. 120. col. 2. Cachera. deciſ. 166. num. 11. quia ſolemnitatibus inductis in fauorē pu-

190 blicum, & ſic ordini iuris partes non poſſunt renuntiare, l 2. §. ſed quia veremur, C. de iuramen. calum. Afflict. in prælud. conſtit. q. 9. num. 3. Milanenſ. pluribus relatis, deciſ. 5. num. 61. Surd. deciſ. 53. nu. 7. verſ. communi, cū ſeqq. vbi latè, & Cornazar. omninò videndus deciſ. 99. num. 21. cum pluribus ſeqq. vbi num. 28. poſt Hieronymum Gabr. conſ. 36. & conſ. 13. num. 15. & pluribus ſequentibus concludit, quòd quando actus

191 eſt omninò nullus, vt puta deficiētibus ſubſtantialibus ſolemnitatibus, ex facto aliquo non præſumitur ratificatio, niſi faciens actum,

192 ſciat eſſe nullum, & num. 21. conſiderat Cornaz. ratificationem eſſe quid facti, & conſequenter nō præſumi, & non ſolùm teneri probare, ratificationem adfuiſſe, ſed etiā quòd ratificans habuerit notitiam eorum, quæ in ratificatione continentur, allegat ita tenentes Baldū, Menoch. Cephal. Gabr. Simon de Præt. & Bertachin. & hanc dicit communem, & ibidem num. 26.

193 quòd tantùm præſumitur, quando factum huiuſmodi eſt, quod neceſſariò inducit ratihabitionē: ſecùs quando aliam ob cauſam geſtum præſumi poteſt, l. 3. §. Seio, ff. de mino. vbi minor, qui hæreditati paternæ ſe immiſcuit, ſi maior factus debita hæreditaria exegerit, non cenſetur priorem aditionem ratificare, & ideò ei competit in integrum reſtitutio, & ibi gloſ. verbo, *reſtituendum*, ad med. inquit, quòd ibi exegit, non tam approbando priùs factum, quam ex conſequentia eius in captione remanendo: ita poſt Bart. Caſtren. Aretin. Roma. Dec. Imol. Tiraquel. & alios, quos allegat tradit Maſcard. de probatio. concluſ. 1256. num. 51. cum trib. ſeqq. quibus addendi ſunt Craueta conſ. 618. num. 9. & 622. nu. 16. lib. 4. & Hieronym. Gabr.

Gabr. conſ. 154. lib. 1. Et ita fuit deciſum in Regia Audien. Valen. ſententia lata in fauorem Domnæ Annæ Ioan, & de Sans, ſiue Don Gaſparis Sans eius filij, & hæredis contra Michaëlem Angelum Paſqual, pub. per Alreus die 19. Iulij 1610. Et iterum idem fuit iudicatum, ſentētia lata in cauſa Baroniæ de Andilla, in fauorem Dō Antonij Ferrer, contra Don Michaëlem de Rebolledo, pub. per Alreus die 5. Februarij 1611.

194 Quibus ſic conſtitutis, obſeruandum eſt, quòd licèt verum ſit, quòd ſententia nulla per pactum ratificari poteſt, & talis conſenſus ſuſtinetur in vim pacti, gloſ. in verb. non fuit in l. 2. C. commun. vtriuſq; iud. & alijs relatis, probat Vantius d. tit. fin. nu. 19. & Peregr. de fideicom. art. 51. num. 41. hoc tamen declarat ibidē Peregr. poſt Deci. conſ. 475. num. 34. intelligendum eſſe, quando vitium nullitatis reſpicit fauorem partiū, nā per eorum conſenſum purgari poſſet, ſecus ſi vitium nullitatis non penderet à conſenſu partium.

195 Item vt valeat in vim pacti, ſiue noui contractus, debet eſſe vtriuſque partis ſimultaneus, vel contemporaneus conſenſus, l. 1. ff. de pact. Surd. conſ. 136. num. 6. lib. 1. & deciſ. 53. nu. 20. & 21. & deciſ. 132. nu. 12. vbi ad id allegat gloſ. fin. in l. non dubium 16. C. de teſtam. vbi approbans extra iudiciū teſtamentū nullum, reſpectu vnius legatarij, ſibi non præiudicat, quoad alios legatarios, & latiſſimè proſequitur Surd. in locis ſupra relatis.

Ex quibus deſtruitur illud motiuum huius ſententiæ, quam impugnamus, ibi: *Maximè cùm in dicto Ioanne Tallada, contra quem executiones facta fuere, & in cuius facultate fuit recognoſcere executiones, & venditionem, & omnia acta illarum in viam iuris ſcientia, & notitia omnium eorum præſumatur.* Nam ex ſupradictis conſtat, dictam ſciētiam

196 probandam eſſe. Tum ex eo, quia ignorantia præſumitur, dum ſciētia non probatur, Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 116. num. 35. vbi ad id allegat text. in cap. ignorantia, de regul. iur. in 6. Barthol. Socin. reg. 176. l. verius, ff. de probat. Et cùm hìc agatur de facto alieno, nimirū de geſtis inter Don Rodericum de Borja, & Domnā Mariam Centelles executionem inſtantes, & inter curatorem executiue conuentum ex alia, præſu-

197 mitur ignorantia in minore, cùm ſit facti alieni, l. vetiùs, ff. de probation. l. hoc autem, ff. de adminiſtratio. tutor. l. vltim. in fin. ff. pro ſuo, l. ſuper ſeruis, C. qui militare non poſſunt, §. quod autem, Inſtit. de leg. Menoch. multis relatis, de

198 præſumptio. lib. 6. præſumpr. 23. num. 51. & 55. vbi ampliat in hærede, qui præſumitur ignorare factum ſui anteceſſoris, l. qui in alterius, ff de reg. iur. & num. 57. vt procedat etiam in filio, qui, licèt cenſeatur eadem perſona cum patre,

tre, l. vlti. C. de impub. nihilominus præſumitur ignorare factum patris, veluti teſtamentum à patre fuiſſe conditum, Bal. conſ. 392. nu. 1. lib. 1. & conſ. 295. col. 2. verſ. ex prædictis lib. 3. qui idem eſſe dixit, quando filius habitabat cum ipſo patre, Aretin. in l. qui Romæ, §. duo fratres, num. 15. & ibidem Ripa num. 50. & 51. Si igitur ignorantia præſumitur in habitante in eadem domo: ergo à fortiori in noſtro caſu, cùm dictus Ioannes Tallada primus hæres degeret in oppido de Capdet, valde remoto à præſenti ciuitate, in qua fiebat executio, & à locis de Manuel, Roſeta, & Rafalet, qui vendebantur.

199 Et licèt ignorantia non excuſet, quando quis ratione officij tenebatur perquirere, & tunc ignorantia ſimulata præſumatur, vt poſt Bald. in l. 1. §. ſin autem, ff. ſi omiſſa cauſa teſt. tradit Menoch. in d. præſumpt. 23. lib. 6. num. 66. hoc tamẽ caſui noſtro non quadrat: nõ enim tenebatur dictus Ioannes Tallada perquirere, an executio eſſet nulla, & ita ſtamus regulæ iuris, quòd ignoratia præſumitur, & ſic nullitates executionis ignoraſſe præſumitur, & perconſequens nõ poteſt in caſu noſtro conſiderari ratificatio, quæ non trahitur ad ignorata, vt ſupra probaui num. 192. & dicam infra num 203. & latiùs num. 206. & ſeq.

Et dato, quòd dictus Ioannes Tallada notitiam habuiſſet nullitatum executionis, adhuc poſſet dictam venditionem impugnare, eo quòd pretium non fuit integriter ſolutum, vt probat expreſſus textus in l. quæro 54. §. inter locatorem, ff. locati, l. Iulianus, §. offerri, ff. de actionib. empt. ibi: *Offerri pretium venditori ab emptore debet, cùm ex empto agitur, & ideò etſi pretij partem offerat, nondum eſt ex empto actio.* Ex quibus iuribus Doctores hanc colligunt regulam, quòd obſtat emptori exceptio implemẽti ex ſua parte non ſequuti, de qua latiſsimè, multis relatis, Carroſ. in tractat. locati & conducti, tit. de euictione, num. 29. cum ſequentib. fol. 205. vbi num. 34. ampliat etiã, ſi adſit defectus in modico, & dixi latè ſupra num. 80. cum ſequent. Cũ igitur dictus ſecretarius Quintana nõ depoſuerit integriter pretium dictorum bonorum, per curiam emptorum, vt probaui ſupra num. 166. non fuit effectus dominus dictorum bonorum, quamuis aliàs decretum de vendendo fuiſſet factum cum debitis ſolemnitatibus. Et perconſequens quamuis

201 dictus Ioannes Tallada expreſsè promiſiſſet, dictæ venditioni non contrauenire, poſſet agere ad recuperationem dictorum bonorum, cùm pretium emptor integriter non ſoluerit, d. l. quæro 54. §. inter locatorem, ff. locati, & fuit declaratũ cũ Regia ſentẽtia, de qua ſupra, n. 164. & cũ alia lata inter Balthaſarẽ Garcia ex vna, & viduã Doctoris Arques ex altera, publicata per Alreus die 29. Maij 1610.

Nec

Nec ſequitur, ratum habuit decretum de vendendo dictorũ bonorum per curiam venditorum, ergo ratum habuit depoſitum diminutum pretij, cùm ſint diuerſa decretum de vendendo, & depoſi-
202 tum: & approbans vnum capitulum, non prohibetur contra alia venire, l. Publia 26. §. fin. vbi notat Bart. ff. depoſit. Romanus conſil. 346. num. 4. Craueta conſ. 228. nu. 2. & 203. num. 21. Caualca. de tutor. & curat. num. 75. in fine, & 75. Cùm igitur non conſtet, dictum Ioannem Tallada notitiã habuiſſe huius facti, ſcilicèt, quòd depoſitum non erat integriter factum,
203 non poteſt allegari ratificatio, quæ vt dicatur inducta, debet probari, ratificantem ſciuiſſe factum, de cuius ratificatione agebatur, Craueta conſ. 197. num. 14. Gibr. conſ. 36. num. 51. & conſ. 146. num. 14. volum. 1. Nonius conſ. 89. num. 37. Beccius conſ. 37. num. 22. Turretus conſ. 29. num. 8. & conſ. 44. nu. 38. vol. 1. Maſeratenſ. lib. 2. reſolut. reſolutione 60. caſu 2. verſic. final.

204 Præterea dicta aſſerta ratihabitio non obſtat, nam etiam ſi minor ratificet cõtractum poſt maiorem ætatem, poteſt nihilominus ratione enormiſsimæ læſionis agere ad reſciſsionem, vt eſt textus expreſſus, vbi omnes notãt in l. 1. C. ſi maior factus alienat. ſiue decret. fact. rat. hab. ibi: *Cùm proponas, curatorem patris tui, non interpoſito Præſidis decreto, prædium ruſticum hæredi creditoris, ſeu tutori eius deſtinaſſe venundare, eamquè venditionem deceptum patrem tuum ratam habuiſſe, ſi minore pretio diſtractum eſt prædiũ, &c. in conſulto errore lapſum patrem tuum perperam venditioni conſenſum dediſſe conſtiterit: non abs re erit ſuperfluum preti in compenſationem deduci, quod Præſidis prouiſione fieri conuenit, &c.* Ecce textum expreſſum, quòd, etiam interueniente expreſſa ratificatione contractus nullius poteſt agi prætextu enormiſsimæ læſionis, & tradit Salic. in l. 2. nu. 17. C. de reſcindend. vendi. poſt Bald. ibi, quos ſequitur Pinel. in l. 2. C. de reſcind. vendi. par. 3. cap. 1. num. 16. in fin. Vrſil. ad Afflict. deciſ. 249. num. 17. quia agendo ad reſciſsionem, non improbat contractum, & poteſt ratificare fa-
205 ctum, & non qualitatem facti, nec remittere dolum, vt docet Bartol. in l. Pomponius 10. num. 18. ff. de negot. geſt. communiter approbatus, vt ait Puteus deciſ. 397. nu. 4.

Præterea non conſtat, quòd dictus Ioannes Tallada habuerit notitiam nullitatum venditionis curiæ, & quòd ex certa ſcientia
206 voluerit, dictam nullam venditionem ratam habere, quod erat neceſſarium, vt ei præiudicaret aſſerta ratificatio, l. final. C. plus valere quod agitur, l. Caius, iuncta ibi gloſ. magna, ad medium, ff. de pignorat. act. Ex quibus iuribus Paulus Caſtrenſ. conſ. 465. num. 5. 1. par. probat, non nocere ratificationem laudi, quia non fuit eis lectum,

lectum, cùm ratificarunt, Bald. in l. mater, num. 3. ad med. in 4. oppoſitione, C. de rei vendica. vbi ait, quòd quis benè poteſt habere ratum, non ſuo nomine geſtũ, quantum ad iuris ſui amiſsionem, dũmodò ratificet ex certa ſcientia, & non per errorem, quam Baldi doctrinam, eo non relato, approbat Surd. conſ. 28. num. 118, lib. 1. vbi inquit, in ſuo caſu non præſumi ratificationem, niſi conſtet vniuerſitatem ſciuiſſe totum tenorem inſtrumentorum continentium alienationes, & in dubio præſumi ignorantiã, & ante eum dixit Oldrad. conſ. 329. num. 10. quòd ratihabitio requirit ſcientiam eius, qui ratum habet, quia nemo approbat, quod ignorat, & Bald. cõſ. 176. præmittendum eſt, circa med. vol. 2. ait, quòd ſcientia eſt de ſubſtantia ratificationis, l. mater, C. de rei vendic. & dicit Pariſius conſ. 100. num. 71. vol. 2. quòd tacita ra-
207 tificatio non extenditur ad ignorata, Ruinus in conſ. 128. num. 4. vol. 1. & plures allegat Grammatic. in conſ. 66. num 70. & ſequentib. inter ciuilia, Crauet. conſ. 160. num. 4. & conſ. 197. nu. 14. Iofred. conſ. 14. num. 59. Nata conſ. 162. num. 31. lib. 1. & num. 82. ſubiungit, hoc caſu dubitantem æquipa-
208 rari ignoranti, quorum neuter intelligitur iuri ſuo renunciare, ſecundùm Bart. in l. manifeſtiſsimi, §. 1. per illum textum, C. de fur. & eſt de mente Bald. in l. leges ſacratiſsimæ, C. de legibus, vbi inquit, quòd ita parcitur dubitanti, ſicut ignoranti. Vnde concludit Nata, in ſuo caſu non ſufficere, habitam fuiſſe in genere notitiã venditionis factæ, niſi etiam tenor vẽditionis innotuerit in omnibus eius partibus. Idem Nata cõſ. 636. num. 192. Alciat. conſ. 164. num. 12. Menoch. conſ. 1. num. 329. & conſ. 2. num. 294. Cephalus conſ. 441. num. 39. & ſequentibus, Cacheranus deciſ. 119. num. 27. vbi ait, quòd ad hoc vt ratificatio, de qua ibi, conualidaret præcedentẽ legitimationẽ, requirebatur, quòd tempore ratificationis haberetur ſcientia, & clara notitia per inſpectionem inſtrumẽti legitimitatis, & in fine deciſionis ait, cõcluſum ita fuiſſe in Senatu, & idem tradit Beccius, alios referens, conſ. 37. num. 24. & inquit, quòd ſi hæc in ratificatione expreſſa locum habent, à fortiori procedere debent in ratificatione tacita, idem Surdus conſ. 329. num. 26. verſ. quin etiam cum ſequentibus, vbi ait, non ſat fuiſſe probare, contractum eſſe feneratitium, niſi etiam probatum eſſet, ratificantem ſciuiſſe, illum eſſe talem, cùm nemo videatur approbare, quod ignorat: fortè enim, inquit num. 28. ſi ſciuiſſet, contractum eſſe vſurarium, illum non habuiſſet ratum. Idem repetit idem Surdus conſ. 425. num. 39. lib. 3. Barnabas Conaz. deciſ. 99. num. 25. in fine 24. 27. & 28. Hieronymus Gabriel conſ. 36. & cõſ. 13. num. 15. cum pluribus ſequentibus,

tibus, vbì concludit, quòd quan-
19 do actus eſt omninò nullus, vt puta deficientibus ſubſtantialibus ſolemnitatibus, ex facto aliquo non præſumitur ratificatio, niſi faciens actum ſciat, eſſe nullum. Et ita dicendum eſt in caſu noſtro, quòd ſi dictus Ioannes Tallada notitiam habuiſſet nullitatum venditionis curiæ, nullatenus dictam venditionem ſibi tam præiudicialem ratificaſſet. Quæ omnia à fortiori procedunt, quando ratificatio non eſt expreſſa, ſed tacita deducta, vel ex temporis lapſu, vel ex aliquo facto. Licèt enim expreſſa ratificatio, quæ verbis claris fit, multò for-
21. tiùs operetur, tamen dictæ duæ ratificationes inductæ ex lapſu temporis, vel ex aliquo facto, non operantur effectum, niſi conſtet, ratificantem ſciuiſſe contractum ratificatum cum omnibus ſuis qualitatibus. Ita in terminis Menochius de præſumptio. lib. 2. præſumptione 39. num. 3. qui idem conſultus reſpondit pro Marchione de Hieracis conſ. 561. num. 19. & 20. lib. 6. vbi benè confirmat, & rationem reddit: nam vbi interuenit ſola ratificatio, quæ inducitur ex facto, non præſumitur ſciuiſſe ſubſtantiam, & qualitatem contractus: nã alioqui ex eodem facto, duæ orirentur præſumptiones, nempè, quòd ſic faciendo, ratificare præſumatur præcedentem cõtractum, & quòd illius contractus ſcientia præſumatur. Et tamen receptum eſt, ex eodem facto non poſſe oriri duæ præſumptiones, quæ diuerſi ſunt effectus, vt ſcripſit idem Menoch. de præſumptio. lib. 1. præſump. 45. num. 6. vbi copioſè. Immò quod fortius eſt, nec conſtat, dictum Ioannem Tallada primum hæredem notitiam habuiſſe dictæ curiæ venditionis, donec à decreto de vendendo appellauit cum ſcriptura poſita die 12. Auguſti 1581. vbi allegauit, nouiter ad eius notitiam perueniſſe.

Nec probatur aſſerta ſcientia cum inſtrumẽtis memoratis in dicta ſententia, in hac cauſa lata, & de cuius reuocatione agitur. In primis enim inſtrumentum receptum per Atoniũ Gaſparem Sancho nota. die 7. Februarij 1531. quod eſt in primitiuo fol. 1097. nullam facit mentionem de venditione curiæ, ſed tantùm in eo leguntur hæc verba: *Fuerunt adoſati in venditione loci de Manuel:* nec ibidem dicitur, an venditio fuerit facta per curiam, vel extra curiam, nec quo tempore facta fuit, nec exprimitur calendarium inſtrumenti venditionis, nec nomen emptoris, nec venditoris, nec nomen notarij receptoris, nec aliquid exprimitur, ex quo colligi poſſet, dictũ Ioannem Tallada notitiam explicitam habuiſſe dictæ curiæ venditionis. Item, nec probatur ex alio inſtrumento, apud eundem notarium confecto die 23. Nouembris 1537. quod eſt in præſenti proceſſu fol. 1157. vbi dictus Ioannes Tallada procuratorio nomine pa-

tris

tris,& vxoris, recipiendo 71. lib. 11.ſol. 8. den. ex pretio cuiuſdam cenſualis luiti,promiſit in caſu redemptionis noui cenſualis pretiũ illius deponere. In dicto enim inſtrumento nulla fit mentio dictæ curiæ venditionis:immò nec in eo reperitur mentio venditionis dictorum locorum,ſed tantum legitur,Per ſecretarium Quintana poſſeſſorem loci de Manuel fuiſſe depoſitum in curia Iuſtitiæ ciuitatis Setabis pretium cenſualis proprietatis 39. mille 656. ſolid. & octo dena. & penſionis 2644. ſolid. & 9. dena. firmati per Ioannem Tallada ſeniorem dominum loci de Manuel, inſtrumento recepto per Auſiam Coſta Not.die 27. Octobris 1496. quod eſt in proceſſu fol.956.pag. 2. cum quo, quando dictus Talladà emit à Vincentio Ferrer dicta loca cum eo conuenit pro ſecuritate dictæ venditionis,& tuitione emptoris, vt tempore luitionis dicti cenſualis formati ex parte pretij dictorum locorum,proprietas eſſet deponenda in curia Iuſtitiæ maioris dictæ ciuitatis Setabis,& inde non poſſet extrahi, niſi ad collocandum, ſiuè reſmerciandum in loco tuto, & ſecuro cũ onere depoſiti in caſu luitionis,vt ita cautũ eſſet emptori. Dictum igitur cenſuale proprietatis 39.mille ſolidorum bene potuit redimere dictus Quintana ſeruando formam depoſiti, quanuis non emiſſet dicta loca, ſed eadem poſſideret iure pignoris, vel alio titulo, vt fecerunt Iamfridus de Tous, & Nicolaus Caſalduch poſſidentes iure pignoris Baroniã de Borriol, qui vt ius retentionis in ea adquirerent,de pecunijs pro prijs redemerunt aliqua cẽſualia, quæ reſpondebat Dominus dictæ Baroniæ. Et ita non bene infertur: Secretarius Quintana depoſuit pretium dicti cenſualis, ergo id fecit de pecunijs proceſsis ex pretio vẽditionis loci de Manuel, cùm potuerit de pecunijs proprijs id facere,& per conſequens ex dicto inſtrumẽto,nec probatur ſciẽtia,nec minus ratificatio, iuxta ea, quæ dixi ſupra num. 192. 203. & 206.

Præterea dictum inſtrumentũ, ex quo Regia ſententia deducit ratificarionem, nõ fuit firmatum per Ioannẽ Tallada nomine proprio, ſed procuratorio. Et ita ſibi non præiudicat talis conſenſus in rei perſecutione,vt docet Bald. conſ. 102.num.2.lib.2.& Peregr. de fideicom. art. 40. num. 89. vbi air,
211 quòd conſenſus præſtitus ratione officij in alienatione non præiudicat in rei perſecutione agenti iure fideicommiſsi, l. cũ quædam, C.de adminiſtra. tutor. quia officium ſuum nemini debet eſſe dam noſum, l. ſed ſi quis ex ſignatoribus, ff. quemadmod.teſta. ape. Et idem eſt, ſi vnus teſtis adnotatus fuiſſet in inſtrumento, veluti notarius illud conſcripſiſſet, ad text. in l.Caius,ff.de pig.act.& in l.Titia,cum teſtamento,§. Titia,ff. de lega.

lega. 2. & vtrobique notatur.

Item ſine præmiſſorum præiudicio, vbi in noſtro caſu poſſet cõſiderari ratificatio Ioann. Tallada primi hæredis in actibus factis anno 1531. & 1537. in dicta ſententia relatis, non interuenit eodem tẽpore conſenſus Secretarij Quintana, qui multo antea obierat nempe anno 1528. (vt conſtat cũ prouiſione facta per Gubernatorem Valentiæ die 31. Ianuarij 591. quę eſt in præſenti primitiuo fol. 143. vbi dicitur, teſtamentum dicti Secretarij Quintana fuiſſe factũ anno 1525. & publicatum die 24. Octobris 1528.) Et ita non poteſt conſiderari ſimultaneus, ſiue contemporaneus conſenſus, qui neceſſario requiritur ad inducendũ nouum contractum vẽditionis, vt dixi ſupra nu. 110. & in hoc nouo conſenſu ſe fundat dicta ſententia, ibi: *Cũ ratificatio actus nullius tã quam nouus contractus, nouaque alienatio, & ex tempore ratificationis ex nouoque conſenſu iudicetur.*

212 Præterea licèt ratihabitio retro ad tẽpus actus trahitur, debet tamen interuenire eodẽ tempore, quo debebat cõtractus celebrari, & non poſtea, l. bonorum, quæ eſt penultima ff. rem rat. haberi, ibi: *Bonorum poſſeſſionem ab alio cognitam ratam haberi eo tempore, quo adhuc in ea cauſa ſit, vt peti poſſit, itaque poſt centeſimum diem ratum haberi non poteſt.* l. vlt. ff. quis ord. in bonor. poſſeſ. ſer. l. 1. in princ. iuncta gloſ. in verbo, quod mox. ff. de appellat. recip. & in cap. non ſolent, etiam in princ. iuncta gloſ. in verbo, *mox.* 2. q. 6. & voluit gloſ. in cap. ratihabitionem, de reg. iur. in 6. ſtatim poſt prin. & ibi quoq; Din. & Guil. à Mõte Laud. & alia gloſ. in cap. quam ſit, in verb. *petere*, in fin. & ibi Ioan. Mona. Ioan. And. Petr. Anchar. Domi. & Philip. Franc. de elect. lib. 6. gloſ. in cap. cupientes §. quod ſi, in verbo, *propoſitam*, eod. tit. Rot. Roma. deciſ. 428. ſi habens circa med. in nouiſſi. Tiraq. qui plurimos allegat, de retract. linag. §. 1. gloſ. 10. num. 88. Cùm igitur caſu, quo dictus Ioãnes Tallada fideicommiſſo grauatus vẽdere poſſet Secretario Quintana dicta bona, neceſſarium eſſet, vt dictus Secretarius viueret, & ſimul conſentiret: ratificatio pariter fieri debebat, eo viuente, & conſentiente, quæ duo deficiunt. Primum, quia erat mortuus, ita Caſtren. conſ. 195. num. 1. in fin. 2. part. Secundum, quia etiam ſi vixiſſet, nec eſt veriſimile, quòd conſenſiſſet emptioni extraiudiciali dictorum bonorum, quæ erãt ſubiecta fideicommiſſo perpetuo, inſtituto per viã primogenituræ, & per ſucceſſorem in maioratu facile ab emptore vendicari poterant, non enim eſt credendũ, quòd vir prudens, & ſagax, cum tam euidenti periculo reiuendicationis vellet, dicta bona emere à grauato fideicommiſſo.

213 Neque obſtabit, ſi dicas, ad validandum contractum virtute

ratihabitionis, non eſſe neceſſarium conſenſum contemporaneū vtriuſque, ſcilicèt venditoris, & emptoris, vt probatur in l.fin. C. ſi maior factus, vbi ratificatio inducta ex quinquennij lapſu validat venditionem nullam, & tamen ibi non interuenit cōſenſus contēporaneus. Nam vt ibi tradit Aloyſius Leo num. 5. illa ratificatio nō fuit hominis, ſed legis: ſecus tamē, inquit ipſe, eſt in ratificatione hominis, vnde quinquēnij lapſus nō præiudicat ſuccedēti in maioratu, qui poteſt etiam poſt triginta annos allegare nullitates ſententiæ. Pinel. in l. 1. C. de bon. mat. 3. par. nu. 50. verſ. limito 6. quem refert, & ſequitur Molina de Hiſpan. primog. lib. 4. cap. 8. num. 10. & vt fatetur Leo vbi ſupra num. fin. ratihabitio debet fieri, re integra, aliter nihil operatur, vt ibi bene confirmat.

Neque vlterius obſtat, ſi dicas, interueniſſe tacitū conſenſum hæredum dicti Secretarij Quintana, qui vidētur approbaſſe ratificationem in eorum fauorem factam per dictum Ioannem Tallada. Si enim hoc conſideremus reſpectu Comitis del Caſtellar, qui dictæ aſſertæ ratificationis notitiam habuit, hac lite pendente, nullatenus dicta ratificatio nocere poteſt huic parti, cui ius iam erat quæſitum, ex quo venerat caſus dicti fideicōmiſsi, & ita non potuit aduerſarius, ratificationem acceptare, ex traditis per Pau. Caſtr. cōſ. 195. videtur, quòd

iſta n. 1. in fi. verſ. & ex hoc 2. par.
214 vbi ait, hæredē donatarij nō poſſe
ratificare donationem ſibi à defuncto factam, in præiudiciū hæredis donantis, quia cū dominiū ſit trāſlatum in hæredē ante ratificationem, ab eo inuito diſcedere non poteſt, l. ſi ego §. ſi res ff. de iur. dot. ibi: *Et cùm ſequitur conditio nuptiarū iā hæredis dominium eſt, à quo diſcedere rerū nō poſſe dominiū inuito*
215 *eo fatendum eſt*. Et quia ratificatio
non poteſt fieri in præiudiciū tertij, cui interim dominiū eſt quæſitū, etiā ex cauſa habita à debitore, vt not. Spec. de obli. & ſol. §. 1. verſ. Item pone obligaſti, & notatur in l. ſi indebitū §. 1. ff. rem rat. hab. & facit l. ſi partē §. fin. quéad. ſeruit. amit. Si verò conſideremus acceptationem in ijs, qui erant hæredes tēpore factæ aſſertæ ratihabitionis, nimirum in annis 1531. & 1537. dicta acceptatio locū habere non poteſt, quia nō conſtat, hæredes dicti Secretarij Quintana notitiā habuiſſe dictorum inſtrumētorum, ex quibus vult argui aſſerta ratificatio. Et ſic non poteſt videri, dictos hæredes acceptaſſe, quod ignorarūt, l. non eſt ferendus ff. de tranſact. l. communis ſeruus 42. In finalibus verbis, ibi: *Niſi ratā habuerit dominus emptionem*. vbi glo. fi. in fine not. nō quæri ignoranti ff. de adquir. poſſeſ. l. ſi ego, ff. de neg. geſt. Et latè, multis relatis, probat Bertran. conſ. 173. n. 12. lib. 1.

Ad hæc de iure non procedit aſſerta ratificatio deducta ex temporis

poris lapſu, quam conſiderat dicta ſententia, ibi: *Curia venditionem ratam habuit non ſolum per longi temporis curſum, quinque, decem, viginti, triginta, & quadraginta annorum, & vltra, quo venditiones, & decreta, non tantùm maiorum nulliter, & ſolemnitatibus iuris prætermiſſis.*
216 Quia licet iuxta l. fin. C. ſi maior factus alienat. ſine decret. fac. rat. hab. per curſum quinque annorum venditiones bonorum minorum, ſine decreto factæ ſilentio corroborentur: dicta tamen legis diſpoſitio non procedit de iure Canonico (cui in hoc ſtandum eſt) propter malam fidem contrahentis cum minore, ita tradit Stephan. Gracian. deciſ. Rotæ 102. num. 13. vbi allegat Butrium conſ. 45. col. 3. verſ. non obſtat, Ruin. conſ. 41. num. 51 lib. 1. Nattam. conſ. 295. col. fin. Riminal. Iun. conſ. 436. num. 14. & num. 49. lib. 4. Et quòd, exiſtente mala fide, non procedat diſpoſitio d. l. fin. tenent Natta. conſ. 162. num. 34. lib. 1. Cur. Iun. conſ. 50. col. 3. in fin. quem refert, & ſequitur Crauet. conſ. 160. num. 4. prima part. vbi ex Curt. Iun. in conſi. ſequenti ampliat, procedere, etiam data ſciẽtia doli, Bal. conſ. 45. num. 1. lib. 2. & Cornaz. deciſ. 99. num. 34. Cum igitur ſit in mala fide, qui mercatus eſt, non ſeruatis ſolemnitatibus, quæ de iure ſeruari debebant, l. 1. & ibi gloſ. in verb. *mala fide.* C. de fide inſtrum. lib. 10. & ibi Bart. & DD. Felin. in c. ſi diligenti. col. 3. de præſcipt. Crauet. conſ. 133. nu. 16. & conſ. 142. num. 12. Cornaz. vbi ſup. num. 3. ergo &c. & hinc dicebat idẽ Cornaz. d. deciſ. 99. num. 13. & 14. nõ poſſe allegari ratificationem per poſſeſſorem malæ fidei, qui nullũ titulum habere poteſt. Et propterea nõ meretur excuſari, vt in his proprijs terminis conſuluit Roland. à Valle conſ. 29. num. 84.
217 vſque ad finem conſilij. Item ratificatio, de qua in d. l. fin. procedit, quando ipſe minor cum authoritate curatoris vendidit abſque decreto, ſecus tamen vbi curator vendidit abſque minore, ſecundum opinionem Azonis relatam ibi ab Accu. in verbo, minorum, quam ſequuntur Cornaz. d. deciſ. 99. num 32. Gratian. d. deciſ. 102. num. fin. Aloyſius Leo in d. l. fin. num. 2. verſicul. vel ſecundò, quãdo venditio.

Cap. 6. In quo demonſtratur, Comitem del Caſtellar condemnandum eſſe ad reſtitutionem bonorum, ſimul cum fructibus perceptis, & qui percipi potuerunt.

CVM ex ſuprà deductis in cap. 3. conſtet, venditionẽ curiæ eſſe nullam, Comes del Caſtellar iniuſtus poſſeſſor locorum de Manuel, Roſeta, & Rafalet, & aliorum bonorum in fideicommiſſo recadentium, ſucceſſor vniuerſalis dicti Secretarij

218 Quintana emptoris curiæ cōdemnandus eſt ad eorum reſtitutionem, ſimul cum fructibus perceptis,& qui percipi potuerūt l.1.C. de fide inſt.&iur.haſ.fiſ.lib.10.ibi *Præciſa venditione mala fide facta eaſdem res recipies cum fructibus, quos ad emptorem mala fide perueniſſe, vel peruenire debere cōſtiterit*,& ibi gloſ. in verbo, *mala fide*, inquit, eam adeſſe,eo ipſo quòd non eſt ſeruatus ordo, ita in noſtris terminis Surd. conſil.28.num.51.verſic.Pariter,& nu.52.53.& 54. volum.1. vbi inquit in ſuo caſu, quòd licèt poſſeſſores allegarent titulum, tamen illum eis non ſuffragari, ex quo non potuerūt emere bona vniuerſitatis,non ſeruatis ſolemnitatibus. Et ita non poſſe dici titulatos

219 tos poſſeſſores. Paria enim ſunt, titulum non habere,vel habere, ſed nullum,l.quotiēs.vbi Doct. præcipue Iaſ.ff. qui ſatisd. cog. Neuiz. in conſ.7,num.15. Natta in conſ. 402,num.54. Ceph.in conſ. 160. n.11.Rolan.in conſ. 14. num. 25. vol.1.Et inualidus titulus non habetur pro titulo,l.nec vllam 13.§. 1. ff. de petit. hæred. vbi dicitur, quòd licet petitio hæreditatis nō detur contra eum, qui poſsidet cū titulo,tamen intelligitur, cum titulo valido, ſecus vbi inualidum habet titulū. Afflict.in deciſ.228. num.2.& in deciſ.271. num. 3. & in cap.1.§.præterea gloſ.3.nu.40. quæ ſit pri.cau.benefi. amit.Ruin. in cōſ.160. in finē vol.5. Roland. in conſ. 41. num. 31. vol. 3. & ex nullitate tituli arguitur mala fides Bart.in l.Celſus.ff. de vſuc. Patiſ. in conſil. 27. num. 117. & ſeq. & conſ.107.n.112.volum.1. Rolan. in conſ.6.nu.44.vol.3. Cacher.deciſ.160.num.12. & per tot.vbi noſtrum caſum pertractat in emptore curiæ, qui emit abſque debitis ſolemnitatibus,& num. 10. in fin. inquit,concluſum fuiſſe in ſenatu, hāc opinionem eſſe veriorē, & cre-

220 briorem,& ibi reſpondet illi obiectioni, quòd titulus nullus cauſatus ex errore iuris inducit bonam fidem,dicendo,procedere in titulo cauſato ex errore iuris nō aſsiſtentis, ſecus verò in errore iuris expreſſe contractui reſiſtentis, qui non cauſat bonam fidem, ſed potius malā,vt in d.l.1.C.de fide inſtrum.& in l. quemadmodū C. de

221 agricolis, & cenſitis, & ita docet Bart.in l. ſed ſi lege §. ſcire nu. 4. ff.de petit.hæred.Et ita etiam fuit deciſum in R.Audien. Val.ſententia lata in fauorē Iacobi Puig, cōtra Ioannem Fredeuila, publicatā per Alreus die 1.Decēbris 1589. vbi ex quo emptor curiæ,non præcedente depoſito, ſiue intrata, & exita pretij, adeptus fuit poſſeſſionem bonorum, fuit condemnatus, his verbis: *Vti eum cum præſenti condemnamus, ad reſtituendum, & relaxandum vacuam, & expeditam poſſeſſionem dictæ domus, & terrarum, prædicto Iacobo Puig, & ad reſtitutionem fructuum per eum perceptorum, & qui percipi poterant ex dictis bonis, hoc videlicet*

licet modo, quòd dictos fructus, ſeu eorum valorem tenecatur imputare in
222 *ſortem ſeu exonerationem ſui crediti.* Et meritò quando emptor curiæ non depoſuit integriter pretiũ, tenetur ad reſtitutionẽ dictorum fructuum, quia licèt poſsit allegare ignorantiam aliarum nullitatum, circa quas verſatur factũ inter creditorem, & debitorem, non tamen poteſt allegare ignorantiam defectus depoſiti, in quo factum proprium emptoris curiæ verſatur, & qui defectus dictã curiæ venditionẽ omnino annullat, vt dixi ſupra nu. 163. cum ſequen. & præſertim num. 166. vbi probaui, errorem in hoc caſu non excuſare curiæ emptorem. Et cùm titulus dictæ venditionis curiæ reducatur ad nõ titulũ, abſque dubio omnes fructus reſtituendi ſunt. Cacher. alijs relatis, deciſ. 25. n. 21. Gaſpar Theſau. in addit. ad deciſ. 29. Anto. Theſau. in fine, vbi affirmat, ita fuiſſe deciſum in Senatu. Et ita etiã fuit declaratũ in Regia Aud. Val. ſentẽtia lata inter Ioſepham Sanchez, & de Arques viduam ex vna, & Balthaſarem Garcia ex alia, publicata per Alreus die 29. Maij. 1610. ibi: *Curia ſi quidem nequit habere fidem de pretio, & ita ante ſolutionem illius curiæ emptor non ſit dominus rei venditæ. In venditionibus enim curiæ ſolo titulo non transfertur dominium, ſed oportet deponere pretium illius, vel eius loco facere intratam, & exitam. Subinde iuxta regulas rationis naturalis ſcriptæ fructus omnes, quos antea ex re vendita percepit curiæ emptor, tenetur in ſortem imputare:* Quæ ſententia fuit confirmata in gradu ſupplicationis, cum alia lata in alia Aula eiuſdem Regiæ Audientiæ, publicata per eundem Alreus die 1. Octobris eiuſdem anni.

His additur, quòd nedum venditio noſtra fuit facta per curiam, non ſeruatis ſolemnitatibus, ſed
223 etiam fuit bonorum minoris, & maioratus, non ſeruata forma iuris, quo caſu emptor tanquam malæ fidei poſſeſſor tenetur nedum ad fructus perceptos, ſed etiam ad alios, qui veroſimiliter percipi potuiſſent. Rolan. à Valle conſ. 60. num. 46. & 47. lib. 4. vbi multis relatis, bene confirmat.

Præterea aſſerta bona fides dicti Secretarij Quintana eum non
224 excuſat, ex quo erat vir prudens, & ſagax (quales ſolent eſſe Secretarij ſuæ Maieſtatis) & non ſeruatis debitis ſolemnitatibus, emit rem minoris. Cacher. dict. deciſ. 160. num. 10. qui ait, talem emptorem non excuſari à reſtitutione fructuum ob bonam fidem, ex errore iuris cauſatam, ſecundum Aretinum conſ. 17. col. 8. verſ. præterea alia ratione, & Grammat. deciſio. 77. num. 7. & 8. & dictus Secretarius perſonaliter adfuit in ciuitate Valentiæ, vt conſtat ex leuamento, quod ipſemet fecit die 20. Martij 1528. fol. 342. & ex inſtrumento mandati, quod firmauit die 21. eiuſdẽ

menſis,& anni,fol.365.in d.ciuit.

Et quemadmodum Secretarius Quintana, emptor curiæ, tenebatur de fructibus perceptis, & qui percipi potuerunt, iuxta d.l.1.C. de fide inſtr. lib. 10. ita etiã tenetur ad eorũ reſtitutionẽ dictus Comes del Caſtellar,qui eſt illius hæres vniuerſalis,vt conſtat cum ſententia lata in curia Gubernationis Valentiæ 31. Ianuarij 1591. pro parte dicti Comitis in proceſſu exhibita die 3.Decẽ.1591.quæ eſt

225 in primitiuo fol.143.Et mala fides defuncti tranſit in eius hæredem vniuerſalem,l.cum hæres 11. ff. de diuer.& tẽp.præſcrip.Din.in reg. poſſeſſor.num.44.de reg.iur.in 6. & late probat Couar.in d.reg.poſſeſſor.2.par.§.9.num. 1. & ita voto omnium fuit deciſum per Rotam Auinionenſem,teſte Hieronymo Laurentio deciſione 15.num. 23.in fin.qui à nu.9.hunc 2.articulum late pertractat, & dicta deciſio finalis eſt in nouiſsima impreſſione.

226 Denique indubitatum eſt,ſaltẽ tales fructus,etiam ante litem perceptos,compenſandos eſſe,l.ſumptus 48.ff.de rei vendi.ibi: *Scilicèt ſi fructuum ante litem conteſtatam perceptorum ſummam excedat,etenim admiſſa compenſatione,&c.* l. emptor. 65.ff.eod.ibi:*Scilicèt ſi minus in fructibus ante litem perceptis fuerit.* Copus in tract. de fruct. lib. 1. titu.4. cap.7.num.4.tom.17. tract. nouiſ. fol.246.pag.2.vbi per errorem tipographi cap.7. inſcribitur,quod vere eſt cap.2. Couarr.lib. 1. var. cap.8.num.4.Menochius de recuper.poſſeſ.remed.15.num.598.& 600.Capic.deciſion. 93.num. 12. Socin.Iun.conſil.182. num. 34. & 35.lib.3. Garcia de expenſis, cap. 23. num. 55. qui duo hanc ratio-

227 nem reddunt:nam hos fructus non lucratur poſſeſſor de rigore iuris, cùm dominus non ſit, ſed propter æquitatem, ratione bonæ fidei: & ita eadem æquitate,dicendum eſt, debere eos compenſare.Et ita fuit iudicatum cum ſupra dicta Regia ſententia, lata in fauorem dicti Iacobi Puig, & contra Ioannem Fredeuila,referente Domino Doctore Nuñez, tunc cauſæ Auditore, & poſtea Regente huius S. S. R. Conſilij, publicata per Alreus die 1. Decembris 1589. ibi: *Ad reſtitutionem fructuum per eum perceptorum, & qui percipi poterant ex dictis bonis, hoc videlicet modo, quòd dictos fructus, ſeu eorum valorem teneatur imputare in ſortem, ſeu exonerationem ſui crediti.* Et cum pars aduerſa prætendat, ex dicto pretio redemiſſe cenſualia,ad quorum ſolutionem ſucceſſor in dicto maioratu erat obligatus, ſi & vbi de hoc conſtet, & quòd dicta ſolutio fuerit verſa in vtilitatem huius partis, cùm dicta cenſualia ſint redempta, Doctor Tallada erit debitor pecuniæ ſolutæ, & valor fructuum ipſo iure compenſabitur cum dicta pecunia proprietatis cenſualiũ,l.ſi conſtat C.de cõpenſat.cuius verba ſunt: *Si conſtat pecu-*

8 *pecuniam inuicem deberi, ipſo iure pro ſoluto compenſationem haberi oportet ex eo tempore, ex quo ab vtraque parte debetur, vtique quoad concurrentes quantitates eiuſque ſolius, quod amplius apud alterum eſt, vſuræ debentur, ſi modo petitio earum ſubſiſtit.*

CAPVT VII. IN QVO oſtenditur, non poſſe compelli Doctorem Tallada, ante ſententiam deponere quantitates verſas per curiæ emptorem, in ſoluendo ære alieno fideicommiſſi inſtitutoris.

QVIA aduerſarius contendit, Doctorem Tallada agere non poſſe, ad reiuendicandum bona per curiam vendita, cùm eorum pretium ha-
229 ctenus non reſtituerit, dicendo, illud reſtitui oportere, antè quam ageret ad reſciſsionem cõtractus, etiam per viam nullitatis, cùm pretium in eius vtilitatem fuerit verſum, nimirum in luitionem, ſiue redemptionem cenſualium, quæ fideicommiſsi inſtitutor reſpondere tenebatur d. l. 1. C. de fide inſtrum. & iur. haſ. fiſ. lib. 10. quæ loquitur in bonis per curiã vẽditis, l. vtere 14. & l. ſi prædium 16. C. de prædi. minor. l. pen. §. fin. ff. de reb. cor. quæ iura loquuntur in bonis minorum ſine decreto alienatis, quorum pretium in vtilitatem minorum fuit cõuerſum: licèt enim dicta iura permittãt dictorũ bonorum vendicationẽ, dicunt tamen, pretium debere reſtitui, quod latè ſcripſerunt Hip. Rim. conſ. 5. nu. 71. & ſeq. vol. 1. Rolan. conſ. 7. nu. 3. lib. 3. & conſ. 60. nu. 31. lib. 4. Cephal. conſ. 207. num. 2. vol. 2. Idcirco obſeruandũ eſt, dictum Doctorem Tallada cũ ſupplicatione oblta die 13. Octobr. 1608. fol. 1213. par. 2. allegaſſe, hanc exceptionẽ eſſe dilatoriam, & opponẽdam fore ante litem conteſtatam. Secundò, eſſe de apicibus iuris, & non habere locum in Regno Valẽtiæ, in quo proceditur, ſola facti veritate attẽta. Tertiò, dictũ pretiũ imputãdũ eſſe cũ fructibus perceptis, & qui percipi potuerunt à die adeptæ poſſeſsionis per Secretariũ Quintana, quã compẽſationẽ oppoſuit. Itẽ quia aſſertũ creditũ, quantitatum, quæ dicuntur verſæ in vtilitatẽ minoris, eſt illiquidũ, & vbi non eſſet ſolutum ex fructibus, dictus Doctor Tallada iudicialiter ſe obtulit promptum, illud ſoluere. De his igitur replicationibus oppoſitis contra dictã exceptionẽ pretij non reſtituti ſigillatim videamus. Et circa primam obſeruandum eſt, dictã exceptio-
230 nem pretij nõ reſtituti dupliciter opponi poſſe, vno modo in vim dilatoriæ, dicendo venditorẽ agere non poſſe ad reiuendicãdum rem venditam, quia pretium non reſtituit. Alio modo in vim ſetentionis, dicendo, quod licet competat actio vẽditori ad recuperandũ rẽ nulliter venditã, & iuſte emptor ad illius reſtitutionem ſit condemnatus,

natus, ei tamen competit retentio rei emptæ, donec pretium eidem reſtituatur. Primo caſu indubitatum eſt, exceptionem eſſe dilatoriam, & opponendam eſſe ante litem conteſtatam, iuxta l. exceptionem, C. de exceptio. Item hæc ex-
231 ceptio pretij non redditi, prius quam fuerit actum, tanquam de apicibus iuris, non debet eſſe in cōſideratione in Regno Valentiæ, in quo proceditur abſque figura iudicij, ſola facti veritate attenta, iux. for. 5. & 6. de clam. nō mutan. ita in terminis Hippo. Rim. in d. conſ. 5. num. 73. volum. 1. vbi bene confirmat authoritatibus Baldi, Sali. Achi. Dec. Natæ, Gram. Neuiz. Alexand. Roland. & ibidē ſubiungit Riminald. num. 74. in ſuo caſu (ſicuti, & in noſtro) reum non excipere de pretio, ſibi non reddito, nec dicere ſua intereſſe, id ſibi reddi, immo verò negabat, id offerri poſſe, quia contractum omnino tuebatur, prætendendo, illum validum eſſe. Quod verò, replicando, per hanc partem fuit allegatum, dictum pretium imputandum eſſe cum fructibus, ſatis conſtat ex iuribus ſupra allegatis à num. 218. vſque ad num. 226. vbi Regiam ſententiam, & iura ad lit-
232 teram allegaui: Cùm igitur valor fructuum debeat cum pretio rei, per curiam venditæ, compenſari; oppoſita per hanc partem dicta compenſatione, remanet dictum pretium ſolutum, l. ſi peculium, §. 1. ff. de ſtat. liber. l. ſi debitor, ff. qui pot. in pigno. habe. & ita in execu-
233 tione inſtata virtute cenſualis, in quo quis iurauit ſoluere, poteſt opponi compenſationis exceptio, vt inquit Bellug. de materia cenſualium, rubrica quadrageſima prima, §. leges Regni, numero vigeſimo.

234 Præterea, cùm aſſertum creditum aduerſarij non ſit liquidum, ſufficit iudicialis oblatio, vt ſcribit Hyppolit. Riminaldus d. conſ. 5. num. 80. 81. 83. & 84. vbi inquit, quòd quando verbalis oblatio facta fuit in iudicio, habet vim realis oblationis, ita Bartol. in l. ſi rem alienam, §. fin. in fine. ff. de pigno. act. & in l. interdum, §. final. in fine, ff. de verbor. obligat. Et ſi, facta compenſatione cum fructibus dictorum fructuum, valor non ſufficiet ad reſtitutionē pretij ver-
ſi in vtilitatem minoris, tunc emptor habebit retentionem rei ſibi venditæ, donec dictum pretium ſibi fuerit ſolutum. Et ita intelligendus eſt text. in d. l. 1. C. de fide inſtrum. lib. 10. ibi: *Et id, quod ex cauſa debes exſolueris*. Competit enim retentio rei, donec pretium non ſoluitur, l. Iulianus, §. offerri, ff. de actio. empti. vt declarat Nata conſ. 631. num. 6. & num. 7. reſpondet, iura per eum allegata lo-
235 qui, quando contractus ab initio eſt validus, & agitur poſtea de eius reſciſsione: Tunc enim debet fieri oblatio pretij: ſecus tamen, quando cōtractus eſt omnino nullus, quia non fuerunt ſeruatæ debitæ

bitæ ſolemnitates, & Natam vbi ſupra, & alios multos refert, & ſequitur Don Garcia Maſtril. deciſione 13. num. 32. & 33. vbi inquit, ſemper fuiſſe conceſſam audientiam circà nullitatem, non ſolùtis interuſurijs, vt refert Milanen. deciſ. 7. lib. 2. & iudicauit Conſiſtorium ſacræ Regiæ conſcientiæ Regni Siciliæ bis, anno 1603. & ibidem Maſtril. num. 30. reſpondet, ſupra dicta iura per eũ allegata in eadem deciſione, num.
236 1. diſponentia, non poſſe quẽ vendicare bona vẽdita ante factam reſtitutionẽ pretij, intelligenda eſſe, quòd non poſsit conſequi poſſeſſionem, & nõ quòd agere nõ poſſet, ita probat Decian. reſpon. 32. num. 4. lib. 4. probando cum iuribus expreſsis, illud verbum, *Vendicare*, hoc denotare. Et ita ſæpius fuit iudicatum in Regia Audientia, & in hoc Sacro Supremo Regio Conſilio, permittendo agere ad reiuendicandum res nulliter alienatas ante reſtitutum pretium, vt cõſtat ex tenore ſententiæ latæ in fauorem Gabrielis Piquer, contra Franciſcũ Anyo, publicatæ per de Hona, die vigeſimo ſexto Septembris, milleſimo quingẽteſimo octuageſimo quarto, & alterius latæ in fauorem Iacobi Puig, contra Ioannem Fredeuila, publicatæ per Alreus die 1. Decembris 1589. & alterius latæ in fauorem Hieronymæ Auguſtinæ Francoli, & de Auſina, contra Auguſtinum Gari, publicatæ per Alreus die 20. Decembris 1606. quæ fuit cõfirmata in hoc S.S.R.C. die 7. Nouembris 1609. & alterius pub. in Regia Audientia per Alreus die 24. Septemb. 1586. in fauorem Ioannis Periz, & contra Honoratum Pujol, & cum alia pub. per de Hona die 17. Octobris 1586. in fauorem Hieronym. Poch, & cõtra Ioannem de Sempere.

CAPVT VIII. IN QVO oſtẽditur, alias exceptiones per aduerſarium oppoſitas nobis non obſtare.

NEque obſtat, quod vltimo loco aduerſarius allegat, ſententiam decre-
237 ti de vendendo, quamuis nullitates habeat, fore confirmandã per iudicem appellationis, conſtando de bono iure partis, iuxt. l. final. in §. fin. ff. quod met. cauſ. quam allegat Belluga, rub. 35. §. poſt militares, num. 33. verſ. Secundo caſu, vbi hanc videtur approbare ſententiam, & iuxta ea, quæ latè tradit Vant. in cap. fin. ſui tract. de nullita. num. 129. cum ſeqq. Ferret. conſ. 336. num. 2. lib. 2. Veral. deciſ. 150. 1. par. Michaël Ferret. in 3. par. obſerua. cap. 432. fol. 225. vbi dicit, ita iudicatũ in Regia Audientia Barchinonæ, & ita fuit iudicatum cum ſententia lata in Regia Audientia Val. in fauorem Ferdinandi Alonſo, & contra Marchionem Terrenouæ, pub. per Alreus die 20. Octobris 1595.

& cum alia ſententia lata in eadẽ Regia Audientia, in fauorem Saluatoris Nomdedeu, & contra Iacobum Piquer, publicata per eundem Alreus, die 16. Maij 1601. quæ ſunt in præſenti proceſſu, fol. 1042
238 pag. 2. cum ſeqq. Quia vnico verbo reſpondetur, omnium ſupradictorum, & aliorum, idem tenentium doctrinam procedere, quatenus quis damnũ non patitur, & non vltra: ita Bar. in d. l. fin. ff. quod met. cau. & probatur ex verbis illius legis, ibi: *Quòd ſi debitis ſatiſfecit ſimplici iuſſione, & non cognitione habita, quamuis non extra ordinẽ exactionem fieri, ſed ciuiliter oportuit: tamen quæ ſolutioni debitarum ab eo quantitatum profecerunt reuocare, inciuile eſt.* Nam in illa l. iuxta figurationem caſus poſitam à Viuiano. Titius pecuniam debebat, quam, iuris ordine non ſeruato, ſoluere compulſus fuit, & hoc caſu non reuocatur ſolutio, quia quantitas erat verè debita, & ſic euitabatur inutilis circuitus, fruſtra enim reuocaretur ſolutio, ſi incontinenti idem debitor ipſammet quantitatem eidem creditori ſoluere coge-
239 retur: ſecus tamen eſt, vbi verſatur intereſſe debitoris, veluti quòd eius bona, iuris ordine non ſeruato, fuerunt vendita, tunc enim licèt pecunia ſit verè debita, & ſoluenda creditori, antequàm reſtituat bona nulliter empta, tamen creditor, qui ſic nulliter emit, reſciſſa vẽditione, dicta bona cũ fructibus tenetur reſtituere, l. 1. C. de ſi d. inſt. & iur. haſ. fiſ. lib. 10. l. ſi cũ nulla 58. ff. de re iud. per quẽ text. inquit Bald. in d. l. fin. §. ſi quis id, quod, 2. lectur. ad med. quòd tenu-
240 ta data pro vero debito, iuris ordine prætermiſſo, non tenet, quam opinionẽ tenent Surd. & alij plures ab eo relati, in tract. de alimẽt. tit. fin. quæſt. 32. num. 47. & ibidẽ num. 42. eam aſsignat rationem, quia licet venditio facta fuerit pro vero debito, tamen poteſt intereſſe, quòd rem habeat, & pretium ſoluat, vt dicimus de minore, qui reſtituitur aduerſus venditionem rei, quam tunc vendere non erat expediens, ideò reſtituitur ad rem, licet non ſit læſus in pretio, l. ſi quidem 11. C. de præd. & alijs reb. minor. Bart. in l. ſi ſine, §. interpoſito, nu. 5. de adminiſtra. tutor. Sfortius Oddo de reſtit. in integr. quæſt. 57. art. 2. num. 8. 10. & 11. & probatur in l. fin. C. ſi aduerſus vend. & in foro 3. in rub. ſi tudor, o curador: Cum igitur in caſu noſtro nõ fuerit ſeruata forma tradita per foros Regni, quia bona non fuerunt ſubhaſtata, vbi ſita erant per 30. dies, quamuis vendita fuiſſent pro credito ſubſiſtenti, talis venditio eſſet annullanda, tanquàm facta contra fori formam, iuxta ea, quæ docet Innocen. in cap. ex ratione, nu. 1. de appellat. quem refert, & ſequitur Cacheran. deciſ. 34. num. 5. & 6. & num. 27. refert, propterea Senatum cenſuiſſe, geſta executoris inualida eſſe, tenutam, ſiue poſſeſsionem

nul-

liter datã, hæredemq; grauati mittendum eſſe in poſſeſsionem bonorum fideicommiſsi, & conſequenter ſorores eſſe compellendas ad reſtitutionem dictorum bonorum, cum fructibus perceptis à die poſſeſsionis, nulliter datæ, & poſteà eidem fructibus reſtitutis, ipſas ſorores eſſe mittendas in poſſeſsionem dictorum bonorum recadentium in fideicommiſſo. Et ſic iudicauit Senatus Pedemõt. quòd licèt fideicommiſſarij bonũ ius fouebant, tamen quia, non ſeruato iuris ordine, & ſic nulliter aſſequuti fuerant poſſeſsionem dictorũ bonorum, dicta tenuta nulliter data non debebat confirmari, ſed ante omnia mandauit eam reuocari, & bona reſtitui ſimul cum fructibus. In fortioribus terminis hoc fuit declaratum in Regia Audientia Val. ſententia lata, in fauorem Dõ Onufrij Benedicti Sans, contra Domnã Annam Sans, public. per Alreus die 23. Februar. 1588. vbi cùm quædam cenſualia per curiã fuiſſent vendita pro credito ſubſiſtenti, & iuſto pretio, quia denariũ pro denario data fuere: Tamen ex quo nõ fuerunt ſubhaſtata per tẽpus, à foro introductum, fuit decretum de vendendo nullum declaratum, & idem fuit declaratum in hoc S.S.R.C. ſententia publicata per Petrum Franqueſa die 10. Septembris 1576. in fauorẽ Martini Ferrandis, & contra Franciſcum Saſo, & Franciſcum Ramon, reuocando decretum de vendendo prouiſum in Regia Audientia verbali, non obſtante, quòd fuerat factũ pro credito ſubſiſtenti, quia

241 erat nullum in ritu. Et licèt verum ſit, quòd vbi ſententia patitur aliquas nullitates ſanabiles, quæ per iudicem appellationis ſanari poſſunt, ſi iuſta ſit, non obſtantibus nullitatibus confirmari poteſt per iudicem, ad quem fuit appellatũ, veluti ſi lata ſit, non cõcluſo proceſſu, vel non citata parte ad ſententiam: tamen quando talis ſententia peccat in forma, quia non fuit obſeruatus ordo ſubſtantialis traditus à iure pro forma, quia nullitas non ceſſat, non poteſt per iudicem appellationis confirmari. Ita Alexand. omninò videndus conſ. 53. num. 13. cum tribus ſeqq. 5. vol. & ibidem num. 15. poſt Baldũ in l. 2. 14. quæſt. C. de reſcind. vendi. ſubdit, quòd non habet locum l. Titianus, ff. quod cum eo, quando proceſſus eſt ineptus, & ideò, inquit, volunt Doctores, maximè Abb. modernus in cap. cum dilecti, de emptio. & venditio.

242 quòd licèt vbi proceſſus fuit validus, & ſententia nulla, iudex appellationis poteſt illam confirmare: ſecus ſi proceſſus fuit nullus, quia tunc non poteſt ſententiam confirmare, iuxta text. in d. cap. cũ dilecti: & ratio euidens eſt, quia quando ſentẽtia nulla ex defectu, qui poteſt ſanari, pendet in gradu appellationis coram iudice ſuperiori, tales nullitates coram eo ſanantur, & cùm ſententia, quoad

merita

merita cauſæ, iuſta ſit, meritò confirmatur, veluti lata fuit ſententia abſque cõcluſione in cauſa, & ex hoc fuit nulla, poſteà coram iudice appellationis concluditur in cauſa, meritò, ſi bonum ius fouet pars, quæ obtinuit, debet per iudicem appellationis talis ſententia confirmari. Et hoc eſt, quod inquit Ferret.d.conſ. 336. num. 1. in fin. practicari in Romana Curia, exceptis illis tribus nullitatibus, ex defectu mandati, iuriſdictionis, &
243 citationis. At verò quando concurrit defectus formæ non ſeruatæ in executione, veluti quòd res immobilis comprehẽſa in ſententia decreti de vendendo non fuit ſubhaſtata per tempus 30. dierum, pro forma præfixum in foro 10. de euictio. nullatenus poteſt dicta ſententia decreti de vendendo confirmari, licèt talis res vẽdita eſſet pro credito ſubſiſtenti, cùm dicta ſubhaſtationis forma deficiat, qua nõ interueniente, ſemper venditio curiæ erit nulla, vt circa dictam nullitatem ſubhaſtationis dixi nu. 70. & 71. Et ſi benè cõſiderentur omnes Doctorum deciſiones, & ſententiæ de hoc articulo tractantes,
244 in hoc conueniunt, quòd ſi nullitas non poteſt ſanari per iudicem appellationis, etiam ſi ſententia alias iuſta ſit, nullatenus poteſt per iudicem ad quem confirmari, ſed ſemper remanet nulla, vt in exemplo ſubhaſtationis nuper propoſito. Quibus ſic ſtantibus, non ob-
245 ſtat l. fin. in §. fin. ff. quod metus cauſ. nam vt ibi inquit Bald. ibidẽ interuenit factum partis, & conſenſus in trãslatione dominij: vnde, inquit, non erat ibi executio ſolius iudicis: innuendo, quòd ſi tantum interueniret factum iudi-
246 cis, ſecus eſſet. Sed ego amplius ſentio, quòd etiam abſque conſenſu partis procedit diſpoſitio illius text. quia ibi non agebatur de reiuendicando rem nulliter vẽditam, ſed de retractando ſolutionem pecuniæ veræ debitæ, in qua retractatione nullũ verſabatur intereſſe debitoris, cùm eandem pecuniã ſoluere in continenti, compellĩ poterat: & ſic inanis circuitus euitabatur. Secus tamen eſt, quando agitur de annullanda venditione rei fructiferæ, in qua maximũ verſatur intereſſe debitoris. Tum propter recuperationem ipſius rei, & fructuum, quos conſequitur, vt latè oſtendi ſupra num. 218. Tùm propter valorẽ rei immobilis venditæ, quia ſæpiùs multum intereſt, bona pretioſa, quorũ valor in dies augetur, non alienare, ſed in pecunia debitum ſoluere, & ſi neceſſe fuerit, cenſum, ſiue annuum redditum ſuper tali re immobili vendere, vt ex pecunia, ex pretio illius cõparata, creditori ſatisfiat, quod expreſsè declarauit hoc S.S.R.C. ſententia lata in fauorem Gregorij Torres, publicata per Petrum Nauarro, die 16. Maij 1587. vt enim experientia docuit, oppida, ſeu loca, quæ quinquaginta annis retrò valebãt decem millia, hodie valent

247 valet ſexaginta millia. Neque obſtat doctrina Bellug.rub.35.§.poſt militares nu.33.verſ. Secundo caſu, licet corruptè typis mandata reperiatur, nam ibidem Belluga idem tradit, quod Bart. in dict.l. fin.in §.fin.quod metus cauſ. nimirùm reſcindi, quatenus quis damnum patitur, & non vltra, vnde verba Bellug.ita legenda ſunt. *Aut executionem paſſo nihil abeſt, ſed ſequuta fuit liberatio, & tunc executio non debet retractari. l. ſi.in §.ſi. quod met.cauſ.aut executionem paſſo aliquid abeſt, & tunc debet retractari, quod factum eſt, vt ff.de re iudi.l.ſi cum nul*
248 *la.* Et ita legendo, benè quadrant doctrinæ a Belluga allegatæ, quæ contrarium probant eius, ad quod allegantur, legendo eius ſcripta, prout corruptè reperiuntur typis mandata. Porrò tradita a Vantio, à Veral.& à Michaële Ferrer in locis ſupra relatis nu. 237. & deciſa cum Regijs ſententijs ibidem allegatis cum ſupradicta diſtinctione facilè diluuntur, non enim loquuntur de confirmanda ſententia nulliter lata, in cauſa executionis, ob defectum ordinis iudiciarij, pro forma introducti, omiſſi, quæ nullitas ſanari non poteſt, ſed in ſententijs, quæ patiuntur nullitates ſanabiles, quæ in cauſa appellationis ſanatæ fuerunt. Denique obſeruãdum eſt, quòd etiam ſi Regia Audientia voluiſſet, iterum ſubhaſtari facere bona, nulliter per ſecretarium Quintana empta, & ſic ſanare hanc nullitatem in cauſa appellationis, confirmando dictum decretum de vendendo, per Gubernatorem prouiſum, anno 1528. ſub prætextu, quòd venditio facta fuit pro credito ſubſiſtenti, adhuc id facere non potuiſſet, quia data nullitate dictæ venditionis, & eius reſciſſione, in neceſſariam conſequentiã omnes fructus reſtitui debent domino rei nulliter venditæ, vt dixi ſupra nu. 218. & compenſari debent cum creditis, vt probaui nu. 226. vbi oſtendi, credita remanere extincta, facta dicta cõpenſatione: & ita cùm non ſubſiſtat creditum, non poſſent hodie dicta bona per curiam vendi, nec minus dicta venditio nulliter facta confirmari.

Nec etiam obſtat exceptio præſcriptionis per aduerſarium oppoſita. Quia primò reſpondeo, dictũ Ioannem Tallada patrem d. Doctoris Tallada, per mortem Ioannis Tallada primi hæredis, iure maioratus in dictis bonis ſucceſſiſſe, & ita vita primi hæredis durãte, agere non potuiſſe, & perconſequens ei præſcriptionem non cucurriſſe, quia impedito agere iuris
249 impedimento, non currit præſcriptio.l.1.C.de annali exceptione.l. Atilicinus.ff. de ſeruitu. vrb. præ. Item cùm ſucceſſor maioratus ad diem certam, non ante vocatus ſit, non incepit contra eum currere, l. cùm notiſſimi §. illud C. de præſc.30.annorum, vbi dicitur, quòd vbi contractus ad diem certam celebratus eſt, ante diei euentum nõ currit

currit pręſcriptio in perſonali,vel hypothecaria,& Saly. in d.l. cum notiſsimi n.10.ex illo tex.hoc expreſſe notat,& num.11.ſubiungit, quòd non valenti agere non currit præſcriptio. Et probatur

250 eadem ſententia in l. fin. §. ſed quia noſtra maieſtas, & §. ſin autē C. communia deleg.vbi eſt caſus, quòd res,quæ eſt ſubiecta reſtitutioni purè, vel ad diem certam, non poteſt alienari,& ſi alienetur, non trāſfertur dominium, & ille, cui veniebat reſtituēda, poteſt illā petere, adueniente die, præſcriptione non obſtante, nullo obſtaculo ei à detentatoribus opponendo, vt ſunt verba tex. in d. §. ſin autem in fine.Et hanc ſententiam, ſcilicet præſcriptionem etiam longiſsimi temporis non currere cōtra ſucceſſores in fideicommiſſo, ſeu maioratu, tenuerunt Pau. Caſtrenſ. conſ.467. incip. in caſu præmiſſo num.2.& 3. lib. 2. Suarez alleg. 3. vbi bene confirmat Dec. conſ. 445.num.47. Crot. in l.filius familias §. diui num. 146. deleg. 1. vbi Ripa, num.116.& Loazes 161. Alciat. num.48. Et communiter ſcribentes. Id notat Curt.Iun. conſ. 81. num. 5. & in fine eiuſdem conſilij, Rube. conſ. 84.nu.6.Pariſ.conſ.23. num.199. idem in c.cum non liceat num.18. in fine de præſcrip. Pinel.qui plura refert, dicens hanc eſſe communem opinionem in d.authent. niſi tricennale num.49. iterum nu.55. in princ.Tametſi ſtatim eod.num. contrariam opinionē,immo,quòd præſcriptio longiſsimi temporis aduerſus omnes maioratus ſucceſſores, tam natos, quam naſcituros extendatur, probare tentauerit. Sed cōmunem opinionem ſequutus fuit Ant.Gabr.lib.5.com. opin. tit. de præſcrip. concl. 13. n.11.vbi limitat, quod dixerat,n.9 dicendo,dictam pręſcriptionē lōgiſsimi temporis non operari in præiudicium illorum,quibus nōdum erat apertum fideicōmiſſum, & num.13. ait,d. præſcriptionem non obeſſe alijs de familia, quibus non cōpetebat ius reuocandi alienationem, tempore quo fuit facta alienatio,& plures eandem ſequentes refert; illamquè in Hiſpanorum maioratibus loquētes,probant Gregor.in l.10.tit.16. par.4. ver. *No le empece.* col. 8. verſ. ſic ſecundus caſus. Ant. Gom. in l. 40. Tauri num.90. verſ. quod tamen ſubintellige, Anton. Gamma deciſ.93.num.3.par.1. & Pinelum reprehendens Menchaca de ſucceſsion. creat. §.26. num.131. & nouiſsime Molin. ſuperiores allegans de Hiſpan.Primog.lib.4. cap.10.num.3. eam dicit proculdubio veram, & communem opi-

251 nionem,& ſecundum hanc fuit iudicatum per Rotā Auinionenſem teſte Hieronymo Laurētio deciſ. 215.num.fin. quę eſt finalis in deciſionibus d. autoris nouiter impreſsis. Iuxta eandem fuit iudicatum in Regia Audientia Cathaloniæ anno 1605. referente D. Sal-

uatore Fontaneſ, vt teſtatur Cancer.lib.3.var.c.3.num.26. & in R. A. Val.in fauorē Comitis de Alaquas, ſententia publicata per don Ioannem Daza die 28. Ianuarij 1610.

252 Secundò reſpōdeo, quòd poſſeſſor malæ fidei nullo tempore præſcribit, regula poſſeſſor, de reg.iur. in 6.& late probat Surd. conſ.28.num.68. cum plurib. ſequent.lib.1. ſed Secretarius Quintana, qui per curiam emit dicta loca de Manuel, Roſeta, & Rafalet contra iura,& non ſeruatis iuris ſolemnitatibus, fuit malæ fidei poſ-

253 ſeſſor,c.qui contra iura 86.de reg. iur.in 6.l.1.C.de fide inſtr.lib.10. ibi: *Reſciſſa venditione mala fide facta*, iuncta ibi gloſ. verbo, *mala fide*, & eſt in mala fide, qui emit ab eo, quem ſcit vendere non poſſe, for.3.de rciuendica. Ergo dictus Secretarius Quintana nullo tempore potuit præſcribere, nec eius hæredes vniuerſales, qualis eſt Comes del Caſtellar,quia mala fides tranſit in hæredem. l. cum hæres 11. ff. de diuerſ. & tempo. præſcrip.& late dixi ſupra n.224. & 225. vbi etiam probaui, dictum Comitem eſſe hæredem vniuerſalē dicti Secretarij don Petri Quintana,& cum aduerſarius vellit, ſe iuuare titulo vitioſo venditionis curiæ, quem produxit, etiam ſi poſſediſſet per tempus immemoriale, nō poſſet ſe iuuare præſcri-

254 prione immemoriali,quæ nō procedit, quando producitur titulus vitioſus, vt docent Crau. & alij ab eo relati de antiq. tēpo. 4. part. §.abſolutis,num.60. lib.17. tract. nouiſ. fol. 164. Menoch. & alij, quos citat,de præſumpt.lib.3.præſump.131. num.49. & alij multi, quos refert,& ſequitur Cancer.lib. 3.var. cap.3. de priuil. num. 124. & ita fuit deciſum in Rota Rom. teſte Æmilio Veral. Caputaquen. deciſ. 304. 3.part. & cū mala fide etiam immemorialis præſcriptio non procedit, Molin.de Hiſp.primog.lib.2.cap.6. nu.67. qui alios allegat: Ergo à fortiori nec poſſeſsio longiſsimi temporis.

Tertiò non obſtat exceptio rei iudicatæ reſultantis ex ſententia decreti de vendendo dictorum bonorum:cum enim nulla ſit, iuxta ea, quæ latè dixi cap. 3. per totū, non poteſt dici ſententia for.6. de execut. rei iudi. ibi: *Que per dret no valla, ne deja eſſer dita ſentencia*, vnde eleganter dicebat Pinel. in l.1.

255 C.de bonis mat. 3. part. num. 50. verſ.limitò ſextò,quando ſententia ex aliquo defectu poteſt oſtendi nulla, ſemper eſt admittendus ſucceſſor ſuccumbentis, cum talis ſententia ob nullitatem careat nomine rei iudicatæ l.4. §. condemnatū ff.de re iud.l.1.ad fin.ff.quod quiſque iuris,& hoc caſu neceſſaria non eſt appellatio l.1. ff. quæ ſententiæ ſine appellat.reſcin. l.1. C. quan. prouo. non eſt neceſ. & ſubiungit Pinel. quòd ſi poſt ſententiam nullam trāſierint 30.anni, non audietur condemnatus obijciens

ciens nullitatem, tanto enim tempore præſcribitur ius obijciendi nullitatem, ſaltem agendo, ea tamen præſcriptio non nocebit ſucceſſoribus ſuccumbentis, quia tunc non datur vigor rei iudicatæ ex ſententia, ſed ex præſcriptione, quæ non ita nocet ſucceſſoribus, ſicut poſſeſſori. Et exceptionem rei iudicatæ, virtute ſententiæ latę cũ poſſeſſore maioratus, nõ poſſe allegari contra ſucceſſorem, quando ſententia lata fuit contra abſentem contumacem, in terminis tradit Pinel. d. num. 50. in fin. verſ. vndecima limitatio. Quod bene confirmat argum. l. ſi ideò. ff. de euict. l. qui repudiantis §. fin. ff. de in offic. teſtam. Bart. in l. in genuum in p. oppoſ. ante num. 1. ff. de ſtatu hominum, ibi: *Aut aduerſarius eſt præſens tempore ſententiæ, aut abſens: primo caſu facit ius inter omnes, vt hic: ſecũdo nõ vt in cõtrario.* Hinc dicebat Couarr. in pract. quæſt. cap. 15. num. 4. poſt med. non obſtãte rei iudicatæ exceptione, poſſe legatarios agere contra victorẽ ad legata, vbi ſententia lata fuit contra contumacem. Cùm igitur curator dicti minoris, nec per ſe, nec per ſuum procuratorem interuenerit in prolatione dictæ ſententiæ decreti de vendendo, ex ea nõ

256 poteſt allegari res iudicata. Et quod vbi poſſeſſor maioratus cum aduerſario colludit, ſeu in lite ipſa negligenter ſe gerit, tunc ſentẽtia cum eo lata non nocet ſucceſſori: quod innuit Couarru. d. numero 4. prope fin. Et in propijs terminis ſcribunt Molin. de Hiſpan. primog. lib. 4. cap. 8. num. 7. & Pinel. in l. 1. C. de bonis mat. 3. part. num. 50. in 4. limit. Petra de prohibit. aliena. q. 8. nu. fin. poſt med. verſ. 3. declaratur, pag. 95. in fin. cum ſequent. Intrigli. in tract. de ſubſtit. cent. 3. q. 73. nu. 125. pag. 188. vbi dicit, communem, & refert innumeros huius ſententiæ authores, quos vide. In caſu autẽ noſtro interuenit colluſio, vt probaui ſupra n. 168. Et ita d. ſententia Doctori Tallada ſucceſſori in d. maioratu non nocet, l. ſi ſeruus plurium 50. §. 1. delegatis 1. ibi: *Si hæreditatis iudex contra hæredem pronuntiauerit, non agentem cauſam, vel luſoriè agentem, nihil hoc nocebit legatarijs.* Cùm igitur legata, & fideicommiſſa ſint per omnia exæquata, l. 1. ff. de leg. 1. diſpoſitio d. tex. loquens de legatarijs procedit in fideicommiſſarijs: maximè cum eadem militet ratio. Et Bart. in d. l. ſi ſeruus plurium §. 1. nu. 1. ait, ſententiam latam contra hæredem, cui poteſt imputari aliqua culpa, non præiudicare legatarijs. Culpa autem, inquit, eſt, ſi non appellauit, ſi iuſtè potuit, vt hic.

Item reſpondeo, d. ſententiam non tranſijſſe in rem iudicatam, quia ab ea fuit appellatum ab eodem Ioanne Tallada minore facto maiore, ſtatim atque ad eius notitiam peruenit, nimirum die 11. 257 Auguſti 1581. & ſic intra decem dies, qui currunt à die notitiæ explicitæ,

plicitæ, in quo quis ſciuit, ſe grauatum, c. concertationi 8. iuncta gloſſa verbo, *ſciuerit*, de appellat. in 6. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ. 26. nu. 20. 1. par. vbi ait, quòd non ſufficit habere notitiam ſententiæ, ad excludendū aliquem à remedio appellationis, ſed eſſe neceſſariū, vt habeat ſciētiā tenoris ſentētiæ, & præſumi ignorātiā.

Nec obſtat, quod per aduerſa-
258 riū allegatur, dictā appellationē eſſe deſertam, ex quo Ioānes Tallada primus hæres appellans nō exhibuit integrum dictum primitiuum proceſſum, nec Doctor Tallada, qui in dicta cauſa ſe oppoſuit, ſeu immiſcuit, & eam proſequutus fuit. Namque obſeruandum eſt, tempore dictæ oppoſitionis, ſiue immiſcuitionis, iam eſſe præſentatum dictum primitiuum proceſſum integrū per dictum Comitem del Caſtellar appellatum, & ita non poteſt prætendi deſertio. Ratio enim finalis exhibendi primitiuum proceſſum integrum ceſſat in hoc caſu, cum iam ſit exhibitus, & iudex poſsit plenè, & diſtinctè videre, an benè, vel malè, & nulliter fuerit iudicatum per iudicem à quo, faciunt tradita per Ferrarien. in Praxi in forma libel. appellat. à diffin. in verb. *& in quantum ſit aliqua*, num. 6. verſ. Secundo caſu, vbi ait, quòd vbi vnus ſolus proſequitur appellationē, videlicet appellans, aut appellatus, tenetur acta, & formalia proceſſus producere, aliter facile iudex ignoraret, quid, & qualiter confirmari, vel infirmari deberet; arg. l. præcipimus C. de appel. & ita cum Comes del Caſtellar appellatus, cuius intereſt d. ſent. decreti de vendendo confirmari, & ideò d. appellationis cauſam proſequitur, acta, quæ, prætendit, eſſe partem primitiui proceſſus, produxerit, euitatur deſertio; cum iudices huius cauſæ cū illis poſsint declarare ſuper meritis iuſtitiæ originalis, & ita dicit Surdus deciſ. 327. num. 5. ad fin. li. 2. deciſum fuiſſe in Senatu Mantuano in caſu, quo appellans prætēdebat, appellationis cauſam non fuiſſe iuſtificatam ab aduerſario, & ita deſertam, & num. 9. ſubiūgit hæc verba: *Tertio certum eſt, quòd aduerſarius poteſt vti iuribus productis ab altera parte, ſecundum glo. in l. 1. §. editiones ff. de eden.*

Item aduerſarius poteſt vti iuribus productis ab altera parte, ſecūdum glo. in l. 1. §. editiones ff. de eden. & eam ſequūtur DD. omnes, præcipue Iaſ. nu. 12. cui nemo cōtradicit, vt inquit Surd. d. deciſ. 327. num. 9. lib. 2. vbi ait, hanc opinionem eſſe veriſsimam, quando altera pars proteſtatur, ſe quoque velle inſtrumento pro ducto vti in partibus ſibi vtilibus, vt Doctor Tallada fecit cum ſup. obla. die 13. Octob. 1608. fol. 1213. quia tunc productio aduerſarij ei proderit. Et in eadem deciſ. per totam late probat, & n

fin. prope fi. inquit, productionem factam per alteram partem alteri prodeſſe:& hác ſent.ample ctendā maximè eſſe inSenatu,qui iudicat ſola factiveritate inſpecta

259 Propterea obſeruandum eſt, quòd de iure ille, qui eſt originaliter actor in cauſa, tenetur exhibere primitiuum proceſſum,ſiue ſit appellans, ſiue ſit appellatus, vt poſt Spec.in tit. de ſent. §. fin. num. 17. in verſ. ſed nunquid,& alios, quos refert, tradit Guido Papæ q. 20. & ibi addit.Bald. in addit.ad Spec.tit.de appel. §.12. in 2.addit.in 7.col.verſ.quæritur quis debet probare, idem Bald. in l.hi qui n.3.C.de appel.Surd.
260 d.deciſ. 327.num.3. Et licet per for. 40. de appel. hoc videtur prima fronte immutatum, illius tamen diſpoſitio tantum procedit reſpectu proceſſus, in quo appellans fecit partem, vt patet ex illis verbis, *los proceſſos del pleyt en los quals haura feit part.* Et ita fuit declaratum in R.Aud. cum duabus Regijs prouiſ. public. per Deona, altera die 17.Apri.1591. in fauorem Vincentij Barata, altera vero die 7. Auguſt. d. anni 1591. in fauorem don Vincentij Sentis. Vnde cùm Ioannes Tallada iunior, nec Doctor Tallada eius filius, non fecerint partem in d.cauſa execut. in qua fuit factum decretū de vendendo, quod per appellationem pendet, non tenebantur exhibere primitiuum proceſsū cauſæ execut. & ita ſub prætextu, quòd illum non exhibuerint, non poteſt prætendi d. cauſa appellationis deſerta. Ex quibus omnibus declarādum eſt in fauorem huius partis. Et ita ſentio, ſalua correctione huius S.S.R. Conſilij, cuius cenſuræ, hæc omnia libenter ſubijcio.

In hac cauſa in gradu ſupplicationis fuit lata ſententia in Sacro Supremo Regio Aragonum Conſilio tenoris ſequentis.

Q*VIA ex meritis proceſſus cōſtat, Ioannem Tallada antiquiorem in ſuo vltimo teſtamento, condito die decima quinta menſis Octobris, anni 1517. apud Auſiam Coſta notarium publicū ciuitatis Satabis, heredē ſuum vniuerſalem primo loco, & gradu inſtituiſſe alium Ioannē Tallada ſuum, ex Ioanne Franciſco Tallada filio, nepotem, eidemque, ſine filijs legitimis, & naturalibus decedēti ſubſtituiſſe alios nepotes ſuos ſuperſtites, nequaquam religioſos, de vno in alium vſque ad vltimum morientem maſculum, & non extantibus nepotibus, vocaſſe pronepotem ſuum maſculum (ſi quis eſſet) ex neptibus ſuis, ſororibus dicti heredis, qui aſſumere teneretur nomen, & cognomen,* Ioannis Tallada, *& arma, ſeu inſignia teſtatoris. Quòd ſi nepotes maſculi, nec filij maſculi ex neptibus ſupereſſent, diſpoſuiſſe, totam hereditatem, & bona ſua peruenire debere ad proximiorem maſculum ſuæ parentelæ: primùm ad eos, qui fuerint nominis,* de Tallada, *(huiuſmo-*

(*huiuſmodi autem non extantibus*) *ad alios, qui pariter cognomine, & armis teſtatoris vti tenerentur, & poſt alia tandem ſubijciſſe, velle ſe, vt loca ſua de Manuel, Roſeta, & Rafalet, & hoſpitium, ſiue*, meſon, *tunc nuncupatum*, de Enoua, *ſeu*, Faldeta, *nunc de Manuel, ac ædes ſita in ciuitate Satabis, in quarum ianua ſculpta cernebantur inſignia gentilicia ipſius teſtatoris, non exirept, nec exire poſſent à nomine*, de Tallada, *iubendo, quòd conſeruarentur, ac propterea expreſsè prohibuiſſe, loca, hoſpitium, & ædes, de quibus ſupra, per hæredem ſuum, vel alios poſt eum venturos vendi, vel in alium quemcunque alienari, volendo, vt ſemper remanerent in nomine*, de Tallada, *parentelæ ſuæ, modo ſupradicto: pro vt in dicto teſtamento, ad quod habetur relatio, hæc & alia diffuſius exarantur. Ex quibus conſtat, per dictum teſtatorem, vtentem verbis prædictis, tractum temporis in futurum, & perpetuitatem importantibus, inductum fuiſſe abſolutum agnaticium fideicommiſſum perpetuum, quo ad dicta loca de Manuel, Roſeta, & Rafalet, hoſpitiumque præfatum, ac ædes* (*bona ſua pretioſa*) *quæ nedum alienare prohibuit, verum in nomine*, de Tallada, *parentelæ ſuæ ſemper eſſe, & manere expreſſè diſponit, & conſtat, mortuo teſtatore, hæredem primo gradu inſtitutum illius hereditatem adijſſe, ac poſſediſſe, & litem hanc dicto nomine intentaſſe, & poſtea, nullis relictis filijs, vel alijs deſcendentibus maſculis, deceſiſſe, ſuperſtite ſibi alio Ioanne Tallada, filio legitimo, & naturali Ludouici Ioannis Tallada, etiam nepotis dicti teſtatoris, fratriſque hæredis prædicti, primo loco inſtituti, ad quem, vt pote deſcendentem maſculum teſtatoris, per rectam lineam maſculinam, & tanquam hæredi grauato proximiorem de parentela, & nomine*, de Tallada, *ſpectarunt in vim dicti fideicommiſsi, loca prædicta de Manuel, Roſeta, & Rafalet, & hoſpitium tunc nuncupatum*, de Enoua, *ſeu*, Faldeta, *nunc*, de Manuel, *qui nomine prædicto cauſam hanc reiuendicationis dictorum locorum, & aliorum bonorum proſequutus fuit, quouſque per ipſum, & Ludouicum filium ſuum iuribus ſuis prædictis fuit renuntiatum, inſtrumento confecto die ſeptima Aprilis, anni M. DC. Penes Ioachimum Vañon de Eſlaua, auctoritate Regia notarium publicum Regni Valentiæ, qua renuntiatione media, & alia, locus factus fuit, in ſucceſione dicti fideicommiſsi, Doctori Antonio Ioanni Tallada, filio legitimo, & naturali proximè dicti Ioannis Tallada, & dicti Ludouici renuntiantis fratri, & ſic proximiori maſculo teſtatoris, vt dictorum hæredis grauati, & primi fideicommiſſarij, & nominis, & parentelæ dicti teſtatoris. Conſtat inſuper, nobiles Ioannem Petrũ, & Franciſcum Quintana fra-*

tres, contra quos fuit inchoatum iudicium & poſt eos egregium quondã Ludouicum del Caſtellar, Quintana, & de Villanoua, Comitem del Caſtellar ſeniorem, contra quem fuit proſequutum, poſſediſſe, Egregium Ludouicum del Caſtellar, Quintana, & de Villanoua, etiam Comitem del Caſtellar, iuniorem, & ſeu egregiam Domnam Angelam de Zanoguera Comitiſſam del Caſtellar, illius matrem, & tutricem, ſeu curatricem, contra quos lis continuatur, poſſidere loca prædicta de Manuel, Roſeta, & Rafalet, & dictum hoſpitium, ſiue, meſon, *olim nuncupatum*, de Enoua, *ſeu*, Faldeta, *nunc*, de Manuel, *cum eorum pertinentijs: Et licet conſtet, inſtrumento recepto per tunc ſcribam curiæ generalis Gubernationis noſtri Regni Valentiæ citra Sexonam, die vigeſima quinta Ianuarij, anni Milleſimi quingenteſimi, vigeſimi octaui, de quo fidem facit Ludouicus Ioannes Serra notarius eiuſdem curiæ ſcriba, tunc Viceſgerentem noſtri generalis Gubernatoris in dicto Regno, inſtantibus Bartholomeo Garcia not. procuratorio nomine nobilis Mariæ de Centelles, & Borja, & alijs creditoribus, tàm teſtatoris, quàm hæredis primo grauati ſupradictorum vi, & diſtrictu ſuæ curiæ vendidiſſe, & titulo venditionis conceſſiſſe publico encantu (vt ibi aſſeritur) & proceſſu præeuntibus, pretio nouem mille, quadraginta librarum monetæ tunc currentis, Regni Valentiæ, Ioanni Bota, auri curſori, vt pote plus danti, & offerenti, dicta loca de Manuel, Roſeta, & Rafalet, & hoſpitium vocatum*, de Manuel, *ac alia bona, in eadem venditione latius deſignata, qui ſiquidem emptor poſtea, ſe contraxiſſe, declarauit, ad opus, & vtilitatem Iacobi de Arauiano, qui etiam ſe prædicta emiſſe ad opus, & vtilitatem nobilis Petri Quintana, Secretarij Cæſareæ, & Regiæ Maieſtatis Caroli Quinti, Imperatoris, & Regis, patris dictorum fratrum Quintanas, confeſſus fuit: Attamen per dictos actores plures oppoſiti fuerunt nullitatis defectus contra dictam venditionem, & à decreto de vendendo, in cuius vim ſequuta fuit, prouocauit, ſeu appellauit idem Ioannes Tallada hæres primo gradu inſtitutus, ſtatim atque (vt aſſeritur) ad ſui notitiam decretum ipſum peruenit, & nihilominus, tàm per eum, quàm alios, qui cauſam proſequuti fuerunt, prætenſum, & deductum extitit, negligentiam, & culpam, quinimo &, vt ipſi affirmant, colluſionem dicti Ioannis Franciſci Tallada, patris, & tutoris, ſeu curatoris dicti hæredis, cum quo proceſſus executionis, in cuius vim fuit ſequuta venditio, extitit actitatus, non potuiſſe nocere dicto hæredi, & minus alijs, ad fideicommiſſum prædictum vocatis, nec eis aliquatenus obſtare poſſe dictum decretum de vendendo, in vim rei iudicatæ, vel aliàs. Conſtat autem,*

quòd

quòd vbi cæteræ nullitatis exceptiones, ſeu replicationes, per actores propoſitæ, vel de iure nunquam proceſſiſſent, vel per temporis diuturnitatem, ſaltem concurrentibus alijs coniecturis, ſeruatæ fuiſſent, ob præſumptionem ſolemnitatum extrinſecarum, in venditione prædicta requiſitarum, vel aliàs, verùm ex actis cauſæ executionis euidenter apparet, proceſſum illius inchoatum fuiſſe aduerſus Ioannem Arias, & quoſuis alios poſſeſſores, ſeu detentores dicti loci de Roſeta, in quo, titulo ſingulari, ſucceſſerat eidem Arias Ioannes Tallada teſtator, & quòd quamuis poſtea, per dictum Garcia, dicto nomine, facta fuerit iudicialis oblatio, ſiue, offerta, comprehendens, nedum dictum locum de Roſeta, ſed etiam alia duo, nempe de Manuel, & Rafalet, ac Hoſpitium de Manuel, contra quæ etiam executio inſtari poterat, ſaltem in vim incarricamenti, ſeu adoçamenti, facti per Ioannem teſtatorem decenſuali, pro cuius penſionibus inſtabatur, & de alijs tempore, quo loca, & hoſpitium prædicta acquiſiuit, & prætendatur, bona omnia, in dicta oblatione, ſeu, offerta, comprehenſa fuiſſe per legitimum, & foridicum tempus ſubhaſtata, tàm in ciuitate Valentiæ, quàm Setabis: Attamen ex eiſdem actis conſtat, die vndecima dicti menſis Ianuarij, anni milleſimi, quingenteſimi, vigeſimi, octaui, per dictum Garcia, dicto nomine, præſentatam fuiſſe coram dicto Vicesgerente, ſeu illius Aſſeſſore quandam ſcripturam coaddendo dictæ oblationi, ſiue, offertæ, petit vendi, ne dum bona, per eum iam alias oblata, verum etiam alia, quæ nec explicitè in oblatione antea poterant comprehendi, præſertim terræ, olиueta, ac alia bona, quæ non erant pars, nec de pertinentijs dictorum locorum, & hoſpitij oblatorum, quinimo plura ex illis (vt etiam in ipſamet ſcriptura narratur, & ex proceſſu apparet) fuerunt ſeparatim, & diuerſo titulo acquiſita ab hæredibus Vincentij Ferrer, quibus ſtantibus, ſcriptura prædicta, nouæ vtique additionis, non autem declarationis eſt cenſenda, quantumuis pars inſtans executionem promiſcuè his verbis vſa fuerit, & per dictum Vicesgerentem, & ſeu eius Aſſeſſorem declaratio fuerit nuncupata, cùm potius rei veritas ſit inſpicienda, quàm verba, ex quibus conſequitur, conſtare ex oculari actorum inſpectione, de manifeſto defectu ſubhaſtationis bonorum, in dicta ſcriptura nouiter additorum, cúm impoſsibile ſit per rerum naturam, bona addita, & nouiter oblata dicta die vndecima Ianuarij, anni Milleſimi, quingenteſimi, vigeſimi, octaui, & vendita die vigeſima quinta eorundem menſis, & anni, & ſic, poſt quatuordecim dies à dicta additione fuiſſe ſubhaſtata per ſpacium triginta dierum, à foro pro forma ſtatutum, qua exiſtente impoſsibilitate, nulla poteſt in contrarium dari, nec admitti

mitti præſumptio, quinimo ex ea in totum corruit venditio: cùm decretum de vendendo, & forma per forum præſtituta indiuidua ſint, & ex conſequenti non poſsit venditionis actus ſuſtineri, etiam quo ad bona, per tempus competens, vt prætenditur, ſubhaſtata, præſertim cùm vno verborum contextu, & vnico pretio, bona omnia, in dicto inſtrumento expreſſa vendita fuerint, Ita vt correſpectiuum pretium non appareat, etiam bonorum, præcedente ſubhaſtatione foridica, (vt aſſeritur) venditorum: cum ſi integrum venditionis pretium inſpiciamus, pro omnibus bonis venditis fuerit conſtitutum, ſin autem partem, nulla poſsit certa pro bonis additis aſsignari: cum nec bonorum prædictorum aliqua præceſſerit æſtimatio: Quibus nequaquam officit, bona in, & cum dicta ſcriptura addita, vt pote non comprehenſa in dicto fideicommiſſo perpetuo, nequaquam ad dictum Doctorem Antonium Ioannem Tallada expectare, nec ipſi in eiſdem ius aliquod competere. Cùm & actio ad impugnandum totam venditionem, præuia de cauſa, fuerit, quo ad omnia bona in ea contenta, dubio procul radicata in perſona Ioannis, primo loco inſtituti, à quo ad alios, & ſequentes ad fideicommiſſum vocatos fuit deriuata, & etiam ſi ab initio diuerſis perſonis bona prædicta pertinuiſſent, nihilominus data connexitate, ſeu indiuiduitate actus, quilibet ad reſciſsionem, & annullationem venditionis, pro ſuo intereſſe, agere potuiſſet, & poſſet. His omnibus additur, in toto dictæ executionis proceſſu nihil fuiſſe per dictum hæredem grauatum, illiuſque tutorem, ſeu curatorem deductum aduerſus creditores inſtantes, cùm tamen plurima deduci potuiſſent, ad impediendam, aut ſaltem modificandam executionem, & venditionem prædictas, & obuiandam omnino dicti perpetui fideicommiſſi euerſionem, præſertim quód creditum, pro quo inſtari cœperat executio, quinimo nec alia, quæ ante actum venditionis addita, ſeu propoſita fuere, non erant ſufficientia, vt pro illorum ſolutione tot, & talium bonorum proprietas in perpetuum diſtraheretur, potiſsimum cùm ex locatione, ſeu arrendamento dictorum locorum, facto per procuratorem dicti tutoris, ſeu curatoris Ioannis Tallada hæredis Ludouico Roca Ordinis, & militiæ Diui Iacobi de ſpata, pretio ſexcentarum quinquaginta librarum dictæ monetæ, pro quolibet anno, ad ſexennium, inſtrumento recepto die decima tertia Aprilis, anni milleſimi, quingenteſimi, decimi noni penes Martinum Gari Notarium ciuitatis Sætabis, & ex alijs contendat pars agens, longe minori pretio, quàm valerent, bona prædicta vendita fuiſſe, quód ſi dictus tutor, ſeu curator ſupradicta, & alia propoſuiſſet, & ſtimationem dictorum bonorum ante venditionem

tionem fieri poſtulaſſet (quæ quamuis pro validitate actus eo, tunc forſam neceſſariò non requireretur, ea tamen petenti denegari iuſtè non potuiſſet) ex his, vel creditoribus ex fructibus ſatisfieri, vel bona ſaltem pretioſa, cum pacto de retrouendendo, vel inſtrumento gratia vendi, aut partem tantùm illorum irreuocabiliter diſtrahi, & ſperare, & conſequi poterat, ſaltem remanente penes dictum hæredem, & ſuo tempore fideicommiſſarios, onere proprietatuum cenſualium, quæ longè maiorem partem pretij dictæ venditionis excedebant, eaſque pro parte pretij prædicti Curiæ emptor ſibi incarricauit, ſeu adoçauit. Quæ cùm idem tutor, ſeu curator non præſtiterit, quinimo nec à grauaminibus hæredi (minori ſuo) illatis appellare curauit, à culpa, vel negligentia excuſari nequit. Quæ ſufficiens eſt, vt venditio prædicta nequaquam obeſſe poſſit ſuccedentibus in fideicommiſſo ex ſua propria perſona, etiam vbi prætenſa eiuſdem primi hæredis ratificatio dictæ venditionis tacita, ſeu expreſſa ſubſequuta fuiſſet, eaque facta dicatur abs alienum defuncti, inſtitutoris fideicommiſsi: cum nec hæres, nec iudex id facere queant, niſi ſeruatis ſeruandis, & cum minori fideicommiſsi incommodo, quã fieri valeat. His itaque & alijs meritis vtriuſque proceſſus, tàm primitiui, quàm huius ſupplicationis cauſæ attentis, dictam inſequendo deliberationem, in noſtro S. S. R. C. ſumptam, pronuntiamus, ſententiamus, & declaramus, dictum don Ludouicum del Caſtellar, Quintana, & Villanoua iuniorem, Comitem del Caſtellar, & ſeu dictam Domnam Angelam de Zanoguera Commitiſſam del Caſtellar, ipſius matrem, vt eiuſdem filij ſui tutricem, ſeu curatricem, condemnandos fore, & eſſe, pro vt cum præſenti condemnamus, ad reſtituendum dicto Doctori Antonio Ioanni Tallada dicta loca de Manuel, Roſeta, & Rafalet, & hoſpitium ſiue, meſon, *vocatum, de* Manuel, *vnà cum illorum pertinentijs, & iuribus, per ipſos, dictis nominibus, poſſeſsis in dicto fideicommiſſo perpetuo comprehenſis, & fructibus ex eiſdem locis, hoſpitio, & pertinentijs perceptis à die 25. menſis Maij anni 1600. quo dictus Antonius Ioannes Tallada ſe in cauſa oppoſuit, ſeu immiſcuit: reſtitutis tamẽ prius dicto Comiti, & ſeu dictæ illius tutrici, ſeu tutatrici, dicto nomine, prætio dictæ venditionis curiæ, & melioramentis, ſeu eorum valore ſoluto, & factis per dictum curiæ emptorem, eiuſque ſucceſſores, & eiuſdem pretij legitimo intereſſe, liquidandorum liquidatione reſeruata, quam committimus noſtro Locumtenenti Generali, & Regia Audientiæ dicti Regni Valentiæ, in qua de prædictis, & de compenſatione, hinc inde facienda, debita habeatur ratio. Et modo prædicto ſententiam latam per dictum Locumtenentem Generalem, & Regiam Audientiam, die vigeſima quarta Ianuarij, anni milleſimi ſexcenteſimi*

noni, à qua per partes fuit ſupplicatum, quatenus eſt huic conformis, confirmamus, & quatenus eſt difformis, in melius commutamus, non obſtantibus in contrarium per partem vtriuſque deductis, & allegatis, neutramque illarum ad expenſas condemnamus. Roig Vicecancellarius. V. Don Saluator Fontanet R. V. Perez Manrique R. V. Martinus Boclyn. R. Publicata per Michaelem Codorniu, loco Auguſtini Iuſta, & Pont, die 6. Maij. 1615.

DECISIO. CLXXIIII.

Reſciſsioni locationis oppidorũ, in quibus degebant Sarraceni, locus eſt, propter depopulationem ſequutam ex cauſa expulſionis eorum ab Hiſpania.

1 *Factum.*
2 *Remiſsio mercedis pro rata fructuum propter ſterilitatem concedenda eſt.*
3 *Sterilitas, & damnum intollerabile quando dicatur, vt poſsit fieri conductori remiſsio mercedis.*
4 *Sterilitas, & damnum intollerabile dicitur, quando non percipitur dimidium eius, quod conſuetum eſt colligi annuatim.*
5 *Remiſsio mercedis vt propter ſterilitatem fiat, duo copulatiuè requiruntur, vt conductor ex re locata percipiat minus dimidia fructuum, & quód pretium illorum non ſufficiat ad ſolutionem dimidiæ mercedis.*
6 *Conductor, quando non poteſt vti re conducta, non tenetur ſoluere mercedem.*
7 *Conductor, quando eſt impeditus in re conducta, neceſſaria cauſa interueniente, poteſt à cõductione recedere.*
8 *Locator nõ ſeruans cõductori, quæ promiſsit, nihil poteſt petere ab eo, quia tenetur ex ſua parte adimplere.*
9 *Exceptio implementi non ſequuti ſemper opponi poteſt, etiam ſi omnes exceptiones remoueantur.*
10 *Exceptionem implementi non ſequuti Iudex ex officio ſupplere poteſt, etiam parte non opponente.*
11 *Conductoris vſus ſi impeditur facta iuſto tertij, ſi locator non poteſt prouidere, fit remiſsio mercedis pro rata.*
12 *Caſus fortuitus dicitur eueniſſe, quãdo pẽdet à ſolo Principis facto.*
13 *Indiuidua eſt patientia, quam tenetur præſtare locator conductori, tàm ratione temporis, quàm rerum in locatione comprehenſarum, & ſic eam integram præſtare tenetur.*
14 *Reſciſsioni locationis oppidorũ, in quibus degebant Sarraceni, locum eſſe, propter depopulaticnẽ ſequutã, ex cauſa expulſionis Maurorum, fuit declaratum in R. Audiẽtia.*

1 DVX Cardonæ dominus oppidorũ de Paterna, Benaguazir, & de la Pobla, locauit dicta oppida ſiue fructus, redditus, & emolumenta domino pertinentia in eiſdem, per tempus

trium

trium annorum, Ioanni Ros; qui poſtea recognouit, conduxiſſe dicta oppida ad opus Petri Pauli Bergada, & Michaelis Ioannis Iueſa; & tantùm habere in dicta conductione nomen accommodatum: triennium autem computabatur à die prima Ianuarij, anni 1608. & finiebatur in vltima die anni 1610. quo tempore conductionis durante, nimirum, die 22. Septembris anni 1609. fuit publicatum in ciuitate Valentiæ Regium præconium expulſionis Maurorum, ſiue Sarracenorũ à dicto Regno, quos Sereniſsimus Philippus Secundus Aragonum Rex, Tertius verò Caſtellæ à ſuis regnis expulſit: ob quam cauſam dicta oppida de Paterna, & Benaguazir, quę incolebant dicti Sarraceni, ſiue Mauri depopulata remanſerunt, & dicti Bergada, & Iueſa eorum conductores, die 24. Decẽbris 1609. ſupplicem libellũ in Regia Audientia Valentina obtulerunt, declarando, velle recedere à dicta conductione ob cauſam dictæ expulſionis Sarracenorum, & depopulationis dictorũ oppidorum de Paterna, & Benaguazir; quamuis oppidum de la Pobla, in quo habitabant Chriſtiani, in eodem ſtatu remanebat. Et cauſa ad dictam Regiam Audientiam euocata, & commiſſa illuſtriſsimo don Andreæ Roig, tunc Auditori, poſtea verò Vicecancellario, & Præſidi in hoc S. S. R. C. dubitatum fuit: An reſciſsioni contractus locationis locus eſſet.

2 Etſi dicti conductores petijſſet remiſsionem mercedis pro rata fructuum, ratione ſterilitatis, eſſet concedenda abſque dubio, cap. propter ſterilitatem, extr. de locat. ibi: *Propter ſterilitatem afficientem magno incommodo conductores, vitio rei ſine culpa coloni, ſeu caſu fortuito contingentem, colonis Eccleſiæ tuæ pro rata eſt penſionis remiſsio facienda, niſi cum vbertate præcedentis, vel ſubſequentis anni valeat ſterilitas compenſari.* l. licet C. de locato, ibi: *Licet certis annuis quantitatibus fundum conduxeris; ſi tamen expreſſum non eſt in locatione, vt mos regionis poſtulabat, vt ſi qua lue tempeſtatis, vel alio cæli vitio damna accidiſſent, ad onus tuũ pertinerent, & quæ euenerunt ſterilitates, vbertate aliorum annorum repenſatæ non probabuntur, rationem tui iuxta bonam fidem haberi recte poſtulabis.* l. ex conducto 15. §. ſi vis, & l. ſi merces 25. §. vis maior ff. locati, & de iure Regio Caſtellæ diſpoſitum eſt in l. 22. tit. 8. part. 5. & latè probant Couarr. pract. quæſt. cap. 30. Surd. deciſ. 326. & Franciſcus de Claperijs in centuria cauſarum Fiſcaliũ, cauſa 44. quęſtione vnica, ſiue deciſ.
3 44. vbi exactiſsime, multis relatis, declarat, quãdo dicatur ſterilitas, vel damnum intollerabile, vt poſsit fieri conductori remiſsio mercedis, & refert octo opiniones doctorum, quarum ſeptima relata num. 4. fuit Hoſtien. Ioan. Andr. Anton. de Butr. & Imol. in d.

4 cap. propter ſterilitatem, vt ſi nõ percipiatur dimidium eius, quod conſuetum eſt colligi annuatim ex re locata, dicatur ſterilitas, & damnum intollerabile, vt fiat remiſsio mercedis pro rata damni contingentis: ſi verò fructus percepti ſunt vſque ad dimidium fructuum, qui conſueuerunt regulariter percipi in illo fundo, tunc non erit ſterilitas, nec damnum intollerabile, ſed tollerabile, ideò non fiet tunc remiſsio, nec in totum, nec pro rata damni. Quæ opinio apud Canoniſtas videtur magis communis, & num. 11. idẽ Fraciſcus de Claperijs dicit, quòd

5 ad hoc, vt remiſsio pẽſionis propter ſterilitatem fieri poſsit, duo copulatiuè requiruntur. Primum, vt conductor ex re locata percipiat minus dimidia fructuum, qui conſueuerunt percipi annuatim, alterum, quòd pretium illorum non ſufficiat ad ſolutionem dimidiæ penſionis, vel mercedis, & ibi latè hanc materiam remiſsionis mercedis proſequitur, cæteris latius, Don Ioan. del Caſtillo, quotidiana.quæſt.lib.3. cap.3. In noſtro autem caſu ſequutum fuit intollerabile damnum ex dicta expulſione Sarracenorum. Ergo dictis conductoribus remiſsio mercedis eſſet facienda. Sed ipſi conductores non agunt de hac remiſſione mercedis eis facienda pro rata fructuum, facta compenſatione cum fructibus annorum præcedentium, ſed de remiſsione mercedis temporis futuri, & reſciſſione contractus pro dicto tempore futuro, quod maiorem difficultatem habet. Sed adhuc, hoc caſu, inſtantiam conductorum procedere, viſum fuit Regio Conſilio.

6 Primò, quia quãdo cõductor nõ poteſt vti re conducta, nõ tenetur ſoluere mercedem l. ſi quis domũ. 9. §. hic ſubiungi ff. loca. vbi inſula exuſta, conductor tantum tenetur pro rata temporis d. l. ſi quis domum, aliàs l. ſi quis fundum §. Imperator ff. eo. ibi: *Imperator Antonius cum patre, cùm grex eſſet ab actus, quem quis conduxerat, ita reſcripſit, ſi capras latrones, citra tuam fraudem, abegiſſe probari poteſt, iudicio locati caſum præſtare non cogeris, atque temporis, quod inſequutum eſt, mercedes vti indebitas recuperabis*, & ibidem in ſummario d. §. Ita legitur: *Pro tempore, quo conductor non poteſt vti re, fit remiſsio mercedis non ſolutæ, & ſoluta repetitur*, & idem tenet ibi gloſ. & probatur in l. ex conducto 15. aliàs in l. ſi vno, §. Item cum quidam ff. locati, ibi: *Item cum quidam naue amiſſa vecturam, quam pro inuecto acceperat, repeteretur; reſcriptum eſt ab Antonio Auguſto, non immerito procuratorem Cæſaris ab eo vecturam repetere, cum munere vehendi functus non ſit*, & ibi Bart. ante num. 1. ait: *Caſus contingens ex parte locatoris, propter quem impeditur vſus conductoris, inducit repetitionem mercedis*, facit etiam l. ſi fundus 33. ff. loca. ibi:

ibi: *Si fundus, quem mihi locaueris publicatus ſit: teneri te actione ex conducto vt mihi frui liceat*, & inferius, ibi: *Similiter igitur & circa conductionem ſeruandum puto, vt mercedem, quam præſtiterim, reſtituas: eius ſcilicet temporis, quo fruitus non fuerim*, don Ioan. del Caſtillo quotidia. quæſt. lib. 3. cap. 3. num. 30.

7 Secũdò, quia quando conductor eſt impeditus, vti re conducta, neceſſaria cauſa interuiniente, poteſt à conductione recedere l. ſi in lege 24. §. ſi domus, iuncta glo. in verbo, *ſtatim* ff. locati, *ſi domus*, inquit, *vel fundus in quinquennium penſionibus locatus ſit: poteſt dominus, ſi deſeruerit habitationem; vel fundi culturam colonus, vel inquilinus, cum eis ſtatim agere*, & ibi gloſ. in verbo, *ſtatim*, inquit: *Ergo eadem æquitate colonus, vel inquilinus, neceſſaria cauſa interueniente, poterit migrare*, Roland. à Valle conſil. 69. num 24. in fin. & 28. lib. 4. vbi, quòd poteſt recedere à contractu, Alex. in additione ad Bart. in l. ſi vno 17. §. Item cum quidam. not. quòd ex iuſta cauſa poteſt dimittere domum, inuito domino, Hoſtien. in cap. propter ſterilitatem de loca. Paul. poſt medium, & ibi Ioan. Andr. ante mediũ, & Imol. num. 31. per text. in l. dominus horreorum 55. aliàs 57. in §. qui contra ff. loca. quos refert, & ſequitur Boſius in praxi, tit. de remiſsio. mercedis, num. 48. Anton. Fab. in C. fabria. lib. 4. tit. 42. de loca. diffinitio. 39. num. 9. & Carroſ. in tractat. de locato, tit. de remiſsione mercedis q. 8. num. 99. fol. 190. inquit, quòd, exiſtentibus impedimentis, conductor liberatur à conductione,
8 Bald. cõſ. 325. lib. 3. vbi ait, quòd huiuſmodi cõtractus locationis eſt nominatus, in quo, ſi locator non ſeruauit conductori, quæ promiſsit in contractu, locator nihil poteſt petere, quia non ſeruauit contractum ex parte ſua. Tenetur etiam locator facere, habere, tenere, quod fuit in locatione compræhenſum, nimirum, vt conductor fructus, redditus, prouentus, & emolumenta percipiat, & ſi hoc non faciat, agere non poteſt ex locato: tenetur enim ex ſua parte adimplere l. Iulianus §. offerri ff. de actio. empti ibi: *Offerri pretium venditori ab emptore debet, cùm ex empto agitur, & ideò etſi pretij partem offerat, nondum eſt ex empto actio*, ex quo textu communiter DD. inquiunt, agentem ex contractu probare debere, impleuiſſe ex ſua parte, Chachera. deciſ. Pedemont. 51. num. 8. cum ſequentibus, vbi loquitur de locatore, & latè probat D. Ioannes del Caſtillo quotidianarum quæſtionũ lib. 3. c. 3. num. 14. & 15. vbi inquit, quòd in contractibus vltro citroque obligatorijs (vt eſt locatio) agere volens, oportet impleuiſſe implenda pro parte ſua, aliàs

aliàs obſtabit exceptio non im-
9 plementi; hæc autem exceptio, quòd alter ex contrahentibus nō impleuerit pro parte ſua, ſemper opponi poteſt, etiam ſi ſtatuto omnes exceptiones remoueâtur, teſte Romano in conſ.244. nu.5. verſ. Primo enim, Craueta, qui latè comprobat in conſ.127. nu. 14.& in conſ. 157. nu. 10. Roland.in conſ. 53. num. 32. lib.1. Ioan. Cephal.in conſ.407.n.19. lib. 3. Tiber. Decian.in conſ. 1. nu.67. volumine 1. Achiles Pedrocha in conſ.1. nu. 238. atque in terminis contractus locationis Franciſcus Beccius in conſil. 45.num.13.lib. 1. & vltra ſupradictos latè probat Maſcard. de probat.concluſ.1381. nu.7. cum pluribus ſequentibus, vbi pro hac ſententia allegat textum in l. quæro 54. §. interlocutorem ff. locati, qui loquitur in noſtra materia locationis, & conductio-
10 nis. Et adeo priuilegiata eſt hæc exceptio implementi non ſequuti, vt eam ex officio iudex ſupplere poſsit, parte etiam non opponente, vt probat Ioſephus Ludouicus deciſ. lucenſi 2.n.5. vnde in occurrenti caſu, cùm Dux Cardonæ dominus dictorum oppidorum de Paterna, Benaguazir, & la Pobla, ſequuta depopulatione propter expulſionem Sarracenorum, non faciat habere, tenere fructus, redditus, & emolumenta, quæ conductores dictorum oppidorum percipere non poſſunt, vt ſolebant tempore cōductionis, ex hac iuſta cauſa ſuperueniente, poſſunt dici conductores à cōductione recedere.

Tertiò, pro hac ſententia facit doctrina Bart.in d.l.ſi vno 17. in §.Item cùm quidam num.3. ff.
11 locat. vbi ait, quòd ſi vſus conductoris impeditur facto iuſto tertij, ſi locator non potuit prouidere, fit remiſsio mercedis pro rata, & tenet, multis relatis, Surdus.deciſ.326.num.16.& 17.qui num.13.in fin.& nu.14.ait, quòd hæc eſt natura locationis, & conductionis, vt ſi caſu aliquo damnum conductori inferatur intollerabile, vel impediatur in vſu rei conductæ, remittatur penſio,
12 & num.15. ait, caſum fortuitum dici, eueniſſe, quando pendet à ſolo Principis facto l. Lucius ff. de euictio.& tenet Bald.Caſtren. Alex.Afflict.Socin.Bero.Crauet. & Menoch. in locis ab eo relatis; in caſu autem noſtro, expulſio Sarracenorū euenit facto iuſto, ſcilicet Domini noſtri Regis, ex quo ſequuta fuit depopulatio, & damnum intollerabile; ergo fieri debet remiſsio mercedis, pro tempore, quo cōductor fuit impeditus frui re conducta.

Quartò, quamuis ex oppido de la Pobla, nulli fuerint expulſi Sarraceni, & ſic in illo depopulatio ſequuta non fuerit; tamen cum ſimul facta fuerit locatio, vnico cōtractu, & vnica mercede trium oppidorum de Paterna,

Bena-

Benaguazir, & la Pobla, & reſpectu aliorum duorum nó poſſit vti conductor re cōducta, dicendum eſt, nec reſpectu oppidi de la Pobla teneri conductorem, mercedem ſoluere; quia, vt inquit Cephalus conſ. 577. nu. 4.
13 cum ſeqq. lib. 4. locator tenetur præſtare patientiā integram, quæ cùm ſit quid facti indiuidui, id circo pro parte, vel temporis, vel rei impleri non poteſt, Iaſſ. in l. diuortio col. 11. verſ. iſtam concluſionē poſt Alex. ibi: n. 33. ver. contra eum etiam facit ff. ſolut. matrimo. vbi, quòd ſi locator nō præſtiterit integram patientiam, non cenſetur impleuiſſe pro parte ſua, etiam ſi pro maiori parte impleuiſſet, & idem Ceph. n. 8. verſ. Quinimo, ait, quòd etiam ſi abſque culpa locatoris conductor impeditus fuiſſet vti re conducta, adhuc penſionem ſoluere obligatus non eſſet, l. ſi fun-
14 dus ff. loca. Ex quibus, me præſidente in noſtra Aula, tanquam antiquiore, refferente dicto Illuſtriſsimo Don Andrea Roig, fuit iudicatum, reſciſsioni dictæ locationis trium oppidorum locū eſſe, reſpectu vltimi anni. Et ita fuit pronuntiatum ſententia lata in fauorem Michaëlis Ioannis Ieſa, & Petri Bergada, publicata per Don Ioannem Daça, Regij mandati ſcribam, die 15. Iunij 1610.

(?)

DECISIO. CLXXV.

MVLIER OB CREDITum hypothecarium anterius dotis præfertur, in re vendita, venditori agenti ad precium illius, quando fuit habita fides de precio, & præfertur etiam creditori ex cuius pecunia res fuit empta, vel refecta: ſecus tamen eſt, ſi venditor non habuit fidē de precio, tunc enim præfertur in re vēdita pro pretio illius, vxori etiam habenti anteriorem hypothecam, ex cauſa dotis.

1 *CREDITOR, ex cuius pecunia res fuit empta, refecta, aut renouata, præfertur, in illa re, omnibus creditoribus.*

2 *Venditor in re vendita pro pretio illius præfertur omnibus creditoribus, iuxta forum Valentiæ, & iuxta ſtatutum Ticini.*

3 *Vxor pro dote præfertur in re vendita marito venditori, & ei qui pecuniam mutuauit ad emptionem illius.*

4 *Dotis creditum eſſe potiorem in re vendita credito cauſato ex pretio illius rei, fuit declaratum in R. A. Valentina.*

5 *Venditor, qui non habuit fidem de pretio, non tranſtulit dominium rei venditæ in emptorem, & præfertur in re vendita, etiam vxori, dotis hypothecam anteriorem habenti, & num. 7.*

6 *Domi-*

6 *Dominus rem ſuam extantem vẽdicare poteſt, & in ea prefertur omnibus crediteribus.*

7 *Creditorem ratione pretij rei vẽditæ,non habita fide de pretio,eſſe præferendum credito dotali anteriori,in re vendita, fuit deciſum cum R. ſententia,& nu fin.*

8 *Pactum ſuccedendi in iuribus prioritatis, facit,vt creditor,ex cuius pecunia fuit ſolutum creditori priuilegiato, ſuccedat in potioritate & priuilegio, quod ille habebat.*

1 DIFFICILIS eſt quæſtio, an mulier,pro dote, præferatur creditori poſteriori,ex cuius pecunia res fuit empta,aut renouata,& rem illam habet ſpecialiter obligatam; iſte enim omnibus creditoribus præfertur. l. licet C. qui potiores in pignore habeantur, ibi: *Licet ijſdem pignoribus multis creditoribus diuerſis temporibus datis, priores habeantur potiores, tamen eum,cuius pecunia prædium comparatũ probatur, quod ei pignori eſſe ſpecialiter obligatum ſtatim conuenit, omnibus antefer ri,iuris auctoritate declaratur.* Ioſephus Ludouicus deciſ. peruſina. 45. num. 19. dicens,diſpoſitionẽ d.legis procedere eo tantum caſu, quando res emptæ particulariter obligantur pro ſoluendo pretio venditori; & hanc dicit
2 eſſe communem opinionem. Et in noſtro Regno, in ea actione pretij rei venditæ, venditorem eſſe præferendum cuicumque creditori, expreſſe diſpoſitum eſt in foro 13. in fin. de clamo non mutando, ibi: *Declarants no res menys que alguna perſona no puxa allegar prioritat de temps en los bens axi venuts, ne en los fruyts è coſes exides de les coſes llogades, o arrendades; ans lo venedor, y aquell qui la ſua coſa aura llogada ſia millor en dret, que algun altre crehedor en lo preu dels dits bens venuts, llogats, o arrendats, è en los meſions ſahedores per la dita rao,jatſia que la venda,lo guer, o arrendament ſien fets a diners manues, o a eſpera de temps,* de quo etiam extat ſtatutum Ticini. 66. in ciuilibus, vt teſtatur Coſta. de rem. ſubſid.remedio.124.nu.fin. Et ita videbatur, dictum venditorem præferendum eſſe mulieri creditrici anteriori ex cauſa dotis in dicta re vendita.

3 Sed contrarium eſt dicendum imo etiam in dicta re vẽdita vxorem pro dote eſſe præferendam, probat optimus tex.in §. his cõſequẽs, in auth. de æqualitate dotis. Et maximè in verſ. Vnde volumus, ibi: *Vnde volumus vt ſi quis domum renouaſſet, aut etiam agrum emiſſet, non poſſit talia priuilegia mulieribus opponere.* Et vxorẽ eſſe præferendam ratione dotis venditori in re vendita, etiam ſi expreſſe ſit obligata venditori, tenuerunt Speculator in tit. de obligationibus, & ſolutionibus §. 1. verſ. quid ſi vendidi fundũ Titio,num. 45. &,ibidem Ioan-Andræas in additione,Matthæus de

de Afflict. deciſ. 306. nu. 4. Rip-
pa in l. priuilegia num. 32. ff. de
priuil. creditorum. Paulus Ca-
ſtren. & Iaſſ. in l. creditor 1. ff. ſi
certum petatur, Bart. Fulgoſius,
& Salicetus in l. interdum ff. qui
potiores in pignore. Couar. lib. 1
variarum, cap. 7. n. 2. ad medium,
vbi dicit, hanc opinionem velu-
ti magis communem apud Re-
gia tribunalia receptam eſſe, Can
cer. tom. 1. variarum. cap. 9. de
dote nu. 2. & 3. Cephal. conſ. 704
nu. 20. & 21. lib. 5. Neguſantius.
de pignoribus. 2. memb. 5. partis
num. 16. tom. 6. tractatuũ, part. 1.
fol. 227. qui dicit, ita late diſpu-
tando firmaſſe Salicetum in auth.
quo iure C. qui potiores in pi-
gnore habeãtur, per optima fun-
damenta; & reſpondet argument.
4 Cini, qui tenet contrarium. Et
iuxta hanc opinionem, me refe-
rente, fuit iudicatum in R. A. Va
lentina ſententia lata in fauorem
Franciſcæ Çauallos & de Ciudau
ra viduæ; cõtra Ducciſam Paſtra
næ, pub. per Don Ioannem Da-
ça, die 10. Nouembris 1616. Re
uocando ſententiam in alia Aula
eiuſdem R. A. latam.
5 Supradicta tamẽ regula, quòd
mulier pro credito dotali præ-
feratur creditori, ex cuius pecu-
nia res eſt empta, vel venditori
in re vendita, limitatur, ſi ven-
ditor non habuiſſet fidem de pre
tio, quia tunc, cùm dominium
non eſſet translatum in maritum,
ſed remanſiſſet penes venditorẽ,
6 §. venditæ Inſtitu. de rerum diui-
ſione, l. quod vendidi ff. de con-
trahenda emptione, rem ſuam
extantem vendicare poterit, &
omnibus præferetur l. ſi procura-
toris §. plane ff. de tributoria a-
ctione, Bal. in l. in rebus num. 2.
C. de iure dotium, Iaſſ. conſ. 111.
col. 2. ad finem lib. 4. Çepola
7 çautela 124. col. 2. & poſt ſupra
dictos, quos allegat, ſcribit Bar-
boſa in l. ſi cum dotem 23. §. fin.
num. 32. ad medium ff. ſolut.
mat. pag. 497. Cancer. lib. 1. var.
cap. 9. nu. 3. verſ. ſecus, & num. 4.
8 & ita fuit declaratum in fauorem
Domnæ Auguſtinæ Muſetagui,
contra Dõ Petrum de Borja; vbi
cũ executio fuiſſet inſtata per cu-
riam Baiuliæ Valentiæ per dictã
Domnam Auguſtinam, contra
d. Don Petrum de Borja, vti de-
tentorem rei ſpecialiter hypothe
catæ virtute inſtrumenti cenſua-
lis formati ex pretio rei venditæ
cum pacto expreſſo ſuccedendi
in iuribus prioritatis, & potiori-
tatis in re ipſa vendita, quæ fuit
ſpecialiter in dicto cenſuali hy-
pothecata, & dictus Don Petrus
de Borja allegaret retentionem
ex credito hypothecario anterio
ri dotis; tamen quia non fuerat
habita fides de pretio: ſed imo
dominium non fuit translatum,
donec pretium domus venditæ
ſolueretur, & quando ſolutum
fuit, fictione breuis manus ſoluẽ-
do ex dicto pretio rei venditæ
pretium annui redditus, ſiue cẽ-
ſualis,

Digitized by Google

ſualis, appoſitum fuit pactum ſuccedendi in iuribus potioritatis, virtute cuius pacti ſucceſsit do-
9 minus cenſualis in idē ius, quod habebat dominus rei vēditæ, iuxta l. primã C. de hijs qui in priorum creditorum locum. & ibi gloſ. fin. merito fuit declaratum quod quemadmodum venditor debebat præferri in re vendita pro pretio, cuius non erat habita fides, credito dotali; debebat etiã præferri dicta domna Auguſtina Muſetegui domina cenſualis dicto don Petro creditori ex cauſa
10 dotis, & ita fuit pronuntiatum in fauorem dictæ domnæ Auguſtinæ, ſententia Regia, publicata per Don Ioannem Daça, die 8. Iulij 1612.

DECISIO CLXXVI.

DOS LICET REGVLARITER prius ſolui debeat ex bonis liberis: & his deficientibus in ſubſidium poſsint pro eius ſolutione bona fideicommiſſo ſubiecta alienari; fallit tamen; quando vxor pro marito fideiuſsit, omni dolo ceſſante, & ſi ex bonis liberis nō ſoluerentur debita mariti, eius dos integra non conſeruaretur.

1 *SPECIES facti.*

2 *Bona fideicommiſſo ſubiecta non niſi in ſubſidium, deficiētibus ſcilicet bonis liberis, tenetur.*

3 *Vxor habens duo credita. Primũ ex cauſa dotis. Secundum ex alia cauſa, poteſt ſecundum creditum recuperare ex bonis liberis, quæ non ſufficiunt ad vtriuſque ſolutionem, & dotem ex bonis vinculatis, & ita fuit declaratũ Regia ſententia, de qua numero finali.*

4 *Dotis cauſa prima ſemper, & vbi que præcipua eſt.*

5 *Dos licet regulariter ex bonis fideicommiſsi ſolui non debeat, niſi bonis liberis deficientibus; fallit tamen; quando aliàs vxor indotata remaneret.*

6 *Bona dicuntur, quæ deducto ære alieno ſuperſunt.*

7 *Creditor habens ſpecialem hypothecam non poteſt ad generalem recurrere, niſi in ſubſidium, bonis ſcilicet ſpecialiter hypothecatis deficientibus.*

8 *Bona ſpecialiter hypothecata priº vendi debent, quam ad bona generaliter obligata recurratur, etiã ſi ſint eius qualitatis, vt non niſi in aliorum bonorum defectum vēdi poſsint.*

9 *Bona fideicommiſſo ſubiecta, pro dotis reſtitutione poſſunt alienari, etiam ſi maritus de dote reſtituenda fideiuſſores dediſſet.*

1 IOANNES Baptiſta Soler iunior, & Hieronyma Nauaſquillo coniuges ſimul, & inſolidum vendiderunt annuũ redditum ſiue cenſum Ioanni Baptiſtæ Soler ſeniori eorum patri, & ſocero

ſocero reſpectiuè, pretiúq; illius fuit traditum dicto Soler iuniori in cuius vtilitatē fuit verſum, & ſic dictaHieronyma vxor fideiuſſit, & ſe obligauit pro marito in dicto cēſuali: prædictus Soler ſenior, hærede inſtituto dicto eius filio, eū grauauit, vt ſi ſine liberis decederet, prout deceſsit, bona reſtitueret Eſperanciæ Soler eius ſorori, & virtute dicti fideicōmiſſi in iuribus exigendi dictū annuū redditū ſucceſsit dicta Eſperácia. Ex quo tamen dictæ Hieronymæ nō fuerat ſoluta dos, & augmētū, dotarium, ſiue antiphatum (quod apud nos, *creix*, dicitur) virtute tenutæ foralis poſſeſsio dictorū bonorum, quæ fideicōmiſſo erāt ſub iecta, fuit adiudicata dictæ Hieronymæ cū facultate faciēdi fructus ſuos, donec, & integriter eſſet ſoluta de dote, & augmēto. Dicta Eſperancia fideicōmiſſaria prætēdebat, ex quo dos erat ſoluenda ex bonis liberis eius fratris: & in ſubſidium ex bonis fideicōmiſſo ſubiēctis, dictā Hieronymā teneri accipere dicta bona libera iuſto pretio. & ex quo erat obligata in dicto cēſuali, pretium ſiue proprietatē illius ex dote deduci debere; poſtquā enim accepiſſet bona libera in ſolutum, ex illis ſoluēdus erat dictus cenſus, annuus redditus, ſiue cenſuale. At verò dicta Hieronyma tenutaria prætendebat, imo ex bonis liberis dicti eius viri eſſe ſoluendas quantitates debitas ratione dicti cenſualis, & reliqua bona, quæ remanerent, deducto dicto ære alieno, conuertēda eſſe in ſolutum dotis, & in defectū bonorū liberorū, reliquam quātitatē debitā ad integram ſolutionem dotis & augmenti, ſumendam eſſe ex bonis fideicommiſſo ſubiectis.

2 In fauorem dictæ fideicōmiſſariæ faciebat: nam bona fideicōmiſſo ſubiecta tantū tenētur ad dotis reſtitutionē in ſubſidium, bonis liberis deficientibus, Authen. res quę C. communia delēgatis, & in corpore, vnde ſumitur, Pereg. de fideicōmiſ. art. 42. n. 1. vbi teſtatur cōmunem Menoch. præſumptio. 189. n. 8. lib. 4. Intriglio. de ſubſtitutio. centur. 3. quæſt. 73. nu. 163. qui plures alios allegant; vnde cū extent bona libera mariti, quāuis obligata in dicto cenſuali, & ære alieno grauata, ex illis debet fieri dotis ſolutio, cum creditū illius ſit anterius, & magis priuilegiatū quam creditum dicti cenſualis, ſiue annui redditus: & ita fuit deciſum in Sacro Neapol. Conſil. vt teſtatur Vincentius de Franchis, deciſ. 519. 3. part. his verbis. *In hæreditate quondam Mag. V. I. D. Ioan. Baptiſtæ Recchi remanſuerūt bona ſubiecta fideicōmiſſo, & bona libera maximo ære alieno grauata, cōparuerūt creditores, et inſtauerūt bona prædicta vendi, & eis ſatisfieri: creditores, quib' fideicōmiſſū non nocebat, quia erāt creditores ex cauſa dotis iuxta authen. res quæ, C. commun. de leg. inſtabant, ſuper omnibus bonis eis ſatisfieri,*

 tisfieri,

tisfieri, alij vero, quibus nocebat, dicebãt, quòd eis debebat ſatisfieri ſuper pretio bonorũ fideicõmiſſo ſubiectorũ ad hoc vt ipſis ſuper bonis liberis poſſit ſatisfieri, fideicõmiſſarius dicebat, quòd tex. in auth. res quæ, procedit, nõ datis alijs bonis fideicommiſſo ſubiectis, & propterea dicebat, quòd creditoribus, quibus fideicommiſſum non obſtabat, debet prius ſatisfieri ſuper bonis liberis & in ſubſidium ſuper bonis fideicommiſſo ſubiectis, quia remedium tex. in dict. authen. res quæ, eſt ſubſidiarium, vt apparet ex illo tex. & ex tex. in corpore, vnde ſumitur, quem allegat Ant. Padilla in d. auth. in 4. not. nu. 42. creditores, quibus fideicommiſſum nocebat, allegabant pro eis deciſionem Ludou. Molin. in tract. de Hiſpanorum primogen. lib. 4. c. 7. verſ. rurſus etiã, n. 17. fol. 172. quo in loco in materia maioratus cõcludit, & dicit, quòd cum caſus hic accidiſſet ſemel, fuit deciſum contra poſſidẽtem maioratum, ex æquitate l. 2. C. de pignor. quam ex æquitate procedere dicit Nicoſan. in tractat. de pignor. in 5. parte in 3. membro. in 14. fall. & in ead. part. & membro. num. 51. & in 1. memb. 8. par. in 7. fall. & eſt dictum ſupra in deciſ. 5. Sacrum Conſiliũ die 20. Februarij 1593. iudicauit in fauorem fideicommiſſarij, per tex. in d. auth. res quæ, quæ in ſubſidium procedit, & dicit, non obſtare tex. in d. l. 2. ex dictis per eund. Ludou. in loco prædicto in fi. vbi etiã dicit, quòd quãdo ſimilis caſus occurrerit, de his deliberãdũ erit.

3 Sed his non obſtantibus, fuit deciſum, me referẽte, in occurrenti caſu, dotẽ nõ eſſe ſoluẽdam ex bonis liberis neceſſarijs ad ſoluendũ dictũ cẽſuale, in quo dictus Soler iunior erat principaliter obligat⁹ & dicta Hieronyma eius vxor vti fideiuſſor ſimul & inſolidum ſe obligauerat.

Primò, quia ſi bona libera conſumerentur in dotis ſolutione, vxor cõpelleretur tãquã fideiuſſor, & inſolidũ obligata, dictũ censũ, ſiue cenſuale ſoluere, & ita pars eius dotis diminueretur, & per cõſequẽs ceſſaret ratiò finalis, ob quã bona fideicommiſſo ſubiecta poſſunt ex cauſa dotis alienari, relata in authen. res quę C. cõmunia de leg. his verbis: *Ea enim quæ cõmuniter omnibus proſũt, his quæ ſpecialiter quibuſdã vtilia ſunt præponimus loquendo de cõmuni vtilitate,* quã declarat tex. in l. 1. ff. ſolut. matri. his

4 verbis. *dotis cauſa ſemper & vbiq; præcipua eſt, nã et publicè intereſt dotes mulieribus conſeruari, cum dotatas eſſe fæminas ad ſobolẽ procreandã replendãq; liberis ciuitatẽ maximè ſit neceſſariũ,* quæ cauſa finalis ceſſaret, ſi dicta vxor, nõ habens aliud præter dotẽ, cõpelleretur ſoluere di-

5 ctũ cenſuale, & hæc ratio, & intẽtio legis ſeruãda eſt, l. nõ dubiũ C. de legib. & ita Ant. Faber. in ſuo C. Fabria. lib. 4. tit. 21. C. ad ſenat. côſ. Velleian. diffi. 10. pag. 329. ait, *Quid tamẽ ſi ex ea obligatione mulier ob inopiã mariti fiat indotata, dubitari non poſt, quin hoc caſu enormiſſima læſio interueniri videatur, ex qua inferri ſolet probatio doli re ipſa interuenientis,*

tis, quem rurſus noſtri dolo, vt vocant ex propoſito, æquiparare ſolent, & ibi dē n.2.inquit, *nec tantū læſa videtur mulier, ſed etiā Reſpublica cuius intereſt ſaluas eſſe dotes, l.1.ſol.mat.l.intereſt* 18.*de reb.autor.iud.poſsid*.vnde quāuis regulariter vetū ſit, dotē non eſſe ſoluēdā de bonis fidei cōmiſſo ſubiectis, niſi bonis liberis deficiētibus, quia nullū fit præiudiciū vxori, ſi ei fiat ſolutio dotis ex bonis liberis, & nō ex fideicōmiſſo ſubiectis, quo caſu æquū eſt, ne fiat præiudiciū fideicōmiſſario, ei bona auferendo; tamen quādo ſequitur tam graue dānū vxori, vt in occurrenti caſu, tunc debet dicta regula limitari, vt dos ei cōſeruetur pro bono publico, & hanc æquiſsimā opinionē dicit Molin.de Hiſpano. primogen.li. 4.c.7.n.31.verſ.quibus adijcitur, dicens eam admiſſam vidiſſe, dum hic caſus ſemel cōtigiſſet. Dicta tamen Ludouici Molinæ opinio generaliter loquentis, nō ſatis tuta videtur, reſpectu aliorū creditorū, qui frequenter egētes, atq; pauperes eſſe ſolent, & ne creditis ſuis fraudarentur, æquitatē etiam reſpectu eorū cōſiderat, licet non reſoluit. Et d.n.31. in finalib⁹ verbis ſubiūgit, ideoq; cū ſimilis caſ⁹ euenerit, de his deliberādū erit: reſpectu enim aliorū creditorum poſteriorū non verſatur bonū publicū, vel intereſſe Reipublicæ, vt eis fiat ſolutio de bonis liberis antequā creditoribus anterioribus priuilegiatis, qui poſſent habere regreſsū ad bona maiorat⁹, quòd bonū publicū conſiſtit in dotium cōſeruatione; vnde in occurrenti caſu, in quo euidens eſt, dictā dotē ſaltē integram nō poſſe conſeruari, ſi ſolutio fieret in bonis liberis, & vxor ex ſua dote ſoluere teneatur cenſuale, in quo fideiuſsit pro marito, cōtrariū eſt dicendū, quia vt inquit tex in l. & ſi nihil 143. ff.de reg. iur. *& ſi nihil facile mutandū eſt ex ſolemnibus tamē vbi æquitas euidēs expoſcit ſubueniēdū eſt*. & tex.in l.placuit C.de iud.ait, *placuit in omnibus rebus præcipuā eſſe iuſtitiæ æquitatisq; quā ſtricti iuris rationē*, & cū in occurrēti caſu, dicta fideicōmiſſaria ſuccedēs in iuribus exigendi dictū annuū redditū, vti domina dicti cēſualis poſsit recuperare à dicta vxore dotē ei ſolutā in cōcurrenti quātitate debiti dicti cēſualis, quaſi nō ſoluiſſe videtur l.qui ſic.55. ff. de ſolutio. ibi; *qui ſic ſoluit vt reciperet non liberatur quēmadmodū nō alienātur nummi, qui ſic dātur vt recipiātur*. Itaq; de bonis liberis ſoluendū eſt æs alienū mariti, pro quo vxor poterat cōueniri, præſupoſita renūtiatione per eam facta cū iuramēto Velleiani, & omni legū auxilio, & ad eius ſolutionē cōpelli, ita vt indēnis ſeruetur, & ſolutis his debitis, pro quib⁹ ipſa poterat moleſtari, ex reliquis bonis liberis mariti, pri⁹ ei faciēda eſt ſolutio dotis & augmēti, antequā habeat regreſsū ad bona fideicommiſſo ſubiecta. Quòd enim attinet ad intereſſe vxo-

ris, nō poteſt dici, bona libera ex tare, quæ neceſſaria ſunt ad ſoluē dū dicta debita, in quibus eſt obli
6 gata, cū bona dicātur deducto ęre alieno l. ſubſignatū §. bona ff. de verb. ſignif. quā allegat Molin. ad proproſitū in tractat. de Hiſpan. primogen. lib. 4. c. 7. n. 10.

7 Secundo, in corroborationem huius opinionis, Molina vbi ſup. n. 21. 22. & 23. reſpōdit l. 2. de pignorib. vbi is, qui habet ſpecialē, & generalem hypothecā, tenetur prius ex bonis ſibi ſpecialiter obligatis, debitū exigere, nec poteſt, poſterioribus creditoribus cōtra dicentibus, ad bona generaliter ſibi hypothecata recurrere, niſi in ſubſidium, bonis ſcilicet ſpecialiter obligatis ad debiti exactionē nō ſufficientibus, quòd ea ratione ſtatutū eſt, vt omnibus creditoribus, tàm prioribus, quàm poſterioribus conſulatur, vt ibidē cōmuniter ſcrib. profitētur, quę lex procedit, ſiue hypotheca generalis in obligatione primi debitoris præcedat, & ſpecialis ſequatur: ſiue præcedat generalis, & ſequatur ſpecialis, atq; etiā ſiue obligatiō poſterioris creditoris ſit ſpecialis & generalis ſimul, vel generalis, & ſpecialis tātū, prout vltra ſcrib. ibidē optimè reſoluunt Anto. Negusān. de pignorib. in 2. memb. 5. part. principalis n. 51. Dida. Couar. reſolu. lib. 3. c. 18. n. 2. Pariſ. conſ. 50. n. 34. & 38. lib. 1. Ripa. in l. priuilegia ff. de priuileg. credi. n. 20. cū ſeqq. Hoc autem etiā in priori creditore habēte hypothecā ex cauſa dotis procedit, vt opinantur Roma. conſ. 187. Ripa. in d. l. priuilegia n. 19. Couar. d. c. 18 n. 3. & hoc fit ex æquitate vt omni
8 bus cōſulatur, & procedit, etiā ſi debitor haberet bona libera, ita alijs creditoribus hypothecata, vt vel ad eorum debitorū ſolutionē nō ſufficiant, vel ſaltem omnia in eorū ſolutionē conſumenda ſint, tūc enim, inquit Molin. vt omnibus conſultū ſit, diſponit dicta lex ſecunda, vt prius procedatur ad venditionē rei ſpecialiter hypothecatę, etiam ſi eius qualitatis ſit, vt nō niſi in aliorū bonorum defectū ad illius venditionē perueniri poſſet, quod ex eo deduxit, nam dicta l. 2. peruertit ordinem in l. à diuo Pio §. in venditione de re iud. vt non poſſit perueniri ad venditionē immobiliū, niſi in defectum mobiliū, ſi tamē res immobilis ſpecifice priori hypothecata ſit, hoc ordine peruerſo, tenetur prior creditor ad inſtantiā ſequētis ex illa debitū exigere, & ſi mobilia habet debitor, ex quib⁹ poſſet ſibi ſatisfieri, quod probatur in d. l. 2. quę generaliter id diſponit, ſiue res ſpecificè hypothecata mobilis, ſiue immobilis ſit. Nec obſtat, ſi dicatur, in d. l. 2. non verſari tertij præiudiciū, vt in caſu noſtro, vbi agitur de præiudicio fideicōmiſſarij, quia ſi bona libera cōuertantur in ſolutionē debiti, ad quod fideicōmiſſarius nō tenetur, poſtea diſtrahentur bona fidei-

fideicõmiſſo ſubiecta pro debitis priuilegiatis, ad hoc enim inquit Molin.d.n.25.ad med.reſpondetur, quòd in caſu d.l.2.etiam verſatur tertij præiudiciũ, ſcilicet illius tertij, qui pignus ſpecialiter obligatũ poſidebat, ad quod poterat recurrere primus, & forſan ſequentes creditores non, cũ poſſẽt eſſe debita, quæ illis debẽtur, cõtracta poſt illius pignoris alienationem, & nihilominus diſponit lex iſta, quòd poſteriores creditores poſsint cõpellere primũ, vt ius pignoris cõtra tertiũ poſſeſſorẽ exerceat, nec damnũ illius in cõſideratione eſt, cũ iam illud ex prima obligatione incurriſſet, reſq; ad illũ cũ ſua cauſa trãſijſſet, quòd autẽ lex illa in tertio poſſeſſore pigneris ſpecialiter hypothecati intelligẽda ſit, dubitari nõ poteſt: illud namq; ibidẽ Iacob. Butriga. Cyn. Bar. Bal. & Salicet. cenſuerũt, quos ſequuti fuerunt Neguſan. de pigno. 2. membro. 5. part. principa. n. 51. Couar. reſol. lib. 3. c. 18. n. 2.

Tertiò, pro eadẽ ſentẽtia facit quod ſcribũt Pereg. de fideicõm. art. 42. n. 74. & 75. pag. 387. & Dõ Nicol. Intrigliol. de ſubſtut. cẽ-
9 tur. 3. q. 73. n. 353. pag. 203. & ab eis relatis, necnõ Menoch. de præſũptionib⁹ li. 4. prçſum. 190. n. 29 poſt Caſtren. Curt. Iun. Anto. Padilla, Ruin. & Rolan. quos allegat bona fideicõmiſſo ſubiecta poſſe alienari pro dotis reſtitutione, etiã ſi maritus dediſſet fideiuſſores de dote ipſa reſtituẽda; licet enim cũ fideiuſſoribus ſit cautũ mulieri, nihilominus, inquit Menoch. n. 35. poſt med. iuſtius eſſe quod fideicõmiſſari⁹ patiatur hoc dãnũ, cum ſemel illa bona fuerint mariti grauati & patris eius, quæ patiatur ipſe fideiuſſor ad quẽ nihil pertinet de negotio, quæ ratio militat in noſtro caſu.

Ex quibus patet ſolutio ad cõtrariũ, & in deciſ. 519. Vincen. de Franc. vxor. nõ erat obligata pro marito, nec agebatur, vt tale debitũ ex bonis liberis ſolueretur, vt dos ei ſalua remaneret, ſed tãtum erat contẽtio inter creditores mariti, & ita nõ habet locũ in noſtro caſu, & ita ex ſupradictis fuit declaratũ, in fauorẽ dictæ Hieronymæ Nauaſquillo vxoris grauati, contra Sperãciã Soler fideicõmiſſariã ſententia lata me referente, publicata per Frãciſcum Paulum Alreus die 8. Auguſti 1615.

DECISIO CLXXVII.

SALARIA ADVOCATI ET Procuratoris peti poſſunt per eos corã eodẽ iudice cauſæ principalis, quanuis Clientuli ſint alterius fori, & aliàs non poſsint conueniri extra domicilium.

1 *ORiolæ vicini nõ poſſunt in prima inſtantia extrahi à dicta ciuitate ad litigandũ.*

2 *Salarij ratione iudex aliàs incompetens ſit competens.*

Digitized by Google

3 *Aduocatus petere poteſt ſalarium in Regia Audientia, in qua clientulum patrocinatus fuit, etiam ſi clientulus ſit domiciliatus in eo loco, ex quo in prima inſtantia extrahi non poteſt ad litigandum, & ita fuit deciſum in nu.fin.*

4 *Procurator petere poteſt ſalarium debitum ratione cauſæ, in qua fuit procurator, & pariter expenſas, & ita fuit deciſum.*

DOCTOR Ludouicus Sanz patrociniũ præſtitit tanquã Aduocat⁹ Domnę Antoniæ Maça ciuitatis Oriolæ, in cauſa corã me vertẽte in R. A. Valẽtina, contra D. Raymũdũ de Rocafull, & D. Henricũ de Rocafull; lata ſententia in dicta cauſa in fauorem dictæ Domnæ Antoniæ, dictus Aduocatus in eadem R. A. coram me petijt, eam condemnari ad ſibi ſoluendum
1 debitum ſalarium. Ipſa oppoſuit fori declinatoriam, ex quo habebat domiciliũ in ciuitate Oriolæ, vbi debebat conueniri iuxta priuilegia Regia dictæ ciuitatis, & eius vicinis conceſſa, & iuxta forum 67. de iuriſdictione omnium iudicum, vbi dicitur, in prima inſtantia non poſſe extrahi ad litigandum extra proprium domicilium. Sed non obſtante dicta fori declinatoria, fui interlocutus prouiſionem euocationis cauſæ eſſe confirmãdam, & petitionem dicti ſalarij eſſe tractandam in dicta R. A. Quia tale ſalarium eſt quid dependens ex dicta cauſa, & ita iudex cauſæ principalis debet eſſe iudex in cauſa acceſſorij, Matthæ. Bru. conſ. 129. num. 6. allegat. reg. acceſſorium de reg. iu. in 6. ſenſit & Mich. Fer. ex ſenatus mente in 1. part. obſ. Guber. Gen. Cath. cap. 70. quod nota:
2 quia ad multa confert, & quòd ratione ſalarij, expenſarum, & ſimilium, iudex aliàs incompetẽs ſit competens, tenuerũt Mandoſ. in tractatu de cõmiſsio. form. 11. in verb. validitate iuriſdictionis, Gratian. diſcep. foren. cap. 154.
3 nu. 24. pag. mihi 444. Et ita fuiſſe deciſum in R. A. Cathaloniæ teſtatur Michaël Ferrer in 3. part. obſeruantiarum cap. 484. quem refert, & ſequitur Cancer tom. 2. variarum, c. 15. de literis requiſitorijs, num. 66. & 67. qui loquũ-
4 tur etiam de procuratore, Flores de Mena variarum quæſt. lib. 1. quæſt. 12. num. 50. vbi dicit, Auditorem Cameræ poſſe decernere monitoria contra debentes ſalaria Officialibus, aut Aduocatis Curiæ Romanæ, vt Mandoſ. vbi ſup. & ita practicari in omni-
5 bus alijs tribunalibus. Et ita merito in occurrẽti caſu, ego tãquã Auditor dictę cauſæ feci prouiſionem, ex deliberatione Regij cõſilij, dictã causã petitionis ſalarij, nõ obſtãte declinatoria fori, in dicta R. A. eſſe tractandã, quę fuit facta die 17. Iunij 1616. actuario ſiue ſcriba cauſæ Vincentio Ioanne Roures notario.

DECI-

DECISIO. CLXXVIII.

PARIES MEDIVS Inter domos duorum vicinorũ, an & quando præſumatur cõmunis.

1 *PARIES medius inter duos vicinos an ſit præſumendus communis, & n. 3. 4. & num. 14.*

2 *Peritis in arte credendum eſt.*

3 *Commune preſumitur, quidquid eſt intra fines prædiorum duorum dominorum.*

4 *Feneſtræ aperiri non poſſunt in pariete communi per vnum ex dominis, inuito alio domino.*

5 *Parietem non eſſe communem, ex quibus ſignis præſumatur, & n. 6. & 7.*

8 *Ædes ſuas altius tollere, & feneſtras aperire, licitum eſt domino, licet vicino noceat.*

9 *Ædes altius tollere non licet, vel in eis feneſtras aperire, quando non principaliter ad ſuam vtilitatem, ſed ad emulationem, & inhoneſtam conſiderationem fecerit.*

10 *Feneſtram aperire non licet in proprio pariete medio, iuxta foros Valentiæ, quando ex ea proſpici poteſt intra domum vicini.*

11 *Peritis in arte, quando credi non debet.*

12 *Paries medius non præſumitur communis, ex ſola immiſsione tigni, quando alius eſt priùs in poſſeſsione totius parietis.*

13 *Paries communis, reficiendi cauſa, demoliri non poteſt ab vno ſocio, inuito alio ſocio.*

1 PARIES, qui medius erat inter domum Chriſpiniani Gauna ciuis Valentini, & aream ſubdialem, ſiue ouile domus Ioſephi Martinez agricolæ, loci de Benifaraig, allegabatur communis à dicto Martinez, & ita prætendebat, non potuiſſe dictum Gauna aperire feneſtras in dicto pariete communi verſus dictam aream, ſiue ouile, quod probabat ſequẽtibus argumentis.

Primò, nam cum à partibus fuiſſent nominati architecti periti in arte (apud nos appellati experti) vt coram iudice per inſpectionem oculorum declararent, an dictus paries eſſet communis; peritus à dicto Martinez nominatus, in contumaciam nominati à dicto Gauna, relationem fecit, dictum parietem eſſe communem, quod etiam depoſuerunt alij architecti teſtes producti ab eodem Martinez, declarando, iuxta peritiam ſuæ artis, eſſe communem, quia deſeruit vtrique domui, & his peritis eſt fides in hoc adhibẽda, Cæpola de ſeruit. c. 14. num. 14. Surd. conſ. 126. num. 16. & 17. lib. 1. quod probat ex §. quod autem, verſ. ſiue etiam, in auth. de non alienand. gloſ. in verbo longiore in §. preterea quod per alluuionẽ

Inſti. de rerũ diui. & ibi, Angel. Aretin.num.6. in gloſ. longiore, & in terminis, quod ad cognoſcendum:an murus ſit communis, 2 adhibendi ſint periti, quos vulgo appellamus magiſtros operarium, & quod eis ſit credendum, voluit Bald.in conſ.233. vol.1. Beroius in conſ.132. num.2. vol.3. Boer. conſ.5.num.7.Gramma.cõſ. 164. num. 4. in fin. & Burſat. in conſ. 57.num.22.

Secundò, quia in dicto medio pariete, verſus domum dicti Martinez, remanent veſtigia, ſiue foramina tignorum, quæ erant iniuncta, ex quibus probatur paries cõmunis, Cæpol.d.c.40.n.16.Surd. d.conſ.126.num.9.verſ.5. extant Boer.conſ.5.num. 15.

3 Tertiò: quia paries naturali ratione communis eſt l. parietem 7.ff.de ſeruit. vrbano. ibi: *Parietem qui naturali ratione cõmunis eſt.* for.5.de ſeruit.& in dubio communis præſumitur, Socin.Senior. conſ. 44. num. 2. verſ. poſtremo lib.4.Menoch. de præſumpt. lib. 6.præſumptione 73. nu.22. quia quidquid eſt intra fines, inter prædium tuum, & meum, præſumitur commune.l.arbor.ff.communi diuid.l.penult. pro ſocio.

4 Denique in Senatu Pedemontano deciſum fuiſſe, parietem eſſe communem, teſtatur Theſaur. deciſ.219.nu.5.in fin. cum igitur dictus paries eſſet communis, nõ potuit dictus Gauna in eo feneſtras aperire l. Sabinus 28. ff. cõmuni diuid. ibi: *In re communi neminem dominorum iure facere quidquam inuito altero poteſt*, & apertius in l. eos qui 39.ff. de ſeruitu. vrbano. ibi: *Aperto pariete communi, nullo iure feneſtras minuiſſe reſpondi*, & l. quidam hyberus 12.ff. commun. diuid.

5 Sed quod dictus paries eſſet proprius dom' dicti Gauna (quę nũc eſt dicti Sãtaſe) probatur primò: quia in eo, in pariete ſuperiori, extãt duæ feneſtræ antiquæ domus dicti Gauna perforantes totum dictum parietem, Cæpol.de ſeruitu.d. c.40. nu.13. verſ.Item per feneſtras, idem in conſ.35.n. 6. in ciuilibus poſt gloſ. in l.ſi. ædes ff.cõmuni. diuid. idem reſponderũt Caſtrenſis in cõſ.334. incipiendo à ſecundo nu.1.& 2. lib.2. Crotus in conſ. 153. n.10. & 13.lib. 2. & Socin. Senior. in conſ.44.num.2.verſ.confirmatur etiam quia ab vno, lib. 4. Bart. Angel. Paul. de Caſtro, Çæpol. & Boer. conſ.5.num.6. Menoch. de præſump. lib.6. præſumptione 73.num.11. Ruin. in conſ.55. nu.6. vol.2. & Surd.d.conſ.126. num.1. Gratian. diſcept. forenſ. lib.2.c.263.num.1.

6 Secundò, quia tigna immiſſa ex latere dicti Gauna ſunt vltra dimidium muri, quia oculariter viſum fuit, tigna tranſire per totius parietis craſitudinẽ, ita Cæpola. in d.c.40.nu.11.qui ſic declarat l. parietem ff. de ſeruitur. vrbanorũ, idem ſcripſerũt Bart. in l.

in l. damni §. cum parietem ff. de damno. infect. Socin. Senior. in conſ. 44. num. 2. verſ. ex qua doctrina lib. 4. vbi probat, quod ſi aliquid eſt immiſſum vltra dimidiũ muri, murus probatur cōmunis, ſenſit & Corne. in conſ. 184. num. 9. verſ. & ſic quilibet, lib. 1. Cæpol in conſ. 35. num. 8. in ciuil. & Ruin. in conſ. 55. num. 6. lib. 4. & Crotus in conſ. 155. n. 1. & 4. lib. 2. Beroius in conſ. 132. num. 1. lib. 3. Pariſ. in conſ. 116. num. 19. lib. 4. Grammat. in cōſ. 164. num. 4. in ciuili. & Theſaur. in deciſ. 219. num. 1. & Menoch. de præſumptio. d. præſump. 73. num. 10.

7 Tertiò, quia ſuper pariete fũdatum ſiue poſitum eſt tectum domus dicti Gauna, & ſic illius proprius eſſe dicitur, argumento l. ſi ædes, cum gloſ. ff. communi diuid. nam ex quo dictus paries ſubſtinet dumtaxat onera domus dicti Gauna, & non vicini proprius eius eſſe dicitur: quia per ſignum cognoſcitur ſignatũ l. 1. §. ſi intelligatur ff. de ædil. edict. l. ſtigmata, & ibi Bart. C. de fabric. lib. 11. & per Bald. in auth. dos data C. de donatio. ante nupti. ita Beroius conſ. 132. num. 1. vol. 3. qui bene confirmat dicta tria ſigna, ex quibus probatur paries proprius dicti Gauna.

Ex dictis tribus ſignis fuit deciſum, dictum parietem eſſe domus dicti Gauna, & nunc dicti Santa Fe, quibus ego addo, & quartum ſignum, quia dictus paries contentioſus, vt vidi ocularitér, eſt adiunctus alteri parieti domus dicti Gauna, eadē magnitudine, altitudine, & latitudine, ſiue craſſitudine, ita Crotus in conſ. 157, num. 17. & 18. & Menoch. d. præſumptione. 73. n. 18.

8 Cum igitur ex dictis conſtet, dictum parietem eſſe proprium dicti Gauna, dicẽdum eſt, potuiſſe in eo feneſtras aperire ad ſui vtilitatem, etiam ſi inde videre poſsit ortũ puellæ, quia licitum eſt cuilibet in ſuo ædificare, & murum, ac ædificiũ vſque ad cælum eleuare, & in eo feneſtras habere, quamuis ex eo damnum vicino inferatur, vt eſt textus in l. altius C. de ſeruit. & aqua, vbi Paul. poſt Petrum, inquit, quod licitum eſt mihi facere feneſtram in pariete meo, quem habeo iuxta ortum alicuius puellæ, vel monaſterium religioſum, quando illam feneſtram facio ad vtilitatem meam, ſecus ſi ad emulationem, & inhoneſtam conſiderationem, quia tunc nō poſſem, & Barthol. Cæpol. in tractatu de ſeruit. tit. de feneſtra, verſ. tertio fallit, dicit, quod ſi quis habet murum iuxta ortum, vel domum cuiuſdam puellæ, vel monialium, & in illo muro velit feneſtram habere, vt inde poſsit videre illã puellam, ſeu moniales, aut religioſas,
9 nō poteſt, ſi hoc faciat ad inhoneſtatem, vel æmulationem, argumẽto l. opus ff. de operis public.

Ee 5 quia

quia malitijs hominum eſt obuiandum l. in fundo ff. de rei vendicat. & ita dicit tenere Bald. poſt Petr. & Cyn. in d. l. altius, quod bene eſt notandum contra vicinos ædificantes ad deſpectum alterius vicini, ſi namque hoc faciant, vt noceant, non poſsint in ſuo, ſecus ſi principaliter faciant ad vtilitatem ſuam, licèt vicino, & alteri noceant; quia tunc poſſunt, vt per Paul. de Caſtro in d.l.altius: nam in ſuo regulariter quis poteſt feneſtrã habere, etiã ſi per eam in fundum vicini inſpiceret, d.l.altius, ibique Bald. quoniam in re ſua quis poteſt ædificare, dummodo in alienum non immitat, etiam ſi vicino noceat, l.fluminum §.fin.cum ſequent.ff. de damn.infect. cũ in re ſua quis ſit moderator, & arbiter, l. in re mandata C. mandati, ita Beroius poſt citatos omnes, conſ.135. nu.2.& 3.vol.3.pag.380.& quòd in pariete proprio feneſtram aperire poſsim, Caſtren.in d.l.parietem, Cæpol. de ſeruitu. vrbano. tit.de feneſtra nu.3. de qua feneſtra, quòd liceat noua cõſtrui, eſt tex.in l. eos de ſeruitu. vrbano. & tenet Ioſeph. Ludo.deciſ. lucenſi 58. Pariſius conſ.63.n.3. lib.1.Theſaur.deciſ.41.num 15. maximè cùm alias haberet in parte ſuperiori, Afflict. deciſ. 224. & 225.

10 Sed for. 3. de ſeruit. videtur hoc corrigere, ſi poſsint proſpicere intra domum, & ita cum ex vna ex dictis feneſtris poſsit proſpici in dictum ouile, fuit reſolutum, vt dicta feneſtra eleuaretur.

11 Nec obſtant relationes peritorum; quia illis non eſt ſtandũ, ſi per ſigna conſtet de contrario, vnde cum tot ſint ſigna, vt dictũ eſt ſupra, non debet in hoc caſu eis ſtari, ex eo, quia ratione notorij omitti poteſt iudicium peritorum, quanuis ſtatutum prohibeat iudicari, ſi non adhibeantur periti, Bald. in l.1. oppoſitione 4. in fin. verſ. vlt. Gratian. diſcept. forenſ. lib.2. cap.263. n.fi.

12 Nec obſtãt etiam ſigna tignorum immiſſorum ex parte domus dicti Martinez: nam hoc nõ procedit, quando vnus ſolus prius eſſet in poſſeſsione totius parietis, puta quia haberet feneſtras penetrantes totum murum, iuxta tradita à Bart. in l.1.§.ſi quis propter ff. de itinere actuque priuato: nam tunc, licet ab alio vicino fuiſſent immiſſa tigna, vel quod ſuper eo fuerit ędificatum, non præſumeretur paries cõmunis, ſed debebit immittens tigna, vel ædificare volens probare de iure immittendi, aliàs iniuſta dicetur facta immiſſo, & tolli poterit per illũ, qui poſsidet propria authoritate, vel poterit agi interdicto, vti poſsidetis, ita reſpondit Ruin. conſ.55.n.5. cum ſequent. vol.4. Maſcar. de probatio. concluſ.1144. num.6. tom.3. fol.28. col.2.

13 Tertiò, non obſtat, parietem, naturali

naturali ratione eſſe communem d.l. parietem: nam reſpondeo, nō ibi decidi à I.C. parietem eſſe cō munem; ſed ſupponi ad caſus figurationem, quod ex ſequētibus verbis illius l. apparet, & ex illorū ſenſu, qui talis eſt, non poſſe vnū ex dominis cōmunis parietis eū demoliri, reficiendi cauſa, altero ſocio inuito. Vnde priora verba ibi: *Parietem qui naturali ratione cōmunis eſt*, potius figuratiué, & præ ſuppoſitiuè, quā deciſiue ſunt in telligenda, & ita non obſtant.

14 Vltimo non obſtat, deciſum fuiſſe in Senatu Pedemont. parietē eſſe communem, teſte Theſaur. deciſ. 219. nu. 5. in fin. nam ibi non cōcurrebant indicia, quæ concurrūt in noſtro caſu, & facti mutatione ius mutatur. Et ita fuit iudicatū, referente Doctore Blaſco, ſententia publicata per Alreus, die 6. Iunij 1616.

DECISIO CLXXIX.

VNO EX TVTORIBVS, vel curatoribus, non acceptāte, vel mortuo, an & quando alius, qui ſupereſt, poſsit admi niſtrare, quando ex duobus tu toribus, vno abſente à Regno, qui præſens eſt, ſolus adminiſtrare poſsit.

1 *TVTORIBVS pluribus in teſtamento datis, ſi vnus ſe excuſat, aut poſt ſuſceptam tutelam moriatur, eſt in arbitrio iudicis, alium illius loco ſubrogare.*

2 *Arbitrium iudicis, an debeat, vel non ſubrogare tutorem in locum ex cuſati, aut mortui, debet regulari ex qualitate tutoris, qui remanſit, & ex qualitate patrimonij, vt iudicauit Regia Audientia.*

3 *Lex prima C. de teſtament. tute. declaratur.*

4 *Forus 43. de teſtament. tute. declaratur.*

5 *Tutore vno ex duobus, qui tutelam acceptauerunt, abſente, alius poteſt adminiſtrare, iuxta foros Regni, & ibi declaratio Regiæ Audientiæ.*

SI plures curatores dati ſunt (inquit tex. in l. 3. de admini ſtratione tutor.) *Pomponius lib. 68. ad edictum ſcripſit, ratum haberi debere etiam quod per vnum geſtum eſt, nam & furioſi curatoribus ne vtilitates furioſi impediantur. Prætor vni eorum curationē decernet, ratumque habebit, quod per eum ſine do lo malo geſtum eſt.* Et quando teſtator dedit in teſtamento plures tu tores, puta duos, & vnus ex hijs ſe excuſabit, noluit que tutelam adminiſtrare; vel ſi poſt acceptam tutelam duobus relictā, vnus ex hijs moriatur; an alius ſolus poſsit tutelā regere, & Vincē

1 tius de Franc. deciſ. 214. ita ait, iudicauimus in Sacro Conſilio, die 7. Septembris 1579. eſſe in arbitrio iudicis, excuſato vno ex tutoribus, alterū loco eius ſubrogare,

rogare per tex.in l. ſi quis ſub cō ditione ff.de teſtam.tutel.per quē tex. ita cōſuluit Socin.conſ.193. num.1. ſecundo vol. dixi tamen, hoc arbitrium debere regulari ex qualitate tutoris,qui remanet, & ex qualitate, & quantitate patri-
2 monij,ex dictis per Socin.vbi ſupra,& propterea iuſimus,exhiberi inuentarium bonorum patris, quo exhibito,viſum fuit ex ipſius inſpectione, pupillos alio egere tutore. & ſic eis prouidimus de matre ſimul cum auia,quæ reman ſerat hactenus Vincen. de Franc. facit gloſ. in terminis, in l. 1. C. de teſtamentaria tutela,vbi aperte dicit, quòd vno ex teſtamentarijs mortuo, conſtituetur datiuus, ſi cæteri non ſufficiunt,
3 & hanc gloſ. ſequitur ibi Bart.& licet tex.l.ſi quis ſub conditione, in verſ. planè ff. de teſtamentaria tutela dicat, deficiente vno de teſtamentarijs, alium dari à iudice loco mortui ciuiliter, vel naturaliter, & ibi Bal. inquit,quòd officium mortui nō accreſcit alteri, quia debet alius dari loco mortui, tamen,vt bene declarat Socin. dicto conſ. 193. nu.1. ille tex. loquitur per verbum,poteſt, quod facultatem, & non neceſsitatem importat, l. non quicquid, ff.de iudicijs, & l.ſæpe ff. de officio Præſidis,& ita remanet in arbitrio iudicis.Et ita etiam declarat Cancer.lib.1.variarum cap.7. de tutoribus, dicens, quòd licet mortuo, vno ex tutoribus etiam teſtamentarijs, debet alius loco eius ſubrogari iuxta dictam l. ſi quis ſub conditione, hoc tamen procedit, ſi cæteri non ſufficiunt adminiſtrationi tutelæ,l.ſi. ff.qui pe.tu.gloſ.in l. 2. §. quid ergo ſi non fuerint, ver. imputandum ff. ad Ter.& hoc apertius probatur in noſtro Valentiæ Regno, in foro 43. de tutela teſtamentaria,
4 ibi: *Si ſeran molts tudors,y curadors, o marmeſors donats, la autoritat de vn ſol no baſta fer alguna coſa, o algun contracte qui pertanyga lo offici en que ells ſon tudors,o marmeſſors, ſi tots aquells ſerā preſents en la Ciutat, o el logar, mas ſi la vn de aquells morra,la Cort ni puſque metre altre, ſi conex que obs hy ſia.*
5 Sed dubitatur, quòd ſi duo tutores in teſtamento dati tutelam acceptauerint,& viuāt,vnus tamē ex eis abſens ſit à Regno, an ille, qui eſt præſens, ſolus poſsit adminiſtrare tutelam, & dictus forus 43. à contrario ſenſu probat, præſentem ſolū adminiſtrare poſſe,ibi: *ſi tots aquells preſents ſeran en la Ciutat, o el logar*, & idē probatur in foro 22.de teſtamentis,qui loquitur in executoribus teſtamētarijs, ibi: *E ſi alcūs daquells executors,o marmeſors ſeran abſents, aquells qui ſeran preſents puſquen delliurament exſeguir lo teſtament.* Et ita fuit deliberatum in S. R. A. Valentina,die 4.Feb.1612. referente Doctore Ioanne Hieronymo Blaſco, in cauſa vertenti inter Franciſcū Aliaga, & poſtea Dōnam

nam Franciſcam Tallada, & de Aliaga viduam dicti Franciſci, & curatricem filij dictorum coniugum ex vna parte: Et Franciſcam Aliaga monialem Monaſterij Cōceptionis Virginis Mariæ Ciuitatis Valentiæ parte ex altera, actuario, ſiue ſcriba cauſę Selles notario.

DECISIO. CLXXX.

MATRIMONIVM cōtractum cum fœmina arcta, quæ habet perpetuum impedimentum, nullum eſt, & per cōſequens non conſiſtit dos, ſed eſt reſtituenda.

1 *Matrimonium nullū eſt ob impedimentum perpetuum naturale mulieris, quę cognoſci nō poteſt à viro.*

2 *Dos ſine matrimonio eſſe non poteſt.*

3 *Dos reſtitui debet vxori, quando matrimonium fuit declaratum nullum, & ita fuit iudicatum in R. A. Valen.*

1 MVLIER ſi ſit ſterilis propter impedimentū naturæ, veluti quia eſt arcta, vt prolem procreare non poſsit, matrimonium eſt nullum, cap. ex literis extra de frigidis & maleficiat. Barboſa in l. 1. ſolut. mat. 1. par. nu. 95. pag. 242. qui ait, quòd ſi ita arcta ſit, vt à marito neque per proprium opus, neque medicorum ope cognoſci poſsit, matrimoniū illud cenſebitur nullum, & conſequenter, ſi iſta nubat alteri, à quo fuerit cognita, cū iſto ſecundo remanebit, neq; reddetur primo viro, quia licet non fuerit ita arcta, vt à nullo cognoſci poſſet; ſatis eſt à primo nullo modo cognoſci potuiſſe, vt primum matrimonium cenſeatur inualidum, & ſecundum validum. Paludan. in 4. diſtin. 34. q. 2. Silueſter. verb. diuortium. nu. 2. & alij adducti per Matieço tit. 1. lib. 5. ordinamenti in rub. gloſ. 1. num. 194. vbi reſpondet ad text. qui in contrarium facit in c. fraternitatis de frigid. & maleficiat. Et etiam Nauar. conſ. 1. ſub tit. de frigid. & maleficiat. vbi declarat, & impotentiam perpetuam impedire matrimonium contrahendum, & dirimere contractum, innumeris relatis, probat Thomas Sanchez de matrimonio lib. 7. diſput. 97. nu. 2. pag. 662. cum ſequēti, & diſputatione 98. pertractat: an impotētia perpetua ad copulam dirimat iure naturæ matrimonium, multos ad id allegans auctores, & nouiſsimè Gutier. in tract. de mat. cap. 112. cum igitur nullum ſit matrimonium, non poteſt eſſe dos, l. 3. ff. de iure dotium,
2 ibi: *Dotis appellatio non refertur ad ea matrimonia, quæ conſiſtere non poſſunt, neque enim dos ſine matrimonio eſſe poteſt* l. cùm multę C. de donat. ante nup. Salicet. in authent. maximis C. de nupt. Surd. deciſ. 211. nu. 28.

nu. 28. Barboſa in l. 1. ſolut. mat. num.95. ad medium, quia ceſſat, inquit, reſpectu mulieris ſpes prolis, per quã augetur liberis Reſpublica, ita Bart. in l. ſi quis poſthumos. n. 1. ff. de liberis, & poſthumis; quem ita accipiunt Claudius in d.l. 1. ſolut. mat. nu. 42. Vincentius, num. 59. Pontanus num. 83. & facit ratio tex. in l. ſi ſerua. 40. aliàs 39. §. fin. ff. de iur. dot. ibi: *Vt in caſtrato dicas dotem non eſſe: in eo qui caſtratus non eſt, quia eſt matrimonium, & dos, & dotis actio eſt.*

8 Vnde cum per iudicem Eccleſiaſticum fuiſſet declaratum nullum matrimonium contractũ per Andream Marti, cum Iacobo Ferrer, merito cum ſententia lata in R. A. Valentina, me referente, fuit maritus condemnatus, ei dotem reſtituere, ſentẽtia publicata per Hieronymum Sanz Regij mandati ſcribam, die 7. Maij 1611.

DECISIO. CLXXXI.

VENDITOR NON poteſt appellare a ſentẽtia trãſacta in rem iudicatam contra emptorem, etiam ſi ad eius notitiam nouiter peruenerit.

1 *VENDITOR poteſt appellare à ſententia lata contra emptorem.*

2 *Appellare poſſe venditorem intra decem dies computandos à die notitiæ à ſententia in rem iudicatam trãſacta cõtra emptorem, tenuerũt Cephal. & Lancellot.*

3 *Venditorem non poſſe appellare, etiam intra decem dies, poſtquam ſciuit ſententiam latam, à ſententia in rem iudicatã tranſacta, tenuerunt Couar. & alij hic relati, iuxta quam fuit iudicatum in Regia Audientia.*

4 *Sententia lata contra emptorem, ſuper proprietate rei venditæ, non eſt lata contra venditorem; & ita venditor, ſi vult, debet ab ea appellare nomine emptoris.*

5 *Emptor, in quẽ dominium eſt trãſlatum, eſt verus defenſor rei venditæ, nõ venditor, & ita à ſententia, contra eum in rem iudicatam tranſacta, non poteſt venditor appellare.*

6 *Sententia lata contra emptorem ex ſui natura, & propria vi, non nocet venditori; nec quo ad dominiũ, nec quo ad poſſeſſionem, quod declara, vt ibi.*

7 *Venditorem non poſſe appellare à ſententia lata contra emptorem in rem iudicatam trãſacta, iudicauit Regia Audientia Valentina, ſecuta magis receptam ſententiam.*

1 VENDITOR poteſt appellare à ſententia lata contra emptorem, l. ab executore §. alio ff. de appellationibus, ibi: *Item ſi emptor de proprietate victus eſt, eo ceſſãte, auctor eius appellare poterit*, cap. cum ſuper de re iudic. c. ſuper eo de offic. deleg. l. à ſententia ff. de appel. & adeſt in Caſtella Regia. l. 4. tit. 23. part. 3. notant.

notat. in c. veniẽs in 2. de teſtibus & in l. à diuo Pio §. ſuper reb⁹, ff. de re iudi. hęc tamen apppellatio an admittenda ſit, lapſis decẽ diebus à die notificatæ ſententiæ emtori: poſtquam cum illo tranſiuit in rem iudicatam: ſi nouiter ad notitiam venditoris peruenerit, qui vellit appellare intra decem dies
2 computandos à die notitiæ: dubiũ eſt, in quo Cephal. conſ. 106. num. 4. cum ſeqq. lib. 1. tenuit, poſſe, quia inquit, tempus decem dierum ad appellandũ tribuitur. à die ſententiæ, ac ſcientiæ, gloſ. auth. hodie C. de appell. c. cum inter de ſent. & re iudi. & multis relatis, late proſequitur, dicendo, quòd ſi ſciẽtia requiritur in principali condemnato ꝑ fortius deſideratur in tertio, quando ei ſententia nocet, cùm facilius ad appellandum admittatur tertius, quam principalis, Clementina 1. de re iudic. & pro ſua opinione allegat Cephal. doctrinam Pauli Caſtrẽſis in l. ab executore §. alio col. 2. verſ. reſpondeo, de appell. vbi vult, vt ſententia noceat tertiò, ſufficere, quòd ſciuerit causã agi, ſed vt ipſi currat tempus ad appellandum, requiri ſcientiam ſententiæ latæ, cuius ignorantia efficit, vt tempus appellandi ſibi non currat, licet currat contra debitorem, vnde inquit Ceph. quòd vt ſcientia noceat venditori, ſufficit, vt ſciuerit cauſam agi contra emptorem, ſed non currit ipſi vẽditori tempus appellandi, niſi habuerit ſcientiam latæ ſententiæ, faciunt quæ refert Couar. pract. quæſt. c. 15. nu. 2. & tempus datũ ad appellandum currere a die ſciẽtiæ, probat tex. in cap. conſertatioṇi. de appell. in 6. l. ab eo, & ibi Albericus C. quomodo. & quãd. iud. gloſ. in cap. ab eo de appell. in 6. gloſ. Immola, & alij in Clementina 2. eodem tit. Alex. in l. ſæpe de re iudic. num. 82. in fine.

3 Vnde videtur, quòd venditor à die ſcientiæ poſſit appellare, quòd & tenuit Lancellot. de attenta. part. 2. capit. 12. de attent. nihil, noua appell. pend. limit. 50. princip. nu. 169. & ſeqq. tom. 5. fol. 380. ſed contrariam ſẽtentiam tenuit Couar. dict. c. 15. pract. quæſt. n. 4. quem ſequuntur Ruginel. de appell. §. 2. ca. 1. n. 25. in fin. Cancer. tom. 2. variar. c. 16. nu. 55. Eſccac. de appell. quæſt. 5. nu. 36. fol. 53. qui dicit, hoc ſentire Paul. Caſtren. in l. ab executore §. alio condemnato, ſub n. 2. in ſecundo caſu ff. de appell. & re-
4 lat. dicens, quòd ſi eſt lata ſententia contra emptorem ſuper proprietate rei emptæ, nocet venditori per indirectum: quia habebit regreſum contra venditorem, nõ tamen, inquit, ſententia dicitur lata contra vẽditorem, quia non ſuper iure venditoris, nec ſuper actione, quę competat ipſi venditori, vel contra ipſum venditorem, ſed dicitur lata principaliter cõtra emptorem, & ideo, inquit, ſi venditor vult appellare, non debet

bet appellare nomine ſuo, ſed no mine emptoris, vnde,inquit, debet appellare infra decem dies, à die latæ ſententiæ, aliàs ſententia tranſit in rem iudicatam, & non poteſt poſtea appellare, ratione proprij intereſſe. Et Couar.in d. cap.15.pract. nu.4. ante medium dicit,ſententiam latam contra emptorem venditori etiam ignoranti nocere,quo ad exceptionẽ rei iudicatę,vt is non poſsit cum victore iterum examen cauſæ repetere:nam & ſi poſsit vẽditor propter periculum euictionis emptorem defendere, & liti aſsiſtere, atq; à ſententia lata contra emptorem appellare; verè tamen cauſæ huius defenſio ad emptorem pertinet, qui ex contractu venditionis rei dominiũ adquiſiuit, quod venditor in eum trãſtulit, & denique poſſeſsionem, cuius cauſa ſolus ipſe ab actore vẽdicante rem ad iudicium eſt reuocandus l. in rem.ff. de rei vendi. atque ideo,finito iudicio cum emptore,dubio procul finita eſt rei vendicationis cauſa,nec poterit ſuſcitari ad venditoris petitionẽ, cũ is omne ius, quod habuit, in emptorem tranſtulerit: vnde licet poſsit defendere emptorem, & eo non appellãte, appellare; id tamen obtinet
6 modò ſententia nondum tranſierit in rem iudicatã cum emptore: hoc itidem probatur,quia ſententia lata contra emptorem, directe quidem, & ex natura, ac propria vi,nõ nocet venditori,nec ei præiudicat; ſiquidem in ea tractatur de dominio rei petitæ, & de eius traditione ac reſtitutione: res vero petita, nec quo ad dominium, nec quoad poſſeſsionem, ad venditorem pertinet, igitur non fit ei damnum,nec præiudicium ex ſententia directe, ſed indirecte,
7 quia de euictione tenetur. Et iuxta hanc vltimam ſententiam fuit iudicatum in Regia Audientia Valentina, referente don Marco Antonio Siſternes,ſententia lata, in fauorẽ Beatricis Gomez, & de Iordi viduæ, contra Ioſepham Sãchez & de Arques viduam, pub. per Berbegal,die 14.Decembris, 1610.

DECISIO CLXXXII.

MENTECAPTI,VEL dementis contractus eſt ipſo iure nullus, & poteſt nihilominus eius curator petere reſtitutionem in integrum.

Reſciſſa venditione,vel annullata à minore,vel mente capto facta debet reſtitui pecunia, quæ ex pretio ad eius creditores peruenit, ſimul cũ intereſſe illius.

1 CASVS.
2 *Inſani contractus eſt nullus.*
3 *Mente capti curator, rem à mente capto vẽditam retrahere poteſt.*
4 *Furioſus,& mente captus æquiparantur.*

5 *Curator*

5 *Curator furioſi poteſt implorare reſtitutionem in integrum ad reſcindendum contractum à furioſo factum.*

6 *Minor, & furioſus æquiparantur.*

7 *Curator furioſi poteſt annullare venditionem à furioſo factam, & aduerſus eam petere in integrũ reſtitutionem.*

8 *Minor, ſi fuit læſus, poteſt reſtitutionem in integrũ implorare aduerſus contractum, & abſque reſtitutione illum reſcindere.*

9 *Minor tenetur reſtituere nedum pretium rei venditæ, ſed etiã interesse illius, quando venditio reſcinditur.*

10 *Creditori ſolutum, dicitur verſũ in rem debitoris.*

11 *Intereſſe pretij, quod fuit verſum in extinctionem debiti venditoris mẽte capti, an nullata venditione, fuit declaratum cum regia ſententia, de qua hic, eſſe emptori reſtituẽdum ſimul cum pretio.*

1 ANTONIVS Lario bibliopola vendidit quandã ſuam domum Rocho Sanſoni, & emptor ex pretio illius ſoluit creditoribus dicti Lario diuerſas quantitates; poſtea, quia idẽ Lario, tẽpore venditionis, & multo antea erat inſanus, & demens, nullum tamen curatorẽ habebat, datus ei fuit curator, qui in Regia Audientia ſupplicauit, dictã venditionem annullari. Rochus Sanſoni eam validã eſſe prætendebat: quia dictus Lario non erat furioſus, nec habebat curatorẽ, ſed publicã habebat apothecam, in qua libros vẽdebat prope Vniuerſitatem, ſiue Studiũ generale Valẽtiæ; & caſu, quo dicta vẽditio eſſet annullanda, vel reſcindenda, eidẽ fore reſtituendas quãtitates ratione pretij dictæ dom' pro eadem Lario ſolutas, & earũ intereſſe. In hac cauſa fuit lata ſentẽtia, die 6. Octobris 1609. cum qua fuit annullata dicta venditio, ex quo fuit probatum, dictũ Lario, tempore vẽditionis, & multo antea, continuo fuiſſe inſanum, & tantum fuit condemnatus eius curator ad reſtituendũ quantitates pro eodem venditore ſolutas eius creditoribus. A qua ſententia dictus Sanſoni ſupplicationem interpoſuit, prætendẽdo, vẽditionem eſſe validã, & caſu quo dicta ſententia cõfirmaretur in capite nullitatis venditionis, fore condẽnandũ venditorem, ad ſibi reſtituendum nedum ſupradictas quantitates, ex quibus fuit vẽditor factus locupletior, ſed etiam earum vſuras, ſeu legitimum intereſſe. Cauſa ſupplicationis in alia Aula eiuſdẽ R. A. introducta, & mihi cõmiſſa, duo dubia fuerunt ſuſcitata. Primũ: an vẽditio eſſet nulla, vel ſaltẽ reſcindẽda tanquã facta à demente. Secundum: an deberet condemnari venditor, ad reſtituendum pecunias, ex quibus factus fuit locupletior ſimul cum intereſſe earum.

2 In primo dubio, ex quo erat

probatum dictum Lario eſſe inſanum, viſa fuit venditio nulla, leg. 2. C. de contrahenda emptione, ibi: *Emptionem, & venditionem conſenſum deſiderare, nec furioſi vllum eſſe conſenſum, manifeſtum eſt*, l. qui ad certum ff. locati l. oratione in fine, ff. de ritu nuptiarum, l. in negotijs ff. de reg. iur. cap. ſicut tenor de regularibus, Craueta, qui ſuperiora iura allegat, conſil. 689. num. 14. lib. 4. Fulgoſius conſ. 79.
3 num. 2. & per totum, vbi ait, venditionem à mente capto factam retrahi poſſe quaſi nullam per curatorem dementis, & rem venditam ab eo vendicari, oblato tamen pretio, quod emptores in vtilitatem mente capti verſum probauerint, Tuſchus in ſuis cõmunibus concluſionibus, in verbo, furioſus, concluſ. 540. n. 14.
4 & 16. Furioſus enim, & mente captus æquiparantur, vt probat Rota Rom. deciſ. 107. num. 17. in ſecunda parte nouiſsimarũ, vbi pro hac ſententia allegat tex. in §. hæc dicimus, in authentico, vt hij qui oblig. ſe. habe. l. 2. vbi Bald. C. de curatore furioſi l. furioſi, & ibi Doctores, C. de nuptijs, & tenent plures re
5 lati in ſupra dicta deciſ. poteſt pariter curator furioſi implorare reſtitutionẽ in integrum, ex clauſula generali, ad reſcindendũ contractum à furioſo factum, vt probat Sfortius Oddo, in tract. de reſtit. in integ. q. 3. num. 3. vbi inquit, eiuſdem naturæ & effectus debere eſſe hanc reſtitutionem,
6 cuius eſt reſtitutio minorũ, quia æquiparanrur, l. 2. C. de curatore furioſi, & ibi gloſ. in verb. adoleſcentium, & in verbo, adagnatum, Euerardus in topic. legali. in loco à minore ad furioſum, ęquiparatio autem iſta in eo fundatur: minoribus enim datur reſtitutio in integrum, quia infirmi conſilij ſunt, & calliditatibus & machinationibus aliorum ſuppoſiti, & ideo non habent liberam ſuorum bonorum adminiſtrationem l. 1. ff. de minoribus, & propter eandem etiam rationem inter dicta eſt adminiſtratio ſuarum rerum furioſis, & mente captis, vt legitur in l. 1. ff. de cu-
7 ratore furioſi: & ita poterit curator furioſi, vel mente capti vti remedio, quod voluerit, nimirum dicendi nullum contractum, vel petendi reſtitutionem in integrum, quando ex eo fuit læſus, hoc quo cautum eſt in foris noſtri Valentiæ Regni, nam iuxta for. 1. de reſti-
8 tutione minorum, qui, durante minori ętate, fuit leſus, poteſt poſt impletam maiorem ætatem, intra biennium, petere reſtitutionem in integrum, & iuxta forum 16. eiuſdem tituli, & forum 2. in Rub. ſi tutor, vel curator, poteſt petere reſtitutionem in integrum, ſi ſibi placuerit, & etiam ſine vllo beneficio reſtituitionis in integrum, poteſt

teſt petere, vt cōtractus reſcindatur, & ita viſa fuit in hoc capite ſententia alterius Aulę iuſta, quatenus fuit declarata nulla dicta venditio: in ſecundo dubio dicendum eſt, teneri reſtituere nedum pretium, ſed etiam vſuras, vel intereſſe, l. vtere 14 C. de
9 prædijs miorum, ibi: *Ac doli mali exceptionem oppone, pretium ob eorum debitum ſolutum probans, ſi ſortem cum vſuris quæ fiſco debentur pupilli non offerentes fundos prouinciales citra decretum Præſidis venundatos, cum fructibus petent.* l. ſi prædium 16. C. eodem, ibi: *Doli exceptionis auxilio pretium cum vſuris quas præſtitura eſſes, & ſumptus meliorati prædij ſeruare tantummodo poteſt*, l. penultim. §. 1. ff. de rebus eorum, ibi: *Si tamen inquit errore lapſus vendiderit, & pretium acceptum creditoribus paternis pueri ſoluerit quandocumque prædium domino, cum fructibus vindicanti, doli non inutiliter opponetur exceptio, pretium ac medij temporis vſuras, quæ creditoribus debentur, non offerenti, ſi ex cæteris eius facultatibus æs alienum ſolui non poterit.* Quæ iura licet loquantur in minoribus, procedunt etiam in furioſis, & mente captis, cum à lege æquiparentur minoribus, vt ſupra dixi num. 6. & licet iuxta forum finalem in Rub. ſi turor vel curator fol. 54. quando minor reſtituitur aduerſus contractum debet reſtituere rem, quę ad eum peruenit, licet ex illo contractu non ſit factus locupletior quòd etiam de iure Cæſareo procedere, quando iudex reſtituit minorem aduerſus contractum, probat Caldas. in l. ſi curatorem verbo implorandum n. 4. tamen ſi opponitur nullitas, nihil reſtituitur, niſi probetur factus locupletior, Gratian. diſcep. foren. 3. part. cap. 576. num. 38. vbi ait, ita deciſum in Rota Rom.

10 Dicitur autem factus locupletior, & in rem eius verſum, quando pecunia fuit ſoluta eius creditori, l. 3. §. in rem autem verſum ff. de in rem verſo, ibi: *Aut ſi pecuniam à creditore acceptam dominico creditori ſoluerit*, & alijs relatis, probat Caldas à Pereyra in l. ſi curatorem verbo, læſis, nu. 57. ad med. fol. mihi 314. quando enim conſumitur pecunia in vſus neceſſarios dicitur factus locupletior, l. in pupillo 47. ff. de ſolutio.

11 Et ita in hoc dubio fuit declaratum, curatorem dicti Antonij Lario demētis, teneri reſtituere nedum quantitates ſolutas creditoribus. Sed etiam earum intereſſe, confirmando ſententiam in alia Aula latam, in primò capite, & eam reuocando in hoc ſecundo capite, ſententia lata, me referente, inter dictum Rocum Sanſoni, ex vna, & curatorem dicti Antonij Lario, ex alia, publicata per Franciſcum Paulum Alreus, die 16. Martij, 1610.

DECISIO. CLXXXIII.

DILATIO AD TESTES producendum non numeratur à die poſitionis libelli, ſed à die oblationis articulorum, ſuper quibus teſtes recipi debent.

1 *FORVS Regni Valentiæ, 34. qui incipit, Item ſil actor in rubrica de teſtibus fol. 100. declaratur.*

2 *Dilatio probatoria currit à die poſitionis articulorum, quamuis ante articulos oblatos plures dies & mēſes ſint elapſi à die oblationis libelli.*

1 DILATIO ſiue terminus ad producendum teſtes, in cauſis ordinarijs in noſtro Valentiæ Regno, ipſo iure currit actori à die poſitionis iuxta forum 34. incipiētem. Item ſil actor in Rub. de teſti. fol. 100. ibi: *Sil actor ol conuengut ſobre algunes rahons qualſevol volra produhir teſtimonis, tots aquells haja prò duhir, o fer depoſar ab acabamēt dins quaranta dies continuament comptadors del dia auant que les dites rahons haura propoſades. Axi que en continent poſſades les rahōs en aquell mateix inſtant ſia manat a la part, ſi ſera preſent, y en ſa abſencia ab ſaig o ab letra que ſia preſent per veure jurar teſtimonis; è apres continuament ſiē produhits dins lo dit terme, lo qual terme paſſat algun teſtimoni no ſia rebut ſobre les altres rahons tocants lo feyt principal,* Et for. 36. incip. Per tolre eo. tit. ibi: *En axi que los tēps a produir teſtimonis contenguts en los dits furs corregeuen ipſo foro.* Et ita videbatur à die petitionis, ſiue oblati libelli currere dilationem
2 quadraginta dierū. Nihil ominus tamen inconcuſſe practicatur, dictam dilationem tantùm computari à die poſitionis articulorū, quamuis ante articulos oblatos plures dies, & menſes ſint elapſi, ita Bald. in additio Specula. lib. 2. particul. 1. tit. de dilatio §. fin. incipienti: videndum in vltima additione verſ. terminus fol. 162. pag. 2. his verbis, *Terminus ſtatutus à iure ad probandum exceptionem non currit, niſi cum iudex excipientē ad probandum admiſit, quo facto, ſtatim currit, licet iudex non præfingat terminum,* idem tenet Muſcatel. in praxi. ciuili Neapolita. par. 5. glo. in verbo defendendum n. 5. & 6. & ita fui interloquutus, ſiue prouiſionem feci ex deliberatione Regij Conſilij, die 29. Octobris 1615. in cauſa verten- ti inter don Iacobum Sorell Dominum Baroniæ de Betera, ex vna parte, & Don Valerianum Boyl, circa petitionem loci de Maſſamagrell, parte ex altera, cuius cauſæ ego eram Auditor, ſcriba vero, ſiue actuarius Balthaſar Blanes Nota. & idem antè fuerat declaratum, in fauorem Ducis de Mandas, pro-

prouiſione facta per acutiſsimũ I.C. Ioannem Baptiſtã Guardiola quondam Sacræ Regiæ Audiẽtiæ Senatorem die 5. Maij 1610. ſcriba cauſæ Hieronymo Nauarro notar.

DECISIO. CLXXXIIII.

DOTIS AVGMENTVM, dotarium, ſiue antiphatum, Caſtellæ appellatum Arras, Valentię vero, Cathaloniæ, & Sardinię, Creix, ſiue, Screix, an debeat ſolui in quantitate, pręſtita cautione de illud reſtituẽdo: an vero per viã venditionis annui reddit', durãte vita vxoris.

1 *VXORI virgini debet cõſtitui dotis augmentum in quantitate medietatis dotis iuxta forum Valentiæ.*

2 *Augmentum dotis Valẽtiæ, Creix, appellatur.*

3 *Screix, Barchinonæ, idem eſt quod augmentum dotis, & Sardiniæ, idem num. 7.*

4 *Spõſalitium idem eſt, quod ſcreix.*

5 *Donatio propter nuptias communiter vocatur in Cathalonia dotis augmentum.*

6 *Superuita apud Delphinales, idẽ eſt, ac dotis augmentum.*

8 *Antiphatum in Regno Neapolitano eſt dotis augmentum.*

9 *Augmentum dotis Sabaudiæ nuncupatur.*

10 *Dotarium Siciliæ idem eſt, quod dotis augmentum.*

11 *Contra dotes Peregrin. appellat dotis augmentum.*

12 *Arræ, in Caſtella, vocantur dotis augmentum.*

13 *Donatio propter nuptias, de qua in legibus Romanorum differt ab arris Caſtellæ.*

14 *Sponſalitium, quod datur in præmium virginitatis, Vxor Barchinonæ conſequitur in bonis mariti, & illius eſt vſufructuaria, & de eo reſtituendo cauet, niſi malit medietate ſponſalitij eſſe contenta.*

15 *Dotis creix, ſiue augmentum, in Regno Valentiæ, quando debet ſolui ex bonis fideicommiſſo ſubiectis magnæ qualitatis, compellitur vxor illud accipere in redditibus cẽſus, vita eius duntaxat durante, & ita cum diuerſis Regijs ſententijs fuit declaratum.*

16 *Solutio augmenti dotis, ſiue, creix fieri debet in pecunia, præſtita cautione de reſtituendo ipſam poſt eius mortem.*

17 *Antiphati conſiſtentis in pecunia (vt refert Afflict.) non debentur vſuræ, ſiue vſusfructus: ſed cõtra infra num 21.*

18 *Vxor inuita non compellitur accipere annuum redditum.*

19 *Aliud pro alio, inuito creditore, ſolui non poteſt.*

20 *Electionem habet vxor accipere antiphatum in pecunia, vel tertiã vſura centeſima, iuxta Gramm.*

21 *Vidua, in Regno Valentiæ, ſolet conſentire, vt hæredes mariti ei vendant annuum redditum, ſiue cenſuale, vita eius duntaxat,*

durãte, pro ſolutione augmẽti dotis
22 *Cenſuale, vita viduæ durante, ea inuita, non poteſt onerari pro ſoluẽdo dotis augmento, ſiue creix.*

1 LEGE noſtri Valentiæ Regni ſancitũ eſt, nimirũ in foro 2. de arris, & ſponſalibus, maritum contrahentem matrimonium cum virgine, teneri ei facere augmentum in quantitate medietatis dotis, quo fruitur vxor
2 vita eius duntaxat durante, quod augmentum Valẽtiæ, creix, appel
3 latur, Barchinonæ vero, ſcreix, ſi-
4 ue ſponſalitiũ, vt teſtatur Oliba. de actio. 1. par. li. 3. ad §. fuerat n. 42. pag. 71. vbi dicit, cõmuniter
5 vocari in Cathalonia, ſcreix, donationẽ propter nuptias, & ꝙ apud
6 Delphinales appellatur, ſuperuita, & in Regno Sardiniæ etiam
7 ſcreix vocatur, vbi iuxta cap. 1. Capitulorum Curiæ anni 1520. vxor tantũ fruitur medietate dotis, vitã eius durãte, licet ante dictas Curias aliud ſeruabatur, in Regno vero Neapolitano, ante-
8 phatum, appellatur, Afflict. deciſ. 242. nu. fin. Grammat. deciſ. 97. n. 1. Vincen. de Franch. deciſ. 182 num. 9. 1. part. illud autem in eo Regno eſt quarta pars quãtitatis cõſtitutæ in dotẽ in proprietate, ſi liberos non habet; ſi autem extant liberi ex matrimonio; tãtum habet fructus dictæ quartæ partis, vt in cõſuetudine Neapolitã. incip. quartã autẽ tit. de iure quar
9 tæ, & ibi Neapodanus: Sabaudiæ autẽ dicitur augmẽtũ dotis, Sola ad decret. antiq. Sabaudiæ, tit. de feud. in decreto Blãcæ. in 1. part. gloſ. 11. n. 14. vbi dicit, dictũ dotis augmentũ regulari ad rationẽ
10 quartæ partis dotis. Siciliæ vero dotariũ appellatur, vt inquit Intrigliol. de ſubſtit. cent. 3. q. 73. n. 437. pag. 209. D. Garcia. Maſtril. deciſ. 73. n. 18. vbi dicit, hoc dotariũ, ſiue antephatum de iure cõmuni eſſe tertiam, ſeu quartã par-
11 tẽ dotis ſolutæ, de iure vero Regni eſſe octauam partẽ, hoc idem cõtra dotes vocari in ſua prouincia, inquit Peregrin. de fideicom.
12 art. 42. n. 98. fol. 390. In Regno vero Caſtellę illud, arras, vocãt, vt in l. 1. tit. 2. de las arras lib. 3. fori, ibi: *Todo home que caſare no puede dar mas arras a ſu muger del dieſmo de quanto huuiere, è ſi mas le diere, ò pleyto ſobre ello fiziere, no vala.* Super qua lege late, & benè ſcripſit Rode. Xuarez, & idẽ teſtatur Couar, in quartũ librũ decretaliũ. 2. p. c. 3. §. 7. & n. fin. vbi dicit, arras vulgo appellari donationes factas vxoribus ante, vel poſt matrimonium contractum, vt eo cõſũmato, ſtatim eis acquirãtur in præmium pudicitiæ, iuxta illud Iuuenalis Satyr. 6. Nec illud quod prima pro nocte datur, & ſubiun-
13 git Couar. quod antiquitus iuxta leges partitarum, donatio propter nuptias differt plurimum ab iſtis arris, ſiquidem donatio propter nuptias eſt id, quod confertur à viro pro matrimonij oneribus,

ſibus, ad ſimilitudinẽ eius, quod ab vxore ad eadem onera confertur, & dos appellatur §. eſt & aliud Inſtit. de donationibus l. cũ multæ C. de donatio. ante nupt. dicit l. Reg. 1. tit. 11. par. 4. & matrimonio ſoluto, etiam poſt quam fuerit conſumatum, reddit ad donantem, nec penes vxorem remanet, cap. fin. de donationib. inter virum, & vxorem. Arræ vero remanent penes vxorem, quod etiam probat, & latius proſequitur Alua. Valaſq. conſul. 2. numer. 5. & per tot. tom 1.

Quo ſuppoſito, dubitatum fuit: an vxor, cui debetur dictũ augmentum dotis ratione virginitatis, poſsit compellere hæredes mariti, vt illud ſibi ſoluant in pecunia numerata; an vero illi ſatisfaciant per viam carricamenti cenſualis, vendendo ei annuum redditum, ſiue cenſum, vita vxoris duntaxat durante, cuius proprietas ſiue pretium æquale ſit medietati dotis, & ſic in quãtitate debita ratione dicti augmenti, ſiue creix. Et Oliba in d. §. fuerat de actio. num. 42. pag.
34 564. ita ait, in ciuitate Barchinonæ ſponſalitium datur in præmiũ virginitatis, & dicitur ſcreix, quod vidua conſequitur in bonis mariti, & illius eſt vſufructuaria, etiam ſi tranſeat ad ſecunda vota, ſed moriens reſtituit illud hæredibus mariti, & de eo reſtituendo cauet ab initio, niſi malit medietate ſponſalitij eſſe contenta, vt illud habeat etiã in proprietate, hoc autem in electione eſt ipſius mulieris, nam ipſa volens gaudere toto tempore vitæ ſuæ ſponſalitio, & poſt mortem reſtituere hæredibus mariti, audienda eſt, etiam inuitis hæredibus, ſed, illis volentibus, poteſt accipere medietatem, ſed hoc non eſt ex neceſsitate, niſi inter
15 eos conueniant. In noſtro Valentiæ Regno, quando hoc dotis augmentum, ſiue creix, debet ſolui ex bonis fideicommiſſo ſubiectis magnæ qualitatis, cum diuerſis Regijs ſententijs fuit declaratum, vxorem compelli accipere augmentum in redditibus cuiuſdam cenſus, eius vita durante, nimirum cum ſententia lata in S. S. R. A. C. in fauorem nobilis Petri Boyl Domini Baroniæ de Maniſes, contra Domnam Yolantem eius matrem relictam à Don Petro Boyl quondam Domino eiuſdem Baroniæ eius patre, publicata per Ioannem Talayero, die 12. Decembris 1530. his verbis: *Taliter quod reſiduum dotis, & augmenti, deficientibus bonis hæreditarijs, quæ non prætenduntur vinculata ſoluatur, & ſolui habeat dictæ viduæ, in dicto caſu, de mobilibus, ſi quæ ſint; & ſi aliunde hæres prædictus per incarricationem cẽſualium alteri faciendam, aut aliàs pecuniam habere non poſſit, pro ſoluendo reſiduum dotis, & augmenti, ſoluatur de domo, quæ aſſeritur vincu*

lata, etſi non ſufficiat, teneatur hæres prædictus ſatisfacere eidem matri ſuæ per viam carricamenti, vendendo eidem duo cenſualia ad rationem quindecim pro millenario, vnum pro reſiduo augmenti, ſiue donationis propter nuptias cum ſpeciali hypotheca loci, & Baroniæ de Manizes, iuriſdictionis, fructuum, redditũum, & emolumentorum eiuſdem, & cum alijs ſecuritatibus, & obligationibus debitis, & in ſimilibus apponi ſolitis, & abſque nouatione in omnem caſum, etiam proprio nomine ipſius Petri Boyl, quod quidem cenſuale pro reſiduo augmenti, duret tantum de vita dictæ nobilis Yolantis, & non vltra, & dicta cenſualia currere incipiant à die finiti anni luctus. Et iterum cum Regia ſententia lata in fauorem Domnæ Agnetis Mãrique Vicecomitiſſæ de Chelua, & contra Don Petrum Ladro, & de Vilanoua, publicata per Ludouicum Dominguez die 23. Ianuarij, 1534. declaratum fuit, dictã Vicecomitiſſam habere tenutã in omnibus bonis, quę Vicecomes Don Petrus Pallas eius vir tempore mortis poſsidebat, tam hæreditarijs, quàm maioratus, donec eſſet ſoluta de ſexaginta mille ſolidis dotis, & triginta mille augmenti, & interim quod fructus ſuos faciat; fuit tamen data facultas, vt poſſet ſolui ei dos, & augmentum per viã carricamenti duorum cenſualiũ, vnum pretij ſexaginta mille ſolidorum, & penſionis ducentarum librarum: Alterum proprietatis triginta mille ſolidorum, & penſionis centum librarum, ne inducatur ſectio dictæ dignitatis, & pro modico res magna vẽ-

16 deretur. In alijs vero bonis non poteſt vxor cõpelli accipere redditum tantum, ſed poteſt petere in pecunia ſibi ſolui dictum augmentum dotis, creix, ſiue antephatum, præſtita cautione de reſtituẽdo ipſam pecuniam ſibi traditam pro dicto augmento poſt eius mortem, iuxta l. 1. ff. de vſu, earum rerum, quæ vſu conſumũ. Matthæus tamen de Afflict. deciſ. 291. ait, iuxta conſuetudinem Neapolitanam, vxorem, ſoluto matrimonio per mortem viri, ſuperſtitibus filijs, poſſe accipere propria authoritate fructus quartæ, iuxta conſuetudinem incipientem. Quartam in tit. de iure quartæ, & ibi gloſ. Neap. in verbo fructus, ait, quod ſi quarta, vel antephatum eſt conſtituta, ſeu conſtitutum in pecunia, mulier habet electionem, an velit pecuniam pro antephato, præſtita cautione, vel vſuras cõpetentes, & idem Afflict. num. 3. refert, ſententiam fuiſſe latam in Sacro Conſilio tempore immortalis memoriæ Regis Alfonſi Primi de Aragonia, præſidente Epiſcopo Valentiæ, qui po-

17 ſtea factus fuit Calixtus Tertius, quod non debeatur vſusfructus antephati cõſiſtentis in pecunia, à filijs, & hæredibus viri, vxo-

ri,

ri, ſed quod ſolum reſtituatur pecunia antephati cum cautione, de qua ſupra, & fretum Conſilium dictis authoritatibus, ipſo aſsiſtente, ter in eo iudicatū fuiſſe, quod non debeatur vſusfructus pecuniæ antephati vxori, nec pro præſenti, nec pro futuro, ſed ſolum teneantur hæredes reſtituere pecuniam debitam pro antephato in proprietate, & vſufructu, quando non extant filij cum cautione, de qua ſupra, & ex his ſequuta fuit alia deciſio in quadam cauſa certorum nobilium de Capuana, quod ſi vxor vidua elegit, potius velle vſumfructum antephati cōſiſtentis in pecunia annuatim, & ei fuit promiſſum, quod poteſt poſtea variare, & petere ſibi reſtitui antephatum. Et ratio eſt, quia petendo vſumfructum antephati, quòd non licet, vt ſupra, perſiſtit in peccato, imò vſuras præteritas tenetur reſtituere iuxta notata in cap. debitores de iur. iuran. & ideò habet locum pœnitentia; ſed illud non procedit, quando interuenit contractus li-
18 citus cenſus, ſiue cenſualis, tunc enim licitè debētur redditus, nō tamē vxor inuita poteſt cōpelli accipere dictos annuos redditus,
19 ſiue cēſuale: quia aliud pro alio, inuito creditore, ſolui non poteſt, l. eum C. de ſolutionib. l. 2. §. 1. in fin. ff. ſi cert. petat. Et Thomas Grāmaticus deciſ. 103.
20 num. 96. 97. &. 98. inquit, in electione eſſe vxoris, accipere antephatum in pecunia, vel tertiam vſuræ centeſsimæ, & inquit, quod licet Afflict. in d. deciſ. 291. dicat, pluries fuiſſe iudicatum in Conſilio, quod non debeatur vſusfructus pecuniæ vxori, nec pro præterito, nec pro futuro, & idem quod non debeatur, tradit Capic. in deciſ. 65. in nouis, loquuntur tamen (inquit Grammatic. vbi ſupra) in terminis dictæ conſuetudinis: quartam autem videlicet, in caſu quo matrimonium eſt ſolutum per mortem mariti, ſuperſtibus filijs, & hic non eſt caſus noſter: quando vero matrimonium eſt ſolutum per mortem mariti, non ſuperſtitibus filijs, prout in caſu præſenti, quod tunc hæredes teneantur reſtituere pecuniam pro antephato tàm in proprietate, quàm in vſufructu, concludit idem Afflict. in dicta deciſione 291. & teſtatur, ſic pluries fuiſſe iudicatum; quinimo in caſu dictarum deciſionum, videlicet, quando matrimonium fuit ſolutum, ſuperſtitibus filijs, licet aſſerat Afflict. in deciſ. præfata, temporibus ſuis pluries deciſum fuiſſe, vſum fructum non deberi, temporibus vero noſtris, tàm quando matrimonium fuit ſolutum, filijs non ſuperſtitibus, quàm quādo filijs ſuperſtibus, paſsim, & indifferenter ſemper, quando caſus accidit, fuit obſeruatum,

Ff 5 & in

& in contradictorio iudicio determinatum, vſumfructum deberi, licet non ad rationem vſuſfructus dotis; ſed ad rationem quinque pro centenario, vt refert Apoſtilla in d. deciſ. 291. etiam apparent multi proceſſus, in quibus ita deciſum fuit, & ideò quidquid aliàs temporibus illis Sacrum Cōſilium decreuiſſet, ſufficit nobis, quòd temporibus noſtris, & de præſenti fuerit deciſum, & obſeruatum contrarium, & ita obſeruetur, quòd etiam reſpectu antiphati debeatur vſuſfructus, quoniam hæc obſeruantia, & ſtylus vltimus Sa-
21 cri Conſilij attendi debet. Hactenus Grammaticus d. deciſ. 103. in ciuitate autem Valentiæ obſeruatur, quòd cum voluntate, & conſenſu viduæ hæredes mariti vendunt annuum redditum eidē vxori, vita eius duntaxat durante, ſiue cenſuale, cuius pretium & proprietas correſpōdeant medietati dotis, & eius vita finita, remanet extinctum dictum cen-
22 ſuale ſiue annuus redditus, ſi autem vidua nolit acceptare hanc ſolutionem per viam carricamenti cenſualis (quod aliquando, licet raro, contingit) quia, vt dixi, aliud pro alio inuito creditore ſolui non poteſt, non compellitur accipere dictum redditum. Et ita fuit declaratum in Regia Audientia ſententia lata in fauorem Yolantis Gomez de la Torre, & de Sifternes viduæ, cont. D. Marcum Antonium Sifternes, curatorio nomine, publicata per Deona, die 11. Auguſti 1590. Vnde cum Eſperancia Soler & de Blaſco teneretur ſoluere Hieronymæ Nauaſquillo & de Soler viduæ dotis augmentum, ſiue, creix, & eidem abſenti, & ignoranti vendiſſet quendam annuum redditum, ſiue, vt apud nos dicitur, oneraſſet cenſuale proprietatis medietatis dotis debitæ pro augmento, & dicta Hieronyma Nauaſquillo, & de Soler vidua noluiſſet acceptare ſolutionem ſibi factam cum dicto annuo redditu ſiue cenſuali, me referente, declarauit Regia Audientia, non eſſe ſolutam de dicto augmento, & debere remanere in poſſeſſione tenutæ bonorum viri, licet de hac cauſa ſiue motiuo, non fuit facta mentio in ſententia, quæ lata fuit in dicta Regia Audientia inter dictas partes, publicata per Franciſcum Paulum, Alreus, die 8. Auguſti 1615.

DECISIO CLXXXV.

HÆRES CVM BENEFITIO inuentarij, an, & quando poſsit ſoluere legatum pecuniæ (ea non extante in hæreditate) in alijs bonis hæreditatis.

1 *Pecuniā legatam heres ſoluere cogitur, & an ſi ſit hæres cum beneficio inuentarij num.* 2.

3 *Hæres*

3 *Hæres cum beneficio inuentarij tenetur ſoluere legatū pecuniæ in pecunia, ſi inuenit emptorē, qui vellit emere res hæreditarias ab hærede, abſque obligatione propria, ſecus ſi non inuenit, num. final. & ita fuit deciſum.*

4 *Legatum pecuniæ hæres cum beneficio inuentarij ſoluere poteſt in rebus hæreditarijs.*

IACOBVS Fuſter præſbyter hæredem inſtituit Monaſterium Diui Hieronymi, vulgo appellati, *de Cotolua*, aliàs, *de Gandia*, & Eccleſiæ Collegiatæ Gandiæ, legauit duas mille libras monetæ Valentinæ, Syndicus dicti Monaſterij prætendebat, ex quo hæreditatem adierat cum beneficio inuentarij, & in ea nulla extabat pecunia, poſſe dare bona in dicta hæreditate recadentia, inſolutum dicti legati, contrà vero dicta Eccleſia legataria prætendebat, ſoluendum ſibi eſſe dictum legatum in pecunia numerata.

1 Primò per text. in l. ſi pecunia 12. de leg. 2. cuius verba ſunt: *Si pecunia legata in bonis legantis non ſit, ſoluendo tamen hæreditas ſit, hæres pecuniam legatam dare compellitur, ſiue de ſuo, ſiue ex venditione rerum hæreditariarum, ſiue vnde voluerit*; qui text. licet corrigatur hodie per l. vltimam §. & ſi præfatam, C. de iur. delib. vt ſcribunt Bart. Alberi. Cuman. & alij ibidem, hoc tamen procedit, quando hæreditas non erat ſoluendo, dicto §. & ſi præfatam, ibi: *Hæreditatem ſine periculo habeant*, quia ſi fuiſſet ſoluendo, non fuiſſet periculum, etiam ſine inuentario, & ibi: *Et eis ſatisfaciant, qui primi veniant creditores, & ſi nihil reliquum eſt, poſteriores venientes repellātur*, quod præſupponit, hæreditatem non eſſe ſoluendo, & eodem ſermone continuato, (quando hæreditas non eſt ſoluendo) dicit, *Et ſi legatarij interea venerint eis ſatiſfaciant ex hæreditate defuncti, vel ex ipſis rebus.* Ita Hipolit. Riminald. conſil. 621. num. 3. & 4.

3 lib. 6. & quando hæreditas eſt opulenta, hæres tenetur ſoluere legatum in pecunia; ſi inuenit emptorem, qui velit emere vti ab hærede, abſque obligatione propria, ita Bart. in dicto §. & ſi præfatam num. 3. & ibidem Bald. num. 1. Salicetus, num. 2. Alexand. num. 10. Cuman. in verſic. Ex mente DD. Caſtrenſ. num. 5. Corne. num. 1. verſ. 4. vtilitas, Franciſcus Aponte conſ. 37. num. 8. dicens; quod hæres poteſt cogi ad vendendum, dummodo non teneatur de euictione nomine proprio, & late probat Surdus deciſ. 30. vbi num. 8. verſic. Omnibus, & in num. final. in fine dicit, ita pronuntiatum ſæpius fuiſſe in Senatu, ſolutionem fieri debere in pecunia, ita Bald. in l. ſi pecunia de lega. 2. Ancharran. Regien.

gien. quæſt. familia.lib. 2.q uæſt. 64. num.4. cum ſequentibus,Ro land.àValle in tractat.de inuent. 4. part. §. quæro an ſit dare,tom. 8. tractat. part. 2. fol. 183. Fanus. de inuent. part. 6. num. 2. Amattis deciſ.91. num. 12. Cancer. tom. 3. var. cap. 2. de inuent. num. 140. 141. & 142. vbi dicit, ita fuiſſe iudicatum in Senatu: quia inuentarium tantum prodeſt, ne teneatur hæres vltra vires hæreditarias, Pinell. in l. 1. C. de bon. mat. 3. part. num. 81. in 7. ampliatione, qui plures allegat, Burſat. conſ.9. n. 51. & quod hæres teneatur ſoluere in pecunia, latè,multis fundamentis, probat D.Ioann.del Caſtillo lib. 2. quotidia. cap.24.

4 Sed quod poſsit hæres ſoluere in rebus hæreditarijs legatum, probatur in dicto §.& ſi præfatā, ibi: *Sed etſi legatarij interea venerint, eis ſatisfaciant ex hæreditate defuncti, vel ex ipſis rebus, vel ex earum forſitan venditione*: nam hoc eſt beneficium inuentarij, quod hæres poteſt aliud pro alio ſoluere, Iaſ. in l. 2. in §. 1.nu.9. ff.ſi cert. pet.Monticul.in tractat. de inuent. cap. 9. n.8. & 27. vbi dicit communem Azeuedo, in l. vlt. tit. 21. n.132. lib. 4. nouæ recollect. & in l. 40. titul. 6. nu.8.

5 lib. 5. Senatus tamen Mantuan. vt inquit Surd. deciſ. 318. num. fin.tenuit, quod ſi hæres cum beneficio inuentarij poſsit vendere iuſto pretio bona hæreditaria,ita quod non obliget bona propria pro euictione,teneatur ſoluere in pecunia numerata, ſi vero non poſsit, tunc ſit in eius facultate, res hæreditarias in ſolutum dare, iuſta æſtimatione, quam opinionem,vti æquam, amplexa fuit Regia Audientia in occurrenti caſu, & conceſsit Syndico dicti Monaſterij terminum vnius menſis, ad ſubhaſtandum, & vendendum iuſto pretio bona hęreditatis, ita vt non obliget bona propria dicti Monaſterij pro euictione,quo termino elapſo,prouidebitur,ſentiendo, quòd ſi non inueniretur emptor,compelleretur dicta Ecclesia Collegiata Gandiæ accipere in ſolutum legati bona hæreditaria, iuſta ęſtimatione. Et ita, referente D.Blaſco,fuit pronuntiatum,ſententia pub. per Franciſcum Paulum Alreus, die 1. Auguſti 1615. cōfirmata cum alia lata in alia Aula,pub.16.Ianu.1616.

DECISIO CLXXXVI.

TESTIS VNICVS PRODUCTUS, ſuper interrogatorijs partis aduerſæ,non probat plene contra producentem.

1 *TESTIS vnicus plenè probat contra producentē.*

2 *Teſtis ſuper interrogatorijs aduerſarij deponens non probat plene contra producentem, & ita fuit deciſum in R.A.V. num.4.*

3 *Teſtis in perſonam conſentiens, eā impugnare*

impugnare non poteſt, bene tamen eius dictum.

1 TESTIS vnicus plene probat contra producentem, Crauet.conſ.100.num.13. Socin.Iun.conſ.69.num.11.lib.1 Gabriel.tit.de teſt.concl.1.lib.1. poſt nu.14. vbi,alijs relatis,teſtatur de vera & communi opinione, Cæpha.conſ.82.nu.47. & cōſ. 141.num.16.lib.1.& conſ.168. num.52.& 65.lib.1.Farin.de teſt. quæſt.62.nu. 237. Cæſar Barzius deciſ. Bononien. 156. num. 11. Surd.deciſ.284.num.18. hoc tamen fallit, ſi teſtis à parte productus non deponat ſuper articu-
2 lis per ipſam præſentatis, ſed ſuper interrogatorijs per aduerſarium poſitis,tunc enim ſi eſt vnicus non probat, quia pars producēs non dicitur approbare dictum ſui teſtis producti, deponētis ſuper interrogatorijs partis aduerſæ; ſed tantum eius perſonam, contra quam objjcere non poteſt quicquam,ſecus contra dictum ſuum,ita in terminis Caualcanus deciſ. 12. num. 40. prima parte, Nata conſ.31.nu.2.in fin. cum ſequent.lib.1. Farin. de teſtibus q.63. nu.22. vbi declarando, quòd in numero pręcedenti dixerat, de conſenſu partiū fieri poſſe, vt vnico teſti credatur,intelligit procedere, quando partes conſentiunt, nō ſolum in perſonam vnici teſtis, ſed etiam in dicto; tunc enim plene probabit,
3 ſecus ſi conſentiant in perſonam ſolum: tunc enim impeditur tantummodo exceptio in eandē perſonam,gloſ. in auth.de teſtibus §. & licet,in verbo ſupplitijs, non tamē excluditur teſtimonij reprobatio, nec iudicatur conuentio, quod tali depoſitioni ſit plena fides adhibenda,Bald.in l. in bonę fidei. num.8. & ibi etiam Salycet. colum.pen. C.de reb.cred. Alci. in l.1.§.fi.n.33.ff. de verb.oblig. Felin.in cap.veniens nu.19. verſ. & iſta limita. de teſt. Iaſſ.in l.admonendi.n.200. ff.de iure. iuran. Nell.de teſt.num.87.verſ. in quo dic. Crot. de teſt.num.211. verſ. limitatur tamen, Diaz reg. 747. in 1. limitatione, Couar. var. reſol.lib.2.c.13. num.2. verſ. item
4 & illud; & ita fuit declaratum, & pronuntiatum,teſtē vnicum productum ſuper interrogatorijs aduerſarij, non plene probare contra producentem, ſentētia lata in R.A.Val. in fauorem Geneſij Valada proxenetæ,contra Ioannem Caſaſus, referente Doctore Ioanne Hieronymo Blaſco, publicata per Don Ioannē Daça die 29. Aprilis, 1613.

DECISIO CLXXXVII.

Baiuli ciuitatum & oppidorum, licet iuxta forū Valentiæ debent aſsiſtere in inſaculationibus munerū publicorum, non tamen habent votum.

1 *BAIVLVS debet aſsiſtere in inſaculationibus munerum*

*nerum publicorum iuxta forũ 226 anni 1604. non tamen habet vocem. num.*8.

2 *Præſes,ſiue Magiſtratus debet interuenire,& eſſe præſens in Cõſilio.*

3 *Præſes non habet vocem in Conſilio, nec Corrector, num.*4.

5 *Aduocatus Fiſci debet interuenire in cauſis fiſcalibus.*

6 *Sententia contra Fiſcum lata abſque interuentu Fiſci eſt nulla.*

7 *Fiſci Aduocatus non habet votum de Iure Cæſareo, ſecus de conſuetudine in Regno Valentiæ.*

1 BAIVLVS oppidi de Xerica prætendebat habere vocem, ſiue poſſe præſtare ſuum ſuffragium,quando fit inſaculatio ad munera publica dicti oppidi,quia lex Regni Valentiæ,ſiue forus 226. Curiarũ, anni 1604. expreſſè diſponit, quòd in ſaculatio ad munera publica ciuitatum & oppidorum Regiorum fiat.cum interuentu Baiuli: dicebat enim,mentem Domini Regis dicti fori conditoris fuiſſe, vt dictus Baiulus ſuum votum præberet, quia ſucceſsit in locum Regiæ Audientiæ, quæ antea ſolebat facere inſaculationes, & per dictum forum fuit excluſa,approbando Baiulum, qui habet idem officium,quod Procurator Cæſaris; ſed contrarium fuit declaratum in fauorem Syndici eiuſdem
2 oppidi. Quia Præſes ſiue Magiſtratus debet interuenire, & eſſe præſens in Conſilio, quando congregatur pro aliqua re ſtatuenda, vt poſt Bart. Socin. in l. 1. nu. 24. & 25. ff. quod quiſque iuris, tradit Loſeus de iure vniuerſitatis, prima part. cap. 3. nu. 67. fol. 65.
3 Et tamen non habet vocem, vt probat Licentiatus à Piſa, in tractatu de Curia Piſana lib. 2. c. 18. dicens, quòd Præſes conuocat Conſilium, & eſt maior & ſuperior, & facit propoſitionem in Conſilio, ſuper qua debent deliberare Conſiliarij, ſed ipſe Præſes non ordinat,nec reformat;ſed Conſilium. Ita tenet Bart. per illum textum in l. 2. num. 7. C. de Decurio. lib. 10. per textum in l. 2. ff. ad Velleian. & illud ſequitur Ioan. de Plat. ibidem, & idem tenet Angel. vt dicit, quòd ad ſolum Magiſtratum competit facere propoſitã, ad Decuriones vero prouiſio officialium. Bouadilla in Polit. lib. 3. c. 8. n. 177. tom. 2. pag. 242. ſecundum vnam impreſsionem, & ſecundum aliã
4 pag. 292. vbi dicit: Quod Prætor,ſiue Corrector tãtum præeſt, ſed non habet votum in Conſilio
5 l. 6. tit. 1. lib. 7. Recopilationis, ſicut in ſimili videmus, quòd de Iure Cæſareo cauſæ Fiſcales debent tractari,præſente Fiſci Aduocato,vt in l. fin. C. de Aduocatis Fiſci, ibi: *examen,præſente Fiſci Aduocato, ſuſcipiant*, & ſen-
6 tentia contra Fiſcum lata, abſque interuentu Fiſci patroni,eſt nulla l. ſi Fiſcus 7. ff. de iure Fiſci, & probat Pereg. in tract. de iure Fiſci

ſci lib. 7. tit. 2. de Aduocatis Fiſcalibus n. 2. & ita reſcripſit Dominus noſter Rex Marchioni de Caracena Proregi Valentino, cũ Regia epiſtola, data Madriti, die
7 16. Iannuarij 1610. Et tamen de Iure Cęſareo non habet votũ, licet ſecus ſit de cõſuetudine in Regno Valentiæ. Et ita quanuis Baiul' in inſaculationibus ad munera publica debeat interuenire, nõ
8 tamen habet votum. Et ita fuit declaratum in Regia Audientia, in fauorem Syndici oppidi de Xerica, contra dictum Baiulum, ſententia lata, me referente, publicata per Franciſcum Paulum Alreus, die 19. Decembris 1615.

DECISIO. CLXXXVIII.

LICENTIA DOMINI Vniuerſitatis interuenire debet ad validitatem contractus cenſualis initi per Vniuerſitatem brachij militaris, aliàs eſt nullus. Et in Vniuerſitate Regij Patrimonij, ſi non interueniat licẽtia, reſcinditur cõtractus, quatenus derogatur iuri Regis, tamen, ſi ſint elapſi centum anni, præſumitur licentia.

1 *Vniuerſitas Brachiorum Eccleſiaſtici, vel Militaris non poteſt vendere annuos redditus ſine licentia domini, alias contractus eſt nullus, iuxta leges Regni Valẽtiæ.*

2 *Licentia domini Vniuerſitatis interuenire debet contractui cenſualis Vniuerſitatis, & ratio redditur.*

3 *Vniuerſitatis bona ſunt in duplici differentia, quædam deputata ad perpetuum vſum publicum, alia in patrimonio Reipub. conſiſtunt.*

4 *Cenſus ſuper rebus Vniuerſitatis deputatis ad vſum publicum non poteſt conſtitui, inconſulto Principe, ſuper bonis vero patrimonij Vniuerſitatis poteſt cum decreto Præſidis.*

5 *Vniuerſitates non poſſunt in Cathalonia, ſibi cenſualia imponere, niſi obtenta licentia à Rege, & in terris Baronum, ſine licentia Baronũ, num. 7.*

6 *Conſenſus domini interuenire debet in actibus ponderoſis, vbi populus læderetur.*

8 *Vaſſalli non poſſunt ſine domini conſenſu, ſe facere, & conſtituere alterius cenſuales, declaratur n. 9.*

10 *Licentia domini Vniuerſitatis præſumitur per lapſum centum annorum, & nu. 14. vbi refertur Regia ſententia.*

11 *Conſenſus alicuius, vbi eſt neceſſarius, eſt neceſſaria ſcientia, & patientia illius.*

12 *Notarius præſumitur ille, à quo inſtrumentum reperitur receptum centum annis retro.*

1 IN contractu cẽſualis, ſiue annui redditus venditi per Vniuerſitatem alicuius, qui ſit Brachij Eccleſiaſtici, ſiue militaris, neceſſaria eſt licentia domini dictæ

ctæ Vniuerſitatis, vt expreſſe diſponitur in foris Valētiæ, in rub. de iur.emphiteu.c.35.& 36.nam in foro 35. ſub decreto nullitatis præcipitur, vt Vniuerſitas Eccleſiæ, hoc eſt vaſſallorũ brachij Eccleſiaſtici, non poſsit abſque domini licentia annuos redditus vēdere, ſiue cenſum vitalitium, hoc eſt, vt vulgo dicitur, non poteſt onerare cenſualia, ſeu violaria, & in cap.36.eiuſdem titutili de iur. emphiteu. (quod capitulum eſt actus Curiæ Brachij militaris) diſponitur his verbis. *Ad humilis ſupplicationis inſtantiam per Brachiũ militare Regni Valentiæ nobis factã, in Curijs generalibus, quas incolis dicti Regni in ciuitate Valentiæ celebramus, tenore præſentis dicto Brachio duximus perpetuo per actum Curiæ concedendum, quod aliqua Vniuerſitas, Ciuitas, Villæ, Caſtri, vel loci, qui ſit vel fuerit alicuius ſingularis de dicto Brachio non poſsit vendere, aut ſuper Vniuerſitate ipſa, & bonis ipſius modo aliquo carricare cenſualia, ſeu violaria abſque licentia, & authoritate domini, ciuitatis, Villæ, Caſtri, vel loci eiuſdem.* Et de his foris loquitur conciuis meus Belluga in ſpeculo Principum Rub.41.de materia cenſualiũ in §. leges Regni n.59. verſ. Aduerte fol.200.qui ita ait.

2 *Nullus vaſſallus Regius, Baronis, militis Eccleſiæ, vel cuiuslibet ciuis, in præiudicium dominorum, & iuris ad dominos pertinentis, poteſt contractũ facere, ſine ſui licētia domini.* Ad hoc, quod eleganter ſcribit Bald. in l. *debitorum pactionibus. C. de pact. vbi dicit, quod ſubditi non poſſunt facere ligam, vel contractum aliquem in præiudicium eorum ſuperiorum, qui ipſorum eſt nimirum creditor, ſcilicet, dominus, ſed in proprium præiudicium ipſorum bene poſſunt facere pacta, & cõfœderationes ſecundum eum, & dixit ſe dixiſſe in l. ſi qui ex conſenſu de Epiſcopali audien. & allegat ibi quod not. Archid. 9. quæſtio. 3. cap. conqueſtus. Nam ſi ex illorum contractu ius domini læditur, vel ei iura ſua non ſoluentur, libere bona & terras vaſſallis capit dominus, & alijs ſtabilit. vt in l. omnium prædiorum. C. de omni agro deſerto, imò illis captis per dominum ex dicta cauſa, omne ius hypothecæ, & obligationis euacuatum eſt quo ad domini præiudicium, vt in l. lex vectigali ff. de pigno. ſi autem dominus in tali contractu præſtitit ſuã authoritatem, tunc ſaluo ſibi iure, cæteræ vtilitates veniunt in obligatione cēſualis, & iſtud eſt ſingulare, ſi intelligas, ad quid tibi poteſt ſeruire, quibus addas l. fin. C. de vend. rerum ciuitatis lib. 11. Et tu aduocatæ Fiſci teneas dictum Bald. ſupra allegatum ad memoriam pro iure Regio conſeruando in Vniuerſitatibus, quæ ex illorum contractibus ſunt deſtructæ, & nõ plus de hac materia, quia periculoſa eſt, & magis in illa dare doctrinas certas. Ideo non curo magis inſiſtere. Et ſecundum hæc, quæ proxime dixi, eſt differētia, inter Vniuerſitates Eccleſiæ, & militum, quia ipſæ ipſo cõtractu ſunt nulli cõtractus de foro. Et Vniuerſitates Regiæ, & ciuium, quia*

iſti

iſti, quatenus derogatur iuri dominorũ reſcindũtur cõtractus, & vidiſti, hactenus Belluga, & Iure Cęſareo, cũ agitur de alienatione bonorũ Vniuerſitatis, obſeruandũ eſt, quod bene ſcribit Felician. Solis de cẽſibus tom. 1. lib. 2. cap. 3. n. 2. cũ ſeqq.
3 & num. 6. nempe bona Vniuerſitatis eſſe in duplici differencia: quædam enim ſunt deputata, & deſtinata ad perpetuum vſum publicum, qualia ſunt, Forum, Curia, Baſilica, viæ publicæ, aquæ ductus, fontes, campi publici, paſcua, deheſæ, montes, & alia id genus: quædam autem ſunt, quæ in pecunia Reipublicæ, & proprio patrimonio ſunt, quæ non iure Vniuerſitatis, ſed priuati patrimonij, vt res ſingulorum, poſſidentur, & fructum ferunt vti patrimoniũ Vniuerſitatis, & in his Vniuerſitas pro priuata perſona habetur l. 1. ff. quod cuiuſque Vniuerſitatis nomine, Iaſſ. in l. vlt. nu. 6. C. de pactis, & in l. ſi quis maior n. 10. C. de tranſact. huius generis ſunt vectigalia Reip. horrea, prædia, redditus, & alia, quæ iure proprio peculiari, & priuato ad Rep. & Vniuerſitatẽ ſpectant, & inquit
4 Solis vbi ſup. n. 6. in reb' Vniuerſitatis primi generis nõ poſſe cẽſum imponi ſuper reb' Vniuerſitatis, in cõſulto Principe; poſſe autẽ in rebus ſecũdi generis, abſq; eius licẽtia, quia ſufficiũt hoc caſu decretũ Præſidis, aliæq; ſolemnitates, quæ in diſtrahẽdis Vniuerſitatis bonis immobilibus deſiderantur, ita Benedictus Bonius, in tract. de cenſibus art. 18. num. 42. tom. 6. tract. par. 2. fol. 167. Petrus Vollerius in tract. de contractibus cẽſuarijs in §. cenſus n. 24. & 36. to. 6. tract. p. 2 fol. 142. & probatur in l. fin. C. de vendend. rebus ciuitatum lib. 11. & bene explicat Cãcer. lib. 3. var.
5 c. 17. n. 202. cum tribus ſeqq. dicẽs in Cathalonia Vniuerſitates non poſſe ſibi cenſualia imponere, niſi obtenta licẽtia à Dño Rege, vt aduertit Iacob. Calis. in Marga. fiſ. 8. dub. n. 7. not. 61. vbi ſubdit, quod ſtatuitur in l. fin. C. de vend. reb. vniuer. ſiue ciui. lib. 11. de vtraque Ploma. procedere de conſuetudine generali Catholoniæ in qualibet Vniuerſitate Regia dicti Principatus. Eſtq; (inquit) ratio, quia
6 in actibus põderoſis, vbi populus lęderetur, debet interuenire cõſenſus dñi, vt no. Gloſ. & Bart. in l. cõtinuus §. cum quis de ver. obli. & Auil. in l. prætorum c. 30. gloſ. in
7 verbo, gratias. n. 3. ad medium. Et in terris Baronũ (inquit) Cancer. Vniuerſitas cum Baronis licentia cenſualia ſibi imponere poteſt, vt per Auil. in c. Præt. c. 17. gloſ. pro ueer, n. 18. Gutier. de iur. cõfir. p. 1 c. 38. n. 2. Mexia. ad l. Tole. 9. p. 2. fun. n. 48. & Gaſpar Roder. de annuis red. lib. 1. q. 14. & ita affirmat Cancer. 3. to. c. 17. n. 205. cẽſuiſſe Senatum Cathaloniæ die 16. Martij 1570. in cauſa Prępoſiti de Loreto cũ Baronis de Llagos. Et hãc puto, eſſe veram rationem, ob quã Vniuerſitas nõ poteſt annuos red-

ditus vendere,ſiue cenſualia onerare ſuper bonisvniuerſitatis abſque domini licentia , & non puto recte applicari , quod refert Molinus in reperto.Fororũ Aragoniæ , in verbo Vaſſalli fol. 325. colum. 4. dicens vidiſſe, Ioannes Andræas in c. licet extra de probat. in 5.colum. ſuper verbo inceperunt tenentem,vaſſallos non poſſe ſine domino ſe facere , & conſtituere cenſuales , & ibi Portoles in Scholijs verbo, *Vaſſal-*
8 *lus*, numer. 22. pag. 476. & affirmat , Molinum docere , vaſſallos non poſſe abſque conſenſu domini ſui inſtrumento cenſualis alteri ſe obligare , nec cenſuales ſe conſtituere , & re vera Molinus hoc non affirmat pro conſtanti , nec doctrinæ allegatæ à Portoles hoc probant , ſed tantum dicunt , non poſſe vaſſallum ſe conſtituere alterius cenſualem, quod dixerunt Anton. de Butrio in capitulo licet cauſam de probat. num. 49. & ibi Felin. num. 13. per textum ibi , qui textus, ſi attẽte legatur, loquitur de vaſſallis , qui non poſſunt ſe ſub-
9 mittere alterius iuriſdictioni , vt patet in dicto capitulo licet cauſam. 19. §. ex præmiſsis de probat. ibi : *Sufficienter oſtendit quod à ſexaginta annis , & citra cum omni iuriſdictione , & onere, atque diſtrictu loca ſupradicta poßedit , per quod patet , quod ſi commune Fauentin. à quinquaginta annis citra (ſicut videntur teſtes eorum deponere) aliqua ſeruitia in locis perceperunt ſupradictis , illa procul dubio ſine iuſto titulo percipere inceperunt : cum duo in ſimul eandem rem , & eodem modo in ſolidum poſſidere nõ poſſint.* Et non loquitur ille textus de vaſſallis , qui ſe obligant in inſtrumento cenſualis per vniuerſitatem onerati , ſiue in annuo redditu per illam vendito , per talem enim contractum non ſubijciuntur vaſſalli iuriſdictioni domini cenſualis, qui nullam habet iuriſdictionem.

Ex ſupradictis patet , non valere contractum cenſualis,in quo vniuerſitas alicuius ſingularis brachij militaris eſt obligata , ſine licentia domini, iuxta dictum forum 36. in Rub. de iur. emphiteu. Tamen ibi à die celebrati dicti contractus venditionis annui redditus , ſiue onerationis cenſualis vſque ad diem , in qua fuit inſtata executio virtute inſtru-
10 menti prædicti cenſualis ſunt elapſi centum anni , præſumitur hæc ſolemnitas licentiæ domini Vniuerſitatis , quæ neceſſaria erat ad validitatem dicti contractus cenſualis , Craueta de antiq. tempo-
11 rum 3. part. num. 17. & 18. tom. 17. tractat. fol. 148. vbi inquit quod licet,quando conſenſus alicuius eſt neceſſarius ad actũ,eſt neceſſaria ſciẽtia, & patientia illius nõ probata dicta ſcientia,nõ præſumitur conſenſus ex antiquitate tẽporis,vt poſt Bart. Bal. Alex.& alios,quos allegat,probat Afflict. decis.

Digitized by Google

12 deciſ.107.n.7. tamen hoc nō procedit, vbi eſt elapsū tēpus immemoriale, refert,& ſequitur Menoch. de præſump.lib.3.præſũp. 132.num.71.verſ.& præterea,qui allegat ita tenētes Ruin. cōſ.105. lib.5. & Curtium Iun. conſ. 158. num.12. & quando factum excedit metam centũ annorũ, dicitur antiquiſsimum, vt poſt Innocentium in cap. veniens de teſt. & in cap. quid per nouale. de verborũ ſignificatione, & Speculatorē in tit. de probationibus §.1. verſ. valet,quos allegat, dicit Affliđ.deciſ.245.num.4. qui in deciſ.251.
13 num.6. affirmat,quod ſi inſtrumētum producatur excedens metam centum annorum,licet non ſit fama,quod fuit notari⁹,qui illud recepit, nec adſint alia inſtrumenta eiuſdem notarij, nec aliter poteſt probari, quod ille erat notarius, adhuc præſumitur ex ipſo actu antiquiſsimo, vt dicit Bald. in authentica, quas actiones num. fin. C.de Sacroſanctis Eccleſijs, nam propter temporis antiquitatem præſumuntur omnia ſolemniter acta, etiam quando ſolemnitates ſunt extrinſecæ, vt probat Alex. in 1.vol. conſ. 79. in 3. col. & in conſ.112. 2.col. nam & propter dictam antiquitatem ſtatur probationi imperfectæ,& Guido Papæ deciſ. 357. loquendo num. 1. de probatione centum annorum, poſtea num.2. refert, & ſequitur dictam doctrinam Baldi, quod in ſtrumentis ita antiquis ex ipſo facto erit præſumptio, quod erat notarius, qui ea confecit abſque
14 alia vlla probatione, vnde in cauſa vertente in Regia Audientia, me referente,inter Chriſoſtomam Salelles, & de Sanz viduam, ex vna, & Ducem Gandiæ parte ex altera:cum executio fuiſſet inſtata virtute inſtrumenti cenſualis, ſiue annui redditus, firmati per Vniuerſitatem vaſſallorum ſingularis brachij militaris. Et non conſtaret de licentia domini dictæ Vniuerſitatis, & ex hac cauſa prætenderetur per Procuratorem dicti Ducis,contractum cenſualis eſſe nullum,&executionem virtute illius inſtatam,ſiue mandatum executiuum relaxatum, non tenere, ex quo tamen erant elapſi centum anni, viſum fuit Regio Conſilio, dictam licentiam Domini præſumi, & fuit pronuntiatum,dictum mandatum executiuum deducendum fore ad realem executionem,ſententia publicata per Franciſcum Paulum Alreus Regium mandati ſcribam die 20.Iunij,

1616.

(?)

§§§§§§§§§§§§§§§§
§§§§§§§§§§§
§§§§§§§
§§§

DECISIO CLXXXIX.

SENTENTIA NOTOriè iuſta, quanuis ſit nulla, poteſt per Regiam Audientiam confirmari.

1 FACTI *ſpecies.*
2 *L.fin. §.fin. ff. de eo quod metus cauſa declaratur.*
3 *Nulla quanuis ſit ſententia, ſi tamen conſtat de bono iure partis, quoad merita cauſæ, debet confirmari.*
4 *Sententiam nullam, quando eſt iuſta, confirmari, ſæpius fuit deciſum in Regia Audientia Cathaloniæ.*
5 *Sententia nulla, quando eſt iuſta, quare confirmari poteſt.*
6 *Rota Romana ſententias iuſtas, quanuis nullas, confirmare ſolet.*
7 *Regia Audientia Valentina ſententiam iuſtam, quanuis nullam, confirmauit, cum Regia ſententia hic allegata.*

1 VRSOLA Bleda, & de Serra vidua, virtute inſtrumenti cenſus vitalitij, ſiue violarij firmati per Chriſtophorũ Villena, executionem inſtauit, contra Doctorem Melchiorem Villena, eius filium, vti curatorem datum hæreditati iacenti, ſeu quaſi, dicti Chriſtophori, coram Ordinario Vrbis, vulgo dicto, Iuſtitia in cauſis ciuilibus ciuitatis Valentiæ, per quem fuit lata ſententia, declarando, mandatum executiuum deducendum fore, & eſſe ad realẽ facti executionem. Quam ſententiam nullam dixit dictus Doctor Villena prædicto nomine, & ab ea ſine preiudicio nullitatum appellauit ad Sacram Regiam Audientiam, & quia in dicta cauſa agebatur de quantitate minore ducentarum librarum, monetæ Valentinæ, mihi ſoli fuit commiſſa ad decidendum, iuxta forum 13. Curiarum anni 1585. & iuxta cap.6. Regiæ Pragmaticæ publicatæ die 15. Septembris 1607. & dicta ſententia mihi notoriè viſa fuit iuſta. Executio enim inſtabatur pro penſionibus violarij, firmati per dictum Chriſtophorum Villena, & pro parte ſupradicti eius filij prædicto nomine non fuit probata ſolutio dictarum penſionum, nec quidquam, propter quod nõ deberet cõtinuari dicta executio, & ita declaraui cum ſententia, de qua infra, quòd ſi, & vbi ſententia iudicis à quo poſſet dici nulla, ex quo notorie erat iuſta, debebat confirmari.
2 Motus fui, ad ita declarandum ex diſpoſitione tex. in l.fin. §.fin. ff.quod metus cauſa, ibi: *Si quis quod aduerſario non debebat, delegante eo per vim apparitore præſidis interueniente, ſiue notione iudicis coactus eſt dare: iudex in ciuiliter extorta reſtitui ab eo, qui rei dãnũ præſtiterit, iubeat: quod ſi debitis ſatiſfecerit ſimplici iuſſione, & nõ cognitione habita, quanuis non extra ordinem exactionem fieri, ſed ciuiliter oportuit, tamen qua ſolutioni debitorum*

Digitized by Google

rum ab eo quantitatum profecerunt, reuocare, in ciuile eſt. Cuius legis argumento Vant. in tractat. de nullitat. tit. fin. num. 129. tom. 4. tracta. fol. vltim. ait hæc verba.
3 *Erit etiam conſilium, quod cauſa, quoad ſui merita, quantum fieri poſſit, inſtruatur, vt iudici nullitatis, ſeu appellationis, de bono iure partis in negotio principali conſtet. Nam præſuppoſito, quod ſententia prima foret nulla, puta abſque citatione, vel in die feriato, ſeu extra inſtantiam, vel ex aliquo alio defectu ſententiam ipsã conſernente lata, ſi tamen conſtaret eandem, quoad cauſæ merita, in ſe iuſtitiam continere à iudice appellationis, ſeu nullitatis, in parte, vel in toto, quoad merita, & negotium principale confirmari, vel reformari poſſet, l. abſentem C. de acuſat. l. 1. §. 1. ff. quæ ſen. ſine appell. reſcin. per quæ iura determinauit Bartol. in l. ſi expreſſim col. penult. verſic. & dico, quod iudex nullitatis &c. de appell. & idem Bartol. in l. ſi vt proponis, la 1. col. 2. verſ. ex quo habes, quod ſicut cauſa appell. &c. vbi dicit, tale verbum ab eo nunquã alibi auditum. C. quomodo, & quando, & in l. 1. col. fin. verſic. quæro quod ſi datur libellus ſuper nullitate, nu. 16. C. quando prouoc. non eſt neceſſ. & in l. iudex poſtea quam verſ. oppono quod ordinarius, &c. & l. conquerebatur ff. de re iudi. quem ſecutus eſt Anch. in Cle. 1. de re iud. & Anton. in c. dilecto. col. 6. & ibi Abb. in c. cum Ioannes in fin. de fide inſtr. & in conſ. 97. Saluatoris col. 1. lib. 1. tenet Alex. in conſ. 73. in cauſa appel. ver. tertio reſpondeo, col. fin. & conſ. 181. in cauſa col. fin. lib. 6. & conſ. 81. in cauſa inter Gaſparem col. fin. lib. 7. vbi etiam ponit, quòd iudex nullitatis confirmare debet tenutam nulliter datam: quãdo ſibi conſtat, quod de nouo, iuſtitia exigente, danda foret: de quo plenius ponit Ang. in d. §. quadrupli. col. 21. verſ. quæro immiſſus. Inſtitut. de acti.*
4 Et ſententiam nullam, quæ iuſta eſt, confirmatam ſæpius fuiſſe in Regia Audientia Cathaloniæ, teſtatur Michaël Ferrer in 3. parte obſeruantiarum Regiæ Audientiæ cap. 432. iuxta doctrinas per eum allegatas, & Cancer. tom. 3. var. c. 17. de ſenten. num. 56. ita dicens, *quæ nullitates, vbi conſtat de bono iure, & iuſtitia ſententiæ non multum à ſupremis iudicibus attendũtur*, vt per Franciſ. Monal. cõſ. 87. & conſ. 143. num. 25. lib. 1. Parlador lib. 2. rerum quotidian. ca. fin. part. 1. §. 1. nu. 10. & clarius per Viuium multos referentem, deciſ. 331. n. 2. & deciſ. Genuæ 23 n. 16. & poſt Tho. Mier. notat Micha. Ferre. 3. par. obſeruan. c. 288. poſt ver. Et ex dicta confeſſione, & noue Anton. Oliban. de actio. lib. 3. §. actionũ n. 4. vbi dicit, in Cathalonia, vbi, ſola facti veritate inſpecta, iudicatur, iuris apices reijci, & idẽ Cancer. d. c. 17. n. 562.
5 & 563. teſtatur, hãc ſentẽtiã placuiſſe Senatui, hac ratione, quòd non interſit petentis reuocationẽ ſẽtẽtię, aut facti, cũ ſi facta nõ fuiſ-

sēt de nouo fieri deberent. Quod pulchre animaduertit codex Fabri. lib. 3. tit. 12. de iuriſdic. omni. iudi. defi. 24. vbi ſentit, quòd & ſi ſit lata ſententia cōtra pupillum nulliter: appareat tamen eſſe iuſtam, & aliam non poſſe ferri, non eſſe audiendum, ſi petat reuocationem, cum eius interſit, ne amplius ſumptibus vexetur, & nullā
6 poſſe cōfirmari, dixit Theſau. deciſ. 228. ante numerum primum habetur in 3. part. deciſionum nouiſsima. Rota Rom. deciſ. 116.
7 fol. 16. & deciſ. 130. fol. 88. & deciſ. 605. num. 2. Et ita etiam fuit declaratum in Regia Audientia Valentina, referente Doctore Ioachimo Real, poſtea Regiam Cancellariam Regente, ſententia lata, in fauorem Illefonſi Romano, contra hæredes Chriſtophori Gabriel, publicata per Frā ciſcum Paulum Alreus Regium ſcribam mādati, die 8. Feb. 1602. his verbis: *Attento etiam, quod ſententia à qua fuerunt dicta nullitates, eſt iuri ac rationi conformis, quo caſu in viam iuris etiam ſententia nulla venit confirmanda, &c.*

Et ita ex ſupradictis fuit declaratum, in dicta cauſa in fauorem dictæ Vrſulę Bleda, & de Serra viduæ, contra dictum Doctorem Melchiorem Villena, Regia ſententia, publicata per Dō Ioannem Daça Regij mandati ſcribam die 4. Iulij,

1617.

(?)

DECISIO CLXXXX.

LEGATIS A TESTATORE eius vxori omnibus bonis mobilibus, & immobilibus, in domo, & extra domum exiſtentibus; in legato comprehenditur pecunia numerata, & chyrographum ciuitatis Valentiæ, quod pro pecunia reputatur, etiam ſi proceſſerit ex pretio rei immobilis.

1 FACTI ſpecies.
2 *Chyrographum, ſiue albaranum Valentiæ eſt nomen debitoris: contra num. 17.*
3 *Nomina debitorum non comprehenduntur ſub legato mobilium.*
4 *Nomina debitorum, nec mobilia ſunt, nec immobilia; ſed iura incorporalia.*
5 *Redditus annui inter immobilia computantur, maxime in Valentiæ Regno.*
6 *Cenſualia redimibilia pro bonis mobilibus reputantur, ſed fallit in dicto Regno.*
7 *Pecunia redacta ex re immobili, pro immobili habetur: ſed contra num. 18.*
8 *Pecunia prouenta ex pretio annui redditus, & deſtinata ad comparandum alium cenſum, in legato bonorum mobilium non comprehenditur, ſed cum diſtinctione, de qua num. 19.*
9 *Chyrographa, ſiue albarana ciuitatis, & Generalitatis Valentiæ,*

vera,

vera, & realis pecunia ſunt, vt fuit declaratum cum Regia proviſione, de qua hic.

10 *Pecunia comprehenditur ſub legato mobilium, & num. 12.*

11 *Pecunia ſimpliciter & propriè res mobilis eſt.*

12 *Pecunia cum ex proprietate vocabuli res mobilis ſit, non eſt ab eius proprietate recedendum.*

13 *Pecunia etiam deſtinata ad emptionem prædiorum, res mobilis eſt.*

14 *Legatum mobilium ſub vniverſali conceptum, nempe omnium, vel quorumcunque, indiſtincte pecuniam comprehendit.*

15 *Legatum omnium bonorum mobilium exiſtentium, intra, vel extra domũ, iuxta cõmunẽ vſum loquendi in vrbe, comprehendit pecuniã.*

16 *Vſus loquendi attendendus eſt, etiã ſi differat à proprietate verborum.*

17 *Chyrographum, ſiue albaranũ Valentiæ non eſt nomen debitoris, ſed pro pecunia reputandum eſt.*

18 *Pecunia ex re immobili proventa mobilis eſt.*

19 *Pecunia etiam ad emptionem prædiorum deſtinata, ſi de ea aliter, quis diſponere poterat, & deſtinationem tollere; pro re mobili debet reputari, ſecus ſi non poterat.*

1 PETRVS Palau legauit Catherinæ Andraſa, & de Palau, eius vxori, omnia bona mobilia exiſtentia in domo, & extra domũ, exceptis dũtaxat curribus (vulgo appellatis, coche, y galera) & mulabus: in vita teſtatoris fuerat ei redemptus annuus cẽſus pretio ducẽtarum librarum, quod ei fuerat ſolutum in chyrographis ſiue albaranis vniuerſitatis ciuitatis Valentiæ, quorum vnum erat quãtitatis 166. lib. 13. ſol. 4. den. dictus teſtator in vita expendit ex dicto pretio ſeu proprietate cẽſualis redempti 33. 6. 8. & tempore mortis fuit inuentũ dictum chyrographũ, ſiue albaranum quantitatis 166. 13. 4. dubitatum fuit, an comprehẽderetur in dicto legato bonorũ mobilium, dicebat hæres dicti Palau, non comprehendi.

2 Primò, quia dictũ chyrographũ ſiue albaranũ ciuitatis Valẽtiæ eſt nomen debitoris, l. chyrographis 57. ff. de adminiſtra. tuto. ibi: *chyrographis debitorum incendio exuſtis* cum nihil aliud ſit, quam mandatum Decurionũ ſiue Iuratorũ ciuitatis Valẽtiæ, cũ quo, recognoſcẽtes dictam quantitatẽ deberi per vniuerſitatẽ dictæ ciuitatis; mãdãt ſuſceptori, ſiue Clauario habẽti penes ſe pecunias Reipublicæ, vt ex eis ſoluat dicto creditori quãtita-
3 tẽ in dicto albarano nominatã: At nomina debitorũ nõ cõprehẽdũtur ſub legato mobiliũ l. Gaius 86 de leg. 2. cuius verba ſunt: *Gaius Seius pronepos meus hæres mihi eſto ex ſemiſſe bonorũ meorũ; excepta domu mea & paterna, in quibus habito, cũ omnibus, quæ ibi ſũt, quæ omnia ſcias ad portionem hæreditatis, quam tibi dedi, non pertinere. Quæro cum ſit in his domibus argentum, nomina debitorum, ſuppellex, mancipia: an hæc omnia, quæ*

 illic

illic inueniuntur ad alios hæredes inſti
tutos debeant pertinere, Paulus re-
ſpondit nomina debitorum non conti-
neri, ſed omnium eſſe communia, in cæ-
teris vero, nullũ pronepoti locum eſſe,
l. quæſitum 78. §. 1. de leg. 3. vbi
cum fuiſſet legatus fundus Sem-
pronianus cum ſuis inhabitãtibus,
ideſt, familia, & quæ ibi erunt, quę
ſitum eſt de nominibus debitorũ,
& nummis, reſponſum eſt, nomi-
na, & nũmos non videri deberi, &
l. ſi mihi Mæuia. 91. aliàs 92. in fi.
de leg. 3. his verbis, *domibus lega-*
tis, fidei hæredum meorum committo,
vt ſinant eum habere domus meas, in
quibus habito, nullo omnino excepto, cũ
omni inſtrumento, & repoſitis omnibus
non videri teſtatorẽ de pecunia nume-
rata, aut inſtrumentis debitorum ſen-
4 *ſiſſe*, & de iure, nomina debitorum
nec mobilia, nec immobilia ſunt,
ſed iura incorporalia, quæ tangi
non poſſunt, l. 1. §. corporales, &
§. incorporales ff. de rerum diui-
ſio. & §. vnico de rebus corpora.
& incorpora. textus expreſſus in
l. quam Tuberonis §. fin. ff. de pe-
cul. ibi: *Hoc amplius & nomina de-*
bitorum l. ſi mihi, de leg. 3. cũ hæc
igitur expreſſe ſeparentur à mobi
libus, & immobilibus, d. l. quam
Tuberonis, & l. à Diuo Pio, §. in vẽ
ditione ff. de re iudicata, nomina
debitorũ erunt ſpecies ſeparatę, l.
3. ff. pro ſocio l. ea C. famil. hrecis.
l. fin. ff. de donat. ibi: *Tàm in nomi-*
nibus, quàm in rebus mouentibus, &c.
& latè, multis relatis, probat Re-
buf. in l. mouentium q. 3. verſ. ſed
dubitari poteſt de verbor. ſignifi.
Mantica de coniectu. vlti. volunt.
lib. 9. tit. 3. num. 9. vbi dicit, inter
omnes ita conſtare, Dec. conſ. 381.
num. 5. igitur dictum chyrogra-
phum, ſiue albaranum, nec res
mobilis, nec immobilis eſt, ſed
quædam alia ſpecies, & per conſe-
quens non poteſt contineri in le-
gato mobilium.
5 Secundò, quia dictum chyro-
graphum, ſiue albaranum proceſ-
ſerat ex redemptione annui reddi
tus, & ſic proceſſerat ex re immo-
bili, quia annui redditus inter im-
mobilia computantur, Clementi.
exiui de Paradiſo §. cum annui red
ditus de verbor. ſignifi. for. 10. eo
tit. per quem textum in præſenti
Regno ſublata eſt opinio exiſtimã
tium, cenſualia redimibilia pro bo
6 nis mobilibus reputari, quam te-
nuerunt Molinus in repertorio fo
rorũ Aragoniæ, verſ. cenſualia fol.
64. col. 2. & Portoles in additione
ad Molin. ibi: num. 22. qui alle-
gat ita tenentes Bald. in c. cum
cauſam de re iudica. Tiraquel. de
retract. lignag. §. 1. gloſ. 14. n. 119.
Caſaneum in conſuetud. Burgun-
diæ rubr. 1. §. 1. in princ. num. 1.
Cancer. lib. 3. variar. c. 20. de leg.
num. 349. dictus enim forus 10. ita
ait. *Declaram quels cenſals, ó recen-*
ſos, ò violaris, ó qualſeuol altres tri-
buts ſon enteſos, è compreſos, è dits
bens ſehẽts. Pecunia autem, quæ re-
7 dacta eſt ex venditione rei immo-
bilis, habetur pro immobili, vnde
Maſuer. tit. de ſocieta. §. item no-
mina

mina ſeu debita, dicit, hanc pecuniam eiuſdem naturæ cenſeri, cuius res erat, ex cuius venditione confecta eſt, vt quæ ſit ſubrogata in locum illius, & id videri voluiſſe Rapha. Fulg. Alex. Franc. Aretin. in l. eâ demum C. de collat. dicit Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 7. num. 113. quòd etiam refert Theſau. deciſ. 160. nu. 6. in fin.

8 Tertiò, nam teſtator deſtinauerat alium cenſum, ſiue annuũ redditum emere ex pretio dicti annui redditus redempti, quo caſu, pecunia deſtinata non comprehenditur in legato mobiliũ, l. ſi chorus 79. §. 1. de leg. 3. his verbis: *quæ mobilia mea erunt, do lego, nũmos ibi repoſitos, vt mutuo darẽtur, nõ eſſe legatos Proculus ait*, Ludou. Roma. in l. ſi ex legati cauſa ff. de verbor. nu. 13. & in conſ. 188. prope fin. verſ. quoad teſtium, & ſingul. 227. Ludou. Gomes in §. item ſeruiana num. 22. Inſtitu. de actio. & in l. quintus de aur. & arg. lega. Anto. Corſet in verb. pecunia, Andræas Barbatia, in c. ſi quorundam n. 11. de ſolutio. & in c. nulli col. fin. c. poſſeſsiones col. 1. de rebus Eccleſ. non alienan. Alber. de Roſa. in 2. part. ſtatuto. quæſt. 204. Raphaël Cuman. in d. §. ſed ſi parauerit, Ludou. Bologni. conſ. 39. in fin. col. penult. Ioan. Gallus in deciſ. parlament. quæſt. 67. Bartholo. Soc. in l. 1. ff. ſolut. matr. Thomas Parpalia in d. l. 1. ſolut. matri. Dec. conſ. 381. Corneus conſ. 49. in litera D. vol. 3. Cuma. in l. à Diuo Pio §. ſed ſi pecunia nu. 1. per illum tex. ff. de re iudicat. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 7. nu. 106. Theſau. deciſ. 160. num. 6. ad med. qui hanc opinionem veriorem dicit, & cum ea, ſtare magna quãtitate pecuniæ tranſijſſe in facti contingentia Senatum.

9 Sed his non obſtantibus contrarium fuit deciſum, me referente in Senatu, quia cum Regia prouiſione olim facta, die 9. Iunij 1526. fuit declaratum, albarana ciuitatis Valentiæ eſſe ſatis veram, & realem pecuniam, vt patet ex dicta prouiſione, quæ eſt tenoris ſequentis. *Sua ſpectabilitas, quia albarana generalitatis, & huius ciuitatis Valentiæ ſunt ſatis vera, & realis pecunia: & nullus dictorum creditorum poteſt habere meliora cenſualia, quam illa, quæ ſuper Generale, & prædictam ciuitatem Valentiæ ſunt onerata, cum ea procul dubio, & meliora, & ſecuriora ſint omnibus alijs cenſualibus, ex quo liquido apparet, hanc eſſe ſufficientem & optimam ſolutionem pro omnibus creditoribus; Id circo conſideratis multis, quæ in occurrenti caſu de iure, & ratione veniunt conſideranda, mãdat gerenti vices generalis Gubernatoris huius Regni, eius ve locumtenenti generali, aut ſubrogato, & ordinario Aſſeſſori ſuæ Curiæ: Baiulo inſuper generali dicti Regni, & ſeu eius Locumtenenti, necnon Iuſtitiæ in ciuilibus, ac eorum pariter Aſſeſſoribus, & omnibus alijs, tandem quibuſcumque tribunalibus, ac eorum ſcribis, quod de cætero non expediant mandata executoria,*

toria, nec alias ſimiles executorias litte-
ras, contra prælibatum illuſtrem Du-
cem, ad inſtantiam ſuorum creditorum
pro penſionibus cenſualium, aut violα-
riorum, cum ipſi præuijs reſpectibus, cō-
ſiderationibus, atque cauſis debeant pro
nunc adquieſcere, & contentari de hu-
iuſmodi bona ſolutione , dum tamen
prædicta albarana ſint propria præfati
illuſtris Ducis ex cenſualibus, quæ ſibi
per generalitatem, & ciuitatem Valen
tiæ prædictas fiunt, & non alias, &
intimetur parti : & chyrographa, ſi-
ue albarana ciuitatis Valentiæ, vt
pecuniæ reputantur , & in tabula
Valentiæ , vt pecunia numerata
admittuntur, & ſi de eis fiat depo-
ſitum penes argentarium, depoſi-
tarius cōfitetur tantam pecuniam
recepiſſe, quanta legitur in dictis
chyrographis, ſiue albaranis , ſiue
vt apud nos dicitur, de eis fit intra
ta in tabula, & creditori, vt pecu-
nia ſouuntur, & fit permutatio de
eis cum pecunia in concurrenti
quantitate, ſicut etiam corpora ma
iora pecuniarum cum moneta mi-
nuta in occurrenti quantitate per
mutantur, & ita perinde eſt, inuē-
tum fuiſſe dictum albaranum Va-
lentiæ intra domum teſtatoris , ac
ſi pecunia in ea fuiſſet inuenta:
Quo ſuppoſito, dicendum eſt, in
10 dicto legato comprehendi. Quia
pecunia continetur in legato mo-
bilium l. ſi chorus 79. §. 1. de leg. 3.
cuius verba ſunt: *His verbis, quæ*
ibi mobilia mea erunt do lego, nummos
repoſitos vt mutuo darentur non eſſe le
gatos Proculus ait: at eos, quos præſidij
cauſa repoſitos habet, vt quidam bellis
ciuilibus factitaſſent, eos legato cōtine-
ri. Vnde Theſau. d. deciſ. 160. n. 1.
ita ait, pecuniam mobilium , ſeu
mouentium appellatione contine-
ri, omnes ſcripſerunt in l. mouen-
tium 92. ff. de verborum ſignifica-
tione, vbi præ cæteris Brecheus, &
Fornerius ex recētionibus: neque
11 enim negari poteſt, quin pecunia
ſimpliciter, & proprie ſit res mobi
lis , & dicit Tiraq. de retract. §. 1.
gloſ. 7. num. 103. Qui ait, aperte
probari in §. & quia parum in au-
then. de nupti. vbi poſtquam di-
ſpoſuit de rebus immobilibus, ſub
iungit hęc verba. *Si vero vniuerſa*
conſtituta eſt forte in pecunijs , aut in
alijs mobilibus rebus, & ad hoc eum
tex. not. Ang. ibi, & eſt ſimilis tex.
in authen. hoc niſi, in princ. ibi in
pecunia , vel alia re mobili C. de
ſolu. poſt Cyn. Bald. & Alberic.
in l. ea demum C. de collat. Ang.
in §. & quia parum , authen. de
nupt. per illum tex. & quòd in le-
12 gato mobiliū veniat, tenuit Dec.
conſ. 381. nu. 4. & conſ. 472. col. 1.
& poſt eum Tiraq. de retract. d.
gloſ. 7. num. 102. Pariſ. conſ. 67.
num. 11. lib. 2. Mantic. de coniect.
vlti. vol. lib. 9. tit. 3. num. 2. Nata.
conſ. 117. num. 5. Straca. in tract.
de mercatur. par. 1. num. 76. Ioan.
Gall. deciſ. ſeu quæſt. 1. Pinel. in
l. 1. 2. part. num. 44. C. de bon.
mater. moti per tex. in l. ſi cho-
rus 79. §. 1. de leg. 3. & (poſt mul-
tos dicentes cōmunem, quos alle-
gat) Dec. in d. conſ. 472. & præci-
pue,

pué, quia præſuppoſito pro vero quòd ex proprietate vocabuli pecunia ſit res mobilis, non erit in legatis ab hac proprietate verborum recedendum l. non aliter 69. de leg. 3. ibi: *Non aliter à ſignificatione verborum recedi oportet, quam cum manifeſtum eſt aliud ſentiſſe teſtatorem.* Hanc opinionem Theſau. in d. deciſ. 160. num. 4. in fin. verſ. verum, ait, ſine dubio eſſe magis communem, eandem opinionem, quòd ſub legato mobilium pecunia cõprehendatur, pluribus relatis, dicit magis communem Don Ioan. del Caſtillo, de vſufruct. quæſt. 38. num. 22.

13 Secundò, etiam pecunia ad emptionem prædiorum deſtinata eſt res mobilis, Theſau. d. deciſ. n. 6. ad med. verſ. ſed licet, qui hanc opinionem dicit veriorem, & eam communem dicit Cæuallos in 1. tom. com. quæſt. 312. num. 1. verſ. ſed contrariã, qui allegat Ferron. in cõſuet. Burgund. de Galen. tit. de locato §. 6. & Refert Boër. deciſ. 209. num. 2. vbi hanc communem retulit, communem etiam dicit Barbat. in l. ſi ex legati cauſa col. 16. ad fin. ff. de verb. & Palat. Rube. in rubr. de donat. §. 38. Soci. nepos conſ. 120. num. 18. lib. 1. Pinel. in rub. de bon. mater. 1. part. num. 44. & Tiraq. plures referens in tit. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 7. num. 105. Mencha. de ſucceſ. creat. lib. 1. §. 1. num. 72. col. 9.

14 Tertiò, vt docet Theſau. d. deciſ. 160. num. 5. amplianda eſt ſupradicta opinio, vt multo magis procedat, quando cum dictione *mobilium*, teſtator addit dictionẽ vniuerſalem, *quacumque*, vel, *omnium*, vt per Curt. Iunio. conſ. 183 num. 4. Alex. conſ. 118. num. 5. lib. 5. & in hac ſpecie videtur ſe reſtringere Dec. conſ. 472. Tiraq. de retract. d. gloſ. 7. num. 20. vnde cum teſtator in noſtro caſu vſus fuerit verbo vniuerſali, *omnia bona mobilia*, dicendum eſt, pecuniã ſiue chyrographũ Valentiæ, quod vice pecuniæ fungitur, in dicto legato comprehendi.

15 Quartò, quando teſtator legat omnia bona mobilia exiſtentia in domo, & extra domum, iuxta cõmunem vſum loquendi, ſolet in vrbe comprehendi in tali legato pecunia numerata, vt fuit probatum cum depoſitionibus teſtium, pro parte dictæ Catherinæ productorum, & hic communis vſus lo-
16 quendi attendendus eſt, etiam ſi differat à proprietate verborum, l. labeo ff. de ſuppellect. lega. l. liberorum §. quòd tãtum Caſsius ff. de leg. 3. Theſau. d. deciſ. 160. num. 7. maxime in fin.

17 Nec obſtant in cõtrarium adducta: ad primum enim reſpondetur, quòd chyrographum, ſiue albaranũ ciuitatis Valentiæ non eſt nomẽ debitoris, ſed pro pecunia reputatur, vt dixi ſupra num. 9.

18 Ad ſecundũ reſpõdetur, quòd immo pecunia, quæ proceſsit ex re immobili, mobilis eſt, vt probat

bat,pluribus relatis,Tiraq. de retractlignag. §.32. gloſ.vni.n. 19. cũ ſeqq. & ad fi.tit.n.14.cũ ſeqq. omnino videndus, & hæc eſt vera opinio, vt dixit Theſau. allegatus ſupra num. 10.

19 Ad tertium reſpondetur cum Soc. conſ.249. materia, num.27. verſ.circa quartam num.2.& cum Tiraq. de retract. lignag.§.1.glo. 7.nu. 109. diſtinguendo, aut qui deſtinauit pecuniam ad emptionem prędiorum,poſset nihilominus de ea diſponere, & conſequẽter eam deſtinationem tollere, & tunc res mobilis reputatur l.cætera §.ſed ſi ſeparauit ff.de de leg.1. aut is, qui vult diſponere de hac pecunia, non poſset eam deſtinationem abolere, tunc debet iudicari,ac ſi eſſet res immobilis,cum teneatur in rem immobilem eam conuertere, & ita intelligendum eſſe tex.in l. quid ergo ff. de contra. & vti.act. tutel.& in l. à Diuo Pio §.vltim.de re iudic. Et ideo, inquit, ſi teſtator iuſſerit,pecuniã conuerti in emptionem immobilium, non poterit hæres contra hanc diſpoſitionem venire. Cum igitur in caſu noſtro teſtator potuiſſet dictam deſtinationem mutare, prout mutauit, quia ex ducentis libris, quæ proceſſerunt ex pretio cenſus redempti, partem alienauit, & tantum fuit inuentũ dictum chyrographum Valentiæ quantitatis 166. 13. 4. dicendum eſt, dictam deſtinationem, & propoſitum conuertendi illud in emptionem alterius cenſualis, non facere iu dicari rem immobilem.

Ex quibus,me reſſerẽte,ita fuit iudicatum per hanc Regiam Audientiam,ſententia lata, in fauorem Catherinæ Andraſa, & de Palau, contra Franciſcum Palau,publicata per Don Ioannem Daça, die 24. Septembris 1616.

DECISIO CLXXXXI.

FVNERIS IMPENSA neceſſaria præfertur creditoribus,etiam hypothecarijs defuncti; ſecus tamen eſt in impenſa voluntaria, & quæ ſit voluntaria in hoc caſu declaratur.

1 *PRIOR tẽpore, potior eſt iure; Fallit tamen fauore publicæ vtilitatis num. 24.*

2 *Impenſa funeris non eſt propriè defuncti debitum, ſed quaſi debitum, & ita non debet præferri habenti expreſſam hypothecam, ſed contra num. 26.*

3 *Funeris impenſæ priuilegia à Iuris Conſultis tradita referuntur, & in eis non fit mentio, quod præferatur habentibus expreſſam hypothecam. Sed contra num. 29.*

4 *Lex ſuum, non tuum denegat auxilium. Declaratur infra nu. 30.*

5 *Creditores habentes expreſſam hypothecam præferri funeris impenſæ tenuerunt Gloſa, & Doctores, de quibus hic;ſed cõtrarium tenet Autor num 6. & relati infra num. 20.*

7 *Funeris*

7 *Funeris impenſa præfertur omnibus creditoribus.*

8 *Omne qui dicit, nihil excludit,*

9 *Genus continet ſub ſe omnes ſuas ſpecies, & eſt propriè in qualibet ſpecie.*

10 *Impenſa funeris ſemper deducitur ex hæreditate.*

11 *Dictio,* ſemper, *importat omni tempore, & omni caſu.*

12 *Hæres poteſt retinere in computatione patrimonij, quid quid in funus expendit.*

13 *Expenſa funeris deducenda eſt ex dote, nec ære alieno deducto.*

14 *Funeris fauor concernit publicam vtilitatem.*

15 *Reipublicæ intereſt, mortuos ſepelliri.*

16 *Actioni funerariæ indulgetur contra communes iuris regulas, in caſibus hic relatis.*

17 *Funeris impenſa, de conſuetudine antiqua in Regno Valentiæ, indiſtinctè præfertur omnibus creditoribus, etiam habẽtibus expreſſam hypothecam, & ita fuit declaratum, & refertur Regia ſententia, num. 19.*

18 *Iaſer fuit Vicecancellarius Regis Iacobi Secundi.*

20 *Impenſam funeris præferri creditoribus expreſſam hypothecam habentibus, tenuerunt plures hic relati, & ita fuit iudicatum.*

21 *Funeris impenſa neceſſaria, etiam iuxta l. 13. ſiue fin. tit. 6. lib. 5. recopilat. præfertur creditoribus hypothecarijs; ſecus in alijs latioribus impenſis, quæ erogantur in funus.*

22 *Impenſa funeris neceſſaria præfertur creditoribus hypothecarijs, & hæc eſt magis communis ſententia, iuxta quam fuit iudicatum num. 23.*

24 *Neceſſaria funeris impenſa quæ ſit, iudicis arbitrio committitur, & hic declaratur.*

25 *Generi per ſpeciem derogatur.*

27 *Vtilitas publica maior præfertur minori.*

28 *Pactorum obſeruantia reſpicit vtilitatem publicam in conſequentiam; funeris vero impenſa principaliter.*

VALDE controuerſa eſt illa quæſtio, an funeris impenſa ſit præferenda creditoribus hypothecarijs defuncti. In qua nedum grauiſsimi DD. cõtrarias tenuerunt opiniones; ſed etiam in ampliſsimis Senatibus, & Regijs Conſilijs, hac quæſtione exacte examinata, fuit diuerſimodè iudicatum. Et in cauſa mihi commiſſa ad decidendum, de qua infra, diligẽter examinare volui, quænã ex dictis opinionibus eſſet verior, & receptior.

Et quod funeris impenſa non præferatur creditoribus hypothecarijs, probatur ſequentibus rationibus:

1 Primò, qui prior eſt tempore, potior eſt iure cap. qui prior de reg. iuris in 6. l. quoties vtriuſq; ff. eodem tit. l. qui balneũ in prin. & l. potior in princ. ff. qui potiores in pig. hab. ſed creditores hypothe-

l.2. in fin. num. 8. ff. de priuileg. credit. dicentem, hanc eſſe communem opin. & num. 71. refert, hanc opinionem tenuiſſe Odofredum in d.l.pen. ff. de relig. Ang. in d.l.2. de priuileg. credit. & Zaſium ibi verſ. 2. colligit Bald. Nouel. in tract. de dote 10. part. principali in 9. limitatione, vbi licet diſputet de probatione reſpectu hypothecæ in dote, rationes etiam procedunt reſpectu hypotecæ expreſſæ aliorum, Neguſa. in tract. de pig. 5. part. in 2. membro. num. 28. tom. 6. tract. part. 1. fol. mihi 228. qui hanc opinionem expreſsè tenet, & dicit eſſe differentiam inter expreſſam, & tacitam hypothecam, & in expreſſa eſſe minorẽ rationem, quia lex non tuum, ſed ſuum denegat auxilium. Franc. Connan. in lib. 4. Cõmentariorum Iuris, in tit. qui potiores in pig. hab. Aſsinius. in l. impenſa ff. de relig. & ſumptibus funerum. Caual. de vſufruct. num. 95. pag. 268. vbi dicit, ſe ita iudicaſſe, Follerius, in conſtitut. Regni peruenit num. 21. fol. 26. Comen. in l. fin. §. in computatione C. de iure diliberandi, Rip. in l. priuilegia. num. 48. & 62. ff. de priuil. credit. Sebaſt. Medic. in tractat. de ſepult. in 5. quæſtione 2. part. num. 72. Vanderan. de priuileg. credit. cap. 3. de his quibus priuilegia. poſt med. tom. 8. tract. fol. mihi 114. col. 1. ad finem.

6 Sed his non obſtãtibus, in cauſa mihi commiſſa ad decidendum fui amplexus contrariam opinionem, quod imò funeris impenſa præferatur creditoribus, etiam ex preſſam anteriorem hypothecam habentibus.

7 Primò, quia funeris impenſa præfertur omnibus creditoribus, l. impenſa 45. ff. de religioſis, & ſumpt. funerum, ibi: *Impenſa funeris ſemper ex hæreditate deducitur, quæ etiam omne creditũ ſolet precedere cũ bona ſoluẽdo nõ ſint* for. 29. de pignorib⁹, ibi: *Les deſpeſes q̃ ſerã feytes en la ſepultura de aq̃ll qui morra ſiẽ lleuades de la heretat de aquell qui morra, ans que ningun deute ſia pagat als creedors del defunct, encara ſi los bẽs del defunct no baſtauen als deutes a pagar quel defunct deuie als ſeus creedors*, l. 12. tit. 13. part. 1. ibi: *Mas, ſi las ſizieſſe con intenciõ de las cobrar deuelas hauer, maguer non las mande ninguno fazer, é maguer les contradixeſſen, que non las fizieſſe, deuen las dar de los bienes del muerto, ante que paguen ninguna coſa de las mandas que fizieſſen en ſu teſtamento, ni de las deudas que deuia en qualquier manera que las deua, è ante que partan ninguna coſa de ſu hauer los herederos que lo huuierẽ de hauer, ſolo que aqueſtas deſpenſas ſean fechas meſuradamente, catando la perſona de aquell por quien ſon fechas.* Et verba illa dictæ legis impenſa 45. ff. de relig. & ſump. fun. ibi *Omne creditum ſolet pracedere*, comprehendunt cre-

8 ditum expreſſæ hypothecæ, qui enim omne dicit, nihil excludit.

Can.

can. ſi Romanorum in verſ. dicendo 19. diſt. ibi: *Dicendo verò omnia decretalia conſtituta, nullam de decretalibus conſtituis, prætermiſſit*, & quia illud verbum, *creditum*, quod eſt genus, continet ſub ſe, non ſolum illud, pro quo competit perſonalis actio, & tacita hypotheca; ſed illud etiam, pro
9 quo datur expreſſa, quia genus cō tinet ſub ſe omnes ſuas ſpecies l. omnes, vbi Angelus C. de præſcriptione 30. annor. & genus eſt pro prie in qualibet ſpecie l. 1. §. conuentiones ff. de pactis. Et d. l. pen.
10 de relig. dicitur, quòd funeris impenſa ſemper deducitur de hæreditate, & ſi habēs expreſſam prius caperet ſuum creditum, vtique nō deduceretur ſemper. Rurſus ibi dicitur, quòd ſolet præcedere omnes creditores, ergo etiam haben-
11 tes expreſſam, dictio enim, ſemper, importat omni tempore, & omni caſu, ſecundū Gloſ. & DD. in l. 1. ff. ſolut. mat. Socin. in conſ. 11. num. 5. vol. 1. & in conſ. 54. n. 10. vol. 4. Surd. multis relatis, cōſ. 179. & niſi venirent credita, pro quibus erat hypotheca expreſſa, non præcederet omne creditum, vt arguit in ſimili Dec. in conſ. 597. num. 1. Paris. in conſ. 35. n. 1. vol. 1. Surd. conſ. 73. nu. 63. lib. 1.
12 Secundò facit tex. in l. fin. §. in computatione C. de iure deliber. cuius verba ſunt: *In computatione autem patrimonij damus ei licentiam excipere, & retinere, quidquid in funus expendit*, & ſic loquitur indiſtinctè, quòd ſi fecerit impenſas funeris, quòd poteſt recipere, & retinere, tanquam de expenſis neceſſarijs dicti patrimonij, & poſtquā legislator ibi dedit exceptionem & retentionem, tanquam expenſæ neceſſariæ factæ in patrimonio, ſequitur, quod in dicto patrimonio præferri debet quibuſcūque creditoribus anterioribus; etiam habentibus tacitam, & expreſſam hypothecam, etiam illum tex. intelligunt Caſtren. & Cora. quos citat, & ſequitur Roland. conſ. 14. nu. 23. vol. 1. Beroius familiar. quæſt. 63. num. 4. Ripa. in tit. de remed. præſeruatiuis contra peſtē n. 133. vbi dicit, quod non ſolum præfertur omnibus creditoribus perſonalibus, ſed etiam omnibus hypothecis.
13 Tertiò, facit tex. in l. Celſus ſcribit 22. iunct. l. nec ære alieno 26. ff. de relig. & ſump. fun. ibi: Celſus ſcribit, quoties mulier decedit, ex dote, quæ penes virum remanet, & cæteris mulieris bonis pro portione funeranda eſt, & ibi: Nec ære alieno deducto.
14 Quartò, quia fauor funeris cōcernit publicam vtilitatē, vt probat tex. in l. Neratius in prin. ff. de relig. & ſump. fun. vbi ideò infert, quod pactum mariti nō infringit ius publicum, & dicit Bal. in l. fin. nu. 7. C. de negot. geſt. *quod intereſt Reipublicæ mortuos ſepelliri*, ſequitur Cagnol. in l. inuitus nu. 7. ff. de regul. iuris, & dicitur cauſa pia, vt in l. ſi quis ſepulchrum, vbi gloſ.

gloſ. & DD. in §. Prætor ait, ff. de religio. ideo infert Bald. Nouel. in tractat. de dote part. 5. num. 10. quod executores teſtamenti iuſsi bona diſtribuere in vſus pios, poterunt impendere in funus pauperum, oportet enim fieri, ne corpora inſepulta remaneant. Et idem probat Sebaſt. Medic. in tit. de ſepultur. part. 2. quæſt. 5. num. 42. etiam apud paganos, vt infinita ſunt exempla, quia igitur cauſa pia eſt, & publicam reſpicit vtilitatem, non mirum, ſi hæres pro huiuſmodi impenſa præferatur creditori habenti expreſſam. Publica enim vtilitas præfertur priuatæ, l. 1. vbi DD. ff. ſolut. matrim.

16 Quinto, actioni funerariꝫ indulgetur contrà communes iuris regulas: nam licet aliàs de iure, pater pro filio emancipato conueniri non poſsit, l. 1. ne filius pro patre, & foro 1. & 2. eodem tit. & pariter vxor non tenetur pro marito, vt in tit. C. ne vxor pro marito, & in foro 1. & 2. eodem tit. in foris Valentiæ; nihilominus tamen pater pro filio cogitur funus facere, vxor pro marito, dominus pro ſeruo, Eccleſia pro ſuo parochiano, & vicini, vel alij com parochiani pro vicino, vt poſt Summiſtas prçcipuè Angelicam, Tabienam, Armillam, Piſan, & Rogel. concludit Sebaſt. Medic. part. 2. quæſt. 3. in fin. ſic etiam proximior, vel hæres ſcriptus ante aditam hæreditatem cogitur vendere bona hæreditatis, & funus facere, l. qui hæres, vbi notat Bart. ff. fam. hercis. quinimo licet hçres, vendendo, vel actum alium faciendo,
31 circa bona hæreditaria, videatur adire, l. is poteſt ff. de acquiren. hæredit. tamen fallit, quando id facit cauſa funeris, l. pro hærede in principio, vbi gloſ. & Bart. ff. de acquiren. hæredit. & in l. ſi quis plerique ff. de relig. Bertach. in tit. de Epiſcop. lib. 4. part. 3. 17. num. 31. Nata in conſil. 448. num. 13. Sebaſt. dicta quæſt. 5. num. 7. eodem modo, qui fecit funeris impenſam poteſt ante tempus à debitore vxoris repetere, l. ſed ſi ff. de relig. l. ſi cum dotem §. ſin autem. ff. ſolut. matrim. Sebaſt. dicta quæſt. 5. num. 43. & ſequentibus: hac etiam ratione, qui in funus impendit, inuito, & prohibente hærede, poteſt nihilominus ab illo repetere, d. l. & ſi quis §. item labeo, Bald. d. l. fin. C. de neg. geſt. num. 7. Cagnol. d. l. inuito num. 7. ff. de regul. iuris, Rip. de remed. præſeruat. num. 132. & infinita alia conſiderantur priuilegia, quæ refert Surdus deciſio. 255. num. 14. & 15.

17 Sextò, vt inquit Iaſer gloſſator fororum noſtri Regni, in foro, *les deſpeſes*, in rubrica de pignoribus, in noſtro Valentiæ

Regno conſuetudine obſeruatur, quod indiſtinctè expenſa funeris deducitur ante omnia,
18 & præfertur etiam habenti expreſſam hypothecam, & teſtatur, ita fuiſſe pluries iudicatum, & loquitur de tempore antiquiſſimo: nam dictus Guillermus de Iafero fuit Vicecancellarius Regis Iacobi Secundi, vt legitur in Priuilegio 141. eiuſdem Regis
19 fol. 73. colum. 3. in fine. Et poſtea ità fuit declaratum in Regia Audientia cum ſententia lata inter hæredes Iacobi Ferrer, & Vincentiam Ferrer, publicata per Franciſcum Paulum Alreus, die 21. Nouembris 1596. & in expenſis factis in vltima infirmitate, idem eſſe ſeruandum, fuit deciſum cum Regia ſententia lata, in cauſa creditorũ D. Gaſparis Mercader Baiuli generalis Valentiæ, publicata per Al-
20 reus die 15. Maij 1604. Dictam opinionem, quod impenſa funeris præferatur creditoribus expreſſam hypothecam habẽtibus, tenuiſſe DD. ſequentes, dicit Surdus deciſ. 255. num. 28. ad medium, nimirum Bar. Alber. Ang. Aretin. Ripa Caſſan. & Dueñ. quos citat Vincent. Franch. d. deciſ. 51. in princ. Baptiſtam de San. Blas. in tractat. de actio. & eius natu. actu. 117. Rolan. conſ. 14. num. 22. lib. 1. Alciat. conſ. 615. num. 1. Didac. in cap. Raynaldus §. 3. num. 2. Crot. conſ. 275. num. 61. Durand. de arte teſtan. tit. 9. caut. 5. Sebaſt. Medic. in tractat. de ſepultu. 2. par. quæſt. 5. num. 21. Ioſephus Ludouic. deciſ. Peruſ. 78. num. 22. part. 2. Caballin. Milleloq. 677. num. 2. part. 2. Carpa. ad conſtit. Mediolan. cap. 287. nu. 10. vſque ad num. 17. Caual. deciſ. 32. aliàs 3. de contract. num. 7. 1. part. late Ioan. Garcia de expenſ. & meliorat. cap. 8. num. 23. vſque ad num. 28. tom. 17. fol. 281. Antonius Gomez, in leg. 30. Taur. num. 2. & ibi Velaſquez num. 2. Ripa in tractat. de peſte titul. de remedijs præſeruatiuis contra peſtem, num. 133. & Bartolum. & alios eam tenentes refert, & ſequitur Rebuf. in primo tomo conſtitutionum Franciæ tit. de ſententijs, prouiſionalibus in præfatione n. 65. Matienzo in l. 13. tit. 6. lib. 5. recop. gloſ. 3. num. 2. fol. 163. & ibi etiam Azeuedo num. 10. & Angulo num. 23. gloſ. 5. Gregor. Lopez in l. 30. gloſ. fin. tit. 13. par. 5. & in l. 12. tit. 13. par. 1. Lara de aniuerſarijs lib. 1. c. 25.
21 num. 23. pag. 258. vbi ſubiungit, quod licet Matienzo in dicta l. 13. ſiue fin. tit. 6. gloſ. 3. num. 3. lib. 5. recop. ſentiat, hodie per illam legem funeris impenſam non præferri creditoribus hypothecarijs, probat tamen Lara ibidem, & num. 94. Immo idem etiam obſeruandum in impenſa, ad ipſum funus neceſſaria, & quod inquit Matienzo,

20, intelligendum eſſe de alijs latioribus impenſis, quæ erogantur in funus, vt in obſequijs amplis, & veſtibus, & ibi bene confirmat.

22 Denique impenſam neceſſariam funeris præferēdam eſſe creditoribus hypothecarijs, fuit iudicatum in Senatu Mantuano, vt teſtatur Surd. deciſ. 255. vbi latè in Conſiſtorio Sacræ Regiæ conſcientiæ Regni Siciliæ, vt affirmat Don Garcia Maſtrillis deciſ. 10. num. 9. in fin. lib. 1. eandem opinionē tenuerunt Gracian. diſcept. forens. 1. part. cap. 94. num. 2. cum ſequentibus, Polidor. Ripa. ſingular obſeruat. 174. num. 4. pag. 143. vbi hanc opin. dicit magis æquam, & ſecundum eam ſæpius fuiſſe iudicatum in Inſubria, teſte Borgnino deciſ. 32. incip. Marſilius Lōbardus part. 1. quam ſequitur etiam nouiſsimè Thom. Acti. in ſuo tractat. de infirmitate, in lucem edito anno 1603. part. 2. in verbo, *creditor funeris*, ex quibus patet, hāc eſſe magis communem ſententiam.

23 Illam tamen ſolum recipiendam eſſe iudicaui in funeris impenſa neceſſaria, quæ iudicis arbitrio cōmittitur, inſpecta qualitate, & dignitate perſonæ, & quantitate patrimonij, l. & ſi quis 14. §. continet ff. de relig. & ſumptibus funerum, ibi: *Continet autem funeris cauſa tantum impenſam, non etiam cæterorū ſumptuum, æqui autem accipitur ex dignitate eius, qui funeratus eſt ex cauſa, ex tempore, & ex bona fide; vt neque plus imputetur ſumptus nomine, quam factum eſt, niſi immodicè factum eſt, neque tantum, quantum factum eſt, deberet enim haberi ratio facultatum eius, in quem factum eſt, & ipſius rei qua vltra modum ſine cauſa conſumitur*. Et ita deciſum fuiſſe in Senatu Sabaudiæ, teſtatur Faber in ſuo C. Fabria. lib. 5. tit. 5. diffinitione 9. & probatur in l. 2. ff. ad l. fal. ibi: *Nec amplius concedendum erit, quā quod ſufficiat ad ſpeciem monumenti*, late Banderan. in tractat. de priuileg. creditor. capit. 3. de ijs quibus priuilegia poſt med. tom. 18. tractat. fol. mihi 114. col. 1. in principio.

24 Nec obſtant in contrarium adducta. Ad primum enim reſpondet Surd. dicta deciſ. 255. num. 20. quòd regula illa, qui prior eſt tempore, potior eſt iure, limitatur fauore publicæ vtilitatis, quod ſatis probatur in dicta l. penult. ff. de relig. & ſump. funer. vbi habemus magis ſpecialem regulam, quę habet, quod creditum ex cauſa funeris, quamuis poſterius, præfertur priori, atque ita generali illi regulæ de-

25 rogatur per ſpecialem, *& generi per ſpeciem derogatur*, l. in toto iure ff. de reg. iur. vbi Dec. & Cagnol.

26 Ad ſecundum reſpōdetur, impenſam funeris propter publicā

vtilitatem eſſe præferendam cuicunque credito hypothecario, quia publica vtilitas præfertur priuato commodo, authen. reſque C. commun. de lega. & ita reſpõdet Surd. dicta deciſ. 255. nu. 23. ad medium, & 24. vbi inquit, quòd licet pactorum obſeruantia reſpiciat publicam vtilitatem, tamen ea eſt minor, quàm

27 ſit mortuo funus facere. Et vtilitas publica maior præfertur minori, cap. bonæ de poſtulatione præla. l. cætera §. ſed & ſi quis, vbi Caſt. & alij ff. de leg. 1. Rip. l. prima num. 100. ff. ſolut. matri. Nata. conſil. 500. num. 12.

28 vltra quod pactorum obſeruantia reſpicit vtilitatem publicam in conſequentiam, funus autem eam principaliter reſpicit, immò in totum pertinet ad publicam vtilitatem, & pietatem: quia nullum omnino priuatum habet cõmodum.

29 Nec obſtat tertium, quoniam ex quo Iuris Conſultus in l. pen. ff. de relig. & ſumpt. funer. diſpoſuit, funeris impenſam præcedere omne creditum, ſatis declarauit, præcedere etiam hypothecæ expreſſæ creditum: quia, vt dixi ſupra num. 8. qui omne dicit, nihil excludit.

30 Nec obſtat quartum: nam vt inquit Surd. dicta deciſione 255. num. 23. ad medium, cum ratio fauoris militet, non minus aduerſus expreſſam, quàm aduerſus tacitam hypothecam, debet de expreſſa idem, quod de tacita, iudicari, & ita hoc caſu lex impartitur ſuum auxilium, propter publicam vtilitatem, etiam contra eos, qui ex conuentione ius ſibi quæſierant.

31 Denique ſi Doctores vtriuſque opinionis numeramus, conſtabit, plures hanc ſequutos fuiſſe, & ita noſtram opinionem, circa expenſam neceſſariam ad funus, vt ſupra declaraui, eſſe magis communem, iuxta quam ipſe iudicaui in cauſa mihi ſoli cõmiſſa ad decidendum, & fuit pronuntiatum ſententia regia lata in Regia Audientia Valentina.

DECISIO CLXXXXII.

CESSIONARIVS

1 penſionum cenſualis, cui prius in ſolutum fuerunt dati annui redditus, præfertur emptori Curiæ, cui poſtea iudicialiter fuit venditum idem cenſuale, vti pignus debitoris, qui fecerat dictam ceſsionem.

1 *FACTI ſpecies.*

2 *Curiæ venditio, ſiue iudicialis hypothecas excludit.*

3 *Curiæ oblata, ſiue affixa non poſſunt alienari.*

4 *Cedens, ceſſione facta, poteſt exigere à ſuo debitore debitam pecuniã in tribus caſibus relatis in l. 3. C. de nouatio.*

5 *Datione*

5 *Datione inſolutum nominis debitoris facta, non poteſt creditor illud exigere.*

6 *Actio vtilis tranſit ſine ceſſione, & directa cum ceſſione in venditione nominis.*

7 *Debitor, contra quem eſt facta ceſſio, vendito nomine, non poteſt ſoluere creditori, dummodo ſciat, etiam ſine vlla denuntiatione.*

8 *Ceſſio quando facta eſt ad commodum ceſſionarij, & eius periculo, tunc cedens agere non poteſt: ſi vero facta eſt ad commodum cedentis, & eius periculo, cedens agere poteſt, niſi interueniat vnum de tribus relatis in l. 3. C. de nouatio.*

9 *Nomen debitoris vbi eſt datum inſolutum, ceſſio habet vim venditionis nominis, & reſpicit vtilitatem ſolius ceſſionarij.*

10 *Periculum nominum debitorum poſt ceſſionem contingens, pertinet ad ceſſionarium, quando nomina debitorum fuerunt vendita cũ ceſſione iurium, vel inſolutum data, vel legata.*

11 *Ceſſio facta nominis debitoris inſolutum dati loco ſolutionis habetur.*

12 *Creditor, nomen debitoris recipiẽs inſolutum, ſuum debitorem liberare videtur.*

13 *Dominium non poteſt eſſe duorum inſolidum eiuſdem rei.*

14 *Iudex, per venditionem iudicialem, non poteſt transferre dominiũ bonorum, quæ non erant debitoris executiue conuenti.*

15 *Opponens ſe proprietariè in executione, allegans dominium, eam impedit.*

16 *Venditio curiæ reſcindit locationẽ, & excludit ius ceſſum ad exigendum mercedes, ſiue pretium conductionis prædij venditi.*

17 *Reſoluto iure autoris, reſoluitur ius ſucceſſoris.*

18 *Fructus tanquam acceſſorij veniunt cum fundo vendito.*

19 *Emptor rei per curiam ſibi venditæ præferendus eſt ceſſionario in mercedibus, ſiue pretio conductionis rei venditæ, & ita fuit declaratum cum pluribus Regijs ſententijs.*

20 *Emptor curiæ nominis debitoris præfertur ceſſionario, cui dictum nomen antea non erat datum inſolutum, & ratio redditur.*

21 *Venditio curiæ excludit hypothecam in re vendita, & ius perſonale ceſſionis.*

22 *Ceſſio, vbi eſt facta de omnibus iuribus, in datione nominis inſolutum, non inducit ius perſonale, ſed reale.*

23 *Oblatio curiæ ſi non eſt notificata, bona curiæ oblata alienari poſſunt.*

24 *Lis pendere dicitur, poſtquam à competenti iudice citatio emanauit.*

25 *Contemptus iudicis non poteſt conſiderari in eo, qui non habuit notitiam.*

THOMAS Abbat oppidi de Nouelda, vnus ex

 hære-

hæredibus Philippi Abbat notarij illius patris, & vti procurator Geneſij Abbat, Petri Abbat, Philippi Abbat, Coſmæ Abbat, & Ioannis Baptiſtæ Abbat eius fratrum, & coheredum inſtrumento recepto per Gaſparem Ioannem Fernandez notarium, die 20. Iunij 1612. ad opus ſoluendi Franciſco Iofre notario ciuitatis Alicantis, octuaginta tres libras, & nouem ſolidos, monetæ Valentinæ, & inſolutum dedit conſimilem quãtitatem debendam ex penſionibus cẽſualis, quam eiſdem hęredibus ſoluere renebatur Illefonſus Martinez de Vera, exigendas in annis 1612. & ſequentibus, vſque ad annum 1617. incluſiuè; videlicet terdecim libras, decem & octo ſolidos, & duos denarios, in vno quoque anno, die ſeptima mẽſis Octobris ex conſimili quantitate, & penſione, quam dictus Illefonſus Martinez de vera ſoluere tenetur ſingulis annis, ratione cenſualis venditi per Petrum Martinez de Vera dominum loci de Buçot, & Annam Martinez coniuges, eius parentes, Doctori Ioanni Colomina, quod cenſuale pertinebat ad hęredes dicti Philippi Abbat, quæ inſolutum datio penſionum dicti cenſualis facta fuit, ſimul cum omnibus iuribus, de quibus ceſsionem fecit dictus Thomas Abbat, dictis nominibus, ſupradicto Franciſco Iofre notario. Et cum Ioãnes Margaritus Molina notarius in executione inſtata per Regiam Audientiam, contra eoſdem hæredes dicti Philippi Abbat notarij, per Curiam emiſſet centum, & viginti quinque libras, partem proprietatis dicti cenſualis, virtute illius, executionem inſtauit contra dictum Illefonſum Martinez de Vera, per Curiam Baiuliæ Generalis Ciuitatis, & & Regni Valentiæ, ad exactionem decem & octo librarum, & quindecim ſolidorum, debitorum de penſionibus eiuſdem, decurſis vſque ad diem ſeptimam Octobris 1614. in qua executione ſe proprietarie oppoſuit dictus Iofre: virtute dictæ inſolutum dationis, & ceſsionis penſionum dicti cenſualis, & cum ad Regiam Audientiam fuiſſet variata, & euocata cauſa dictæ executionis, & oppoſitionis proprietariæ; tandem in ea fuit lata ſententia in alia Aula, publicata per Franciſcum Paulum Alreus Regij mandati ſcribam, die nono Iunij 1615. Repellendo dictam oppoſitionem proprietariam, ſub prætextu, quod ceſsio penſionum dicti cenſualis, facta dicto Iofre, non potuit præiudicium adferre dicto Molina, qui antea dictum cenſuale Curiæ obtulerat: nam de penſionibus Curiæ affixis ceſsio fieri non poteſt, & quia per dictam Curiæ venditionem, factam dicto Molina fuit reſolutũ ius vẽditorum,

ditorum, & ceſsionarij, à qua ſententia per dictum Iofre fuit ad aliam Aulam eiuſdem Regiæ Audientiæ ſupplicatum, & cauſa ſupplicationis mihi commiſſa: dubitatum fuit, an deberet confirmari, vel reuocari dicta ſententia.

2 Et videbatur, fore confirmandam. Primò ex his, quæ dixi deciſione 70. lib. 1. vbi probaui, emptorem Curiæ præferri ceſsionario, quia cum per venditionem iudicialem hypothecæ ſint excluſæ, non poterat dictus Iofre ceſsionarius vllam actionem exercere, ſed dictus Molina, emptor Curiæ, in quem fuerunt translatæ actiones directæ, quæ remanebant penes hæredes dicti Philippi Abbat cedentes, debebat exigere penſiones cenſualis, ſiue annuos redditus cenſus, ſibi per Curiam venditi: & per conſequens oppoſitio proprietaria poſita per dictũ Iofre erat repellenda.

3 Secundò, quia pignora iudicialia, ſiue Curiæ oblata, & affixa non poſſunt alienari, vt probaui deciſ. 22. nu. 2. lib. 1. ſed dictum cenſuale erat Curiæ affixum: ergo non potuerunt dicti Abbats, alienare, cedendo iura dicto Iofre, ad exigendum penſiones illius.

4 Sed contrarium, me referente, fuit iudicatum: quia dicto Iofre nedum ſimpliciter fuit facta ceſſio, ſed etiam in ſolutum datio pẽſionum cenſualis, de quo agitur, & ſimul cũ omnibus iuribus ceſſio eidẽ facta fuit, & licet ſimpliciter, ceſsione facta, cedens poſsit exigere à ſuo debitore debitam pecuniam, antequam lis conteſtetur, vel ceſsionarius aliquid ex debito accipiat, vel debitori denũtiauerit l. 3. C. de nouatio. quia remanent actiones directæ efficaces penes cedentem: ſecus au-

5 tem eſt, quando fuit facta inſolutum datio nominis debitoris, & ſimul ceſsio iurium, nam, vendito nomine, vtilis actio tranſit ſine ceſsione in emptorem, & facta ceſsione, in eundem tranſit directa l. 2. incip. nominibus C. de actio. & obligatio. ibi: *Nominibus in dotem datis, quamuis nec delegatio præceſſerit, nec litis conteſtatio ſubſequuta ſit, vtilem tamen marito actionem, ad ſimilitudinem eius, qui nomen emerit dari opportere ſæpe re-*

6 *ſcriptum eſt*, & ibi gloſ. in verbo. emerit, inquit vtilem actionem tranſire ſine ceſsione, ſed facta ceſsione, competere directam nomine cedentis, idem tenet gloſ. in verbo mandatis in l. emptor.

7 C. de hæreditate, vel actio. vendi. & hoc caſu debitor, contra quem eſt facta ceſsio, non poteſt ſoluere creditori, dummodo ſciat, etiã ſine vlla denuntiatione, ita Bal. in l. 3. C. de nouatio. num. 2. in fin. & ſic dicit, intelligi legem finalem ff. de tranſactio. & ibi gloſ. in verbo, ignorat, & eſt recepta diſtinctio Bar. in l. ſi cum emptore numer. 2. ff. de pact.

 vt teſtan-

vt teſtatur Ioſeph. Ludou.in ſuis
communibus, concluſione 4. de
ceſsione, & ceſsionario col. 1. in
verſ.Bart. tamen,& Cachera. de-
8 ciſ.Pedemontana 62. nu. 1. quòd
aut ceſsio facta eſt ad comodum
ceſsionarij, & eius periculo, &
tunc cedens agere non poteſt: ſi
vero ceſsio facta eſt ad commo-
dum cedentis, & eius periculo,
& tunc cedens agere poteſt, non
obſtãte exceptione ceſsionis, ni-
ſi interuenerit vnum de tribus re-
quiſitis, de quibus in d.l.3.C.de
nouatio. Cum igitur in caſu no-
ſtro ceſsio facta fuerit per dictos
Abbats ad commodum dicti Io-
fre ceſsionarij, & eius periculo,
agere non poterunt: nam,vt in-
quit Bal.in d. l.3. C. de nouatio.
9 num.1.ante med. vbi nomen de-
bitoris eſt datum in ſolutum,ceſ-
ſio habet vim venditionis nomi-
nis, & reſpicit vtilitatem ſolius
ceſsionarij, & Imol.in l. facta 63.
§. ſi hæres ad Trebell.col.2.verſ.
item videtur ad med. ait,tunc di-
ci factam ceſsionem ad commo-
dum ceſsionarij,quando fit etiam
eius periculo,ſecus quãdo fit ceſ-
ſio ſub periculo cedẽtis,& in ea-
dem col.verſ. ex prædictis ſubiũ-
git: & ſecundum hoc poteſt dici,
quod aliud eſt,quando datur no-
men inſolutum, & ceditur actio:
& aliud,quando creditori cedi-
tur actio contra debitorem cedẽ-
tis; nam hoc vltimo caſu,pericu-
lum nominis non ſpectat ad ceſ-
ſionarium, ſed ad cedentem. Et
eandem diſtinctionem inter ceſ-
ſionem nominum ſimpliciter fa-
ctam,& eorum venditionem, ad-
fert Bec.conſ.105.num.35.lib.1.
10 qui ait,quando nomina debitorũ
fuerunt vendita cum ceſsione iu-
rium, vel inſolutum data, vel le-
gata, tunc periculum nominum,
poſt ceſsionem contingens per-
tinere ad ceſsionarium, & allegat
ibi plures ita tenentes, refert, &
ſequitur Surd.deciſ.326.num.41
in fin. & 42. & per inſolutum da
tionem fuit tranſlatum eorum do
11 minium in dictum Iofre, & ex
hac cauſa ceſsio facta loco ſolu-
tionis habetur, vt inquit Cancer.
lib.2. variar. cap.6. de ſolutioni-
bus num. 174 ad quod allegat l.
pupilli 96. §. ſoror ff. de ſolutio.
l.inter cauſas §. abeſſe ff. manda.
12 l. delegare ff. de nouatio. quia ex
quo creditor dictum nomen re-
cepit, ſuum debitorem liberare
videtur d.§.ſoror,& not.Bal.in l.
pro debito C.de bo.auct.iud.poſ
ſi.Gozad. conſ.38. multos citans
Marc. Ant. Euge. conſ. 73. per
to. Vnde cum dicti hęredes Phi-
lippi Abbat tranſtuliſſent do-
minium in dictum Iofre, & ip-
ſi exigere non poſſent quantita-
tesà debitore: per dictam Curiæ
venditionem idem dominium
transferri non potuit in dictum
Molina: quia dominium in vnũ
translatum non poteſt in alium
trãsferri,l.ſi vt certo §. ſi duobus
vehiculum ff. commodati,l. 3. §.
ex pluribus ff. de adquirẽda poſ-
ſeſsione

13 ſeſsione,& dominium non poteſt eſſe duorum inſolidum l. ex ſextante §. Latinus prope finem ff.de excep.rei iudica, ibi : *quia non vt in proprietatis quæſtione quod meum*
14 *eſt , alterius non eſt*. Et Iudex per venditorem iudicialem non poteſt transferre dominium bonorũ, quæ non erant debitoris executiue conuenti,& de quibus,vti eius bonis,fuit Curiæ facta oblatio.Et id'circo in l. à Diuo Pio §. ſi rerum ff. de re iudica. ita diſpoſitũ eſt. *Si rerum, quæ pignoris iure captæ ſunt,contrauerſia fiat, conſtitutum eſt ab Imperatore noſtro,ipſos,qui rem iudicatam exequũtur,cognoſcere debere de proprietate , & ſi cognouerint eius fuiſſe,qui condemnatus eſt,rem iudicatam exequẽtur*,& ob hãc cauſam in foro vnico col. 2. in verſ. item ſi ſuper aliquo, & in verſ. ſi autem, in extrauaganti fororum fol. 18.
15 diſpoſitum eſt, quòd ſi ſuper aliquo proceſſu,vel executione oppoſitio facta fuerit, ſi ipſa fuerit realis , vel proprietaria , de ipſa breuiter & ſummarie cognoſcatur: & ſi dominus ſe opponat executioni,eam impediat,ca.veniens 2.de teſtibus,& ibi Doctores,Couar. practi.quæſt. cap. 16. num.1. & 2. Cancer. tom.2.var.c. 16. de tertijs oppoſitor. nu.62. cũ ſeqq. Portoles in ſcholijs ad Molinum in verbo,executio.n.11.pag.637. qui plures allegat.

16 Secundò,quia licet per venditionem Curiæ domus, vel prædij transferatur dominium in emptorem,& reſcindatur locatio for. 4. in rubr. de locato , & excludatur ius ceſſum ad exigendum mercedes , ſiue pretium conductionis,
17 quia reſoluto iure autoris , reſoluitur ius ſucceſſoris,l. lex vectiga
18 li ff. de pigno.& quia fructus,tanquam acceſſorij veniunt cum fundo vendito, vel inſolutum dato, l.Iulianus §.ſi fructib. ff.de actioni. empt. l. fin. §. fructus ff. de hijs,quæ in fraudem creditorum, & poſt Areti.& Roma.quos allegat,inquit Surd. deciſ.271. nu.3. & ob hanc cauſam, cum pluribus Regijs ſententijs, relatis in deciſ.
19 70.num.11.& 12. fuit declaratũ, emptorem rei,per Curiam ſibi vẽditæ, eſſe præferendum ceſsionario in dictis mercedibus, ſiue pretijs conductionis rei venditæ: ſecus tamen eſt in penſionibus cenſualium,quæ non ſunt acceſſoriæ ad ipſum cenſum , ſed potius ius illas exigendi eſt ipſe cenſus , & proprietas cenſualis eſt pretium illius , vt fuit declaratũ cum Regia ſententia relata in d.deciſ.70. num.6.

20 Ex quibus facile reſpondetur in cõtrarium adductis : ad primũ, emptorem Curiæ nominis debitoris præferri ceſsionario,cui dictum nomen antea non erat datũ inſolutum,& ita deciſum in deciſione 70. procedere,quando executiue conuentus habebat dominium nominis ſui debitoris,& poterat exercere directas actiones, penes ipſum remanentes,ac (non

Digitized by Google

obſtante ceſsione facta) exigere quantitates debitas, iuxta l. 3. C. de nouatio. tunc enim per venditionem Curiæ tranſit dominiū, quod habebat, in emptorem, in quem iudex tranſtulit, nedum actiones directas efficaces, penes executiue conuentum remanen-
21 tes, ſed etiam excluſit hypothecam, quam habebat creditor hypothecarius eiuſdem executiuè conuenti, & ius perſonale ceſsionis, vt dixi in deciſ. 70. num. 8. ſecus tamen eſt, quando penes dictum executiue conuentum non remanebant vtiles actiones, nec directæ efficaces ad exigendum, quia per venditionem, vel inſolutum dationem nominis debitoris ab eo factam tranſtulerat dominium: tunc enim non potuit iudex idem dominium transferre in emptorem Curiæ: cum non eſſet penes executiuè conuētum, & talis diſtractio iudicialis, ſeu venditio Curiæ, tanquam de re aliena facta non valuit, & per cōſequens, non fuit per eam ſublatum ius hypothecæ, quod habe-
22 bant creditores in re vendita, & hoc caſu, quando nomen fuit inſolutum datum, ſimul cum omnibus iuribus, de quibus fuit facta ceſsio, non induit ius perſonale, ſed reale dicta ceſsio.

Ad ſecundum reſpondetur, in caſu noſtro non fuiſſe notificatam ſiue intimatā dictis Abbats oblationem Curiæ factam de dicto cēſuali, antequam ſibi fieret ceſsio ad exigendum penſiones illius, & antequā eſſet ſibi notificata obla-
23 tio, non poteſt dici cenſuale Curiæ oblatum, & ſic ceſſat ratio conſiderata in d. deciſ. 22. num. 2. quod, lite pendente, pignus iudiciale alienari non poteſt, Clemēti. 2. vt lite pendente, nam vt dicit gloſ. in d. Clementina in fin. requiritur, vt citatio interueniat,
24 quod probatur in eadem Clementina, in illis verbis, ibi: *Litem quo ad hoc pendere cēſemus, poſtquam à competenti iudice citatio emanauit*, & probat Rober. Lancellot. in tract. de attentatis part. 2. cap. 4. de attentatis lite pendente num. 11. 12. & 28. tom. 5. tract. fol.
25 301. vbi bene ponderat, non poſſe conſiderari contemptum iudicis in eo, qui nō habet notitiam, & ſic ceſſat ratio allegata in d. deciſ. 22. num. 1. in fine, & per cōſequens in occurrenti caſu non poteſt conſiderari Curiæ oblatio ad inualidandum ceſsionem poſtea factam per eoſdē Abbats dicto Iofre.

Et ex ſupradictis fuit reuocata ſententia lata in alia Aula huius Regiæ Audientiæ, & declaratū, me referente, oppoſitionem proprietariam, poſitam per dictū Franciſcū Iofre Notariū in penſionibus dicti cēſualis, ei ceſsis, & inſolutū datis, procedere, nō obſtante dictæ Curiæ venditione, & ita fuit pronuntiatū, ſententia publicata per Franciſcū Paulū Alreus, die 23. Februarij, 1616.

DECI-

DECISIO CLXXXXIII.

PRÆSCRIPTIO Decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes, cum titulo, & bona fide, vel trium annorũ, de iure Regio, allegata à poſsidēte rem alienam, an excludat verũ dominum eam rem vendicantem.

Præſcriptio an currat, durante minori ætate eius, contra quem præſcribitur.

Contra præſcriptionem triginta annorum, an poſsit peti in integrũ reſtitutio, ex capite ignorantiæ, aut ſaltem contra præſcriptionem minoris tēporis, de Iure Cæſareo, & Regio.

1 *PRÆSCRIPTIO eſt odioſa, & in dubio contra eam iudicandum, & n. 7.*

2 *Præſcriptio dicitur impium præſidium, & num. 4.*

3 *Pro præſcriptione non poteſt iudicare arbiter, qui ſecundum æquitatē iudicare debet.*

5 *Circumuentione temporis vti videtur, qui ſe fundat ex tempore.*

6 *Præſcriptio dicitur contra naturalem æquitatem, & num. 8.*

9 *Præſcriptio prodeſt poſſeſſori, quando quis poſsidet per tempus decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes, cum bona fide.*

10 *Titulus etiam lucratiuus ſufficit ad præſcriptionem.*

11 *Præſcriptio trium annorum, cum titulo, & bona fide, ſufficit de iure Regio Valentino, & ita fuit deciſum in Regia Audientia.*

12 *Præſcriptionis requiſita raro probantur eo modo, quo probari debēt.*

13 *Præſcriptio allegata, vt procedere poſsit, requiritur, vt probetur eſſe decurſam, & cōpletam ante motam litem.*

14 *Præſcriptio decem, vel viginti annorum non currit contra minorem, ſed tantum longiſsimi temporis triginta annorum, ſalua reſtitutione.*

15 *Reſtitutio in integrum, de iure Regio Valentino, non poteſt peti cōtra præſcriptionem 30. annorũ decurſam, contra maiorem habilem ad intentandum actionē, nec prætextu ignorantiæ, vel aliam ob cauſam.*

16 *Præſcriptio 30. annorum non excluditur per reſtitutionem ex capite ignorantiæ, & probatur vſque ad num. 37. vbi DD. eam tenentes referuntur.*

18 *Lex nō debet eſſe impoſita verbis.*

20 *Leges, in caſibus cōmuniter accidentibus, non in raro contingentibus, ſunt regulariter intelligendæ.*

21 *Dominia rerum non debent eſſe in incerto.*

28 *Dominium rerum noſtrarum interdum per ſpecificationem, interdum per ſeminationem, interdum per acceſsionem, interdum per plātationem, interdum per confuſsionem à nobis diſcedit, & in alium tranſit.*

35 *Emptor bonæ fidei poteſt aduerſus minorem ſe longi temporis præſcritione iuuare.*

36 Præſcri-

36 *Præſcribenti poſt impletam præſcriptionem non nocet ſcientia rei alienæ.*

38 *Reſtitutio in integrum aduerſus præſcriptionem etiam 30. annorum datur ex capite ignorantiæ, quod probatur numeris ſequentibus, vſq; ad 44. vbi referuntur DD. hanc dicentes communem, & magis cõmunem.*

41 *Sententia, ſiue res iudicata reſcinditur ex nouis inſtrumentis, ex clauſula generali, & petita reſtitutione in integrum, ex capite ignorãtiæ, & hæc eſt communis opinio, & ita fuit iudicatum in Rota Romana.*

44 *Præſcriptio 30. annorum reſcinditur per reſtitutionem in integrum ex capite ignorantiæ, & hæc eſt cõmunis opinio, iuxta quam fuit iudicatu in diuerſis Senatibus.*

45 *Reſtitutionem in integrum competere Eccleſiæ ex capite ignorantiæ aduerſus præſcriptionem, quantumcumque ſit longiſſimi temporis, ſæpius fuit declaratum in Regio Senatu Cathaloniæ.*

46 *Vanitas opinionum ſcribentium in iure, valde eſt Reipublicæ pernicioſa, & miſeria Iuriſprudentiæ.*

47 *Litigantes miſeri ſunt, qui in manus incidunt Doctorum, qui leges circũferũt in ambabus (quod aiũt) manibus.*

48 *Reſtitutio in integrum ex capite ignorantiæ, vel ob aliam cauſam conceditur, iuxta forum Valentiæ aduerſus præſcriptionem 30. annorum.*

49 *Forus 3. de præſcriptionibus tantum loquitur de præſcriptione 30. annorum, & ſic relinquit indeciſũ articulum: an detur reſtitutio aduerſum præſcriptionem minoris tẽporis, qui fuit deciſus numer. ſequenti.*

50 *Præſcriptio minoris temporis triginta annorum in Regno Valentiæ reſcinditur per reſtitutionem in integrum petitam ex capite ignorantiæ, & ita fuit iudicatum in Regia Audientia.*

IOSEPHVS Gallego, & Sperancia Gallego fratres, vti hæredes Balthaſaris Gallego, quondam agricolæ loci de Godella, in Regia Audientia ſupplicẽ libellum obtulerunt, reiuendicando quandam domum ſitã in vico maiori dicti loci à Frãciſca Grau, Marianna Grau, & Ioſepha Grau dictam domum poſſidentibus, & ſuam petitionem iuſtificarunt, probando omnia requiſita, cõtra quam fuit oppoſita exceptio præſcriptionis trium annorum, per quod tempus dictã domum poſſiderunt, cum titulo, & bona fide, allegarunt etiam præſcriptionem triginta annorum, ſe iuuando acceſſione temporis, per quod eandem poſſedit Franciſcus Grau earum pater, qui eandem domum emit, & ſic habuit titulum, & bonã fidem, & dicti filij eius fuerunt hæredes, & coniuncto tempore auctoris, & poſſeſſorum, fuerunt decurſi 30. anni, & ſic allegabatur præſcri-

præſcriptio longiſsimi temporis. Pro parte autem actorum allegabatur, quòd licet dictus Frãciſcus Grau habuerit à principio bonã fidem, poſtea autem ſuperuenit mala fides, quia certior redditus, prædictam domum non fuiſſe Magdalenæ Rubert, à qua illam comparauit, ſed prælibati Balthaſaris Gallego, eorundem Mariæ Annæ, & Ioſephi patris, dictã Magdalenam Rubert, coram iudice ordinario in cauſis criminalib' Vrbis, de crimine ſtellionatus accuſauit, ſub prętextu, ꝙ ſciẽs, domum eſſe alienam, vt propriã vendiderat, & hæc mala fides ſuperuenit dicto Franciſco Grau, antequam cõplere potuiſſet præſcriptionem memoratæ domus: quia interim mortuus fuit Balthaſar Gallego, & dicti Ioſeph, & ſperãcia Gallego fratres erant minores, & ſub dicto tempore minoris ætatis eorum (qua durante, nulla potuit aduerſus illos currere præſcriptio) non remanebat tempus ſufficiens ad præſcribendum, & actores ex capite ignorãtiæ petierunt in integrum reſtitutionem contra dictam præſcriptionem: ſed reſpondebant rei, contrà præſcriptionem 30. annorum non poſſe peti in integrum reſtitutionẽ, iuxta for. 31 de præſcriptionibus. Replicabant tamẽ actores, dictam fori diſpoſitionẽ procedere tantum in præſcriptione 30. annorum; ſecus verò eſſe in præſcriptione minoris temporis, vt in caſu noſtro. In dicta cauſa fuit lata ſententia in Regia Audiẽtia Valentina, in fauorem actorũ, publicata per Damianum de Berbegal, die 11. Aprilis 1609. à qua ſententia rei ſupplicarũt ad aliam Aulam eiuſdem Regiæ Audientiæ, in qua eo tunc ego exiſtebam & cauſa ſupplicationis fuit commiſſa Doctori Ioanni Hieronymo Blaſco, & ita in dicta noſtra Aula fuerunt diſcuſſa dubia ſequentia.

Primum: an poſsidẽti rem alienam ad excluſionẽ dñi, eam reiuẽdicantis, proſsit præſcriptio decẽ annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes, cum titulo, & bona fide, vel trium annorum, de iure regio, vel ſaltem: an caſu quo requiratur præſcriptio triginta annorum, poſsit hęres ſe iuuare acceſsione tẽporis ſui autoris.

Secundum: an ſubducatur tẽpus minoris ætatis veri domini, vt non currat contra eum præſcriptio eo durante.

Tertium & vltimum, an contra præſcriptionem triginta annorum poſsit peti in integrũ reſtitutio, ex capite ignorantię, aut ſaltem præſcriptionem minoris temporis.

1 In primò dubio videbatur, exceptionem præſcriptionis nõ eſſe admittendam, contra quam in dubio iudicandũ eſt, quia dicta exceptio præſcriptionis eſt odioſa, & inuenta contra ius naturale, quo cautum eſt, ne quis cum aliena iactura

ctura locupletetur, l. nam hoc
2 natura de cond. inde.& præſcriptio dicitur impium præſidium, vt in §. habeat in auth. vt Eccleſia Rom. & per Alex. conſ. 77. 1. col. verſ. ſecundo reſpondeo
3 nu.6.& ideo dixit Angel.in l. ſequitur §.ſi viã ff. de vſucap.quod arbiter, qui ſecũdum æquitatem iudicare debet, non poterit iudicare pro præſcriptione, & per Cur. iun. conſ. 60. num. 18. & per Felin.in cap.auditis num.11. de præſcrip.& eſt gloſ.in cap.ius
4 generale,1. diſtinctione, & hanc præſcriptionem vocat iniquiſſimum præſidium, Ang. in l. qui ætate. ff. de doli excep. & idem in l. 1. C. de præſ. 30. anno. & poſt ſuperiores, quos allegat Decia. reſp. 108. num. 27. & 28. vol. 3. Gab. Turret. poſt alios, quos refert conſ. 63. num. 19. vol.1.Crau. conſ. 201. num.37.
5 par.2.vbi inquit,quod qui ſe fundat ex tẽpore,dicitur niti ex circumuentione temporis §. volumus in authen. de ijs qui ingredi.ad appell.And.de Iſcinia Marti lauden. & Card.de Alexandri.
6 in c.1.in princ. col. 1. quo tempore miles,&præſcriptio dicitur contra naturalem æquitatem, Calder. in cõſ.5.col.1.in tit. de reb. Eccleſ. nõ alienan. & dicit Abb.
7 in conſ.71.col.1.lib.2.quod præſcriptio dicitur odioſa tanquam abſorbens ius alterius, §. poteſt
8 16. q.3. & quod præſcriptio repugnat æquitati naturali,eſt gloſ. in l. 1. quã tibi valde notat Ang. ff. de neg. geſtis,& ita raro viſum eſt, propter ſolam præſcriptionẽ reum abſolui, quãdo actor plene probauit dominium rei petitæ.

9 Sed contrarium fuit deciſum, quia,attento iure Cæſareo,ſi rem quis poſſideat per tempus decẽ annorũ inter præſentes,& viginti inter abſentes, & per tempus trium annorũ,de Iure Regio Valentino, concurrentibus in dictis caſibus titulo,& bona fide, præſcriptio prodeſt poſſeſſori ad excludendum verum dominum, rẽ immobilem vendicantem,l.2. C. de præſcriptio. long. temp. 10. vel 20. annorum, ibi: *Longi temporis præſcriptio his, qui bona ſide acceptam poßeſſionem, & continuatã, nec interrumptam inquietudine litis tenuerunt, ſolet patrocinari*, & l.emptor. 9. C. eod. ibi: *Emptor bona ſide contra præſentem decennij præſcriptionem, in cuius initio conteſtationem habere ſufficit, poſtquam ſuã impleuerit intentionem petitor, adhibita probatione iuſtiſsimæ poßeſsionis,*
10 *defens' abſolui recte poſtulat.* Quod procedit, etiam ſi titulus ſit lucratiuus,l.ſuper longi C.eod.tit. & in dictis legibus tenent omnes DD. & ita fuit deciſum in Senatu Sabaudiæ, teſte Fabro, in ſuo C.lib.7.tit.8. de lõg.temp. præſ.
11 diffin. 1. De Iure autem Regio, ſufficere præſcriptionem trium annorum, cum titulo,& bona fide, probatur in foro 1. de præſcriptio.& virtute hui' exceptio-

nis

nis præſcriptionis fuit lata ſentẽ-
tia in Regia Audientia publicata
per Ioannem Dominguez die 25
Octobris 1509. inter Catherinã
Balleſter ex vna parte, & Ioannẽ
Daroqui ex alia, declarando in
judicio reiuendicationis, in fauo
rem rei. Et idem fuit iudicatum
cum ſententia lata in dicta Regia
Audientia publicata per Franci-
ſcum Paulum Alreus die 13. De
cembris 1615. in fauorem Leoca
diæ Mey & de Mur viduæ, con-
tra Petrum Ludouicum Paſqual,
cum qua dicta Leocadia fuit ab-
ſoluta à reiuendicatione domus,
quam contra eam intẽtauerat di-
ctus Paſqual. Bene verũ eſt, quod
iudices dictæ cauſæ probabiliter
credebamus, quod licet dictus
Paſqual iuxta veritatem proceſ-
ſus probauerat ſuam intentionẽ,
à parte tamen rei, & in veritate iu
ſtitiã nõ fouebat, quod mouit Se
natum, vt admitteret præſcriptio
nẽ, licet rarò inueniatur quis ab-
ſolutus ob ſolã præſcriptionem
12 trium annorũ. Et puto, hoc ex eo
procedere, quod raro probantur
eo, quo probari debẽt, modo, om
nia requiſita præſcriptionis. Nã
vt ait Fabi. Turret. conſ. 63. n. 10.
aduertendũ eſt (quod à paucis ſa
13 nè aduertitur) quod ad hoc vt prę
ſcriptio allegata prodeſſe poſſit,
requiritur, vt allegetur, & probe-
tur, illã eſſe decurſam, & cõpletã,
ante motam litẽ, Bart. in l. nec bo
na C. de præſcrip. lõg. temp. & in
d. l. Celſus n. 27. ff. de vſucap. Bal.
in l. fi. in 15. opp. C. de edict. diui
Adr. toll. Aret. in prin. Inſtit.
de vſucap. num. 6. verſ. quæro,
Alexan. conſ. 76. num. 7. in fi. &
conſ. 107. num. 2. lib. 2. Pariſ.
conſ. 27. num. 90. lib. 2. Craue.
conſ. 201. num. 33. Rimin. iun.
conſ. 205. num. 27. lib. 2. & conſ.
242. num. 165. & conſ. 339. nu.
166. lib. 3. de communi alios
allegans Oſaſch. deciſ. Pede. 101.
num. 41. Simon. de Pret. conſ. 91.
n. 53. cũ alijs allegatis per eos, &
ita eſt cõmunis, & recepta opinio,
à qua in pract. non eſſet recedẽ-
dum.

14 In ſecundo dubio, abſq; diffi-
cultate dictũ fuit, præſcriptionẽ
non currere contra minorẽ, dicto
for. 1. de præſcriptionibus, de Iu-
re Cæſareo eſt tex. in l. nõ eſt in-
cognitũ C. quib' nõ obijcit. lõg.
temp. prẹſcrip. *Non eſt incognitum*
(inquit) *id temporis, quod in mino-
ri ætate tranſmiſſum eſt, longi tem-
poris præſcriptioni non imputari*, &
docet Balb. in tract. de præſcrip.
in 1. part. 6. partis. principalis
caſu 23. n. 29. tom. 17. tract. f. 103.
vbi inquit, quod contra adultos
minores 25. annorum non currit
præſcriptio longi tẽporis 10. vel
20. annorũ, vel minoris, ſed ad-
uerſus eos benè currit præſcrip.
longiſſimi tẽporis 30. annorũ, ſal
ua reſtitutione, l. fin. & ibi plenè
notãt gloſ. Bart. & DD. C. in qui
b' cau. in integ. reſt. nõ eſt neceſ.
& in l. etiã ei ff. de minor. Hinc eſt
ꝙ res pupilli, vel adulti non præ-
ſcribitur

Digitized by Google

ſcribitur ſpatio lōgi temporis, l.
bonę fidei in prin. ff. de acquir. re
rum dom.

15 In tertiò dubio, an cōtra præ-
ſcriptionem detur in integrū re-
ſtitutio ex c. ignorātiæ, habemus
diſpoſitum de Iure Regio noſtri
Valentiæ Regni, contra præſcri-
ptionē 30. ann. decurſam contra
maiorē perſonam habilem ad in-
tentandum actionē non poſſe cō-
cedi reſtitutionem in integrū prę
textu ignorantiæ, nec ob aliā cau
ſam, for. 3. de præſcrip. fol. 161.
De iure autē Cæſareo hæc quæ-
16 ſtio valde eſt controuerſa, & non
dari in integrū reſtitutionem, la-
te probat Ferdin. Vaſq. cōtrouer.
illuſtri. lib. 2. c. 75. n. 2. cum ſeqq.
vbi hanc dicit veriorem opinio-
nē in puncto iuris, iux. tex. in l. fi.
in §. fin. C. de præſcrip. long. tēp.
ibi: *Sic igitur ſecundum hanc diffini
tionē cauſa perfectiſsimè cōpoſita: &
nemo poſt hac dubitet neque inter præ
ſentes, neque inter abſentes, quid ſtatuē
dum ſit, vt bono initio poſſeßionē te-
nentis, & vtriuſq; partis domicilio re
quiſito ſit expedita quæſtio pro rebus
vbicunq; poſitis: nulla ſcientia, vel
ignorantia expectanda ne altera dubi
tationis inextricabilis oriatur occaſio.*
Pōderando primò illa verba: *nul
la ſcientia, vel ignorantia expectāda.*
Secundò illa verba eiuſdem le-
gis ibi: *ne altera dubitationis inextri
17 cabilis oriatur occaſio.* Tertiò, quia
ſi daretur reſtitutio, tunc præſcri
ptio illa ſemel facta, perfectaque,
infecta, inutiliſque redderetur: at
in ciuile eſt id, & inutile, & fruſtra
torium, ocioſumque admittere,
l. non cogendum §. Sabinus ff. de
procurato. l. hæc ſtipulatio §. di-
18 uus ff. vt legato. nomi. caue. Quar
tò, eſſet imponere legem verbis
contra, l. 2. C. com. de leg. Quin-
tò, leges fierent ludibrio, cōtra l.
fin. C. de temp. in integ. reſt. &
19 l. fi. C. ſi sępius in integ. reſt. Sex-
tò, vrget tex. in l. vnica C. de vſu
cap. transfo. ſecundum Socin. in
l. cum filius familias §. in hac ff.
de verb. oblig. nam ibi dicitur,
nullus ad eam reſeruatur regre-
ſus, iunctis illis verbis: *Neſcien
tibus dominis*: ibi enim poſtquam
per interuentum temporis, & præ
ſcriptionis conſtabat, dominium
rei meæ, poſtquam præſcripta
fuerat, à me abſceſsiſſe, inque
præſcribentem migraſſe, dubi-
tabatur, an regreſſus mihi ad eam
daretur per modum forte reſti-
tutionis, vel alterius rei, & ne-
gatur omnino regreſſus, vt ſic
per interuentum præſcriptionis,
non tantum ademptio, & tranſ-
latio iuris noſtri contingat, ſed
etiam illa iuris noſtri translatio
ſit irreuocabilis, & irreparabi-
lis.

20 Septimo, leges in caſibus com
muniter accidentibus, non in
raro contingentibus ſunt regu-
lariter intelligendæ, l. non ad ea,
ff. de legibus, ſed plerunq; & fere
ſēper res noſtræ nobis inſcijs, &
igno-

ignorantibus, non etiam ſcientibus præſcribuntur: nam ſcientes non ſolent res ſuas pati ab alijs poſſideri, & longe minus, tam diu poſſideri, vt vſucapione abſumerētur, nec ſuum homines iactare ſolent, l. cum de indebito ff. de probat. ſed acquirere ſtudent, & augere, l. defunctus C. arbit. tutelæ, l. vt vim cum gloſ. & quæ ibi tradunt Bart. & alij ff. de Iuſt. & iur. ſuum enim cuique pulchrum eſt, ſecundum Ciceronem, & ſecundum Ouidiū

Eſt amor & rerum cunctis tutela ſuarum.

Quinimo, vt in l. ſi voluntate, C. de reſcid. vēd. quiſque res ſuas meliores reddere ſtudet, eaſq; tuetur, & lucrū facere ſtudet, etiā cū iactura illius, quo cū negotiatur.

21 Octauo militat ratio illa præſcribendi potiſsima, ſcilicet ne rerum dominia in incerto ſint, l. 1. ff. de vſucap. vnde ſi paſsim contra præſcriptionem daretur reſtitutio, rerum dominia certa non eſſent, non magis quàm ſi præſcriptio, contra quam reſtitutio datur, mero iure non contigiſſet.

22 Nono hoc bonum publicum, de quo in d. l. 1. non debet ceſſare per priuatorum læſionem, arg. auth. res quæ C. com. deleg.

23 Decimo adduco tex in l. 3. §. fin. ff. de acquir. rerum dominio, vbi ſi feram cæpiſti, & per hoc eius dominium nactus es, ſimul ac illa manibus tuis euaſit, ſuamque libertatem recepit, eius dominium abs te diceſsit, & ſi rurſus in poteſtatem alterius venerit, illius fit, nec tibi (& hoc eſt quod expendimus) reſtituenda eſt ex eo capite, quòd, te inſcio, vel inuito, euaſerit.

24 Vndecimo adduco l. naturalem §. examen ff. eod. tit. vbi examen apum, licet meum fiat apprehenſione, & meum eſſe deſinat, ſimul ac apes euolauerint, vt difficilis ſit earum perſecutio: tamen licet in poteſtatem alterius peruenerint, poſtquā meæ eſſe deſierint, mihi quidem reſtituendæ non ſunt, non magis, quàm ſi ad me nunquam pertinuiſſent, ſic & in ſpecie noſtra, quod noſtrum erat, & per interuentum præſcriptionis à nobis abſceſsit, in quā alius iure dominij intrauit, iuxta l. 4. ff. de vſucap. l. traditio. C. de pactis: nobis quidem reſtituendū non eſt, non magis quàm ſi re vera, ad nos nunquam pertinuiſſet.

25 Duodecimo adduco l. adeo. §. præterea ff. de acquir. rer. dom. & §. præterea Inſt. de rerū diuiſ. vbi per alluuionem, ſi flumen latenter cœpit fundum tuum latiorem reddere, meumque arctiorem, ſeu anguſtiorem, hæc adēptio mihi inuito, & ignaro contingit, tuque locupletaris cum iactura mea, & tu nihil mihi reſtituere teneris, ex capite iuſtæ ignorantiæ, aut impotentiæ,

26 Tertio decimo adduco eadem iura, iunctis ibidem no-

tatis per Gloſ. & alios, dum aiunt, quod ſi flumen ex fundo meo aliquam partem abſtulit, tuo que fundo applicuit, ſi terra cõualeſcente, radices egit, ſtatim meum eſſe deſinit, & ad te pertinere cœpit iure dominij, nec mihi reſtituere teneris, licet ad oculum ea pars, quæ à fundo meo abſceſit, & tuo acceſsit, demonſtrari, & diſtingui poſſet.

27 Quartodecimo adduco §. quod ſi naturali alueo Inſtit. de rerum diuiſi. & l. adeo §. quod ſi naturali ff. de acquir. rer. dom. vbi dicit, quod ſi flumen aliò, quam ſolebat, fluere cœpit, & agrum meum occupauit, amitto eius dominiũ, quod publici iuris eſſe incipit, quandiu à flumine inundatur & poſsidetur, & ſi poſtea flumẽ ad priorem alueum reuertatur, ager ille meus deſinit publici iuris eſſe, ſed mihi quiden non reſtituitur: immo iure vicinitatis acquiritur eis, qui prope prædia habebant, & tamẽ iſthęc amiſsio, inſcio, & inuito me, contingit.

28 Quintodecimo facit d. l. adeo §. cum quis ex aliena Inſtit. de acquir. rer. domi. §. cum quis, ex aliena cum tribus ſeqq. §§. vbi dominium rerum noſtrarum, interdum per ſpecificationem, interdum per ſeminationem, interdum per acceſsionem, interdum per plantationem, interdum per confuſionem à nobis inſcijs, & ignorãtibus diſcedit, in que aliũ tranſit, nec propter ignorantiam noſtram nobis datur vlla reſtitutio, aut regreſſus, non magis quam ſi ignari eſſemus; ſic ergo in propoſito, cum tempore rem noſtram amiſsimus, ceſſat reſtitutio, & regreſſus prætextu ignorantiæ, militant enim res humanæ ſub hoc periculo, & fragilitate.

29 Sextodecimo probatur noſtra opinio in l. traditionibus C. de pact. vbi ęquiparatur, dominium nobis fuiſſe quæſitum, traditione ex cauſa contractus deſcendente, vel eſſe quæſitum vſucapione, vt cum vſucapione quæritur, ceſſet reſtitutio, prætextu ignorantiæ, non ſecus quam ceſſaret, ſi per contractum quæſitum eſſet, quo caſu ignorantia allegari non poſſet.

30 Decimoſeptimo adduco §. 1. Inſt. de litterarũ oblig. dũ ait, ſic fit, vt hodie dum quæri non poteſt, ſcriptura obligetur, nam ibi per ipſam temporis præteritionem inducitur obligatio litterarum, quæ perſonalis eſt, quæque antea ex conuentione præambula inducta non erat, & tamen lõge grauius eſſe videtur, perſonaliter ad quid dandum obligari, quam rẽ ſuam ab alio poſſeſſam amittere, arg. leg. vnum ex familia §. ſi rem ff. de l. 2. Itaque vt ibi per ſolum temporis interuentum obligamur, citra nouũ factũ, ita & hic per ſolũ temporis interuẽtum rem noſtrã ab alio poſſeſſam

ſam irremiſsibiliter amittimus, quia id malum leuius eſt quam illud. Habes ergo varia iura, variaque exēpla, in quibus rei meæ dominium à me inſcio, vel inuito citra interuentum facti, aut voluntatis meæ abſcedit, inque alium migrat irremiſsibiliter, vt ille mihi, ex capite ignorantiæ, non teneatur reſtituere, non magis quàm ſi ea res ad me nunquā pertinuiſſet, & ſi rectè inſpexeris, in ea acquiſitione, quæ contingit per interuentum vſucapionis, eſt longé iuſtior cauſa irreuocabiliter acquirendi, quam in iuribus, & exemplis ſupra relatis, propter longæuam poſſeſsionem, & propter quietudinem dominiorum, & trāquilitatem ciuium, & alia multa.

31 Ad illam rationem, ne quis locupletetur cum iactura aliena, reſponde, ſatius eſſe, id malum admittere, quam quod rerum dominia ſub incerto ſint, & reſultet Reipublicæ tranquillitas, ita gloſ. in l. ius ciuile eſt ff. de Iuſt. & iur. vt ſic minus malum eligatur, vt ibi ait Gloſſa 1.

32 Decimo octauo adduco l. ſicut C. de præſcriptione 30. ann.

33 Decimonono tex. in l. omnes C. eod.

34 Vigeſsimo C. de fundis patrim. lib. 11. l. fin. quam legem varie expendunt Tiraquel. & Socin. vbi ſupra, & geminantia verba illius legis, & d. l. omnes, poteris aſtringere per ea, quæ de vi, & poteſtate geminationis dixit Vaſq. in lib. de ſucceſ. crea. §. 13. num. 13. Quæ viginti fundamenta adducit Vaſquius contro. illuſtrium lib. 2. c. 75. à n. 2. vſque ad num. 4.

35 Vigeſsimo primo facit tex. in l. 1. C. ſi quis ignorans rem minori eſſe, vbi cauetur, poſſe emptorem bonæ fidei aduerſus minorem ſe longi temporis præſcriptione iuuare, quem tex. allegat Theſau. deciſ. 134. num. 12. poſt medium dicens, ſibi videri ſingularem, & neſcire, quomodo Petra, qui conatus fuit, reſpondere textui apertiſsimo in l. fin. C. de præſcrip. long. temp. volens excludi per illius verba reſtitutionem in integrum, poſſit huic reſpondere, qui de ignorantia, & reſtitutione loquitur.

36 Vigeſsimo ſecundò, poſt impletam præſcriptionem non nocet ſcientia rei alienæ præſcribenti, gloſ. in cap. vigilanti de præſcriptio. vbi Abb. & Felin. dicunt, dictæ gloſſæ opinionem eſſe communem, quæ approbatur ex voto Theologorum, vt pluribus relatis, tradit Dueñas regul. 344. num. 4. & ſupradictis, & pluribus alijs relatis, Ceuallos in pract. quæſt. commun. contra commun. quæſt. 657. verſ. ſed contrariam opinionem, Couarr. in regul. poſſeſſor. 3. part. §. 2. ex num. 1. & alij relati à Cenedo in Collectanea 50. ad De-

cretales num. 3. ergo ignorantia eius, contra quem præſcribitur, non debet aliquid operari contra præſcribentem, quia alias titulus præſcriptionis de nihilò ſeruiret, ſi ſemper concederetur reſtitutio, ex capite ignorantiæ poſt impletã præſcriptionem.

37 Et hanc opinionem, quod aduerſus præſcriptionem 30. ann. reſtitutio non detur, tenuerunt Bald. in l. 1. C. qui admitti. oppoſit. 24. num. 27. Anchar. conſ. 170. num. 3. Raphaël in l. cum filius §. in hac ff. de verb. oblig. Angel. in l. ſi infanti C. de iur. deliber. Aretin. conſ. 104. incip. Breuitas in conſulendo, &c. Pincl. in authen. niſi tricennale C. de bon. mater. num. 59. verſ. ſed contra Bartolum, vbi hanc opinionem veriorẽ putat Corn. conſ. 244. lib. 4. Sarmient. ſelec. interpr. lib. 2. cap. 10. Vazq. contro. illuſt. cap. 75. Igneus in l. 3. §. ſi conditioni num. 116. ff. ad Syllania. vbi dicit communem Dec. conſ. 375. num. 5. dicens communem, & relati per Tiraquel. de vtroque retractu. §. 35. gloſ. 4. num. 37. & dicunt communem relati à Couar. in regul. poſſeſſor. 3. par. §. 3. num. 2. de reg iur. in 6. & Burgos de Paz, conſ. 41. num. 47. qui hoc extendit, procedere etiam de iure regio: cum contrarium non ſit diſpoſitum, ſequitur Salzedo ad Bernardum Diaz reg. 571. & ita fuit iudicatum in Rota Lucenſi, teſte Ioſepho Ludouico in deciſione Lucenſi 52. num. 12. & pariter fuit deciſum poſt magnam diſcuſionem, in Senatu Pedemõtano, teſte Theſau. deciſ. 134. nu. 10. & num. fin. verſic. hæc quæſtio, & idem fuit deciſum in Senatu Sabaudiæ, vt dicit Antoni Faber in ſuo Codice Fabri. lib. 2. tit. 20. definitione 1. & Burſatus conſ. 160. num. 70. lib. 2. dicit, hanc quæſtionem eſſe difficilem, quòd Cæſarea egeret deciſione, & Surd. deciſ. 4. num. 51 refert permultos DD. tenentes, non dari reſtitutionem aduerſus quadragenariam præſcriptionem verſ. ex quibus, dicit videri hanc eſſe magis communem opinionem.

38 Sed pro contraria opinione, quod immò aduerſus præſcriptionem detur in integrum reſtitutio, ex cap. ignorantiæ, ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa, facit.

Primò, l. 2. C. quibus non obijcitur longi temporis præſcriptio, ibi: *Non neceſſarium peſtis, & longi temporis diuturnitate præſcriptionem tibi non opponi, quando iuſta abſentiæ ratio, & neceſſitatis publicæ obſequium ab huiuſmodi præiudicio te defendat*, & ibi gloſ. in verbo, *defendat*, inquit, petita à te reſtitutione in integrum.

39 Secundò facit tex. in l. ab hoſtibus 15. ff. ex quibus cauſis maiores,

iores ibi: Ego autem etiam nomine eius, qui hoſtium potitus eſt, ſi curator (vt plerumque) fuerit bonis conſtitutus auxilium petere exiſtimo.

40 Tertiò facit tex. in l. ſi partẽ 19. §. 1. iuncta gloſ. ibi in verb. nõ vtendo ff. quemmadmodum ſeruitu. amitt. & eſt tex. ſimilis in l. ſi locus 14. iuncta gloſ. verb. cogendus.

41 Quartò facit, quia præſcriptio completa non debet plus operari quam ſententia tranſacta in rem iudicatam, ſed res iudicata reſcinditur ex nouis inſtrumentis, ex clauſula generali, & petita reſtitutione, ex cap. ignorantiæ, vt tradunt DD. in l. Imperatores ff. de re iudicata, vbi Iaſſ. & Alex. dicunt cõmunem opinionem, & dicit Ceuallos, communes, contra cõmunes q. 542. & etiam aduerſus tres ſentẽtias cõformes Ioan. Garcia de nobilitate gloſ. 6. §. 2. nu. 5. & pluribus relatis, probat Sfor. Oddo de reſt. in integ. q. 72. art. 4. num. 77. pag. 178. & fuit deciſum in Rota Rom. vt videre eſt in deciſ. 1. 2. & 6. in tit. de reſti. in integ. in nouiſ. ergo ſequitur manifeſte, quòd aduerſus præſcriptionem completam dabitur in integrum reſtitutio, ex dicto capite ignorantiæ.

42 Quintò facit tex in l. Pannonius, aliàs Pãtonius 86. ff. de acquir. hæred. ibi: *Pannonius Auitus cũ in Cilicia procuraret, hæres inſtitutus antè vita deceſſerat quàm hæredem ſe inſtitutum cognoſceret. Quia bonorum poſſeſſionem, quam procurator eius petierat, hæredes Auiti ratam habere non potuerant: ex perſona defuncti reſtitutionẽ in integrum implorabant, quæ ſtricto iure non competit: quia intra diem aditionis Auitus obiiſſet. Diuum tamen Pium contrà conſtituiſſe. Metianus lib. quæſtionum refert in eo, qui legationis cauſa Romæ erat: & in filio, qui matris delatam poſſeſſionem abſens amiſerat, ſine reſpectu eius diſtinctionis reſtitutionem locum habere, quod & hic humanitatis gratia obtinendum eſt.*

43 Sextò facit tex. in l. 1. §. ſi quis propter ff. de itinere actuque priua. ibi: Si quis propter inundationem vſus non ſit itinere, actuque hoc anno cũ ſuperiore vſus ſit: poteſt repetita die hoc interdicto vti, per in integrum reſtitutionem ex illa parte, ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe videbitur. Ex quo textu ibidem Bart. nu. 1. notat, quòd contra impeditum impedimento facti currit præſcriptio, licet reſtituatur, ſecus ſi eſſet impeditus impedimento iuris l. 1. in fin. C. de annali exceptione, & ideò, inquit, puto ſi contra me currit præſcriptio triginta annorum, & eram ignorans, ius mihi competere, ego reſtituar in integrum per hunc textum, ſi ipſo iure præſcriptio currit, ſic etiam intelligo legem fin. circa finem, C. de præſcrip. lon. tempo. vbi dicitur, quod non habetur di-

ſtinctio ſcientiæ, & ignorantiæ, verum eſt, quia præſcriptio currit, ſed in integrum reſtitutio
44 competit. Hactenus Bartol. & hanc opinionem dicit cõmunem Iaſſ in §. rurſus Inſt. de actio. & Couar. in reg.poſſeſſor. 3.p. §.3. nu.1. Pinel.in authentic. niſi triennale num.58. C.de bon.quæ. lib. & dicit cõmunem Matthæus de Afflict. deciſ. 329. & Romanus conſ. 149. Nata conſ. 162. nu.38. Bernardus Diaz reg.571. vbi Salcedo plures congeſsit pro hac ſententia, & hanc dicit magis cõmunem opinionem Socin. in l.cum filius §.in hoc num.8. ff. de verb.oblig. qui plures allegat pro hac ſententia (pro qua dicit vidiſſe plures clariſsimos viros cõſuluiſſe) quam dicit communẽ Corn.conſ.164. vol.2. Deci.cõſ. 29. Alex. conſ.169. vol.2.& plures pro hac ſententia dicentes cõmunem citat Tiraquel. de vtroque retract.§.35.gloſ.4. num.35. & 75. Quam opinionem ſequitur Burſa. conſ.26. num.34. Rolan. conſ.68. num. 10. lib. 4.Tiber. Deci. conſ.2. nu. 134.lib.2. Simon de Pret. conſ.157.nu.18. & hæc opinio eſt magis communis, & ita practicatur ſecundum Fabium Turretum conſ. 36. nu. 13. vol. 1. Sfort. Odd. conſ. 13. num.37. quos refert, & ſequitur Ceuallos, in ſuis communibus, contra communes quæſt.48. n.1. & 2.& Matthęus deAfflict.deciſ. 37. num. 1. in fin. dicit, fuiſſe viſum omnibus dominis, iſtam fuiſſe cõmunẽ opinionem, quod tam aduerſus pręſcriptionem 10. vel 20. anno. cum titulo, & bona fide, quam contra, & aduerſus præſcriptionem 30. vel 40. annor. detur reſtitutio in integrum,ex cap. ignorantię, & præter ſupradictos allegat Afflict. vbi ſupra, Alex. in l. ſi quis autem ff. de itine.actu que priuato, & in l.cũ filius §.in hac ff.de verbor. oblig. & Felin. poſt Abbatem, in cap. vigilanti. de præſcrip. & eundem Abb. in cap. 3. eod. tit. & Ioannem de Imola in cap. fin. eod. allegat etiam Alexan. in conſ. 173. inci. Viſo themate ſupra ſcripto, vbi reſpondit omnibus obiectis, Boër. deciſ.39.num.3.eandem opinionem tenuit Ioſephus Ludouicus deciſ.Lucenſi 48. num. 22. & 23. & Rota Roman. teſte Mohedano deciſ. 13. Cæſar de Barſis deciſ. Bononien. 101. nu. 13. Rota Genu. deciſ. 203. num. 5. vbi inquit,viſum fuiſſe,ex capite ignorantiæ,dari reſtitutionem in integrũ, cõtra præſcriptionẽ 30. ann.quidquid ſit cõtra præſcrip. 40. anno.Benintendius deciſ. Bononien.71.num.1. Theſau.deciſ. 134.num.8. vbi poſt longam diſcuſsionem dicit, hanc opinionẽ eſſe cõmunem, reſtitutionem ex cauſa ignorantiæ contra præſcriptionem 30.annorum dari,ſed in 2. cap. magis cõmunẽ eſſe contrariam opinionem,nempe poſt decurſum

curſum tempus 40.annorũ fruſtra reſtitutionem impetrari:ſed quid tenendum ſit, nunc videamus, & breuiter, ac reſolutiue inquit, poſtquã omniũ DD. reuolutaſsẽ conſideratas opiniones, conſtanter teneo, contra præſcriptionem quidem longi temporis dari reſtitutionem, intra quadriennium, à die ſcientiæ, modo quadrienniũ ſtatim poſt decurſam præſcriptionem longi temporis, non vtile, ſed continuum ſit, & in hoc cap. ita cenſebat Senatus in cauſa Rufinæ, & Fornerij, teſtatur idem Theſa. in deciſ. 133. vbi inquit; fuiſſe deciſum in Senatu, quod lapſo quadriẽnio per Petri ignorantiam datur reſtitutio in integrum, & argumentis contrarijs reſpondet Bart. Socin. in l. cum filius familias §. in hac. num. 7. & 8. ff. de verbo. oblig. & Felin. in capit. vigilanti, de præſcrip. eandem opinionem, quod datur reſtitutio in integrum, ex cap. ignor. tenuit Rota Roman. vt refert Trentacinq; reſol. in 3. verſ. videre igitur in 2. lib. var. tit. de reſt. in integrum.

45 In Senatu autem Cathaloniæ, reſtitutionem fore Eccleſiæ, ex capite ignorantiæ, cõcedendam, aduerſus præſcriptionem quantũcumque lõgiſsimi temporis, fuit deciſum poſt lapſum quadriẽniũ, & plura quadriennia, cum illud non currat, niſi à die ſcientiæ, in cauſa Petri Soler Beneficiati in Eccleſia Barchinonæ, cõtra Vniuerſitatem de Guimerà, ad relationẽ dicti D. Ioannis Sabater, tunc Senatoris, poſtea Regentis Cancellariã in Supremo Aragonũ Conſilio, die 1. Iunij 1594. actuario Benedicto Sacares, & idem poſtea declarauit, referẽte Senatore Hieronymo San Iuſt, in cauſa eiuſdẽ Petri Soler, contra viduam, N. Claris, actuar. Iaco. Agramũt, ſub die 20. Maij 1609. Reuocãdo Regiam ſententiã in contrarium, in cauſa primitiua contra actorem, & in fauorem quadragẽnariæ præſcriptionis, in Aula Regentis Cãcellariam; & quòd etiam ex alijs cauſis, & rationibus ſpecialibus priuilegiatis, ſicuti eſt ignorãtiæ, concedatur Eccleſiæ reſtitutio, poſt quadriennium, & plura quadriennia, declarauit idem Senatus die 22. Septẽbris 1593. in cauſa Chriſtophori Miquel, Canonici Eccleſiæ Gerundæ, contra Vniuerſitatẽ Villę Balneolaium, ad relationem egregij Senatoris Antonij Oliba, vertenti, actuario Onophrio Michaële Puig Ferrer, in qua ſufficientem cauſam reſtitutionis concedendæ, iudicauit Senatus, eſſe, quòd beneficiũ remanebat ferè per vſus indotatum, licet aliquod modicum ei remaneret, præter id, quod fuerat præſcriptũ, non tamẽ ſufficiens ad onera ipſiꝰ beneficij, vt teſtatur Fõta. de pact. nup. col. 4. gl. 12. n. 41. f. 185.

Ex quibus patet, quã conrrouerſa ſit inter DD. hæc quæſtio, quorũ multi fuerunt varij, & ſibi ipſis

contrarij,vt inquit Pinel.in auth.
niſi Tricēnalle.C.de bo.mater. n.
58.verſ.contrariū vero pag. 317.
46 vbi prope finē ait hęc verba.Et ſic
vides miſeriā Iuriſprudētiæ ex tā
ta ſcribentiū varietate non parū
Reip.pernicioſa,&Cra.in trac.de
antiq.tēp.4.p.§.materia iſta n.48.
47 tom. 17. tractat. fol.169. ait: Heu
miſeros litigantes, qui in manus
inciditis DD. qui leges circunferunt
in ambabus (quod aiunt) manibus, pudet me tantæ
DD.varietatis,cur non opinionē
vnam, aut alteram electam habuerunt,
quam firmantes tenerent;
aut ſi mutatio opinionis melior
viſa eſt, cur mutationis, & varietatis
non reddiderunt rationem.
48 In noſtro Valētiæ Regno hęc
controuerſia ceſſat propter diſpoſitionem
fori 3.de preſcr.quæ prohibet,
concedi reſtitutionem in
integ. ex cap. ignorantiæ, vel ob
aliam cauſam, aduerſus præſcri-
49 ptionem 30. annorum; de præſcriptione
autem longi tempo-
50 ris non loquitur. Et ita viſa fuit
ſequenda opinio æquior, vt
hoc caſu concedatur reſtitutio
ex capite ignorantiæ, iuxta quam
fuit iudicatum, ſententia lata in
Regia Audientia, in fauorem dictorum
Ioſephi, & Sperantiæ
Gallego, publicata per Damianum
Berbegal, die 1. Aprilis,
1609. quam iuſtam eſſe,iudicauimus
in noſtra Aula, in gradu
ſupplicationis, in menſe Iunij,
1613. quo tempore fuit poſita
ſententia in poſſe ſcribę mandati,
ſed quia nulla partium eam
inſtauit, non fuit publicata, eo
tunc, neſcio, quando fuit promulgata.

DECISIO CLXXXXIIII.

DOS A PATRE DATA, vel promiſſa pro filia, an, & quando præſumatur ex bonis patris tantum,vel ex bonis patris,& filiæ conſtituta.

1 *CASVS,ſiue facti ſpecies.*
2 *Dos data, vel promiſſa ſimpliciter à patre pro filia, etiam ſi dixerit,ex bonis paternis, & maternis, præſumitur ex bonis patris tantum conſtituta, & ita tenent multi allegati num.3.*
4 *Dotem mille aureorum ſi pater dicat filiæ dare, computato omni eo, quod ipſa poſſit habere ex bonis maternis, adhuc integros aureos ex bonis paternis ſoluendos eſſe,tenent Doctores hic relati; ſed contra num. 6.*
5 *Dos non præſumitur ex bonis paternis in totum conſtituta, quando pater dando, vel promittendo dotem claris verbis declarauit,ex bonis filiæ dare, vel conſtituere dotem, vt ſi dixerit computato in ea, omni eo, quod filiæ debetur ex bonis maternis,& hæc eſt communis opinio, num. 6.*
7 *L.fin. C. de dotis promiſ. cuius litera refertur num. 2. non habet locum, vbi pater aperte declarauit,*
in dote

Google

in dote per eum conſtituta compræhendi bona filiæ.

8 *Verbum*, intelligi, *præſumptionē ſignificat, & num.* 11.

9 *Verbum*, videri, *ſignificat præſumptionem.*

10 *Dictio*, quaſi, *eſt ſignificatiua dubitationis.*

12 *Expreſſum ſatis dicitur per relationem ad aliud.*

13 *Pater vbi filiæ donationem fecit, contemplatione matrimonij, dicendo eam facere ad opus ſoluendi bona, quæ filiæ debebãtur vti hæredi eius matris, talis donatio, ſiue dos nedum cenſetur facta de bonis paternis; ſed etiam maternis, & ita fuit iudicatū in Regia Audientia.*

1 IOANNES Cols, qui matrimonium contraxerat cum Catherina Dauant, eo ſoluto per mortem vxoris, debebat Nicolaæ Cols, eius filiæ, centū triginta tres libras, monetæ Valētinæ, ex cauſa dotis dictæ Catherinæ Dauant matris dictę Nicolaæ, & cū eam in matrimonium collocaret cum Martino de Arays, ei donationem fecit mille librarum eiuſdem monetæ, contemplatione matrimonij contrahendi cum dicto Arays: dicēdo expreſſe in inſtrumento donationis, quòd eam faciebat ad opus ſoluēdi bona, quæ dictæ Nicolaæ Cols pertinebant, vti hæredi dictæ Dauant eius matris. Dubitatum fuit, an vltra mille libras, cōtemplatione matrimonij donatas, conſequi poſſet dicta Nicolaa Cols dictas centum triginta tres libras dotis maternæ. Et per Locumtenentem Generalis vices generalis Gubernatoris in Regno Valentiæ vltra Sexonam in prima inſtantia, & poſtea in gradu appellationis, ſententia lata in Regia Audientia, publicata per Franciſcum Paulum Alreus, die ſecunda Martij 1613. Fuit declaratum, dictas centum & triginta tres libras eſſe comprehenſas in dictis mille libris, & ita eas petere non poſſe dictam Nicolaam Cols. A qua ſententia ſupplicauit Nicolaa, ad aliam Aulā eiuſdem Regiæ Audientiæ Ciuilis, in qua eo tunc ego, tanquam vnus ex Auditoribus exiſtebam, & mihi cauſa ſupplicationis commiſſa fuit; & in ea idem dubium fuit ventillatum: nimirum, ex quo dictus Ioannes Cols non expreſsit, quam ſummā dabat de bonis vxoris, & quā de proprijs, cenceretur dicta donatio facta, & dos conſtituta de bonis tantum proprijs.

2 Dotem hoc caſu, quando pater non expreſsit, quam ſummam dabat de bonis vxoris, & quam de proprijs, ex bonis tantum paternis cēſeri conſtitutam, probat expreſsè textus in l. fin. C. de dotis promiſsione: cuius verba ſunt. *Si pater dotem pro filia ſimpliciter dederit, vel pro filio, ante nuptias donationem fecerit, habeat autem filius, vel in poteſtate conſtitutus, vel forte emancipatus res maternas, vel ex alio modo tales, quæ acquiſitionem effu-*

giunt, quarum vſus fructus ſolus apud patrem remanet, vel quocumque modo poterat quaſdam actiones contra patrem habere. Dubitabatur apud veteres, vtrum ne videretur pater ex ipſo debito dotis, vel ante nuptias donationis feciſſe promiſſionem, vel datioñe, vt ſeſe ab huiuſmodi nexu liberaret, an debitum quidem remaneret in ſua natura, liberalitas autem paterna dotem, vel ante nuptias donationem dare ſuggeſſiſſet, & in tali dubitatione multa pars legum latorum ſeſe diuiſit: alio etiam incremento huiuſmodi quaſtioni addito, ſi forte dixerit in inſtrumento dotali, ex rebus paternis, & maternis dotem, vel ante nuptias donationem dare: vtrum pro dimidia parte videatur datio, vel promiſsio facta eſſe, an pro rata portione vtriuſque ſubſtantiæ. Vtramque igitur dubitationem certo fini tradentes, ſancimus, ſiquidem nihil addendum exiſtimauerit, ſed ſimpliciter dotem, vel ante nuptias donationem dederit, vel promiſerit, ex ſua liberalitate hoc feciſſe intelligi, debito in ſua figura remanente. Neque enim leges incognitæ ſunt, quibus cautum eſt, omnino paternum eſſe officium, dotem, vel ante nuptias donationem pro ſua dare progenie. Liberalitas itaque talis remaneat vera, & irreuocabilis, vt puro nomine, & liberalitas, & debitũ ſuam ſequantur fortunam; vbi autem ex rebus, tam ſuis, quam maternis, vel alijs, quæ non acquiruntur, vel ex ſuis debitis dixerit, ſe feciſſe huiuſmodi liberalitates, tunc ſiquidem penitus inopia tentus eſt, ex illis videri rebus dotem, vel ante nuptias donationem eſſe datam, quæ ad filios, vel filias pertinent. Si vero, & ipſe ſubſtantiam idoneam poſsidet, in hoc caſu quaſi de ſuo patrimonio dotem, vel ante nuptias donationem dediſſe intelligatur. Poterat enim ſecundũ ſuas vires dotem pro filia, vel ante nuptias donationem pro filio dare, & conſentire filijs ſuis, quando voluerint, partem, vel forte totam ſuam ſubſtantiam, quam habent, paternæ liberalitati pro dote, vel ante nuptias donatione aggregare, vt re vera appareat, quid ipſe velit dare, & quid de ſubſtantia filiorum proficiſcatur, nedum effuſo ſermone, ſe ſe iactet in promptum incidat in ſui periculum.

3 Hactenus, Iuſtinianus, per quem textum dicit Menoch. de præſump. lib. 3. præſump. 15. nu. 22. & 23. quòd & ſi pater, conſtituendo dotem filiæ, dixit, eam conſtituere ex bonis proprijs, & ex bonis filiæ, adhuc præſumitur, patrem in totum conſtituiſſe ex bonis ſuis pro prijs, & ſi enim illa dictio, &, ſui natura copulat æqualiter, l. reos §. cum in tabulis ff. de duobus reis: tamen in caſu dictæ legis fin. non retinet naturam copulæ; ſed potius ſignificat ordinem ſucceſſiuum, ob ordinem charitatis, & affectionis, iuxta l. Gallus §. 1. ff. de liberis & poſthumis; dicitur ergo pater conſtituiſſe dotem ex proprijs bonis, ſi illa ſufficiunt, ſi vero non ſufficiunt, ſucceſsiue dicitur cõſtituiſſe ex bonis ipſius filiæ. Ita interpretantur omnes in d. l.

d.l. vltim. & manifeſte Bald. Nouel. in tract. de dot. par. 6. priuileg. 6. Alciat. de præſumptio. regul. 1. præſumptio. 26. & Hieronymus Gab. conſ. 156. num. 20.

4 Præterea, quod fortius eſt, ſi pater dicat, ſe dotem mille aureorum filiæ dare, computato omni eo, quod ipſa poſsit habere ex bonis maternis, adhuc integros mille aureos, ex bonis paternis ſoluendos eſſe inquiunt Nouellus de dote part. 6. priuileg. 6. in fin. dicens, ſe ita conſuluiſſe, & ſubſcribit Iaſon. conſ. 133. n. 11. lib. 4. Pontanus in l. 1. ſoluto matrimonio num. 43. & ibi Vincentius nu. 27. Gerardus ſingula. 71. Crotus in l. frater à fratre num. 111. ff. de cōdictio. indebit. Antonius Gomez in l. 50. Tauri nu. 21. & vti magis communem probat Neuizan. conſ. 16. num. 8. alios allegans, prout ſupradictos refert, contrariam tenens ſententiam Barboſa. in l. 1. ff. ſoluto matrimonio 4. part. num. 158. ad fin. pag. 426.

Sed, his non obſtantibus, contrarium fuit iudicatum, nimirum quod ex quo dictus Ioānes Cols, in donatione facta contemplatione matrimonij dictæ Nicolaæ ei' filiæ, expreſſè dixit, dictam donationem facere ad opus ſoluendi bona, quæ dictæ Nicolaæ Cols pertinebant, vti hæredi dictæ Catherinæ Dauāt eius matris, in dicta donatione erant comprehenſæ centum & triginta tres libræ, eidem debitę, ex cauſa dotis eius matris.

5 Dos enim non præſumitur ex bonis paternis in totum conſtituta, quando pater, dando, vel promittendo dotem, claris verbis declarauit, quod ex bonis filiæ dabat, vel conſtituebat dotem. Nō enim in claris opus eſt coniecturis l. continuus §. cum ita de verbor. oblig. ceſſabit itaque hōc caſu diſpoſitio dictæ legis fin. C. de dotis promiſsione, quæ fundata eſt in ſola præſumpta voluntate patris. Ita Menoch. de præſumptio. lib. 3. præſump. 15. num. 24.

6 qui exemplum ponit, vt ſi pater dixit ſe conſtituere, vel promittere eam ſummam, computato in ea omni & toto eo, quòd ipſi filiæ debetur, tàm ex bonis maternis, quàm paternis; Ita ſcripſerūt Marian. Socin. Sen. in c. tuę de ſponſal. Corn. in conſ. 16. num. 4. lib. 3. Bulgarinus in l. 1. & ibidē, Ruin. num. 140. & Socin. Sen. ff. de ſoluto matrimonio, & ibidem Iaſon, & idem in §. fuerat n. 105. Inſt. de actio. Ripa. in d. l. 1. n. 91. & ibidem Socin. Iunior nu. 177. Pariſius nu. 115. Alciat. in tract. de pręſumptio. reg. 1. præſumptio. 26. in fin. Coraſius in l. qui liberos nu. 54. ff. de ritu nup. & Hieronym. Gab. in conſ. 156. nu. 26. Menoch. conſ. 370. num. 32. lib. 4. & dicta præſumptio. 15. num. 24. vbi dicit hanc magis receptam ſententiam, quam etiam amplexus fuit Barboſa in l. 1. ff. ſoluto

ſoluto matrimonio,4.par.n.158. in verſ. exemplum erit, vbi præter ſupra relatos, refert eandem tenentes Camillum in eadem l.1. ſoluto matrimonio num. 108. & ibidem Alciatum nu.75. Bolognetum num.111. Corrazium in 2 lect.num.12.ad fin. & hanc cõmunem eſſe opinionem aſſerit quoque Hieronymus Gabriel, conſ.156.num. 26. Petrucius in l.1. num. 111. ff. de iur. iurand. Cota in memorabilibus verbo, *dos data*, Ruinus conſ. 19.nu. 7. lib.3.& late comprobat Baëça in tract. de non meliorandis filiabus c.11.num.141.Gregorius in l.8. tit.11. part.4.in verbo, *el padre*,colum.2.Maſcard.de probat. 3. part. concluſ. 1150. num. 20. & ita iudicatũ fuiſſe,aſſerit Gamma. decif. 155.num.1.

7 Nec obſtant in contrarium adducta,in primis enim l.fin. C. de dotis promiſ.non habet locum, quando pater aperte declarauit, in dote per eum conſtituta comprehendi bona filiæ, vel id,quod ipſæ filiæ debebat, quod ſatis deducitur ex eo, quòd diſpoſitio l. fin.fundata eſt in præſumpta mẽte teſtatoris, in dubio volentis, dotem per ipſum filiæ conſtitutã ſolui ex bonis ipſius patris, vt bene ponderat Menoch. lib. 3. præſump. 15.num.2. 3. & 4. põderando illa verba dictæ l. fin. ibi: ſiquidem nihil addendũ exiſtimauerit,vel ſimpliciter dotem dederit, vel promiſerit ex ſua liberalitate,hoc feciſſe intelligi,nã

8 illud verbum, *intelligi*, præſumptionẽ ſignificat, põderando etiã alia verba eiuſdem legis, paulò poſt, ibi: *Vbi autem ex rebus, tàm ſuis, quàm maternis, & alijs quæ non acquiruntur, vel ex ſuis debitis dixerit ſe feciſſe liberalitates, ſiquidẽ tunc penitus inopia tentus eſt, ex illis videri rebus dotem, vel ante nuptias donationem eſſe datam,quæ ad filios, vel filias pertinent*: nam illud ver-

9 bum, *videri*, ſignificat præſumptionem,vt probat Menoch. lib. 1. præſump.quæſt.10.num.3. põderat etiam illa verba eiuſdem legis fin. ibi: *ſi vero & ipſe ſubſtantiam idoneam poſsidet in hoc caſu quaſi de ſuo patrimonio dotem, vel ante nuptias donationem dediſſe intelli-*

10 *gatur*, illa dictio, *quaſi*, eſt ſignificatiua dubitationis l. fideicommiſſa §.1.de leg.3.& illud verbũ,

11 *intelligatur*,ſignificat prẹſumptionẽ vt probat idem Men. dicta q. 10. num.6.Cum igitur ceſſet præſumpta voluntas patris, quòd de bonis proprijs tantum voluerit dotem cõſtituere: in caſu noſtro, in quo expreſſè dixit, donationẽ mille librarum facere contemplatione matrimonij, ad opus ſoluẽdi bona,quæ dictæ Nicolaæ Cols pertinebant,diſpoſitio dictæ l. fi. locum habere non poteſt.

Nec obſtat, quòd non expreſſerit donator ſummam, quam de bonis proprijs dabat; & quam

12 de bonis maternis. ſatis enim dicitur expreſſum per relationem,

ad

ad aliud, vt probat Gamma. deciſ. Luſita. 155. nu. 2. l. aſſe toto de hæred. inſt.

Nec obſtant, quæ dicunt Doctores allegati ſupra num. 4. nam ex ſupradictis cõſtat, contrariam eſſe veriorem, & receptiorem ſententiam, & præſertim ex relatis ſupra num. 6.

13 Et ex ſupradictis, me referente, fuit confirmata ſentẽtia in alia Aula eiuſdem Regiæ Audientiæ, lata die 2. Martij 1613. & iudicatum, donationem mille librarũ contemplatione matrimonij cẽſeri factam, nedum de bonis proprijs dicti Ioannis Cols donatoris; ſed etiam de bonis dictę Nicolaæ Cols ei⁹ filiæ, quæ pater ei debebat, ratione dotis materne, ſententia lata in Sacra Regia Audientia Valentina, in fauorem curatoris Petri Cols filij, & hæredis dicti Ioannis Cols, contra Nicolaam Cols, & de Arays, publicata per Franciſcum Paulum Alteus, Regij mãdati ſcribam, die 4. Ianuarij 1614.

DECISIO CLXXXXV.

LVCRVM DOTIS, Delatum marito ab ſtatuto: an, & quando locũ habeat, nõdũ in dote data, ſed etiã in promiſſa.

Dotis retentionem an habeat maritus iuxta foros Regni in dote, ſibi poſt obitum ſoceri cõſtituta, ſi mulier præmoriatur ſocero.

Alimenta genero non debentur, matrimonio per mortẽ filię ſoluto, quando ſocer promiſsit generum, & filiam alere.

1 *STATVTA in multis partibus hic relatis extant diſponentia, vt maritus lucretur dotem, vel dotis partem, certis in caſibus.*

2 *Caſus, ſiue facti ſpecies.*

3 *Statutum de dote lucranda, quando ſimpliciter loquitur de dote, cõprehendit nedum dotem datam, ſed etiam promiſſam, & num. 5.*

4 *Maritus, qui lucratur dotem propter adulterium vxoris, ita lucratur promiſſam, ſicut datam.*

6 *Lucrũ dotis datur ab ſtatuentibus maritis, propter onera matrimonij.*

7 *Dotis lucrum debetur marito, ſtante mora dotis ſoluendæ.*

8 *Statutũ vrbis Romæ de dote lucranda habere locum in dote promiſſa, cenſuit Rota.*

9 *Statutum loquens de dote data habet locum in dote promiſſa, quãdo, iuxta communem vſum loquendi, promiſsio dotis appellatur dos data: fallit, ſi extet aliud ſtatutum diſponens, ſtatuta eſſe intelligẽda ad litteram, & n. 10.*

11 *Statutum, quando loquitur de dote data, & ceſſat communis vſus loquendi, quod promiſsio dotis appellatur dos data, & promiſſor non fuit in mora, ad dotem promiſſam non porrigitur.*

12 *Mora ſoluendi dotem facit, vt habeatur pro dote data.*

13 *Statu-*

13 *Statutum, quando dicit, quod vir lucretur dimidiam dotis, & reliquam reſtituere teneatur, an ſit intelligẽdum de dote promiſſa, licet non ſoluta, & num. 14.*

15 *Maritus non lucratur dotem, vbi data fuit dilatio ad eam ſoluendũ, ſi interim vxor moritur.*

16 *Maritus, ſoluto matrimonio, agere non poteſt ad dotem, ſibi poſt obitum promiſſam, iuxta foros Regni Valentiæ.*

17 *Priuilegium maritale non habent plebei, in Regno Valentiæ.*

18 *Dotis receptæ retentio tantum fuit conceſſa per foros Regni Valentiæ maritis, non autem actio ad petendum, ſoluto matrimonio, dotem poſt obitum promiſſam: & ita fuit iudicatum in Regia Audientia, & num. 21.*

19 *Alimenta quando quis promiſſit genero, & filiæ, licet non declarauit, pro quo tempore; tamen intelligitur, eorum vita durante.*

20 *Alimenta genero non debentur, per mortem filiæ matrimonio ſoluto, quando ſocer promiſſit, generum, & filiam alere: & ita fuit deciſum num. 21.*

1 IN multis partibus extant ſtatuta diſponentia, vt maritus lucretur dotem, vel dotis partem, certis in caſibus, vt Florentiæ, Bononiæ, Veronæ, Piſis, Paduæ, Calij, Alexandriæ, in ciuitate Aſtenſi, Montisferrati, in Caſtellana ciuitate Spoleti, in Nucerina ciuitate Eugubij, in communi Sartiani Tortonæ, Cremonæ, Mutinæ, Vicẽtiæ, in Lucana ciuitate, Senis. Prout late ait Card. Tuſch. tom. 7. pract. concluſ. iuris, in verbo, *ſtatuta*, concl. 510. pag. 535. & ſeqq. & in ciuitate Romana extat ſimile ſtatutum, c. 131. vt videre eſt in deciſ. 275. ante num. 1. in nouiſsimis Rotæ Romanæ, recollectis per Farinaſium: in ciuitate vero Valentiæ extant diuerſi fori, infra allegandi, quibus diſpoſitum eſt, vt milites, vel hi, qui gaudent priuilegio militari, ſuperuiuentes vxoribus, gaudeant dote, vita illorum dumtaxat durante, ſi vero ad ſecundas conuolauerint nuptias, medietatem earum reſtituere teneantur.

2 Euenit caſus, quod Eliſabeth Ioanna Blaſco, & de Auellà, vidua Gaſparis Auellà, vt curatrix filiæ ſuæ Franciſcæ Auellà, eam collocando in matrimonium cũ Melchiore Miquel iuniore ciue ciuitatis Alicantis, inter alia in dotem conſtituit decem mille libras, monetæ Valentinæ, poſt obitum ipſius Eliſabeth ſoluendas ex bonis liberis, quæ ſupereſſent in hæreditate dicti Gaſparis Auella, deductis viginti mille libris, per eum fideicommiſſo ſubiectis, quæ fuerunt reſeruatæ dictæ Frãciſcæ, vti bona paraphernalia; & dictas decem mille libras, aut id, quod eſſet in bonis liberis, in dicta hæreditate recadentibus. Præ dicta Eliſabeth Ioãna Blaſco poſt

eius mortem dedit in dotem, in bonis ibi deſignantis, hoc adiecto, quòd ipſa teneretur alere generum, & filiam, ſecundum eorũ qualitatem, ita tamen, vt quauis de cauſa nollent cum ea morari, alimenta amitterent. Et poſtea cũ alio inſtrumẽto eadem Eliſabeth Ioanna Blaſco in dotem dictæ filiæ conſtituit dictas decem mille libras, aut eam quantitatem, quæ eo tunc extaret, iuxta libros rationum, & teſtamentũ dicti Gaſparis Auellà, & inuentarium bonorum illius, ex dictis bonis liberis. Et huius quantitatis reſpectu fuit factum augmentum, vulgo, *creix*: Defuncta dicta Franciſca Auellà, prædictus Melchior Miquel petitionem inſtituit contra dictam Eliſabethã Ioãnam Blaſco, eius ſocrum, coram Gerente vices generalis Gubernatoris, in Regno Valentiæ, vltra Sexonam, contendens, eam teneri, & condemnandam fore, ad præſtandum ſibi alimenta, tanquàm ſubrogata in locum intereſſe dictæ dotis, qua iuxta foros Regni dictus Miquel, vt ciuis honoratus, gaudere debet; dictaque alimenta, attẽta qualitate ipſius, & quantitate bonorum dictæ Eliſabethæ Ioãnæ Blaſco, & recadentium in hæreditate dicti Gaſparis Auellà, fore taxanda in annua quantitate quingentarum librarum. Et per dictum Gerentem vices generalis Gubernatoris fuit lata ſententia in fauorem actoris. A qua rea conuenta appellauit, & cauſa appellationis fuit introducta in Regia Audientia, in Aula, in qua eo tunc ego Auditor exiſtebam, & commiſſa Doctori Ioanni Hieronymo Blaſco, vbi latè fuit diſcuſſa.

3 In hac materia varios caſus cõſiderant DD. præſertim Mantica de tacit. & ambig. cõuentio. lib. 12. tit. 5. Primus eſt, quando ſtatutum ſimpliciter loquitur de dote, & illud comprehendere nedum dotem datam, ſed etiam promiſſam, probatur ex ſequentibus. Primò, per tex. in l. ex morte, in §. eadem C. de pactis cõuentnam cùm ibi ageretur de dote lucranda, inquit tex. hæc verba: *Eadem cuſtodiri cenſemus, ſiue pater pro filio, ſiue mater, ſiue ipſe ducturus vxorem ſui iuris cõſtitutus, ſiue quilibet alius pro eo ante nuptias donationem nuptura dederit, ſeu promiſerit: ſimilique modo, ſiue pater pro filia, ſiue mater, ſiue ipſa pro ſe ſui iuris videlicet conſtituta, ſiue quilibet alius pro ea vxorem ducturo dotem dederit, ſeu promiſerit. Quoniam, & alio pro ea offerente dotem, ipſa eam pro ſe videatur offerre. Quod adeo verum eſt, vt & ipſa ab alio pro ſe oblatam dotem in lucrum ſuum repoſcat, niſi forte is, qui eam obtulerit, ſtatim, id eſt tempore oblationis, ſeu promiſsionis, ſtipulatus, vel pactus ſit, vt ſibi dos prædicta reddatur.* Secũdò per tex. in l. 1. 2. & 3. & in l. ad exactionem C. de dotis promiſ. vbi dos dicitur etiam illa,

quæ

quę promiſſa, vel pollicita eſſet, ad idem tex. in l. 1. de collat. dot. in l. filiæ dotem, & in authentica quod locũ C. de collatio. in quibus dicitur, quòd filia ad ſucceſſionem veniens, vnà cum frattibus, ex diſpoſitione iuris, quod ptimitus introduxit, filiam dotẽ debere confetre, non tantum dotem datam conferre debet, ſed etiam promiſſam, & ita per iſta iuta tenet Angel. in conſ. 170. col. 1. & 2. tex. in l. de diuiſione ff. ſolut. matrim. vbi dos ſine traditione dicitur dos, & illum textum ad terminos quæſtionis noſtræ ponderat ibi Socin. tex. in l. cum poſt §. ſed de his ff. de admi niſ. tutor. vbi mulier habet dotem ex eo, quod vir habet promiſsionem, & ad hoc illum textum allegat Socin. in l. ſi conſtante col. 2. C. de donat. ante nup. gloſ. in l. 1. §. accedit C. de rei vxor. actio. in verbo, *fecerit*, vbi ex promiſsione fit dos; & ita gloſſam iſtam ad queſtionem noſtram ponderant ibi Salicetus, & Calcaneus in conſ. 31. col. 2. ad hoc etiam eſt tex. iuncta gloſ. in l. ſi mulier ff. de condi. inſtitu. vbi pactum de dote lucranda locum habet in dote ptomiſſa, & ibi eam ad hoc notãt Bald. Ang. & Paul. de Caſtr. facit etiam quod notat Socin. iun. in conſ. 35. num. 16. cum ſeqq. vol. 1. vbi dicit, quòd diſpoſitio l. dos à patre C. ſolu. ma trim. Ita locũ habet in dote promiſſa, ſicut in data. Et ſimiliter opinio Martini vſu tecepta, relata per gloſ. in d. l. dos à patre, diſponens, quòd dos, mottua muliere, tranſeat ad filios, ita etiam locum habet in promiſſa ſicut in data, facit etiam quod notat Sen zel. in c. pletumque & in c. finali de donat. inter vir. & vxot. & ibi Palat. Ruui. in rub. §. 20. in ptin.

4 vbi vir, qui lucratur dotem, propter adultetium vxoris, ita lucratur promiſſam, ſicut datam, per tex. notabilem in d. l. mulier, ff.

5 de conditio. inſtitutio. Et hanc opinionem, quod locum habeat etiam in dote promiſſa, tenuetũt Bald. in d. l. mulier n. 3. & Ang. ibi, & in conſ. 67. & 80. col. 1. cum ſeqq. Salicet. in l. cũ te col. 1. & in l. ſi cõſtante col. 2. C. de donat. ante nup. Paul. de Caſtro in l. mulier, §. cum proponeretur, col. 2. ff. ad Trebel. in l. ſed hoc ita in fin. quam legit cũ l. non tãtum ff. de re iudic. in l. ſi marito 32. §. ſi pater num. 3. ff. ſolut. matrim. & in l. ſi donaturus §. fin. col. fin. & Iaſon. col. 2. ff. de conditio. cau. dat. Gloſ. Bart. & Cuma. in d. l. ſi marito. §. 1. Campeg. in tractat. de dote, in 5. par. q. 14. Calcaneus conſ. 31. col. 3. Pariſius conſ. 62. col. 5. vol. 4. Ruinus in cõſ. 133. col. penul. vol. 4. & in conſ. 110. col. 1. vol. 5. & in conſ. 151. col. 2. eod. vol. 5. Purpur. in d. rub. ſolu. matri. col. penult. Boërius deciſ. 22. col. 2. 3. & 4. Tiraq. in tractat. de retract. carta 978. num. 33. Afflict. in cõſtitutione

ſtitutione Regni, incipiente, licẽ tiam, col. 2. & hanc eſſe magis cõ munẽ, di cit Alex. in d.l. ſi donatutus, §. fin. quanuis eam vti cõmunem etiam ſequuti fuerint Socin. in d.l. de diuiſione, col. 2. ff. ſolut. matrim. & in conſ. 32. col. penult. vol. 3. Iaſon. in tub. ff. ſolut. matrim. col. 6. & ibi Crotus col. penult. Cur. iun. in cõſ. 129. col. penult. Brunus in tractat. excluſionum fœminatum, in 6. articu. principali, in 7. quæſt. 4. membri, Nata in tractat. excluſ. fœminar. in 2. artic. principali, in 2. limitatione, Rol. à Val. in tractat. de dote, quæſt. 5. num. 4. cum ſeqq. tom. 9. tractat. nouiſ. fol. 353. & poſt ſupradictos, quos refert Gaſpar Theſaurus qq. forens. lib. 2. q. 75. nu. 2. vbi, præter ſupra relatos, allegat etiã Gabrielem Saraia, in additione ad Mates. qui dicit, contra Bart. in d.l. iubemus tenere communiter DD. Ioan. Beſchrum de nup. lib. 3. num. 8. Anton. Giurba. de dot. cap. 2. num. 14. & eãdem opinionẽ tenuit Gratian. deciſ. 230. n. 4. & diſcept. foren. lib. 4. c. 666. nu. 24. qui plures refert, & nouiſsimè Melfes. ad conſuet. Neapolita. par. 6. tit. de iure dot. q. 2. n. 29 1. tom. pag. 470. Mantic. de tacit. & ambig. conuen. lib. 12. tit. 5. à num. 1. vſque ad num. 8. incluſiuè, vbi, iuribus relatis, bene confirmat. Et quãdo ſtatutũ loquitur ſimpliciter de lucro dotis faciẽdo, hoc eſſe ſine dubio dicit Phanut. in tract. de dote §. reſtituẽda, n. 19. & confirmat n. 21. cõmunẽ dicit Gail. obſer. 79. lib. 2. & hãc opinionẽ dicit Gaſpar Theſaur. vbi ſupra, ſibi videri veriorẽ, quã doquidẽ, fide habita de pretio, & ſolutione, idẽ eſt, ac ſi dos ſoluta ſit, & æquiparantur dos tradita, & cõſtituta, prout multis, more ſuo, oſtendit Tiraq. de retract. cõuen. §. fin. n. 32. vbi ad id allegat multa iura, & etiam multas authoritates DD. n. 33. generaliter tenentium, ſtatutũ, vel pactum, deferẽs lucrum dotis marito, habere locũ in dote promiſſa. Ratio huius opi-

6 nionis eſt, quia lucrum datur ab ſtatuentibus maritis propter onera matrimonij, vt latè firmat Roland. q. 4. grauiora vero ſuſtinet onera is, cui nõ eſt ſoluta dos, quã alterergo illi magis eſt ſubueniẽdum, vt pulchrè cõſiderat Phan. de dote in verbo, *reſtituẽda*, n. 12.

7 & ſtãte mora dotis ſoluẽdæ, hoc nõ habere dubiũ, dicit Tiraq. n. 37. & eo caſu tenuit Rolan. q. 7. Phan. n. 35. & cũ iſta opinione, inquit Gaſpar Theſau. vbi ſup. trãſiuit Senatus, ipſo aduocante pro marito 1607. 8. Martij, referente Illuſtr. D. Senatore Gouaano, &

8 quod ſtatutũ vrbis Romæ de dote lucranda habeat locũ in dote promiſſa, cẽſuit Rota deciſ. 275. innouiter nouiſsimis recollectis per Farin. deciſ. 32. par. 2. tom. 1.

Secũdus caſus eſt, quãdo ſtatutũ loquitur de dote data, & tũc inquit Mãt. de tacit. & ambig. cõuẽ.

lib. 12. tit. 5. num. 9. quòd ſi
extat communis vſus loquendi,
quòd promiſsio dotis appella-
tur dos data, & tunc de dote e-
tiam promiſſa, & non ſoluta in-
telligitur, quia ſtatutum magis
debet intelligi ſecundum com-
munem vſum loquendi, quàm
ſecũdum propriam ſignificatio-
nem, l. librorum §. quod tamen
Caſſius, cum gloſ. & ibi Bart. de
leg. 3. idem Bart. in l. Labeo,
num. 5. de ſupellect. lega. & in
l. omnes populi, num. 58. in fin.
de Iuſt. & iur. & in l. 1. circa
princ. num. 2. ff. de ſuis & legit.
& in l. 1. num. 2. & ibi Bald. nu.
5. C. de iure. iur. propt. calum.
dan. idem Bart. in l. non dubium,
num. 11. C. de legibus, Bald.
conſ. 258. num. 3. & conſ. 398.
num. 1. lib. 3. Roman. conſ. 4.
num. 2. 5. & 6. & conſ. 32. n. 3.
& 4. Alexan. in rub. ff. de oper.
nou. nunt. num. 17. & in l. ſtipu
latio iſta habere, §. hæc quoque
num. 4. de verbo. oblig. & conſ.
86. num. 3. lib. 4. & conſ. 211.
num. 2. lib. 6. Corn. conſ. 106.
num. 2. & 3. lib. 4. & in terminis
Socinus iun. in conſ. 35. num. 14.
lib. 1. & Rol. de lucro dotis, q.
6. num. 6. & ſeqq. Sed hæc ſen-
10 tẽtia, inquit Mantic. reſtringitur
duobus modis. Primò, vt habeat
locũ, niſi extet aliud ſtatutum di-
ſponens, ſtatuta eſſe intelligenda
ad litteram. Secundo reſtringitur
ſi talis communis vſus loquendi
in ciuitate fuerit tempore cõditi
ſtatuti, & has duas limitationes,
alijs relatis, Mantica confirmat.
11 Tertius caſus eſt, quando ſta-
tutum loquitur de dote data, &
ceſſat dictus communis vſus lo-
quendi, & promiſſor non fuit in
mora, & tunc, inquit Mantic. d.
lib. 12. tit. 5. num. 12. verſ. ſed
diuerſa, iuxta veriorem, & rece-
ptiorem ſententiam, ſtatutum lo-
quens de dote ad promiſſam non
porrigi, authen. dos data C. de
donat. ante nup. §. illud in authe.
de non eligen. ſecundò nuben. §.
vlt. in authen. vt exac. inſt. dot. l.
aſsiduis, cum gloſ. in verb. *datæ*,
C. qui potio. Bart. Bald. Alex. So-
cin. & Ruin. in locis ibi à Man-
tica allegatis, Gaſpar Theſaur.
qq. forenſ. lib. 2, q. 75. nu. 3. verſ.
contrarium, tenet Fachine. cõtro
uerſiarũ iuris, vol. 2. lib. 10. c. 25.
vbi reſpondet contrarijs argumẽ
tis, & nouiſsimè Molfes. ad con-
ſuet. Neapol. par. 6. q. 2. n. 29. qui
12 hanc dicit cõmunem, vbi tenet, q
ſi promiſſor eſt in mora ſoluẽdi,
habetur pro dote data, quod te
net Mantic. vbi ſupra, n. 15. & 16.
l. Labeo ſcribit, aliàs, ſi mihi bi-
blyothecã, ff. de contrahen. emp.
& promiſſor ex negligentia non
debet cõmodum reportare, l. non
fraudantur, §. nemo ex ſuo de re-
gulis iuris; neque moroſus debet
eſſe melioris conditionis quam
non moroſus, l. non ſolum ff. de
noxal. actio. Eandem opinio-
nem tenuit Barboſa, in rub. ff.
ſolut. matrim. 4. par. num. 4. in fin.

pro

pro qua ſententia allegat text. in authen. de nupt. §. dotes collat. 4. vbi probatur, quod maritus habebit ex dote promiſſa lucrum, quod conſequi debebat ex dote data, quãdo per culpã vxoris ſteterit, quo minus traderetur: remaneret enim aliàs mora mulieris impunita, contra regulam l. in cõdemnatione 134. §. vnicuique ff. de regulis iuris, & quod hoc caſu dos promiſſa habeatur pro tradita, tenuerunt Bart. conſ. 133. nu. 2. Vrſil. ad Afflict. deciſ. 61. n. 5. Tuſch. in verbo, *ſtatutum*, concl. 511. num. 54.

13 Quartus caſus eſt, quando ſtatutum dicit, quòd vir lucretur dimidiã dotis, & reliquam reſtituere teneatur, & hoc caſu ſtatutum eſſe intelligendũ in dote promiſſa, licet non ſoluta, tenuit Salicet. in l. ſi conſtante, n. 4. C. de donat. ante nup. cuius doctrinam ſequitur Guid. Pap. d. q. 565. nu. 3. Tiraquel. d. §. fin. n. 36. Phan. de dote in verbo, *reſtituenda*, num. 2. & ſeqq. dicens, ita deciſum per Rotã apud Graſſ. deciſ. 119. aliàs 13. de conſtitutio. & Ang. conſ. 180. Bart. conſ. 133. Alex. cõſ. 63. col. vltim. lib. . Corn. conſ. 127. lib. 4. & idem Phan. num. 13. licet caſum diuerſificet, tamen idẽ eſt, cum in primo caſu ſupponat, adeſſe reſtitutionis verbum, & ita dicit Gaſpar Theſau. q. foren. lib. 2. q. 75. num. 4. ſe obtinuiſſe, coram preſidibus, Anto. Theſau. eius patre, & Carolo Cacherano, & iterum ità ſentiſſe Senatum.

14 Sed contrariam probat ſententiam Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuen. lib. 12. tit. 5. à nu. 19. Pro qua primò facit: nam, ſoluto matrimonio per mortẽ vxoris, maritus agere non poteſt ad dotem ſibi per ſocerum promiſſam poſt eius obitum, l. cum pater 11. ff. de pact. dotal. cuius verba ſunt: *Cum pater dotem pollicitus fuerit, & paciſcatur, ne ſe viuo petatur, ne vt conſtante matrimonio dos petatur: ita pactum interpretandum Diuus Seuerus conſtituit, quaſi adiectum eſſet, ſe viuo: hoc enim ita accipiendum eſſe, contemplatione paternæ pietatis, & contrahentium voluntatis, vt & poſterior quoque pars cõuentionis ad vitam patris relata videatur, ne diuerſa ſententia fructum dotis ab oneribus matrimonij ſeparet: quodque indigniſſimũ eſſet, inducat, vt non habuiſſe dotem exiſtimetur.*

Secundo facit text. in l. fin. C. ſolut. matrim. iũcta gloſ. in verbo *vel promiſſa*, Nam cum textus dixiſſet, ſi conſtante matrimonio, maritus, fatali fuerit ſorte conſumptus, dos, quæ data dicitur, vel promiſſa ex eius vxoris facultatibus, ad eandẽ reuertatur, gloſ. in verbo, *vel promiſſa*, declarat, ideſt à promiſſione cœpiſſe: ſi enim tantum eſſet promiſſa, non repeteretur.

15 Tertio facit, quod vbi data fuit dilatio ad ſoluẽdum dotem, ſi interim vxor moritur, maritus non lucratur dotem, vt inquit

Digitized by Google

Phan. in tractat. de dote, in verbo, *inſtituenda*, num. 38. tom. 9. tractatuum fol. 412. pto quæ ſententia allegat Iaſ. per text. ibi in l. ſi donaturus §. 1. num. 8. ff. de condict. cau. dat. Ioann. Crot. in rub. ff. ſolut. matrim. Boëri. deciſ. 22. num. 40. Bald. conſ. 281. quod vir, vol. 1. in nouiſ. & vltra ſupradictos ita tenet nouiſſimè Gaſpar Theſaur. qq. foren. lib. 2. queſt. 75. num. 6. & Iacobus Thomingius deciſ. 29. nu. 29. vbi ita fuit deciſum; & hic eſt caſus noſter: Alios refert Mantic. d. lib. 12. tit. 5. qui non pertinent ad noſtrum.

16 Fuit igitur in dicto Regio Conſilio deliberatum, maritum, ſoluto matrimonio, agere non poſſe ad dotem, ſibi à ſocru poſt obitum promiſſam: quia leges, ſiue fori Regni Valentiæ non concedunt lucrum dotis maritis; Sed à principio forus antiquus 22. ſolut. matrim. diſponebat, maritum non poſſe conueniri ad dotis reſtitu-
17 tionem, vltra quam facere poterat, deducto ne egeret, & poſtea forus ſequens, nimirum 23. eiuſdem tituli diſpoſuit, bona immobilia, in dotem conſtituta, debere reſtitui abſque vlla retentione. Poſtea vero ad ſupplicationem Brachiorum Eccleſiaſtici, & Regij fuit factus actus Curiæ, de quo in c. 24. eiuſdem tituli, cum quo fuit diſpoſitum, vt bona immobilia æſtimata, vel non æſtimata, in dotem conſtituta, deberent, in quocunque caſu reſtitutionis dotis, vxori, vel eius hæredibus reſtitui, & quod maritus, prætextu paupertatis, non poſſet ea retinere, & ita Brachium Regium renuntiauit priuilegio maritali, ne poſſet conueniri vltra quam facere poſſet maritus, deducto ne egeret, & ob hanc cauſam in Regno Valentiæ ceſſat priuilegium maritale in plebeis, & tantum competit equitibus, & his, qui gaudent priuilegio militari, vt ſcripſi in deciſ. 39. num. 7. & 8. nam vt ibi dixi, ex quo dictus actus Curiæ, cap. 24. in rub. ſolut. matri. erat nedum Brachij Eccleſiaſtici, ſed etiam dicti Brachij Regij: in quo erant comprehenſi ciues honorati, & ob hanc cauſam nitebantur fieri milites, ſeu equites, vt poſſent gaudere dicto priuilegio maritali, cui Brachium militare non renuntiauerat. Idcirco, ad ſupplicationem Brachij Regij fuit conditus actus Curiæ, de quo in c. 25. eiuſdem tituli, cum quo fuit reſtitutum dictum priuilegium maritale ciuibus honoratis, nimirum his, qui proprijs manibus non laborabant, & dicta dote in eorum vita gaudere poſſent, & poſtea foro 26. eiuſdem tituli fuit ſancitum, vt milites, & ciues honorati, qui ad ſecundas conuolarent nuptias, tenerent reſtituere medietatem dotis, & aliam medietatem poſſent, eorum vita durante, retinere.
18 Et ita conſtat, tantum fuiſſe conceſſam per foros Regni retentio-

Digitized by Google

ſentionem dotis receptæ, non autem actionem ad petendum, ſoluto matrimonio, dotem poſt obitum promiſſam. Et ita fuit iudicatum in Regia Audientia, ſententia lata inter Michaëlem Ioãnem Serra, ex vna, & Ioannem Baptiſtam Cirera, parte ex altera, publicata per Nicolaum de Hona, die 26. Maij 1587.

Sed dubitatum fuit: an dictus Melchior Miquel conſequi poſſet alimenta, ſibi à ſoro promiſſa, ex quo dicta Eliſabeth Blaſco ſe obligauerat ad alendum generum, & filiam, ſecundum eorum qualitatem, ex qua promiſſione videbatur, genero ius quæſitum fuiſſe, ad conſequendum alimenta, vita eius durante: nam, vt inquit Thomas Grammaticus
19 decif. 101. num. 56. quando quis promittit genero, & filiæ alimenta, licet nõ declarauerit pro quo tempore, tamen inteliigatur, eorum vita durante, l. cum hi §. modus ff. de tranſactionibus, ibi *Conſtat enim alimenta cum vita finiri.* refert, & ſequitur Surd. de alimen. tit. 5. quæſt. 1. num. 14. & 15.

20 Sed contrarium fuit deciſum: nimirum non deberi alimenta genero, ex quo per mortẽ filiæ matrimonium erat ſolutũ, & intentio ſocrus promittẽtis generum, & filiam alere, fuit, donec matrimonium conſtaret, vt ad ſenſum patet, & inquit Lara in l. ſi quis à liberis §. non tantum, nu. 63. in fin. & num. 65. ff. de liberi. agnoſc. vbi poſtquã, n. 62. retulit dictã deciſionem Thomæ Grãmatici 101. n. 56. & iura per eũ relata, inquit, ea nõ probare Grammatici ſentẽtiam, & ſi bene perpendãtur, quæ ſcribunt Grammat. & Surd. ipſi non affirmãt, ſoluto matrimonio, alimenta genero deberi, ſed tantũ dicunt, promiſsionem præſtandi alimenta non extendi vltra vitam alimentarij, & non negant, quod ſcribit Lara, intentionem ſoceri, promittentis alere generum, & filiam, fuiſſe, vt alimenta præſtarẽtur, donec matrimonium conſtaret, & non amplius: hæc enim fuit cauſa preſtandi alimenta, quia durabat matrimoniũ, quo ſoluto, & ſic ceſsãtẽ cauſa, ceſſare debet promiſsio, l. Firmio 26. §. fin. in fin. ff. quando dies leg. ced. ibi: *Cæterũ ſi pecuniam annuã pater alimẽtis filij deſtinaßet, non dubiẽ, perſona deficiẽte, cauſa præſtandi videtur extincta.*

21 Ex quibus fuit reuocata ſententia dicti iudicis à quo, & declaratum, petitionem, per dictum Melchiorem Miquel poſitam, contra præfatam Eliſabetham Ioannam Blaſco non procedere, nec illi cõpetere actionem ad dotem, nec ad alimenta, & dictam Eliſabethã Ioannam Blaſco abſoluendam fore, prout fuit abſoluta, ſententia lata in Regia Audientia, referente Ioanne Hieronymo Blaſco, publicata per Franciſcum Paulum Alreus, Regij mandati ſcribam, die 29. Octobris, 1615.

DECISIO CLXXXXVI.

RESTITVTIO IN INtegrū ſatis dicitur petita, quādo petitur, ius, & Iuſtitiam miniſtrari, omni meliori modo, quo poteſt.

Reſtitutionem in integrum qui petere tenetur, ſatis dicitur, eius beneficium imploraſſe, quando petijt, ius, & Iuſtitiam ſibi miniſtrari, omni meliori modo, quo poteſt. Ita Gozadi. conſ. 28. num. 20. Anchar. Regien. quæſt. familia. lib. 2. q. 32. n. 11. Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſ. 66. n. 41. 2. par. Maceraten. reſolu. 48. n. 15. lib. 2. Et ita fuit declaratum in Regia Audientia, me referente, ſententia lata in fauorem Monaſterij Diui Auguſtini, ciuitatis Valentiæ, contra Ducem Gandiæ, publicata per Don Ioannē Daça, Regij mandati ſcribam, die 24. Auguſti 1613.

DECISIO CLXXXXVII.

APPELLATIO NON ADmittitur, nec quo ad effectum ſuſpenſiuum, nec quo ad deuolutiuum, à ſententia lata in fauorem creditoris, in cauſa executionis inſtatę pro pēſionib° cenſualis: ad declarationē legis Regni Valētiæ, & Pragmaticæ, ſiue Bullæ Regni Siciliæ.

1 APPELLARI non poteſt à

ſententia lata in fauorem actoris, in cauſa execution is, pro penſionibus cenſualium.

2 *Appellatio in cauſa exequutionis pro penſionibus cenſualis an ſit ſublata, quo ad effectum deuolutiuum, cogitādum reliquit Bellaga.*

3 *Appellationem tantum eſſe ſublatam, quo ad effectum ſuſpenſiuum, in cauſa exequutionis inſtatæ pro penſionibus cenſualis, probatur, & tenuerunt ſcribentes circa pragmaticam, ſiue bullam Siciliæ de cenſualibus num. 4. & ita fuit deciſū in R. Aud. Cathaloniæ nu. 5. Sed contrà num. 6. & 12.*

6 *Appellatio, vbi ſimpliciter prohibetur à lege, diſponendo, non poſſe appellari, cenſetur ſublata quo ad effectum ſuſpenſiuum, & deuolutiuum. Sed contrà num. 7.*

8 *Appellatio tollitur quo ad vtrunque effectum, ſuſpenſiuum, & deuolutiuū, cum prohibetur à lege facta à Principe cum conſenſu populi.*

9 *Appellatio poteſt renuntiari per pactum.*

10 *Appellatio prohibita per ſtatutū, ſiue actum Curiæ, cenſetur ſublata quo ad vtrumque effectum: & ita fuit deciſum cōcorditer per Locūtenentes Iuſtitiæ Aragonū, in electione iurisfirmæ, per actum Curiæ prohibitæ, num. 11.*

12 *Appellationem eſſe ſublatam, etiā quo ad effectum deuolutiuum, in cauſa exequutionis inſtatæ pro penſionibus cenſualis, fuit deciſum in Regia Audientia, num. 14.*

13 *Forus 58. de iure emphitheu. qui remouet*

remouens appellationem, non tollit defenſionem, quia reſeruat ius in iudicio ordinario.

1 LEX noſtri Valētiæ Regni, ſiue forus conditus Saguntiin Curijs ibidem celebratis per Regē Illefonſum Tertium, anno 1428. qui eſt for. 58. in ordine, in rub. de iure emphyteutico, diſponit, quòd à ſententia lata in cauſa executionis inſtatæ pro penſionibus cenſualis non poſsit appellari, recurſus interponi, reclamari, ſupplicari, vel peti correctio, vel aliud remedium intentari, & ſi à dicta ſententia de facto fuerit appellatum, per iudicem appellatio repellatur his verbis: *E hon algunes raons ſeran eſtades poſſades en lo proçes executori per empachar lo manamēt executori, è ſobre aquelles cōuendra lo juge pronunciar, ó pronunciara, ó declarara, lo dit manament executori valer, è eſſer valit en tot, ó en part: no obſtant les raons contra lo dit manament executori poſades, que de tal ſentencia no puxa eſſer appellat, recorregut, reclamat, ſupplicat, ò demanada correccio alguna, ans ſi appellacio, recors, reclamacio, correccio, ſupplicacio, ofici de Iutge, ò remey algū ſera eſtat poſat, ò poſada, demanat, ò demanada de tal pronunciacio, ò declaracio: de continent ſia per lo Iutge repellit, ò repellida.* Dubitatum fuit an appellatio cenſeatur denegata tantum quo ad effectum ſuſpenſiuum, an etiam quo ad effectū deuolutiuum. Et cum in cauſa executionis inſtatæ per Poloniā Balbas, & de Caldero viduam, vti curatricem eius neptis, filiæ, & hæredis Ioānis Baptiſtæ Caldero quōdā ciuis Valentiæ, cōtra dō Chriſtophorum Monſoriu, & de Centelles, vti detentorē rei ſpecialiter hypothecatæ in cenſuali, cuius virtute inſtabatur exequutio per Curiā Baiuliæ generalis Valentiæ: fuiſſet interloquutus Baiul' generalis, quòd habitis pro repulſis exceptionibus oppoſitis, procederetur ad vlteriora in executione. Et dictus D. Chriſtophorus reus conuentus à dicta interlocutoria ſententia appellaſſet, & dicta appellationis cauſa fuiſſet ad Regiā Audiētiā euocata, & cū prouiſione, ſiue interlocutoria, in alia Aula facta, die 3. Septembris 1614. fuiſſet dicta ſententia cōfirmata; & ab hac vltima prouiſione fuiſſet ſupplicatū ad aliā Aulam eiuſdem Regiæ Audiētiæ, in qua tunc exiſtebam, & cauſa ſupplicationis mihi fuiſſet cōmiſſa: hic articulus fuit, me referēte, diſcuſ-
2 ſus: an appellatio interponi poſſet, quo ad effectū deuolutiuum, quē cogitandū reliquit doctiſsimus Valētinus noſter Belluga in ſpeculo Principū Rub. 41. de materia cēſ. in §. leges Regni n. 51. ante medium, vbi refert rationes vtriuſque patris.

3 Et tantum eſſe ſublatā appellationem, quo ad effectū ſuſpēſiuū, ſuadetur ex eo, quod mens fori

(quæ attendi debet vt in l. ſcire
oportet §. oportet ff. de excuſa-
tionibus tutorum, & in l. non du
bium C. de legibus) eſt, quòd
repellatur appellatio ad illum ef-
fectum, quod per illam non im-
pediatur, vel retardetur execu-
tio, vt probatur in dicto foro 58.
fol. 123. col. 3. ad medium, ibi:
Sia per lo Iutge repellit, ò repellida,
è aquelles tals ab lo preſent repellim,
è aquelles, ò aquells no obſtant, lo dit
Iutge continue, è compleſca la dita
4 *execucio.* Et hanc ſententiam te-
nuerunt Petrus Follerius in tra-
ctatu cenſualium in §. tamquam
num. 42. & 48. tom. 6. tractat.
part. 2. fol. 158. vbi dicit, quod
tantum cenſetur remota appella-
tio, vt per eam non impediatur
exequutio, ſed bene admittitur,
quo ad deuoluendum cauſam ap-
pellationis ad ſuperiorem. Ean-
dem opinionem tenuerunt Be-
nedic. Bonius de cenſibus lib. 1.
artic. 79. num. 112. d. tom. 6. par.
2. fol. 175. Et Philip. de Pater-
nione, num. 25. cuius tractatus
eſt poſt librū Petri Gregorij de
cenſibus, Nicolaus Intrigliolus
ſuper bulla, & pragmatica cen-
ſualium, ſiue in tractatu de cenſi-
bus, quæſt. 16. vbi loquendo de
pragmatica, quæ eſt in Regno
Siciliæ, quæ tollit appellationē,
ſupplicationem, & recurſum ad-
uerſus executionem cenſus bulla
ris, his verbis: *Non audiatur ap-*
pellans, ſupplicās, vel recurrens, &c.
concludit, tantum tollere appel-
lationem quo ad effectum ſuſpen
ſiuum, non autem quo ad deuo-
lutiuum, & ibi alios allegat; &
ponderat pro hac ſententia tex.
in extrauaganti 1. propè finem,
de emptione & vend. ibi: *Ac*
ipſorum cenſuum venditores ad illo-
rum ſolutiones, remoto contradictio-
nis obſtaculo, obligari auctoritate Apo
ſtolica, tenore præſentium, ex certa
ſcientia declaramus, & in extraua-
ganti 2. §. nos igitur, eiuſdem ti-
tuli, quæ fuit facta per Valenti-
num noſtrum Calixtum Tertium
Summum Pontificem, in qua ex-
trauaganti legūtur ſimilia verba,
& ſic videtur ſentire, quòd tan-
tum appellatio remoueatur, quo
ad effectum ſuſpenſiuum, ne re-
tardaretur exequutio, non autem
quòd ſit remotum remedium ap-
pellationis, ad hoc vt iudex ad
quem poſsit examinare, an ſit in-
iuſta ſententia lata per eum, qui
pronūtiauit, mandatum executi-
uum, relaxatum pro penſionibus
cenſualis, deducendum fore ad
5 realem executionem. Eandē ſen-
tentiam videtur tenuiſſe Michaël
Ferrer, 3. part. obſeruantiarum
Cathaloniæ c. 38. in §. ſecundus
caſus, vbi ita dicit, deciſum fuiſ-
ſe in Regia Audiẽtia Cathaloniæ.
6 Sed his non obſtantibus, con-
trariam ſententiam fuimus ample
xi, declarando, appellationem
eſſe ſublatam, quo ad vtrumque
effectum, ſuſpenſiuum, & deuo-
lutiuum: quia dictus forus, ſiue
lex noſtri Regni ſimpliciter pro-
hibet

Digitized by Google

hibet appellationem, diſponen-
do, non poſſe appellari, ibi: *Que
de tal ſentencia no puxa eſſer appel-
lat:* quo caſu cẽſetur ſublata quo
ad vtrumque effectum, ſuſpenſi-
uum, & deuolutiuum, Decius in
rub. de appell. num. 7. quem re-
fert, & ſequitur Rolandus à Va-
lle conſ. 77. num. 17. lib. 2. Lan-
cellotus de attenta. 2. part. c. 12.
limit. 53. num. 58. tom. 5. tract.
7 nouiſsim. fol. 384. pag. 2. Sed
hæc ratio non videtur ſatis tuta:
quia in multis caſibus lex prohi-
bet appellationem, & tamen illa
admittitur quo ad effectum deuo
lutiuum, vt docet Couar. prac.
quæſt. cap. 23. num. 9. verſ. ter-
tium exemplum, & Menoch. de
adipiſcend. poſſ. remed. 4. n. 828.
8 Verior autem mihi ratio videtur,
quam tradit Valẽtinus noſter Be
lluga rub. 41. de materia conſ.
num. 51. his verbis: *Aduerte, nam
aliud eſt, appellationem prohiberi in
reſcripto: quo caſu, vt ſit ſtricti iuris;
& ſemper legitimæ exceptiones vidẽ
tur reſeruatæ, de offi. delega. cap. ex
parte: aliud, cum per legem commu-
nem per Principem, cum populi con-
ſenſu, factam: quia tunc, ex quo cõ-
cedens eſt Princeps, ad quem omnis
cauſa appellationis eſt deuoluẽda, &
omne tribunal eſt ſub eo; non eſt du-
bium, remotionem appellationis de iu
re valere, vt notatur de iure iurando
capitu. venientes, l. 1. §. ſi quis ff. à
quibus appellare non licet, & in cap.
fin. de appel. per Ioannem Andream
in nouella, & per Bart. in l. omnes
populi ff. de iuſtitia & iure: maximè
9 cum conſenſu populi: quin etiam ex
pacto poſſunt appellationi renuntia-
re, C. de tempo. appellatio. l. fin. de
cuius intellectu per Bald. in l. 1. C. de
pact. & ſic non eſt dubium, appella-
tionem eſſe ſublatam, quo ad omnem
eius effectum.* Et ita licet inferius
dictus Belluga ante verſiculũ in
ſubſequenter, hoc cogitandum
relinquat, hanc videtur ſequi ſen
tentiam, & ratio conuincit: nam
cùm interueniat conſenſus popu-
li, & omnium Brachiorum, qui
interuenerũt in Curijs celebratis
Sagunti, ſiue in oppido de Mor-
uedre, in quibus fuit factus dictus
forus 58. de iure emphytheu. in-
terueniet etiam lex facta per di-
ctum Regem Alfonſum tertium,
prohibens appellationem, cenſe-
tur, quo ad omnem effectum ſu-
10 blata, ſicut in ſimili dicitur, quod
vbi per ſtatutum prohibetur ap-
pellatio, cenſetur ſublata, quo
ad vtrumque effectum, ſuſpenſi-
uum, & deuolutiuum, Beniten-
dius deciſ. 17. num. 5. in fin. Io-
ſeph. Ludou. qui alios allegat,
deciſione Peruſ. 20. nu. 22. & 23.
Portoles ad Molinum, in verbo,
11 *deputati*, num. 23. 27. & 28. vbi
refert, fuiſſe deciſſum concordi-
ter per Locumtenentes Iuſtitiæ
Aragonum, actum Curiæ Regni
Aragonũ electionem iurisfirmæ,
quo ad vtrumque effectum, tolle-
re, & refert, ter ita fuiſſe iudica-
tum: quia dictus actus Curiæ, ne-
que appellationẽ, neque electio-

nem iuris firmæ, neque alium re-
12 curſum admittit. Et in noſtra ſpecie non admitti appellationem, nec quo ad effectum deuolutiuũ, fuit declaratum in Regia Audientia, referente doctiſsimo Don Petro Sans; qui poſtea fuit Regens Cancellariam in hoc S.S. Reg. C. prouiſione Regia publicata die 20. Octob. 1592. in fauorem Ioannis Ferrandis de Soto, contra Ioannem Tafoya, actuario, ſiue ſcriba proceſſus Alfonſo Blãc
13 notario. Nec mirum eſt, quod dictus forus remoueat appellationem, quo ad vtrumque effectum, cum referuet ius in iudicio ordinario, quod appellamus, *de requeſta*, vt dixi in deciſione 1. nu. 13. 14. & 15. vbi probaui, non tolli
14 defenſionem, ſed differri. Et ita fuit iudicatum, me referente, appellationem eſſe ſublatam quoad vtrumque effectum, & fuit pronuntiatum in hac cauſa, ſententia publicata per Don Ioannem Daça, die 1. Decemb. 1614. in fauorem Poloniæ Balbas, & de Caldero viduæ, & contra Don Chriſtophorum Monſoriu, & de Cẽtelles.

DECISIO CLXXXXVIII.

SENTENTIA QVANdo ferri poſsit non conformis libello, & quando totus proceſſus habeatur pro libello.

Additio libelli fieri non poteſt, parte contradicẽte poſt litem conteſtatam, niſi intra triginta dies, in Regno Valẽtiæ, nec ſententia ſuper contentis in dicta additione ferri, ſecus parte conſentiente.

1 C*ASVS, ſiue facti ſpecies.*
2 *Cauſa debent tractari, in Regno Valentiæ, abſque vlla figura iudicij, ſola facti veritate attenta.*
3 *Clauſula, ſola facti veritate attẽta, operatur, vt poſsit ferri ſententia non conformis libello.*
4 *Sententia poteſt ferri ſuper cauſa probata; licet non deducta in libello, quando proceditur, ſola facti veritate inſpecta, vt quando proceditur ſummariè, nu. 5. declaratur, num. 8.*
5 *Sũmariè vbi proceditur in cauſa, poteſt ferri ſententia ſuper eo, quod ex actis reſultat.*
6 *Additio non poteſt fieri libello poſt litem conteſtatam, niſi intra triginta dies, & ita fuit iudicatum. num. 12.*
7 *Libello poteſt addi in Regno Valentiæ poſt triginta dies, parte conſentiente.*
8 *Sententia poteſt ferri in fauorem actoris, ſi vnam cauſam allegauit, aliam probauit, circa eandem rem petitam, ſecus tamẽ circa diuerſam rem, reo contradicente.*
9 *Appellationis Iudex, etiam in cauſis ſummarij, non poteſt cognoſcere de alia re, de qua non fuit actum in prima inſtantia, contradicente reo.*

10 *Appel-*

10 *Appellationis in cauſa poteſt co-*
gnoſcere Iudex, parte non contra-
dicente, de alia re, de qua non fuit
actum in prima inſtantia, & ita
fuit iudicatum in Regia Audien-
tia, & in Conſilio Neapolitano.
11 *Sententia lata in cauſa appellatio-*
nis, ſuper re diuerſa ab ea, quæ fuit
petita in prima inſtantia, ſuſtine-
tur, quando pars conſenſit, ſuper ea
fieri probationem.

1 SYNDICVS, & Procura-
tor Hoſpitalis generalis ci-
uitatis Valentiæ, & Syndi-
cus, ſeu Procurator conuentus,
& Monaſterij Virginis Mariæ de
Ieſus Ordinis ſancti Franciſci,
conſtructi extra mœnia eiuſdẽ ci-
uitatis, die 14. Maij 1604. ſuppli-
catione, ſiue libello ſupplicum
precum, oblato in Sacra Regia
Audientia Valẽtina ſupplicarũt,
virtute fideicommiſsi, Clerum
Eccleſiæ Parrochialis Sancti Mi-
chaëlis Archangeli eiuſdem vr-
bis condemnari, ad relaxandum
vacuam, & expeditam poſſeſsio-
nem cuiuſdam domus, ſimul cum
fructibus perceptis, & percipien-
dis, & multo poſtea, addendo di-
cto libello, fuit prætenſum, quòd
caſu, quo dicta domus in perpe-
tuum extracta à fideicommiſſo iu-
dicari deberet, pretium tamen, &
valor ipſius, ex bonis Michaëlis
Hieronymi Noya, fideicommiſſo
grauati, & in eius hæreditate reca-
dentibus ſolui debebat. Et per
conſequens dictus Clerus vti ſuc-
ceſſor dicti Noya, fideicommiſſo
grauati, debebat ſoluere dictum
pretium, ſeu valorem. Pro parte
dicti Cleri rei conuenti fuit op-
poſitum, non poſſe agi de pre-
tio, ſeu valore: quia actio à prin-
cipio intentata fuerat mere realis
petitionis dictæ domus, & addi-
tio dicto libello facta fuerat poſt
triginta dies, & multò plures, pe-
tendo pretium, ſeu valorem, &
ſic rem penitus diſtinctam: Dubi-
tatum fuit: an ſimul declarari de-
beret ſuper dicta domo, & mer-
cedibus illius, caſu quo petitio
domus non procederet, ſuper
pretio, ſeu valore illius.

Prima facie videbatur, poſſe
etiam declarari ſuper pretio, ſeu
valore, de quo in additione libel-
2 li: quia in Regno Valentiæ iux-
ta foros 5. & 6. de clamo non mu-
tando in cauſis proceditur abſq;
vlla figura iudicij, ſola facti veri-
tate attenta, Clemen. ſæpe de ver-
3 borum ſignifica. & vbi procedi-
tur abſque vlla figura iudicij, ſo-
la facti veritate inſpecta, poteſt
ferri ſententia non conformis li-
4 bello, & ſic ſuper cauſa probata,
licet non deducta in libello, ita
Cachera. deciſione Pedemonta-
na 1. num. 21. poſt Alexan. quem
allegat, conſ. 6. num. 2. vol. 3. &
in l. ſi ſtipulatus §. Chryſogonus,
nu. 8. ff. de verbo. oblig. Menoch.
de arbitra. lib. 1. quæſt. 31. num. 5.
Maranta. de ordine iudiciorum,
4. part. diſtinct. 9. an iudex ſit cõ-
petens n. 33. Grammat. deciſ. 62.
num. 29.

Digitized by Google

5 num.29. & quod vbi proceditur ſummariè, poſsit ferri ſententia ſuper eo,quod ex actis reſultat,tenuit Rota Rom. vt per Cæſarem de graffis, deciſ.3. tit.de ſolutionibus, aliàs 148. incipiente,prima,num.4. in fin. & num. 5. & in deceſionibus nouiſsimis Rotæ,ſiueDiuerſarum deciſ.256.num.2. in fin. & num. 3. & 7. par. 1. qui alios allegant: Vnde licet dicti actores à principio domũ petierint, tamen cum ex meritis proceſſus conſtet, dictum Clerum reum conuentum dictum pretiũ ſoluere teneri, debet ad illius ſolutionem condemnari.

Sed contrarium fuit deciſum: nimirum non deberi in hoc iudicio declarari circa pretium, ſed ius eſſe reſeruandum dictis actoribus ad pretium, ſeu valorem dictæ domus, & intereſſe illius, in
6 alia debita inſtantia: quia iuxta forum 3. de clamo non mutando additio non poteſt fieri libello niſi infra 30. dies poſt litem conteſtatam: vnde cum habeamus legem Regni, hoc decidentem,illi eſt ſtandum, parte ſcilicet contra
7 dicente, ſecus tamen ſi pars conſentiat, etiam poſt 30. dies,dictã additionẽ libello fieri:tunc enim ſi de deductis in additione fuit cognitum,parte non opponente, benè poteſt ſuper eis declarari;& ita praxis obſeruat.

Nec obſtant in cõtrarium ad-
8 ducta: quia quod dicitur,actorem poſſe obtinere,ſi vnã cauſam allegauit,& aliam probauit intelligitur circa eandem rem petitam,veluti ſi peto centum mihi debita, ex cauſa mutui, & probo mihi deberi, ex cauſa depoſiti, vel legati: tunc enim quia petitio rei petitæ iuſtificatur ex alia cauſa probata, debet ferri ſententia pro actore circa eandem rem petitam, ſecus tamen eſt, ſi diuerſa res in eodem iudicio petatur,reo contradicente, vt in caſu noſtro: quia in libello fuit petita domus, & multo poſtea fuit petitum illius pretiũ, & ſic res diuerſa: tunc enim debet ferri ſententia conformis libello, reſeruato iure actori in alio iudicio: facit in ſimili; quod ſcribit Sigiſmun. Scaccia. de appellationibus lib.3.c.2.quæſt.11.
9 num. 33. pag. 185. vbi ait. quòd etiam in cauſis ſummarijs nõ poteſt fieri proſequutio appellationis in alia re,quam in re petita,& iudex cauſæ appellationis nõ poteſt cognoſcere de eo, de quo nõ fuit actum in prima inſtantia, vt
10 probaui deciſ.42. lib. 1. niſi de alia re fuit actum, & cognitum in cauſa appellationis,reo non contradicente, veluti ſi intereſſe, de quo non fuit actum in prima inſtantia, fuit petitum in cauſa appellationis, reo non contradicẽte, poteſt iudex appellationis de eo cognoſcere,& iudicare, & ita fuit deciſum in Regia Audientia Valentina, in fauorem Martini Mena,& Vincentij Nauaſquillo, contra Don Ioannem Baptiſtam

Bergada

Bergada curatorem filiorum, & hæredũ Petri Pauli Bergada, ſententia publicata per Don Ioannem Daça, die Semptembris 1617. Et ita etiam fuit deciſum in Conſilio Neapolitano, vt ait Afflict. deciſ. 155. num. fin. & ita inquit Scaccia, d. quæſt. 11. nu. 33. verſ. Ad adducta, pag. 186.

11 poſſe ſuſtineri ſententiam, reo nõ contradicente: quia tunc ſi fiat probatio ſupeſtre diuerſa, videtur mutari petitio de conſenſu rei: vnde iudex non dicitur ferre ſententiam ſuper re non petita, ſed ſuper petita; quod ſi reus cõtradicat, iudex non debet admittere illam mutationẽ, quin actor prius recipiat expenſas, quia ſicut in ordinarijs libellus non poteſt mutari, ſeu emendari poſt litem conteſtatam, niſi refectis expenſis, ita neque in ſummarijs.

12 Ex quibus fuit declaratum in dicta Regia Audientia, referente nobile don Marco Antonio Siſternes, ex quo fuerat intentata actio mere realis, petendo domum, vnà cum fructibus, nec pretium in libello fuit petitum, nec ſuper eo iura diſcuſſa, actionem intentatam non procedere, ſilentium actoribus imponendo, reſpectu dictæ domus. Reſeruando ius, ſi quod eis competebat, ad pretium, ſeu valorem dictæ domus, & intereſſe illius, in alia debita inſtantia. Et ita fuit pronuntiatum, ſententia lata in fauorem dicti Cleri Sancti Michaelis, cõtra Syndicos Hoſpitalis generalis, & Monaſterij de Ieſus, publicata per Franciſcum Paulum Alcus, die 24. Septembris 1612.

DECISIO CLXXXXIX.

FILIVS VALENTINI conceptus in regno, natus caſu extra illud, habetur pro vere nato, & gaudet his omnibus, quibus gaudent naturales vere nati in eodem Regno.

1 *CASVS.*

2 *Beneficia Eccleſiaſtica, nec penſiones Eccleſiaſticas iuxta motum propriũ Sixti V. non poſſunt in Regno Valẽtiæ obtinere niſi tantum hij, qui ſunt vere nati, & non ficte in dicto Regno.*

3 *Forus Valentiæ confirmauit motum proprium Sixti V. conceſſum in fauorem Valentinorum, vt vere nati, & non ficte, in eo poſſint obtinere beneficia Eccleſiaſtica, excepto duntaxat Patronatu Regio.*

4 *Natus extra ciuitatẽ tempore peſtis fingitur natus in ciuitate, à qua mater aufugerat propter peſtem.*

5 *Statutum diſponens, vt nullus poſſit eſſe Conſul, vel admitti in Collegium, niſi natus in ciuitate, vel originarius, natus alibi caſu poterit eſſe Conſul, vel de Collegio.*

6 *Conceptus in loco domicilij, & natus alibi caſu habetur pro nato in loco domicilij.*

7 *Natu-*

7 *Naturalis regni dicitur in Caſtella, qui fuit natus ex patre Caſtellano, quanuis ſit natus extra regnũ, patre exiſtente in regio ſeruitio, vel in tranſitu in loco, vbi pater non contraxit domicilium.*

8 *Originarius dicitur, quando illius pater, vel maiores originem ex eo loco traxerunt, etiam ſi alibi naſcatur.*

9 *Ficte dicitur natus in loco, qui in eo fuit conceptus, & qui natus fuit extra locum ex ciue originario alibi magiſtratum gerente.*

10 *Fauore alicuius introductum, non debet in eius odium retorqueri.*

11 *Legis verba amplexus contra legem facit, ſi contra eius nititur voluntatem.*

12 *Habilitati in curijs, ſiue publicis comitijs, poſſunt habere beneficia, quæ ſolum conceduntur vere natis in regno.*

13 *Filij equitum naturalium regni, extra illud nati habentur pro vere naturalibus, & gaudent his omnibus, quibus vere naturales eiuſdem regni.*

14 *Naturalis vere, & non ficte habetur filius Valentini conceptus in regno, & extra illud natus, quando pater deceſſit animo redeundi.*

1 PETRVS Vincentius del Prado, præsbyter, filius legitimus, & naturalis Michaëlis del Padro originarij Valentiæ Regni fuit in ciuitate Valentiæ conceptus, & ſex mẽſibus elapſis, poſtquam patres eius diſceſſerũt à dicto Regno, natus fuit in loco de Figueruelas Regni Aragonũ, & pater diceſsit à dicto Regno animo redeundi, dictus Petrus infantili ætate fuit reuerſus ad dictam ciuitatem, in qua fuit educatus, & continuo habitauit. Dubitatum fuit, an ſit vere naturalis: ita vt fruatur his omnibus, quibus gaudent nati vere, & non ficte in dicto Regno, præſertim ad obtinẽdum beneficia Eccleſiaſtica eiuſdem Regni.

2 Nam Sixtus V. Pontifex maximus, cum ſuo motu proprio, datum Romæ apud Sanctũ Marcum anni Incarnationis Domini 1587. Nonis Septembris, qui eſt inſertus in foro 127. Curiarum, anni 1604. Ita diſpoſuit: *Hac noſtra in perpetuum valitura conſtitutione, ſtatuimus, & ordinamus, quod ex nunc deinceps perpetuis futuris tẽporibus omnia, & ſingula beneficia Eccleſiaſtica in vniuerſo Regno Valentiæ huiuſmodi, nunc, & pro tempore conſiſtentia, etiam ſi Canonicatus & præbendæ, dignitates etiam maiores, poſt Pontificales, & principales perſonatus, adminiſtrationes, & officia etiam curata, & electiua in Metropolitana, & alijs Cathedralibus, ac Collegiatis Eccleſijs, nec non Parochialis Eccleſiæ, ſeu earum perpetuæ Vicariæ in Romana Curia, vel extra eam litigioſa, & de iure patronatus, etiam Regum, Ducum, vel aliorum Laycorum etiam Nobilium, & Illuſtrium, ſeu eorum, ac Clericorũ mixtim* 1

tim etiam ex fundatione vel donatione, aut indulto Apoſtolico, ſeu alia quomodolibet qualificata ſint, vel fuerint: & inferius ibi: *ſolis indigenis dicti Regni, vere, realiter, & non ficte in eo natis, & naſcituris affecta, & debita, praedictique alienigenæ ad huiuſmodi beneficia in titulum, commendam, adminiſtrationem, vel alias quomodolibet obtinedum, aut illorum fructus, redditus, prouẽtus, iura, obuentiones, diſtributiones, & emolumenta quæcunque, ſeu ſuper eis penſiones annuas percipiendum omnino inhabiles, ac incapaces, &c.*

3 Qui motus proprius fuit confirmatus in dicto foro 127. ad ſupplicationem trium Brachiorum, ſiue Stamentorum Regni Valentiæ, excepto duntaxat Patronatu Regio, & ita ſeruatur vti lex generalis in dicto Regno.

4 Pro parte dicti Petri Vincentij Prado conſiderabatur, quod ſcribit Ripa in tractat. de peſte. in tit. de priuilegijs contractuum cauſa peſtis, num. 181. cum duobus ſeqq. quòd natus extra ciuitatem, tempore peſtis, fingitur natus in ciuitate, à qua mater aufugerat propter peſtem, l. huiuſmodi 84. §. legatum de leg. 1. per quam, Petrus, Cynus, Bald. Nicolaus de Neap. & Paul. de Caſtro inferunt ad ſtatutum diſpo-

5 nens, nullum debere admitti in Collegium, niſi ſit natus in ciuitate, vel niſi ſit ciuis originarius, vel quod nullus poſſit eſſe primus Conſul, niſi ſit originarius ciuis, vt Auinionenſi ſtatuto cauetur: an natus alibi caſu poterit eſſe Conſul, vel de Collegio, reſpondent ipſi, quòd ſic, per illum textum: nec obſtat textus in l. ciues C. de incolis lib. 10. quia loquitur in nato in loco, in quo parentes conſtituerũt domicilium, nos loquimur in nato alibi caſu, ſecundum Bart. in l. filios C. de municipijs, & originarijs, ibi tamen Bart. non auſus fuit, hanc deciſionem firmare, ſed Ioannes de Platea ibi audacter eam approbat: quia mater, quæ animum reuertendi habebat, fingitur ſemper fuiſſe in ciuitate, l. 1. & l. retrocreditur ff. de capti. & poſtliminio reuerſis, & ſic fingitur peperiſſe in ciuitate, vnde aufugit, ſequitur Panor. in cap. Rodulphus de reſcrip. & ibi Felin. atteſtatur, ita fuiſſe practicatum in ſua perſona, cui caſualis origo fuit ex Felina oppido Regiẽſi, origo verò vtriuſque parẽtis ex Ferraria vrbe, in qua viget huiuſmodi ſtatutum, quo non obſtãte, fuit receptus in Collegium per prædicta, idem expreſſe determinat Lancellotus Dec. in l. hæres abſens §. pro inde ff. de iudicijs, dicens, quod iſta opinio eſt communis ſecundum Auguſtinum de Arimin. in d. §. legatum, adducit deciſionem Bart. in l. 1. ff. ad municipalem, vbi vult, quod commitatenſis, qui non caret omnimoda ciuilitate l. qui ex vico ff. ad municipales, natus in ciuitate ſua

ſua caſu non efficiatur ciuis, multo minus ergo efficiatur ciuis nõ comitatenſis, ibidem natus, & cõſequenter remanebit originarius ciuis ciuitatis, à qua aufugit mater, & vbi parentes habebãt domicilium. Et idem Ripa, vbi ſu-
6 pra d.nu. 183. verſ. quid tenendum, hãc opinionem dicit communem, & ſibi videri veram ſi filius fuit conceptus in loco domicilij, & natus alibi caſu, quia vbi agitur de fauore filij, conceptus habetur pro nato, l. qui in vtero ff. de ſtatu hominum, ibi: *Qui in vtero eſt, perinde ac ſi in reb⁹ humanis eſſet cuſtoditur, quotiens de commodis ipſius partus quæritur*, & hic videtur caſus noſter.

Secundo, pro eadem opinio-
7 ne facit, quòd ſcribit Bernardus Diaz de Luco, in practica criminali canonica cap. 54. num. 23. & 27. vbi explicando, qui ſit exterus, quiſue Regnorum naturalis dicatur, refert Regiam legem Caſtellæ 19. tit. 3. lib. 1. Ordina. noui: ita dicentem: *Ordenamos, y mandamos, que aquel ſe diga natural, que fuere nacido en eſtos Reynos, y hijo de padres que ambos à dos, ò alomenos el padre nacido y natural en eſtos Reynos, ò aya contraydo domicilio en ellos, y demas deſto aya viuido por tiempo de 10. años, con que ſi los padres ſiendo ambos, ò alomenos el padre nacido, y natural en eſtos Reynos, eſtando fuera dellos en ſeruicio nueſtro, ò por nueſtro mandado, ò depaſſo, y ſin contraher domicilio fuera deſtos Reynos; huuieren algun hijo fuera dellos, eſte tal ſea auido por natural deſtos Reynos; y eſto ſe entienda en los hijos legitimos y naturales, ò en los naturales ſolamente. Pero en los eſpurios diſponemos, y mãdamos, que las qualidades, que conforme a lo ſuſodicho diſpueſto ſe requieren en los padres, ayan de concurrir, y concurran en las madres*: & num. 27. ait quod dicta lex diffinit naturalem eſſe, qui ex parentibus naturalibus horum Regnorum natus fuit extra Regnum in tranſitu, quando parentes non habebant animum conſtituendi ibi domicilium, dicatur naturalis, & de Iure Cæſareo probatur in l. filios C. de municip. & origina. cuius verba ſunt: *Filios apud originem patris, & non materna ciuitate, & ſi ibi nati ſunt, ſi modo domicilij retineantur, ad honores ſeu munera poſſe compelli explorati iuris eſt*. Et ibidem multos DD. ad id allegat Bernardus Diaz vbi ſupra.

Tertiò facit, quod ſcribit Ma-
8 ſcard. de probatio. conclu. 1141, num. 8. vbi ait, quòd alicuius origo probatur, quòd illius pater, vel maiores originem ex eo loco traxerunt, cuius ipſe ſe originarium probare contendit: filius enim retinet originem ſui patris, ac etiam ſi alibi naſcatur, ita tenet gloſ. inſignis in cap. 1. §. 1. in verbo, alienigenas. de vſuris in 6. & probatur in d. l. aſſumptio §. filius ff. ad municipa. ſic aſſeruère gloſ. Bart. & cæteri in l. libertus

§. patris,

§.patris,& in l.1. ff.eo. & in d. l. origine cū l. ſeq. C. de municip. & origi.lib. 10.& in d.l.ciues C. de incol.eo. lib. 10. & in rub. C. eodem ad munici. d.lib. 10.& in d.l.filios vbi ſcrib.ad idem reſpō dit Bald. in conſ. 294. iſta cauſa vol. 4. cui adhæret,alios in hanc rē referēdo,Cepha. in conſ.246. Magnif. dom. Galeatius Plateſius n.1. vol.2. & vt late id comprobat Boeri. in d.deciſ.13. n.5. & ſeqq. ac cæteri ſupra relati:hactenus Maſcard.

9 Sed hæc omnia locum habere nō poſſunt in caſu noſtro: quia licet,qui in vtero eſt,habeatur pro nato, & natus extra domiciliū ex ciue originario, alibi magiſtratū gerēte,fingitur nat⁹ in domicilio, & pariter cēſetur natus in ciuitate,à qua mater aufugerat propter peſtē,aut propter bellicos tumultus,vt inquit Ioan.Baptiſt Coſta. in tract. de retrotractio. c.2. monito 4.n.12.& 13. hoc tamē eſt fictè,vt ibi dicit.Et motus propri⁹ Sixti V. ſupra relatus requirit,vt vere,realiter,& non fictè ſint nati in dicto Valentiæ Regno, & ita non poſſunt applicari ſupra adducta.

Nihilominus tamen fuit deliberatum in Regio Cōſilio, dictū Petrum Vincentium del Prado Præsbyterū conceptū in Regno filiumq; originarij illius, licet natū extra Regnū, quando pater diceſſerat animo reuertēdi,gaudere his omnibus,quibus gaudēt nati, verè, & nō fictè in dicto Regno: nam Sūmus Pontifex cōceſsit dictā Bullā,motu proprio,in fauorē Valentinorū, & in eorū odium retorqueretur,ſi filij eorū,qui in Regno fuerūt cōcepti, & caſu extra illud nati fuerunt,non gauderent
10 his,quibus gaudēt verè naturales & quod fauore alicuius introductū eſt, nō debet in eius odiū retorqueri,l.quod fauore C. de legibus,& licet verba dicti motus proprij videatur repugnare:tamē mens illius quadrat huic intelle-
11 ctui,& nō eſt dubium,in legē facere eū, qui verba legis amplex⁹, cōtra legis nititur volūtatē, l. nō dubiū C.de legibus,&corroboratur hic intellect⁹ ex eo, quod idē Sixtus V. Sūmus Pōtifex dictum motū propriū, ſeu Bullā declarauit,vt nedū procederet in vere na-
12 tis,ſed etiā in his,qui fuiſsēt habilitati in cōmitijs publicis,ſiue curijs eiuſdē Regni,cū declaratione facta Romæ 4.Idus Septē. 1587. Ita vt ſi cōſenſus Regni accederet,licet eſſet extraneus, pro vere nato in Regno haberetur. Voluit enim ſua Sāctitas Regno conſulere,& eius volūtatē in hoc ſequi, & ita merito in occurrenti caſu: quia volūtas Regni eſt fauere ei⁹ naturalibus,& in eiſdē Curijs anni 1604. in c.5. actuū Curiæ Brachij militaris f. 6. fuit diſpoſitū, vt de cætero filij natorū in eodē regno,licet nati eſsēt extra illud, haberētur pro verè naturalib⁹,& gauderēt omnibus prærrogatiuis

Priuilegijs & exéptionibus quibus gaudent, & gaudere poſſunt vere naturales eiuſdem Regni.

13 Ex quibus merito declaratum fuit in Regia Audientia in proceſſu facto, me referente, cũ citatione ſiue iniunctione Syndicorũ trium Brachiorũ Regni, dictũ Petrum Vincẽtium del Prado præſbyterũ gaudere debere his omnibus, quibus gaudent nati verè & non fictè in dicto Regno, & ita fuit pronuntiatũ ſententia publicata per Franciſcum Paulum Alreus, Regij mandati ſcribam, die 22. Iunij 1617.

DECISIO CC.

POENA DVPLI A FORO introducta, contra petentem in iudicio quantitatem, ſibi ſolutam, executa fuit contra aliquos, ſed locum non habet in caſibus hic relatis.

1 *DVPLI pœna iuxta forũ Regni Valentiæ tenetur, qui quantitatem ſibi ſolutam iudicialiter petit, ſi de hoc fuit conuictus: fallit nu. 3. 4. & 6.*

Forus 11. ſiue fin. de condic. indebiti imponit pœnam dupli petenti debitum ſibi ſolutũ, quod applicatur reo conuicto.

2 *Pœna dupli executa fuit cõtra aliquos cũ Regijs ſentẽtijs hic relatis.*

3 *Pœnam dupli à foro introductam locum non habere contra eum, qui confeſſus eſt debitũ ſibi ſolutũ, fuit declaratum cum Regia ſententia.*

4 *Dolo ceſſãte, ceſſat etiã pœna dupli.*

5 *Notarius præſumitur ſolutus de ſalario inſtrumẽti, de quo fuit rogatus, ſi tale inſtrumentũ reperitur authenticũ abſque vlla proteſtatione penes eum, à quo petitur ſalariũ.*

6 *Inſtrumẽtum ſi fuit in papyro traditum authenticum abſque proteſtatione ſalarij non ſoluti, non incidit in pœnam dupli notarius petens illius ſalarium, ſi aliter non cõſtat de ſolutione, quam per præſũptionem reſultantẽ ex dicta traditione, & ita fuit iudicatum.*

1 IVxta legẽ noſtri Regni, nimirum iuxta forũ finalẽ de condic. indeb. fol. 95. ſi quis iudicialiter petat quantitatẽ ſibi ſolutã, & de hoc fuerit in iudicio conuictus, debet in duplũ condemnari, & hoc duplũ applicatur ei, à quo indebita quantitas fuit petita, & hæc appellatur vulgo, *pena de la dobla*, & hæc pœna execu-

2 ta fuit cõtra Petrũ Pallares, olim Vincentiũ Anaſtaſium Simo, ſẽtentia pub. per Franciſcũ Paulũ Alreus die 20. Feb. 1593. in fauorẽ Baptiſtæ Agoſt curatorio nomine hæredum Ioannis Puig, & ita pronuntiaui in cauſa mihi cõmiſſa ad decidẽdũ ſẽtẽtia Regia lata in fauorem Geneſij Almodouer ciuis Oriolę cõtra Auguſtinũ Pellegero Agricolã ciuitatis Setabis pub. per Hieronymũ Sans Regij mãdati ſcribã die 17. Octob. 1611. facit authentica cõtra qui propriam C. de non nume. pec. ibi: *Vel numerationẽ inficiatur cõuictus in duplum condemnatur.*

Hæc

3 Hęc tamen pœna dupli locum
non habet, vbi tantum per con-
feſsionē partis conſtat de ſolutio
ne, dicta authentica qui propriũ,
ibi: *Niſi ſacramento illato confiteatur.* Ita fuit declaratum in fauorē
Barnabę Beltran, contra Vincen-
tiũ Paſtor, Hieronymum, & Mi-
chaëlē Moſcardo, & alios, ſentē-
tia lata, Doctore Sola referēte, pu
blic. per Ludouicũ de Berbegal,
4 die 22. Martij 1603. Et ratio po-
teſt eſſe: tũ quia forus requirit ad
inducendam dictã pœnam, vt cō
uincatur per teſtes, vel per inſtru
mentũ publicũ, & quia ſumus in
materia odioſa exactionis pœnæ,
quæ reſtringi debet: tũ quia non
cōſideratur ita dolus in recogno
ſcente ſolutionē per propriã cō-
feſsionem, ac in eo, qui ſemper
negauit, & conuictus fuit teſti-
bus, vel inſtrumento.

Fallit etiam, vbi quis aliqua oc
caſione poteſt excuſari à dolo; eo
enim ceſſante, debet etiã ceſſare
pœna dupli, vnde cũ Ioãnes Hie
ronym⁹ Folch not. oppidi Caſtil
lionis planiciei rogatus à Ioanne
Ferrer, recepiſſet quædam inſtru
menta, & ea tradidiſſet in papyro
ſcripta abſq; proteſtatione ſala-
rij, & mortuo dicto Ioãne Ferrer
ab eius hærede petijſſet ſalaria di
ctorũ inſtrumentorum, & hæres
allegaret ſolutionē, quam dictus
Folch negauit, ex quo inſtrumē-
ta reperta fuerunt abſque prote-
ſtatione ſalarij penes dictũ hære-
5 dem, pręſumitur ſolutus de dictis
ſalarijs iuxta forum 43. de nota-
rijs, & iuxta forũ 106 curiarum
anni 1585. fuit condemnatus di-
ctus Folch notarius cũ ſententia
lata per Locũtenentem Gerentis
vices Gubernatoris in Regno
Valentiæ vltra Vxorē in pœnam
dupli valoris dictorum ſalariorũ,
quæ ſententia in gradu appella-
tionis fuit confirmata cum alia la
ta in R. A. pub. per D. Ioannem
Daça, die 7. Februarij 1615. à
qua cum dictus Folch ſupplicaſ-
ſet ad aliam Aulã eiuſdē Regiæ
6 Audientiæ, & mihi cauſa fuiſſet
commiſſa, viſum fuit Regio Con
ſilio, dictũ Folch fore à pœna du
pli abſoluendum, quia dicta in-
ſtrumenta non fuerũt reperta ſcri
pta in membranis, vt vulgo dici-
tur, *en forma*, quo caſu à cōmuni-
ter accidentibus ſolet ſemper ſol
ui ſalariũ notario, ſed tantum in
papyro, & hoc caſu ſæpius nota-
rij, etiam non ſoluto ſalario, in-
ſtrumēta tradunt ſpe futuræ ſolu
tionis, & forus 43. de notarijs, li-
cet vtroq; caſu præſumat, ſalariũ
fuiſſe ſolutum, tamē tantũ impo
nit pœnã, quãdo in mēbrana fuit
traditũ, ibi: *Que haja ell llimat en
forma*, hoc eſt, in mēbrana, & licet
illa præſũptio, quod nō fuit pro
teſtat⁹ not. de ſalario ſufficiat ad
illum excludendum à petitione
ſalarij, non tamen ad illum con-
uincendum de dolo, vt in pœ-
nam dupli debeat condemnari: in
penalibus enim debet fieri ſtri-
cta interpretatio, & ita reuocaui-

Digitized by Google

mus ſententias cōdēnationis pœnæ dupli dictū Folch, ab ea abſoluēdo ſētētia publicata per D. Ioānē Daça die 22. Octob. 1616.

DECISIO CCI.

PVPILLVS REGVLARITER non poteſt educari penes matrem, quæ vitricum ei induxit: fallit tamen, quando iudici contrariū vtili' eſſe videtur.

1 *Educatio pupillorum matri eorum, ſi non vitricū eis induxerit, committenda eſt.*

L.19.tit.16.par.6.diſponit, pupillū penes matrē poſſe educari, ſi nō tranſit ad ſecundas nuptias, cuius legis materia tractatur in hac deciſione 202.

2 *Forus 10. in rub. ſi ſecundo nupſe. mulier diſponit, pupillos mortuo patre, penes matrem eſſe educādos, & mortua matre, penes patrem: ſi tamen ad ſecundas conuolauerint nuptias, nō eſſe penes eos educādos, ſi dicti pupilli, vel eorum coniūcti voluerint, & num. 17. qui forus declaratur in hac deciſ. 202.*

3 *Pupillis quod magis expedit circa eorum educationē ſtatuere debet prætor, etiam ſi à voluntate patris recedat.*

L.1.ff. vbi pupillus educ. deb. verba referuntur, & illa declarantur in hac deciſione 202.

4 *Iudicis arbitriū multū verſatur circa hoc vbi pupillus morari, vel educari debeat.*

5 *Arbitrium iudicis debet eſſe regulatum à iure communi ſcripto, vel non ſcripto, ſed approbato, & non arbitrio ſui capitis.*

6 *Iudex circa hoc, vbi pupillus educari debeat, debet eſſe ſeuerus, & rigoroſus, & nō gratioſus: nec moueri debet lachrymis matris, nec tutorū blāditijs, ſed ſolū vitæ meritis.*

7 *Pupilli apud quē educari debeāt ex ſingulorū affectione æſtimādū eſt.*

8 *Matri, & auiæ educatio pupilli deferenda eſt, cum nullus amor vincat paternum.*

9 *Educatio filiorum per Conſilium Neapolitanum fuit conceſſa matri, quanuis tranſierat ad ſecundas nuptias, & per R.A. infra n.27.*

10 *Pupillus educari poteſt penes matrem, quæ nō eſt ſucceſſura filio, vt puta: quia haberet ſubſtitutum, etiā ſi vitricum induxit, ſi ipſa, & vitricus eſſent honeſtæ vitæ.*

11 *Iudex in dubio non debet arbitrari, filios alendos eſſe penes matrem ad ſecunda vota tranſeuntem, niſi appareat de circunſpectione, & bonis moribus matris.*

12 *Pupilli non poſſunt educari penes ſubſtitutū propter ſpē ſucceſſionis, & ſuſpitionem ex eo reſultantem.*

13 *Suſpitio, quæ reſultat cōtra ſubſtitutū ex ſpe ſubſtitutionis, vt apud eum pupillus educetur, an procedat in fratre.*

14 *Educari poteſt pupillus apud ſubſtitutum, quando eſt valde legalis. Sed cōtraria opinio eſt cōmunis*

15 *Educari poti' debet pupillus penes matrē honeſtā (licet ſecūdo nupſerit) quādo non habet ſpē ſuccedēdi,*

Digitized by Google

di, quã penes fratrem ſubſtitutũ.

16 Pupillus ex cauſis hic relatis poteſt penes matrem educari, quãuis tranſiuit ad ſecundas nuptias.

18 Educari debent minores adulti penes eum, quem ipſi voluerint, & iudex tenetur eis complacere.

19 Veniam ætatis qui impetrauit, non poteſt dici perfectæ ætatis, ita quod vbi conſenſus propinquorũ requiritur, eius conſenſus ſpectari debeat.

20 Statuto ſtante, quod minor nõ poſſit contrahere ſine conſenſu propinquorum, ſi aliquis vult allegare cõtractũ inualidum ex defectu dicti conſenſus, debet probare, quod minor habebat proximiores maiores viginti quinq; annis præſentes, ita quod de facili poterat illos adhibere. Sed hac opinio controuerſa eſt, vt infra num. 21.

21 Conſenſus propinquorũ, vbi in cõtractu minoris requiritur, an ſufficiat, vt illi propinqui ſint adulti licet minores.

22 Conſenſus, vel auctoritas eius, cũ quo contrahitur, vel de cuius intereſſe agitur, non ſpectatur, vbi requiritur ad fauorem alterius.

23 Educari vbi debeat pupillus, quãdo tractatur, iudex debet facere id, quod pater veriſimiliter feciſſet, ſi viueret.

24 Legatum factum contemplatione matrimonij eſt conditionale.

25 Pupilli licet regulariter nõ debeãt educari penes matrẽ ſecundo nubẽtem: hoc tamẽ fallit, quando iudici æquo, & circunſpecto, omnibus circũſtãtijs bene penſatis, contrariũ vtilius eſſe filijs videtur.

26 Educatio pupilli penes perſonam, quæ ei magis expedit, præponderat vtilitati, quæ reſultat eidem pupillo ex intereſſe pecuniario, quod ei gratis præſtentur alimenta, & ita fuit deciſum in Regia Audiẽtia.

Sperantia Agatha Species in primis nuptijs matrimoniũ contraxit cum Ioanne de la Roſa, ex quo filios habuit Vincẽtiũ Sebaſtianũ de la Roſa, Ioannẽ Baptiſtã de la Roſa, & Magdalenã de la Roſa: mortuo dicto primo viro, ad ſecundas nuptias cõuolauit cũ Thoma Noguera, qui de facto fuit datus tutor, & curator dictis eius priuignis, & vti talis tutor dictorũ Ioannis Baptiſtę, & Magdalenæ de la Roſa pupillorũ, à iudice petijt, & obtinuit, taxari alimẽta dicto Ioanni Baptiſtæ in quantitate cẽtũ, & triginta quinq; librarum, & dictæ Magdalenæ in quantitate quinquaginta librarum ſingulis annis, dictus autẽ Vincentius de la Roſa, cũ eſſet ætatis ſexdecim annorũ à Rege obtinuit veniã ætatis, & vti frater maior dictorũ Ioannis Baptiſtæ, & Magdalenæ de la Roſa in Regia Audientia corã me ſe obtulit in ſua domo educare dictos pupillos, & eos alere, nimirum dictum Baptiſtam pro quantitate octuaginta librarũ, & dictã Magdalenam pro triginta ſeptem libris, & decem ſolidis eis, præſtando victum, veſtitũ, & omnia alia neceſſaria ad alimẽta, & ſub

prætextu, quod in hoc verſatur euidens vtilitas dictorũ pupillorum, ſupplicauit, vt dicti eius fratres non educarentur apud dictũ Thomam Noguera, eorũ vitricũ, ſed quod eidem mandaretur, vt eos mitteret ad domum dicti Vincentij Sebaſtiani de la Roſa, vt in ea educarentur, & cũ dictus Thomas Noguera, qui nulliter, & de facto à principio dictis pupillis fuerat tutor datus, fuiſſet remot⁹, quia extraneus, & in locum eius, fuiſſet tutor conſtitutus Vincentius Species ciuis Valentiæ, eorũdem pupillorũ cõſobrinus, contradicendo dictæ inſtantiæ deduxerit tanquã tutor dictorum Baptiſtæ, & Magdalenæ de la Roſa, ſibi videri, dictos pupillos apud matrẽ eſſe educãdos, & non apud dictũ Vincentiũ Sebaſtianũ de la Roſa minorẽ viginti annorũ, fratrẽ natu maiorẽ dictorũ pupillorũ, & in proceſſu fuit producta clauſula teſtamẽti dicti Ioãnis de la Roſa, eorũ patris, qui hæredẽ vniuerſalem inſtituit dictũ Vincẽtium Sebaſtianum de la Roſa, & dicto Ioanni Baptiſtæ de la Roſa legauit duas mille libras monetæ Valẽtię, contẽplatione matrimonij, cũ fideicõmiſſo, ꝙ ſi ille decederet quandocunq; antequã matrimoniũ cõtraheret, deductis ducẽtis libris, de quib⁹ poſſet teſtari, reliqua quãtitas integriter, & abſq; diminutione aliqua legitimæ, falcidiæ, & trebellianicæ ad hæreditatem reuerteretur, & dictæ Magdalenæ de la Roſa idẽ Ioannes teſtator legauit quindecim mille ſolidos cõtẽplatione matrimonij carnalis, vel ſpiritualis. Dubitatum fuit, an dictus Ioãnes Baptiſta, & Magdalena de la Roſa eſſent educandi penes matrẽ, an penes Vincẽtium Sebaſtianũ eius filium natu maiorem dictorum pupillorum fratrem.

1 Pro parte dicti Vincentij allegabatur, penes matrem non poſſe educari, ex quo vitricũ eis induxit, l. 1. C. vbi pup. educ. deb. ibi: *Educatio pupillorũ tuorũ nulli magis quã matri eorũ ſi non vitricũ eis induxerit cõmittenda eſt*, l. 19. tit. 16. par. 6. ibi: *Pero ſi ouieſſe madre q̃ fueſſe mugerde buena fama biẽ le puede dar el hijo q̃ le crie, è ella puede lo tener, mientra mantuuiere viudes, è non caſare. Mas luego q̃ caſare deuen ſacar el huerfano de ſu poder*, & Bal. in d. l. 1. notat, quod quando mater remaritat ſe, filius nõ debet ſtare apud eam, nec educari ab ea, quia quando trãſiuit ad ſecunda vota, lex diffidit de matre, l. quę tutores § lex enim C. de adminiſt. tut. ibi: *Lex enim nonſolũ contra tutores, ſed etiã cõtra fœminas immoderatas, atq; intẽperantes proſpexit minoribus, quæ plerũq; nouis maritis, non ſolũ res filiorũ, ſed etiã vitã addicunt*. per quem tex. ita docet Guido Papæ q. 539 num. 2. & Franch. March. q. 131. num. 3. 1. par. Ant. Faber in ſuo C. fabr. lib. 5. tit. 30. vbi pupil. educ. debet; diffinitione vnica inquit. Et ſi non facile vitricus tu-

tor

tor datus eſt, nec apud eum educandus pupillus, facilius tamen eſt, vt tutor detur, quàm vt apud ipſum pupillus educetur, ne ſalus eius periclitetur, cui mortuo mater ſit ſucceſſura, tunc vitrico aut liberis ex vitrico ſuſceptis, vel ſuſcipiendis commodum ſucceſſionis paratura, & ita, inquit, viſũ fuiſſe Senatui Sabaudiæ. Marta in cõpil. digeſt. nouiſ. tom. 5. in verbo, pupillus, cap. 5. pag. mihi
2 79. etiam eſt de Iure Regio iuxta forum decimum in tubr. ſi ſecundò nupſerit mulier fol. 135. qui diſponit, quod, mortuo patre, filij educentur penes matrẽ, & mortua matre, filij remaneãt penes patrem; ſi autẽ pater ſecundã duxerit vxorem, vel mater ad ſecũdas conuolauerit nuptias, filij nõ remaneãt apud eos, ſi dicti filij, vel eorum coniuncti hoc voluerint: & Regens Sentis in ſuo repertorio verbo, pupill' fol. 218. ita ait: *Pupillus educari debet apud tutorem teſtamentarium, & non apud matrem ſecundo nubentem, ita fuit lata ſententia Regia Valentiæ per Martinum de Engui Regiũ mandati ſcribam, die 10. Februarij 1556. pro Guilliermo Terraça tutore, contra Iolantem Durba*: vnde cũ dicta Eſperancia Agatha Species ſecundo nupſerit dicto Thomæ Noguera, non debent dicti eius filij pupilli penes eam educari.

3 Secundò, nam ſemper inſpiciẽdum eſt, quod magis expedit pupillis, etiam ſi recederetur à volũtate patris, l. 1. ff. vbi pup. educ. deb. cuius verba ſunt: *Solet prætor frequentiſsimè adiri, vt conſtituat, vbi filij, vel alantur, vel morentur, nõ ſolum in poſthumis, verum omnino in pueris, & ſolet ex perſonâ, ex conditione, & ex tempore ſtatuere, vbi potius alendus ſit. Et nonnũquam à voluntate patris recedit prætor. Denique cum quidam teſtamento ſuo caniſſet, vt filius apud ſubſtitutũ educaretur, Imperator Seuerus reſcripſit Prætorem æſtimare debere præſentibus cæteris propinquis liberorum, id enim agere Prætorem oportet, vt ſine vlla maligna ſuſpitione alatur partus,*
4 *& educetur.* Et in hoc verſarur multum iudicis arbitrium, vt dicit Menoch. de arbitr. caſu. 168. n. 1. l. penul. ff. vbi pup. educ. deb. ibi: *Si diſceptetur vbi morari, vel vbi educari pupillũ oporteat cauſa cognita, id præſides ſtatuere oportebit*: Bal. in conſ. 487. in principio vol. 5. vbi ait, pupillũ educãdũ, vbi iudicis æquitati, & religioni videtur, cauſa cognita, & pluribus relatis, late probat Surd. de alimentis tit. 4. q. 13. n. 1. Caual. de tut. & curat. n. 301. tom. 8. tract. par. 1. fol. 349. vbi inquit: iudex bonus arbitrari
5 vtilitatẽ pupili, quia relinquitur eius arbitrio regulato à iure cõmuni ſcripto, vel nõ ſcripto, ſed approbato, & nõ arbitrio iudicis ſui capitis, vbi late confirmat, & ita hoc remanet in iudicis arbitrio, Menoc. de arbitr. caſu 168. n. 10 vbi allegat Cur. iun. conſ. 94. col. vlt. Cra. cõſ. 18. n. 3. & 11. Fran.

Merc.q.6 12.in 2.par.Seraph.deciſ.1355.n.3. in 2.par.pag.251. & deciſ.1375.n.1. pag.271.Vin.
6 de Frāch.deciſ.250.n.1.& 2.inquit, ꝙ in hoc iudex debet eſſe ſeuer⁹,& rigurosus,& nō gratioſus, nec moueri debet lacrhymis matris, nec tutorū blanditijs,ſed ſolum vitæ meritis,& quod multa pulchra, in hac materia ponit Neapol.in conſuetudi. ſi quis habet in verbo, *cuiuſcunque*,de alim. præſt.In occurrenti autē caſu videtur vtile pupillis,vt educentur penes dictū Vincētium de la Roſſa eorū fratrē natū maiorē,qui ſe obtulit eos alere pro multo minori quantitate, quā eis taxata.
7 Sed,his non obſtantibus,contrarium fuit deciſum,nimirum dictos pupillos fore apud matrem educandos: quia in hac materia, ex ſingulorum affectione æſtimādum eſt,apud quem ſint educandi,l.2.C. vbi pup. educ.deb.verba cuius tex. hæc ſunt: *Vtrum nepos tuus ex filia apud te,an apud patruum ſuum morari debeat, ex ſingulorum affectione, & quod magis ad ſuſpitionē ex ſpe ſucceſſionis proprior ſit, æſtimabitur.* Et ita Seraph. deciſ. 1357. parr.2.pag. 251.dicit, fuiſſe in Rota deciſum,filiū Marci Anton. Columnæ iunioris fore educandum penes excellētiſſimam dominam Camillam pro auiam, attenta iuris communis diſpoſitione,quę defert hoc onus matri,&auiæ,ratione affectionis, ob quam alijs præferuntur, l.1.ff, vbi pup.educ.deb. ibi:*ex perſona, ex conditione*, & allegat Caſtr.cōſil.356.in fi.lib.1.com.conſ.292. nu.14.lib.1.Paris.conſ.56.n.29.
8 lib.1.Gram.deciſ.55.num.3. vbi dicit, nemini magis quam matri, & auiæ pupilli educationem eſſe deferendam, cum nullus amor vincat paternum, l. fin. ff. de curat. fur. & durum videtur,dictos pupillos à præfata matre ſeparari, quod à iure prohibitum eſt, vt in l. poſſeſſionum C. comm. vtri.iudic. ibi: *Quis enim ferat liberos à parentibus.ſorores à fratribus, vxores à maritis ſeparari*, & idem conſiderat Iuriſconſultus in tex. iūcta gloſ. in l. liberorū, ff.de verbo. ſignific. & in l. abdicario C. de patr.poteſt.& in l. 1. §.ſin autem delib. exh. Et ita ait, fuiſſe votatum, aſsignandam eſſe prædictæ auiæ educationem neptis,
9 & taliter exequutū fuiſſe, & Vincent. de Franch. deciſ. 350. n. 3. in 2.parr.refert,in Sac. Neapolit. Cōſilio fuiſſe deciſū, duos filios maſculos Beatricis Caraciola, quæ ex matrimonio in primis nuptijs contracto cum Decio Carrapha, licet ſecundo loco nupſerat cū Hercule Sanſauerino, debere,penes dictā matrem educari,quia licet, quando mater trāſit ad ſecunda,vota filijs,non debēt educari penes eam,l.6. C.vbi
10 pup. educ.deb. nihilominus,quādo mater non eſſet ſucceſſura filio,vt puta,quia haberet ſubſtitutum,& ipſa,& vitricus eſſent honeſtæ

neſtæ vitę, poteſt iudex arbitrari, quòd filij penes matrem educētur, vt dicit Albericus in d. l. 1. C.vbi pupil.educ.debeant, quem refert, & ſequitur Cur.iun.in cōſ. 94. circa 1. & 2. col. verſ. poſtremo circa prædicta, qui loquitur, quando mater non ſuccederet in totum; ſed in aliqua parte ex forma ſtatuti, vt dicit Ripa in l. ex facto verſ. 2. Bart. num. 66. ff.de vulgar. & pupil. quod iu-
11 dex in dubio nō debet arbitrari, alendos eſſe filios penes matrem ad ſecunda vota tranſeuntem, niſi appareat de circunſpectione, & bonis moribus matris.

Secundo in caſu noſtro conſiderauimus, quod dictus Vincentius de la Roſa frater maior pupillorum erat eiuſdē ſubſtitutus,
12 quo caſu nullatenus ſunt apud eum pupilli educādi propter ſpē ſucceſsionis, l. fin. C. vbi pupil. educ.deb. ibi: *Et qui magis ad ſuſpitionem ex ſpe ſucceſsionis proprior ſit æſtimabitur*, & ibi gloſ.l.viduæ 18. §. ſed ne forte C. de nuptijs, l.1. §.denique. ff.vbi pupil.educ. deb. ibi: *Denique cum quidam teſtamento ſuo cauiſſet, vt filius apud ſubſtitutum educaretur Imperator ſeuerus reſcripſit Prætorem æſtimare debere, præſentibus cæteris propinquis liberorum, id enim agere prætorem oportet, vt ſine vlla maligna ſuſpitione alatur partus, & educetur*, & ibi gloſ. in verbo, ſuſpitionē, inquit quòd eū, occideret propter ſubſtantiam, & ita docet Guido Papæ q.539.nu.3. qui pro hac ſententia allegat gloſſam in l. qui vētri ff.de ventr. inſp. & quia ſpes, inquit, ſubſtitutionis inducit votum captandæ mortis, & licet Menoch. de arbitr. caſu 168. nu.
13 14.in fin. & 16. teneat, hanc ſuſpitionem non procedere in fratre ſubſtituto, tamen Gutierrez de tute. par. 2. cap. 8. num. 7. & Surd. de alim. tit.4.q.13. nu. 31. & 32. contrarium tenent per tex. in l.fin. C. vbi pupil. educ. deb. quę loquitur in coniunctis, & cōſiderat ſuſpitionem ex ſpe ſubſtitutionis, Paris tamen in addit. ad Bart. in l. pupillum C.vbi pup.
14 educ.deb. dicit, quòd poſſet ſubſtitutus eſſe adeò legalis, vt apud eum educaretur, & ad id allegat Caſtrenſem conſ. 354. ad finem, & Socin.conſ.193. num.2.lib.2. Prior tamen opinio videtur cōmunis: ſed cum caſus euenerit, circunſtantijs, quæ tunc inuenien-
15 tur inſpectis, declarabitur. In præſenti conſiderauimus, melius eſſe dictos pupillos educari penes matrem honeſtam, licet ſecundo nupſiſſet, propter amorem, quo proſequitur filios, & non habebat ſpem eis ſuccedendi, vt de vitrico ſuſpitio haberi poſſet, quā penes dictum Vincentium Sebaſtianum de la Roſſa fratrem, qui tamen erat ætatis ſexdecim annorum, vel parum plus, & erat ſubſtitutus eius fratribus.

16 Conſiderauimus etiam in hoc caſu, quod Vincentius Species

Ll 5 conſo-

Digitized by Google

conſobrinus, & tutor dictorum pupillorum in proceſſu dixit, ſibi placere, & vtilius eſſe, ipſum exiſtimare, vt dicti pupilli penes matrem educarentur, quanuis tranſiuiſſet ad ſecundas nuptias, & hoc æquum viſum fuit, attenta tenera ætate dictorum pupillorum, quorum maior erat ætatis decem annorum, & ita indigebat ſolatio materno. Vlterius inuenimus Regiam ſententiam latam, referente Doctore Gerardo de Sola, in fauorem Eliſabethis Ioannæ Babia, publicatã per Ludouicum Berbegal Regij mandati ſcribam die 15. Ianuarij 1604. cum qua fuit confirmata interloquutoria ſententia, ſiue prouiſio facta per Gerẽtem vices Generalis Gubernatoris, in fauorem dictæ Eliſabethis Ioannæ Babia, matris Eliſabethis Nauaſquillo, in minori ætate conſtitutæ, contra eius curatorem, cum qua fuerat declaratum, dictam minorem penes eius matrem fore educãdam: benè verum eſt, quòd in dicta ſententia, leguntur hæc verba: *Præſertim rebus vt nunc, mortuo iam Auguſtino Pena ſecundo viro dictæ Eliſabethis Ioannæ Babia, vitricoq; dicti minoris.*

17 Denique conſiderauimus, forum 10. in rub. ſi ſecundo nupſerit mulier fol. 135. non ſimpliciter diſponere, matre tranſeunte ad ſecundas nuptias, filios nõ eſſe penes eam educandos, ſed conditionaliter, ſi filij, vel eorũ proximiores voluerint, vt legitur in illis verbis: *ſi aquells fills bo volran*: in caſu autem noſtro, filij non poterant explicare ſuam voluntatem, quia erant proximi infantiæ, maior enim illorum erat ætatis decem annorum, dictus tamen Vincentius Species, eorum tutor, reſpreſentando eorum perſonas in proceſſu, declarauit, nolle à domo materna extrahi, quanuis vitricũ eis induxiſſet, ſed potius congruũ ſibi videri, vt apud matrem educarentur, & hæc declaratio tutoris, qui ſimul erat cõſobrinus dictorum pupillorum, & ſic eis valde cõiunctus, quãuis filius fratris eiuſdem Eſperantiæ AgathæSpecies alicuius erat cõſiderationis, quemadmodum maximi momenti fuiſſet declaratio voluntatis illorum, de quorum educatioue agitur, ſi fuiſſent adul- 18
ti, qui potuiſſent adire iudicem, & petere, velle educari penes matrem, vitricũ, aut extraneam perſonam, quia iudex teneretur eis aſſentire, & complacere, vt probat Caualcanus de tutor. & curat, num. 308. tom. 8. tract. par. 1. fol. 350. vbi allegat. Alber. de Roſſa in l. fin. de contra. iud. tute. vbi dicit, quod ſi adultus petat vitricum in curatorem, & agnati cõtradicant, quia velint ipſi præferri, quod tamen debet iudex conſtituere vitricum: & ita dicit, ſe obtinuiſſe de facto, vt refert, & ſequitur Alciat. reg. 1. præſump. 22. num. 4.

Et

Et licet dictus Vincentius Sebaſtian' de la Roſa frater dictorũ pupillorũ petijſſet, vt apud eum educarẽtur, quia maiorẽ affectionẽ habebat ſuis fratribus, quam dictus Thomas Noguera eorũ vitricus: tamen præterquam quod erat ſubſtitutus dicto Ioanni Baptiſtæ eius fratri, & hac occaſione quanuis frater non carebat ſuſpitione, non habebat ætatem competentem ad educationẽ fratrum, cum tantum haberet ſexde
19 cim annos, vel parum plus, & quãuis à Regia Maieſtate veniam ætatis impetrauerat, non tamen ex hoc poterat dici perfectæ ætatis, l. fin. C. de his qui veniam æta. ibi: *Illam tantummodo ætatem intellectam eſſe videri volumus, quæ ex viginti quinque annorum curricuculis completur, non quæ ab Imperiali beneficio ſuppletur.* Vnde cum forus requirat voluntatem propinquorum, videbatur, quod illi propinqui debebãt eſſe perfectæ ætatis iuxta allegatos per Caual. de tutore & curatore n. 131. tom. 8. tractat. part. 2. fol. 340. vbi allegat Paul. de Caſt. conſ. 124. nu.
20 1. & 2. vol. 1. dicentem, ſtante ſtatuto, quod minor non poſsit cõtrahere ſine cõſẽſu proximiorũ, quod ſi aliquis vult allegare contractum inualidum, & ſe fundare in ſtatuto, debet probare, quod ille erat minor, & quòd habebat proximiorem maiorem 25. annorum præſentem, ita quod poterat de facili illum adhibere, & eum ſequitur Corn. conſ. 241. litera D. in 2. part. & in cõſ. 242. litera C. D. & E. vol. 4. Crauet. conſ. 80. num. 13. & 14. vol. 1. Alexand. in l. cum antiquitas n. 6. C. de teſtam. & Plot. in l. ſi quãdo, num. 354. verſ. perpetuo notabis, & num. ſeqq. C. vnde vi.
21 Regium tamen Conſilium in hoc ſolo non ſe fundauit: nam valde controuerſum eſt: an ſufficiat cõſenſus cõſanguineorum, qui ſint adulti, quãuis minores modo diſcreti, & conſilij capaces ſint, vt probat Bertaçol: in tract. clau. clauſ. 7. gloſ. 24. fol. 51. qui allegat Baldum ita decidẽtem in l. in coniunctione in fine C. de nup. & in d. l. 1. ad fin. C. qui admitt. vbi melius declarat, & rationem reddit, quod propter lubricũ cõſilium impuberes reijciũtur, adulti vero admittũtur: quia ſunt redacti ad inſtar teſtium, l. 3. §. l. Iulia ff. de teſti. ſequitur Anchar. dicta repet. d. ca. 23. in fine verſ. poſtremo, & ita debet intelligi, quod dicit Paul. de Caſtr. in d. l. ſi cum dotem §. ſi patre ff. ſol. matrim. qui indiſtinctè dicit, minores reppellendos, & Aretinus ſimiliter indiſtinctè loquens in d. l. tranſactionem, & hãc Baldi diſtinctionem ſequitur Aleiat. d. l. tranſactionem, & quod pupilli non admittãtur, tenet etiam Angel. in l. fin. C. de verb. ſignif. Aret. l. cum hæres in prin. ff. de acquir. hæred. Alexan. conſ. 60. Viſa facti col. 1. 2. vol. & in l. ſi

tertius

tertius in vlt. apoſti. ad Bart. ff. de aqua plu. arcẽda, & Campeg. de dote vltim.part.quæſt.95. vbi dicit,loco pupillorum ſubrogari debere alios conſanguineos remotiores, quod tenet Aret. d.l. cũ hæres in princ. Hic articulus, an forus 10. ſi ſecundò nupſerit mulier in illis verbis, *ſi propinquiores filij voluerint*, intelligatur de propinquis ætate maioribus, an vero ſufficiat quod ſint adulti,nõ fuit deciſus,ſed tantũ viſum fuit,
22 quod ex quo dictus Vincentius de la Roſa agebat de ſua vtilitate & intereſſe dũ petebat, vt fratres pupilli penes eũ educarẽtur,non erat perſona legitima ad declarã dum ſuam voluntatem in caſu dicti fori 10.iuxta Bart.in l.1. ff.de aucto.tutorum,per textum ibi:& probat Bertaçol.in tract.de clau, clau.7. gloſ. 11.num.8. fol. 49. vbi allegat Dinum in d.l. 1. & Alex. ad Bart. in Apoſtilla magna, Imolam dicentem,hanc eſſe communem,Raphaëlem,& Alexandrum in l.1. §.fuit quæſitũ ff. ad Trebel.Fel. in c. edoceri n.9. verſ. ommittitur ſuſpectũ ad fin. de reſcrip. & in conſenſu patris in ſuo contractu præſtito, quod non valeat contractus, nec filius obligetur, tenet Paul. de Caſtr. conſ. 465. viſo compromiſſo in princ. 2.part. Socin. conſ.23. n. 15. vol.4. vbi dicit,hanc eſſe cõmunem,hoc etiam in ſtatuto prædicto tenet Arno. ſoliloq. 17.ſed quid in d. conſ. Socin. allegat quam plures,qui in caſu dicti ſtatuti, quod filius non obligetur ſi de iubendo pro patre conſentiẽte conſuluerunt,& hoc etiam ſequitur Corn.conſ.294. in primo volum. de dictis conſilijs,Socin. & aliorum mentionem faciens, & hoc idem quod cõſenſus eius, cum quo contrahitur in caſu dicti ſtatuti,nõ ſufficiat, tenet Corne.in conſ. 254.lib.1.

23 Sacra Regia Audientia conſiderauit in hoc caſu,in quo tractatur,vbi pupillus educari debeat, æquum iudicẽ debere facere id, quod faceret veriſimiliter pater, ſi viueret, vt inquit Bald. conſ. 487. incip. pupilla morari nu.1. ad med. lib.5.l.1.§.tria luminaria verſ.apud eum educatur ff. de ventre inſpi.loco enim patris eſt prætor, C. de Epiſcop. audien. l.tam dementis,ff. de iur. dot. l. profectitiam in princ. & de filia aliena debet idẽ facere,quod de propria,ff.de ſol.l. 1. æquum, & ſanum pro ea capiendo conſiliũ, & irreprehenſibile,ſicut conſiliũ capit pater pro liberis ſuis,& nũquam cogitat niſi eorum vtilitatem,ff.de adult. l. nec in ea,ff. de bon.lib. l.nihil §,facilior:in caſu autem noſtro veriſimiliter, ſi pater vixiſſet, potius voluiſſet, dictos filios educari apud matrem, quæ eos amore proſequitur, cuius ſolatio dicti pupilli in tam tenera ætate indigent, quam apud Vincentium de la Roſa fratrem ætatis duntaxat ſexdecim anno-

rum,

rum vel parum plus, qui eſt ſubſtitutus Ioanni Baptiſtæ de la Roſa eius fratri, & ſi Magdalena de la Roſa decederet antequam nuberet, quantitas ei à patre legata pro dote nõ debebat præſtari per dictum Vincentium de la Ro-
24 ſa hæredem vniuerſalem: cum enim legatum fuiſſet factum cõtemplatione matrimonij erat cõditionale, Bart. in l. Titio centum §. Titio & genero nu. 1. ff. de cõdi. & demons. Alex. conſ. 42. n. 2. vol. 7. vbi magis cõmunem opinionem eſſe fatetur, Bald. nouel. de dote par. 6. priuileg. 50. Turret. conſ. 75. num. 5. vol. 2. & ſupradictis relatis, D. Garcia Maſtril. deciſ. 78. num. 6. lib. 1. Accedebat etiam, in noſtro caſu, declaratio facta per dictum Vincentium Species conſobrinum, & tutorem pupillorum, qui petijt, vt apud matrem educarentur, & denique in caſu noſtro non aderat voluntas dictorum pupillorum, ne apud matrem educarentur, ex quo tranſierat ad ſecunda vota, quorum volũtas erat ſpectanda, ſi fuiſſent adulti, iuxta dictũ forum 10. ſi ſecundo nupſe. muli. ibi: *Si dicti filij ſiue eius proximiores hoc voluerint*, & ita concurrentibus his omnibus, nobis viſũ fuit, apud matrem fore educãdos vſque ad ætatem 14. annorum, tũc enim videri poterit, an expediat, apud eandem matrem, vel apud alium commodius ad maiorem vtilitatem dictorum pupillorum debeãt educari: curſu enim temporis hoc melius dicerni poterit.

25 Nec obſtant in contrarium adducta licet enim regula ſit, filius non debet educari penes matrem ſecundo nubentem, hoc tamẽ fallit, quando iudici æquo, & circũſpecto, omnibus circũſtantijs bene penſatis, contrariũ vtilius eſſe filijs videtur, vt in caſu deciſionis Vincen. de Franchis 350. & Regens Sentis in ſuo repertorio, in verbo, pupillus, fol. 218. poſtquam dixit, pupillum educari debere apud tutorem teſtamẽtariũ, & non apud matrem ſecundò nubentem, & ita fuiſſe ſententiam lectam Valentiæ per Martinum de Engui die 10. Februarij 1556. pro Guillermo Terraça tutore, contra Yolantem Durla ſubiunxit, ſed poſtea dicta ſententia impugnabatur, quòd vxor tutoris eſſet ſubſtituta pupillæ, & videtur iuſta impugnatio per l. 1. C. vbi pupillus educ. deb. Vnde in hoc caſu minus malum videtur, quod educaretur apud matrem, quam apud dictum tutorem, & ita declararẽ, neſcio an fuerit dicta ſententia reuocata, vel melius eſſet, quod educaretur apud tertiam perſonam, ſi redditus ſufficiant, hactenus dictus Regens Sentis.

Nec obſtat ſecundum: nam licet prima facie videatur, vtile eſſe pupillis alimenta præſtare pro multo minori quantitate quàm fuerat

fuerat à iudice taxata, re vera tamen in hoc loco non conſiſtit vti
26 litas: præponderat enim quod educentur apud eam perſonã, quæ magis expedit pupillis, illi intereſſe, quod reſultat ex pręſtatione alimentorum pro minori quantitate, & ita fuit deciſum in Regia Audientia, ſententia lata in fauorẽ domnæ Dorotheæ Vallterra, contra Geneſiũ Almodouer, publicata per Franciſcum Paulum Alreus die 1. mẽſis Martij 1596. in cauſa tunc vertenti, in qua, cũ Dõna Eufraſia Vallterra vidua relicta à N. Almodouer ciuitatis Oriolæ conuolaſſet ad ſecundas nuptias cum Don Ioanne de Valterra, & Franciſcus Almodouer filius primi viri eſſet in domo Domnæ Dorotheæ Vallterra materteræ ſororis dictæ Domnæ Eufraſiæ in ciuitate Valentiæ, Geneſius Almodouer tutor dicti Franciſci infantis, ſupplicatione oblata in Regia Audientia die 16. Ianuarij 1595. promiſsit alere gratis dictum Franciſcum Almodouer infantem vſque ad ætatem quindecim annorum, in propria domo, quam habebat in ciuitate Oriolæ, vbi omnia bona dicti pupilli exiſtebant, & hoc erat valde vtile dicto pupillo, cuius patrimonium ex hoc valde augetur, quam vtilitatem iudex reſpicere debet. Nihilominus tamen in ſententia ſupra relata dictum fuit, quia ex meritis proceſſus conſtabat, præfatũ minorẽ ætatis eſſe quatuor annorũ, & ab eius natiuitate educatum, ſemper fuiſſe per Eufraſiam Vallterra eius matrem, vſque quo matrimonium contraxit, & poſt contractum matrimonium, penes Domnam Dorotheam Vallterra ſororem Eufraſiæ, & materteram dicti minoris illaſque ob id, ſolũ cognouiſſe, & per conſequens earum ſolatio adhuc indigere, inſtantiam dicti Geneſij Almodouer, cum ſupplicatione poſita, die 16. Ianuarij non procedere: imo dictum minorem, vſque ad ætatem decem annorum educandum fore, & eſſe in domo dictæ Domnæ Dorotheæ eius materteræ, vbi hactenus educatus fuerat ſumma cura, amore, & diligentia, & in illo caſu Regius Valẽtinus Senatus prætulit magno intereſſe pecuniario, quod ſentiẽ magis eſſe vtile dicto infanti.

27 Præterea in occurrenti caſũ nulla vtilitas reſultabat dictis pupillis, quod pro minori quantitate eis præſtarẽtur alimenta, quia dictus Vincentius de la Roſa erat hæres vniuerſalis, & Ioannes Baptiſta de la Roſa tantum habebat legatum duarum mille librarum monetæ Valentinæ, contemplatione matrimonij, & dicta Magdalena de la Roſa pupilla habebat legatum quindecim mille ſolidorum contemplatione matrimonij, & ita onus alendi dictos pupillos ad dictum hæredem ſpectabat.

Ex

27 Ex quibus omnibus, me referē te, fuit in Sacra Regia Audientia Valentina deciſum, dictos pupillos penes matrem, quamuis tranſiuiſſet ad ſecundas nuptias, forē educandos, & ita fuit pronuntiatum ſententia lata in fauorem dictæ Eſperantiæ Agathæ Species, & de Noguera, contra dictum Vincentium Sebaſtianum de la Roſa, publicata per Don Ioannem Daça Regij mandati ſcribā, die 28. Aprilis 1616.

DECISIO CCIII.

TESTES QVANTVMuis produci poſſunt, in Regno Caſtellæ, in cauſa executionis: tamen de Iure Cæſareo, & iuxta foros Regni Valentiæ, regulariter non poſſunt produci. Fallit tamen, quando executio fit pro quantitate incerta, ſeu illiquida: tunc enim poteſt reus teſtes producere.

Pendente cauſa executionis, caſu quo in ea poſſunt teſtes produci, vt eſt cauſa condemnationis infra decem, ſaluis exceptionibus, poſſunt bona rei capi, & in executione procedi, vſque ad venditionem excluſiue, donec fuerit lata ſententia.

1 *Caſus, ſeu facti ſpecies.*

2 *Teſtes non poſſunt produci per reum, in cauſa executionis, & num. 4.*

3 *Actor & reus, circa probationes, æquiparantur, & non debent ad imparia iudicari.*

5 *Lex 5. tit. 8. ordinatio. & aliæ Caſtellæ leges permittunt reo, teſtes producere, in cauſa executionis.*

6 *Teſtes produci poſſunt, in cauſa executionis inſtatæ, virtute inſtrumenti continentis quantitatem incertam.*

7 *Executionem vt habeat inſtrumentum, oportet, vt ſit liquidum, & certum, ex inſpectione inſtrumenti, abſque aliqua dilatione.*

8 *Sententia ſuper quantitate incerta fieri poteſt, & eius effectus erit, quod habebit paratam executionem, facta liquidatione.*

9 *Liquidatio fieri poteſt per omne genus probationis, & ſic per confeſſiones, teſtes, iuſiurandum, & inſtrumenta, &c.*

10 *Condemnatio, infra decem, ſaluis, fit in Regno Valentiæ, virtute inſtrumenti publici, in quo aliquis eſt obligatus, ad aliquid dandum, vel faciendum.*

11 *Executio continuatur in bonis cōdemnati vſque ad venditionem excluſiue, antequam declaretur ſuper exceptionibus, executioni oppoſitis.*

12 *Capuleuatorem dare, quid ſignificet in Regno.*

1 STEPHANVS Rico, ciuitatis Alicantis, inſtituit executionem, contra Gaſparem Mucida, eiuſdem ciuitatis, virtute

virtute cuiuſdam inſtrumenti ſocietatis, recepti per Leonardum Lillo notarium, die 14. Februarij 1605. pro quantitate 516. librarum, dictamq; executionem iuſtificare niſus fuit, quibuſdam computis inter ſocios factis, & ſubſcriptis manu propria dicti Mucida. Eaque de cauſa per Baiulum dictæ ciuitatis, cũ ſententia lata, die 5. Maij 1608. declaratum fuit, non eſſe locum receptioni teſtium requiſitæ per eundem Mucida. A qua ſententia extitit appellatum ad Regiam Audientiam, & cauſa cõmiſſa nobili Dñõ Franciſco de Caſtelui, quo referente, fuit pronuntiatum, concedendam fore, & eſſe dicto Mucida dilationem viginti dierum, ad teſtes producendos, ex quo inſtrumentum publicum, cuius virtute egit dictus Stephanus Rico, non continebat aliquam quantitatem certam, & liquidam, pro qua potuerit inſtari executio cõtra dictum Gaſparem Mucida, & quod computa ſubſcripta per eũ erant valde intricata, & obſcura, ita vt vix cerni queat: an ille debitor remaneat, aut in qua quantitate, ex negotiatione arrendamenti Ceteriorum de Cop, & Calabardina, & ex venditione Tinnorum, & adminiſtratione habita per Stephanum Rico, vnde merito receptione teſtium, & vberiori liquidatione opus eſſe, maxime, dato per dictum Gaſparem Mucida idoneo Capleuatore in dicta quantitate petita, quę præſtare iuſſum fuit, & conceſſa dicta dilatio viginti dierum, cum ſententia publicata per Franciſcum Paulum Alreus, loco Damiani Berbegal, die 8. Auguſti 1609. A qua ſententia cum fuiſſet ſupplicatum ad aliam Aulam per curatores dicti Gaſparis Mucida, in capite, quo fuit declaratum in fauorẽ dicti Stephani Rico, & mihi cauſa commiſſa, iterum obiter in noſtra Aula examinauimus: an teſtes produci poſſent in dicta cauſa executionis, & principaliter: an eſſet dandus capleuator in quantitate petita; hoc eſt, quod ſe depoſitarium cõſtitueret bonorum rei conuenti, valoris quantitatis petitæ.

2 In primo articulo videbatur, teſtes produci non poſſe per reũ in cauſa executionis, ad probandam exceptionem, vt tenet Menoch. de arbitra. lib. 1. caſ. 17. num. 7. & 8. vbi inquit, inſtrumentorum executionem impediri non poſſe, niſi obijciat debitor exceptionem, quam ſtatim vult probare: & iudicem animaduertere debere, ſatis dici in continenti, ſi aliud publicum inſtrumentum ſolutionis oſtẽdat reus: & ex interuallo dici, cum ſuper illa exceptione examinandi ſunt teſtes, Matthias Collerus de proceſſu. executi. part. 4. cap. 3. num. 12. 13. & 14. vbi multis relatis, probat, ad hoc, vt executio per creditorem inſtari poſſit, fidem

eſſe

eſſe faciendam iudici de debito per iſtrumentum, vel per confeſſionem aduerſarij, & non per teſtes, & pariter reum offerentē ad probationem ſuæ exceptionis oppoſitæ, ad impediendam executionem, probationem per teſtes, audiendum non eſſe: quia actor, & reus circa probationes iudicãtur ad paria, vt nihilo plus faueri debeat reo, quam actori; in actore autem ſcribit Rebuſus in 1. tom. ad leges Gallicas in tractatu de litteris obliga. art. 1. gloſ. 9. nu. 8. quod vt inſtrumentū executionē habeat, oportet, quod ſit liquidū, & certū ex inſpectione inſtrumēti, ſine aliqua dilatione: ergo pari
3 ter ſeruandum eſt in reo, cum circa probationes æquiparentur actor, & reus, Alex. conſ. 68. nu. 5. vol. 3. Allegat Azon. in ſumma. tit. ff. de reb. dub. & gloſ. in c. cui ad ſedem verbo, *cū pertinentijs*, ex. de reſtitutio. ſpoliat. maxime in ſummarijs, & executiuis iudicijs, Cyn. in l. actor. n. 9. C. de probat. Bald. in l. fruſtra n. 2. C. eo. facit bonus tex. in Clem. ſæpe §. nos vſum huiuſmodi de verb. ſign.

4 Denique in cauſa executionis non poſſe produci teſtes, diſpoſitum eſt in noſtro Regno Valentiæ, per for. 9. rub. de executio. re iudi. vbi cauetur, nullam admitti exceptionem contra inſtrumentū debiti vēditionis annui redditus perpetui, vel vitalicij, niſi probata fuerit cū publico inſtrumento, niſi fuerit exceptio falſitatis, idē etiam reperitur diſpoſitum in priuilegio 155. Regis Iacobi ſecundi fol. 76. & ita non poſſunt produci teſtes aduerſus executionem inſtatam, virtute inſtrumenti guarentigiati.

5 Licet contrarium caueatur in Regnis Caſtellæ, vbi ad probandum exceptiones, tàm per teſtes, quam per inſtrumenta, ad executionem impediendam, decē dierum terminus eſt præſcriptus, vt habetur in l. 2. 3. & 19. titul. 21. lib. 4. recopil. vt dicit Rodriguez in tractat. de executio. ſentent. cap. 6. num. 8. & in leg. 5. tit. 8. lib. 3. ordinationum, ibi: *Saluo ſi haſta diez dias moſtrare la tal paga, ó legitima excepcion ſin alongamiento de malicia por otra tal eſcriptura como fue el contrato de deuda: ò por albalan, que haga fee por teſtigos que ſean en el Arçobiſpado: ó por confeſſion de parte.* Quam legem allegat Couar. var. reſol. lib. 2. cap. 11. ante numerum primum: in noſtro tamen Valentiæ Regno, dictum eſt, in cauſa executionis relaxatæ, virtute publici inſtrumenti, nō poſſe teſtes produci.

6 Sed his non obſtantibus, viſum fuit, iuſte conceſſam fuiſſe dilationem ad producendos teſtes in occurrenti caſu, in quo nō fuit inſtata executio, virtute inſtrumenti continentis quantitatem certam, ſed virtute inſtrumenti ſocietatis, quod continebat quātitatem incertam, vel illiqui-

dam, quo caſu produci poſſunt teſtes, vt dicit Bald. in l. 2. nu. 7. C. de executio. rei iudic. vbi inquit, quod exceptiones opponi poſſunt ad eneruandam liquidationem, illæ quæ ſunt obſtatiuæ liquidationis. Nam ſicut actor poteſt facere articulos arctatiuos, ita reus poteſt facere, Couar. lib. 2. var. reſol. cap. 11. num. 1. verſ. primum ex his, facit, quod ſcribit Rebuf. in tractatu de litteris obligat. tom. 1. artic. 1. gloſ. 9. num. 8. pag. 68.
7 vbi ait: *Quod vt inſtrumentum executionem habeat, opportet, quod omnino ſit liquidum, & certum, ex inſpectione inſtrumenti, ſine aliqua dilatione, vt puta, quod aliquis inſtrumento, Regio ſigillo ſignato, promiſsit mihi ſarcire damna, quæ in tali re patiar: paſſus ſum damna, tamen ex illo inſtrumento non habeo executionem, ante quam de damno liquido appareat, & antequam iudex declaret, quid, quale, quantum ve ſit per ſententiam, Bart. in l. proinde 2. §. fin num. 2. ff. ad legem Aquiliam, Angel. in §. curare col. 6. Inſtit. de actio. Bald. in l. ſi cauſam. C. de executio. rei iudic. idem Bald. in conſ. 163. ſtatutum in 4. vol. & in conſ. 383. Primo tria eo. vol. 4. & conſ. 242. ſuper prim. vol. 5. Cornel. conſ. 156. videtur, col. 1. vol. 1. Purpur. in l. admonendi. num. 40 ff. de iure iur. Hyppol. in l. vnius. §. cogniturum num. 26. de quæſtio. Doctores in l. certum, per illũ tex. ff. ſi cert. petat. Roma. cõſ. 211. allegat. in fin. hactenus Rebuf.*

Quod ita intelligendũ eſt, iuxta doctrinam Bart. in l. 2. C. de ſent. quæ ſine certa quantitate,
8 num. 5. quod valet ſententia ſuper quantite incerta, vt puta, vt reus ſeruet actorem indemnem pro quantitate in executione declaranda. Et effectus ſentẽtię erit, quòd habebit paratam executionem, facta liquidatione: hoc modo, actor petit, executioni mandari ſententiam, in qua talis eſt condemnatus ad indemnitatem præſtandam, & ad probandum, quòd eſt damnificatus, faciet in continenti articulos, nec eſt neceſſaria libelli oblatio, nec litis conteſtatio, ſed procedetur sũmarie. Refert, & ſequitur Suarez in repet. l. poſt rem iudicatam, notabili 3. n. 13. & poſt Bart. vbi ſupra, quem allegat, dicit Antonius Maça Galezius in tract. de forma camera. obligationis titulo de liquidatio
9 ne, n. 4. liquidationem fieri poſſe per omne genus probationis, & ſic per confeſsiones, teſtes, iuſiurandũ, inſtrumenta, & quæ faciũt rem legitime certã, habetur tom. 6. tracta. part. 2. fol. 361. ſi igitur actori in hoc caſu ad faciendum liquidationem, licet teſtes producere, licebit etiam & reo, vt dixi ſupra num. 2.

In ſecundo articulo, de quo principaliter agebatur in dicta cauſa ſupplicationis, viſum etiã fuit, dictam ſententiam fore confirmandam, quia in noſtro Regno,

10 Regno, quando virtute publici inſtrumenti aliquis eſt obligatus, ad aliquid dandum, vel faciendũ, inſtante ipſo, in cuius fauorem eſt facta obligatio, per iudicem condemnatur reus obligatus ad dandum vel faciendum id, quod in inſtrumento continetur intra terminum à iudice aſsignandum cum clauſula, ſaluis, infra quem ſi reus conuentus voluerit, poſſit opponere, & probare exceptiones, ad elidendam intentionem actoris, vt cauetur in priuilegio 10. Regis Iacobi Secundi, fol. 41. qui fuit declaratus per forum 13. in Rub. de dilatio. fol. 60. vt terminus per iudicem præfingendus ſit decem dierum, & tantum poſsit prorogari ad alios decem dies, & quod intra dictũ terminum decem dierum debeãt probari exceptiones, producendo teſtes. Quo termino lapſo, ipſo foro ſunt habiti pro publicatis, & hic proceſſus condemna-
11 tionis intra decem, ſaluis, appellatur apud nos; & in foro 14. eiuſdem tituli de dilatio. diſponitur, quòd, non obſtante, quod non ſit declaratum ſuper dictis exceptionibus, poteſt procedi ad executionem in bonis cõdemnati vſque ad venditionem excluſiue; & ita poteſt fieri deſcriptio bonorum rei conuenti, & dicta bona tradi in cõmendam, & reus executiue conuentus, ne eius bona deſcribantur, & in commẽdam tradantur; ſolet aliquem præſtare veluti fideiuſſorem, qui ſe conſtituit commendatarium, ſiue depoſitarium bonorum, va-
12 loris quantitatis petitæ, & hunc dicimus in Regno Valentiæ, *Caputleuatorem*, de quo loquitur forus 25. de criminibus, qui facit differentiã inter caputleuatorem bonorum, (de quo modò agimus) & inter caputleuatorẽ perſonę, qui eſt fideiuſſor de repreſentando perſonam, ad quodcunque mandatum iudicis, de quo loquitur Belluga in ſpeculo principum, rub. 15. §. ſed quid dicas num. 1. & regulariter in omnibus executionibus, tranſactis decem diebus mandati executiui, dantur capleuatores in hoc noſtro Regno. Vnde cũ hæc ſit cauſa executionis, debet in ea dari caputleuator.

Ex quibus dicta ſententia in alia Aula lata, me referente, fuit confirmata, cum alia publicata per Franciſcum Paulum Alreus, Regij ſcribam mandati, die 23. Iunij 1610.

DECISIO CCIII.

PROCVRATOREM vnum, vel duos tantum, an, & quando plures ad inſtãtiam vnius conſtituere teneantur.

1 PROCVRATORES *plurium perſonarum plures dari, non eſt prohibitum, & num. 7.*

2 *Procuratorem vnum tantum quã*
do plures teneantur conſtituere, & num. 3. 4. 5. 6. & 8.

8 *Procuratorem vnum tantum, vel duos conſtituere teneri creditores, quando ſunt in magno numero, ad inſtantiam cõmunis debitoris fuit deciſum in Conſil. Neapol.*

9 *Creditores quando ſunt plures, & in magno numero, cum quibus litigat cõmunis debitor, cõpelli poſſunt vnum, vel duos tantum procuratores conſtituere, ne tædio afficiatur, cum pluribus litigando, fuit deciſum in Regia Audientia.*

SÆPIVS vidi dubitari in Regio Conſilio, an quando vnus litigat contra plures creditores in magno numero, poſſit eos compellere, vt conſtituãt vnum, vel dos tantum procuratores. Et ſemper audiui contrarias Auditorum ſententias.
1 Negatiua, quod non poſsint
compelli vnum, vel duos procuratores tantum conſtituere probatur in l. ſi quis cum procuratorio 31. §. vnius ff. de procuratoribus, ibi: *Vnius litis plurium perſonarum plures dari procuratores non eſt probibitũ*, & hoc procedit regulariter, licet in aliquibus caſibus di
2 cta regula fallit, veluti quando
plures tenentur de euictione in ſolidum: tunc enim omnes cogũtur, vnum conſtituere procuratorem, l. iam tamen 5. §. ſi tamen plures ff. iudicatum ſolui, ibi: *Si tamẽ plures fideiuſſores defẽdere fuerint parati, videamus: vtrum vnum defenſorem debent dare: an vero ſufficiat, vt vnuſquiſque eorum pro parte ſua defendat, vel defenſorem ſubſtituat, & magis eſt, vt niſi vnum dent procuratorem, deſiderante ſcilicet hoc actore, committatur ſtipulatio, ob rem non defenſam*, for. 21. de euictio. ibi: *Fem fur nou, que ſi dos ó tres, ò mes homens ſeran obligats a alcu, ò alcuns, caſcun dells per lo tot, per raho de euictio, que la Cort ſi ſon preſents en lo loch los cit, e que tots en ſemps eligen vn procurador qui defena lur dret, è lur raho, é ſi fer no ho volen, que la Cort los 'n deſtren-*
3 *gue*, fallit etiam quando cauendũ
eſt pluribus creditoribus, l. 4. §. creditoribus ff. de fideicommiſſarijs libertatibus, ibi: *Creditoribus caueri quemadmodum debet vtrum ſingulis: an vero omnium nomine vni ab ipſis creato? Et oportet officio iudicis conſtitui, conuenire creditores, vnũque creare, cui caueatur omnium nomi-*
4 *ne*. Vel quando plures ſunt hære-
des alicuius, cũ quo iudiciũ fuit cæptum: nam omnes tenẽtur vnũ conſtituere procuratorem, d. l. iam tamen 5. §. ſi tamen verſ. nam & plures ff. iudicat. ſolui. ibi: *Nã & plures heredes rei neceſſe habebunt vnũ dare procuratore, ne defẽſio per plures ſciſſa incommodo aliquo adficiat actorẽ*, l. 1. §. ſi plures, & l. ſequenti ff. de excercit. ibi: *Ne in plures aduerſarios reſtringatur, qui cũ vno cõtraxit*, l. licet §. ſi plures verſ. plane ff. de procuratorib⁹, Gratiã deciſ. 107. nu. 5. & 6. l. q ſi nolit

§. ſi

§. ſi plures ff. de ædilitio edic. fal lit pariter in mercatoribus, qui cõueniuntur redhibitoria, ex diſpoſitione, l. vel quanti minoris, qui tenentur facere vnum procuratorem, Bald. in l. 4. nu. 15. verſ. & nota, C. de ædilitijs actionibus Gratianus dicta deciſ. 107. n. 10.
6 Fallit etiam in iudicio familiæ herciſcundæ, vt in l. ſi familia 48. ff. familiæ herciſcundæ, & l. ſi fa-
7 miliæ 55. ff. eodem titulo, exceptis tamen hijs caſibus, videtur ſtandum regulæ, vt non teneantur plures vnum, vel duos procuratores conſtituere: liberũ enim eſt cuique, cui voluerit mandatũ concedere, & eum facere procuratorem, de quo confidit, & iniquum videtur cõuenire in vnum, vel duos procuratores: forſan enim ille, qui fuerit electus à maiori parte, non placebit minori, & hanc opinionẽ tenuerunt Bart. & Bald. in d. l. ſi quis cum procuratorio, §. vnius ff. de procuratoribus, & pluries ſecutus fuit Don Garcia Maſtril, vt ipſe teſtatur deciſ. 108. num. 13. cum ſeqq. part. 2. qui plures alios allegat.
8 Sed contrariũ viſum fuit maiori parti Senatorum, nimirum compelli poſſe creditores, quando ſunt in magno numero, vnũ, vel duos tantum procuratores cõſtituere, vt fuit deciſum in Conſilio Neapolit. teſte Vincẽtio de Franch. deciſ. 309. 2. part. & eum referr, & ſequitur Fabius de Anna. in additione ſui genitoris in ſing. 387. & melius Alois. Leo. in l. 1. num. 4. C. de condict. furti. & in l. 1. num. 5. C. ſi plur. vnic. ſenten. Caſſan. in conſuet. Burgun. rub. 16. §. 6. verbo. ou. fol. 1474. nu. 4 in fin. & Franc. Marc. deciſ. 699. part. 2. vbi allegat Abb. & alios, quos refert Don Garcia Maſtril. d. deciſ. 108 num. 7. & Vincen. de Franch. in d. deciſ. ait Sacrum Regium Cõſiliũ Neapol. motum fuiſſe, tum ex diſpoſitione tex. in l. 4. §. creditoribus de fideicom. libert. tũ; quia eſſet maximi tædij, quod ad vnumquemque actum omnes ci-
9 tari deberent, & eadem ratio mouit Regiam Audientiam, quã do creditores ſunt in magno numero. Et ita fuit prouiſum, cum prouiſione facta per Doctorem Ioannem Hieronymum Blaſco, ex deliberatione Regij Conſilij die 12. Febr. 1616. in cauſa vertenti, inter Don Petrum de Ixar, parte ex vna, & eius creditores ex alia, confirmando aliam prouiſionem factam per Auditorem cauſæ, actuario Philippo Piquer notario, & iterum, referente eodem Doctore Blaſco, ita fuit prouiſum ex deliberatione Regij Conſilij in fauorem Don Ianuarij Rabaça de Perellos, con tra eius creditores, die 20. Iulij 1617. confirmata in gradu reuiſionis, die 10. Nouembris eiuſdem anni, actuario, ſiue ſcriba cauſæ Petro Ludouico Alonſo not.

DECISIO CCIIII.

DOS IN FRAVDEM creditorum constitui non potest, & si titulo lucratiuo facta fuerit, sufficit debitoris fraus, quanuis ille, in quem facta est alienatio, in fraude non participauerit.

1 *Casus, siue facti species.*
2 *Fraudis particeps, si quis nõ fuit, sed simpliciter scit, creditores habere eũ, qui in ipsũ alienauit, non tenetur in factum actione.*
3 *Dos in fraudem creditorum constitui non potest.*
4 *Gener, si sciens accepit dotem à socero fraudatore, tenetur actione, quæ in fraudem creditorum.*
5 *Filia, quæ dotem accepit à patre fraudatore, etiam si ignorauit fraudem, nihilominus tenetur, quod consequuta fuerit, restituere.*
6 *Alienatio si facta fuit in fraudem creditorum titulo lucratiuo, sufficit debitoris fraus, & euentus fraudatum creditorem: si vero ex causa onerosa, communis fraus, alienantis, & accipientis, spectatur.*
7 *Titulus dotis, respectu mariti, cui constituitur, dicitur onerosus.*
8 *Dos datur ad sustinenda onera matrimonij.*
9 *Dotis titulus respectu mulieris, pro qua dos constituitur, dicitur titulus lucratiuus.*
10 *Dotis constitutionem à marito factam sibi ipsi in fraudem creditorũ non valere, fuit pronuntiatum, cũ Regijs sententijs, latis in Regia Audientia Valentina, & in Sacro Supremo Regio Consilio.*

1 PETRVS Verdiel mercator Hispanus ciuitatis Hispalis in ciuitate Neapolis matrimoniũ contraxit cũ Anna Bou, etiam Hispana, ciuitatis Valentiæ, & instrumento dotali, de quo fuit rogatus Ioannes Vincentius de Troyanis notarius in ciuitate Neapolis, vbi contrahentes 2
residebant, dicta Anna Bou in dotem constituit dicto Petro Ver- 3
diel bis mille ducatos, monetæ Neapolis, quos dictus Petrus Verdiel cõfessus fuit recepisse in vestib⁹, iocalib⁹, & alijs bonis: & ab alia parte prefatus Petrus Verdiel dotauit iã dictã Annã Bou, seu augmentũ dotis ei fecit de quantitate aliorũ triũ mille ducatorũ, eiusdẽ monetæ: casu quo dicta Ana Bou superuixisset, quos quinq; mille ducatos promisit restituere, in omni casu restitutionis dotis, cũ hypotheca omniũ bonorũ suorũ. Et tẽpore cõtractus matrimonij dictus Verdiel acceperat à Petro Noguerioles, Melchiore Miquel, & alijs ciuitatis Alicantis, quandam nauem nuncupatam, *El Castillo de oro*, instructam omnibus instrumentis necessarijs ad nauigandũ cum illa, nomine sui ipsius, & prædictorum, nam illa cõmunis erat omnium, & illis promiserat, dictam nauem, iustam partem, & portionem vniuscuiusque eorum, eis restituere, simul cum lucris, dictis partibus corre-

correſpōdentibus: & dictus Verdiel dictam nauem vendiderat, & erat debitor pretij illius, & lucrorum per eum perceptorũ, tēpore quo nauigauerat, & cum quædã merces dicti Verdiel ad ciuitatē Alicātis Hiſpaniæ perueniſſent, & ad inſtantiam dictorum creditorum fuiſſent ſequeſtratę, & venditæ per curiam Baiuli ciuitatis Alicantis, & ex pretio illarum dicti Petrus Nogueroles, & Melchior Miquel abſtraxiſſent, videlicet dictus Nogueroles, in duabus partitis, bismille, tercentum, quatuordecim libras, & octo ſolidos, & decem denarios, & dictus Miquel biſcentum, & octuaginta libras, monetæ Valentinæ, & promiſiſſent, eas reſtituere penes curiam dicti Baiuli, quoties eis mandatum eſſet. Dicta Anna Bou, mortuo marito, dictos quinque mille ducatos, in dotem cōſtitutos, ſibi ſoluendos fore, prætendebat; & dicti crediti dotalis virtute, probati cum inſtrumento dotali, condemnationem obtinuit, coram Ordinario Vrbis, ſiue Iuſtitia, in cauſis ciuilibus, Valentiæ in dicta quantitate, aduerſus curatorem datum hæreditati iacenti viri illius prædefuncti; & executionem inſtauit: dicti vero Nogueroles, & Miquel, creditores contendebant, non teneri reſtituere quantitates, per illos reſpectiuè abſtractas, ex pretio dictarũ merciũ ſui debitoris: quia dicebant, creditum dictæ Annæ, non eſſe legitimum, ſaltem reſpectu dictorũ triũ mille ducatorũ, à dicto Petro Verdiel dictæ Annæ dotis nomine conſtitutorũ: quia cũ non haberet bona, ex quibus debita ſoluere poſſet, non potuit in fraudem creditorũ, dictam dotem conſtituere.

Difficultatem faciebat: nã dicta Anna Bou nō participabat in faude: ignorabat enim, dictũ Petrum Verdiel, quem diuitem eſſe credebat, nō habere bona ſufficiētia, ad ſoluendum debita ſuis cre-
2 ditoribus, & ſi quid in fraudē creditorum factum ſit; ſi tamē is, qui cepit, ignorauit, ceſſare videtur verba l. ait Prætor 10. §. quod ait Prætor. ff. quæ in fraudē creditorũ, ibi: *Quod ait Prætor, ſciente te, ſic accipimus, te conſcio, & fraudē participāte. Nō enim ſi ſimpliciter ſcio, illũ creditores habere: hoc ſufficit ad cōtendendum, teneri eum in factũ actione, ſed ſi particeps fraudis eſt.*

Cōtrarium tamen fuit deciſũ; nimirũ, dictos tres mille ducatos non potuiſſe in dotem cōſtitui,
3 in præiudicium creditorũ, d. l. ait Prætor, §. ſi cum mulier, verſ. neque enim, ff. de his quæ in fraudē credito. ibi: *Neq; enim dos in fraudē creditorũ conſtituenda eſt: & hoc certo certius eſt, & ſæpiſsime cōſtitutũ.*
4 l. ſi. §. ſi à ſocero ff. eodē, ibi: *Si a ſocero fraudatore ſciēs gener accepit dotē, tenebitur hac actione, & ſi reſtituerit eã, deſinit dotē habere,* & infra, ibi: *Quod ſi is ignorauerit filia autem ſcierit, tenebitur filia: ſi vero vterque*

 ſcierit,

ſcierit, vterque tenebitur, at ſi neu-

5 *ter ſcierit, quidam exiſtimant, nihilominus in filiā dandā actionē, quia intelligitur, quaſi ex donatione aliquid ad eā perueniſſe, aut certè cauere eam debere, quod cōſequuta fuerat, reſtituturā*, Rom. in l. 1. ſoluto matrim. num. 8. Iaſſon. in §. fuerat Inſt. de actio. num. 116. quatenus igitur facultates dicti Verdiel non ſufficiebant, ære alieno deducto, non potuit, in præiudicium creditorum, dictos tres mille ducatos in dotem conſtituere.

6 Nec obſtat, quòd vxor in fraude non participauerit: nam ſi alienatio ſit facta, titulo lucratiuo, ſufficit debitoris fraus, & ſufficit, re, & euentu fraudatum creditorem, ſin autem oneroſa cauſa fuerit: cōmunem fraudem alienātis, & accipiētis ſpectabimus: Imperator enim in l. 5. C. de reuoc. ijs quæ in frau. credi. ita ait: *Ignoti iuris non eſt, aduerſus eum, qui ſententia condemnatus, intra ſtatutum tempus, ſatis non fecit, nec defenditur, bonis poſſeſſis, itemque diſtractis, per actionem infactum, contra emptorem, qui, ſciens fraudem, comparauit, & eum, qui, ex lucratiuo titulo, poſſidet, ſcientiæ mentione detracta, creditoribus ſuis eſſe conſultum.*

7 Cū igitur titulus dotis, reſpectu mariti, cui conſtituitur, dicatur oneroſus, l. ex promiſsione 19. ff. de

8 actio. & oblig. quia dos datur ad ſuſtinenda onera matrimonij, l. pro oneribus, & ibi notat Bart. C. de iur. dot. tamen reſpectu mu-

9 lieris, pro qua dos datur, & ſic dotem lucratur, dicitur titulus lucratiuus, ita Bart. in l. media. 50. §. fundus. num. 1. ff. ſolut. matrim. ad hoc ponderat tex. in d. l. fin. §. ſi a ſocero ff. quæ in frau. cred. & ita, in præiudicium creditorum, non valet dicta dotis conſtitutio

10 à marito facta; Et ita fuit pronuntiatum in Regia Audientia Valētiæ, referente nobile Don Marco Antonio Siſternes, ſententia lata, partim in fauorem dictæ Annæ Bou, & Verdiel, & contra eam in hoc capite, publicata per Don Ioannē Daça, die 20. Iulij 1617. quæ poſtea, in gradu ſupplicationis, fuit confirmata in hoc S. S. R. C. die 22. Nouēbris 1618. actuario Franciſco Olzina.

DECISIO CCV.

IVRAMENTVM IN ſupplementū probationis, an, & quādo deferri poſsit in cauſis magnis, vbi eſt plus quam ſemiplene probatum, & quando non, laté tractatur.

Donatio facta contēplatione matrimonij, licet nulla interueniat publica, nec priuata ſcriptura, teſtibus probatur, & hoc ſancitum eſt lege Caſtellæ, & deciſum in Regia Audientia Valentina.

1 *Caſus, ſiue facti ſpecies.*

2 *Iuramentum in ſupplemētum probationis non defertur*

Digitized by Google

tur in cauſis magnis, & num. 3. declara, vt num. 43.

4 Cauſa modica, vel magna intelligitur, attenta qualitate perſonarum, & more regionis.

5 Modica, vel magna cauſa quæ ſit, ſecundum communem ſententiam iudicis arbitrio relinquitur.

6 Iuramentum in ſupplementum probationis nō defertur in cauſa mille quingentorum ducatorum.

7 Iuramentum ſuppletorium nō defertur, vbi, quod eſt probandum, non eſt veriſimile.

8 Veriſimile quod non eſt, præ ſe fert ſpeciem falſitatis.

9 Veriſimilitudo inſpicitur in depoſitione teſtis.

10 Iuramentum ſuppletorium vt deferri poſſit, debet ad minus adeſſe vnus teſtis omni exceptionè maior.

11 Procurator non poteſt eſſe teſtis pro ſuo clientulo, declara. n. 49.

12 Solicitator non poteſt eſſe teſtis, declara, vt num. 50.

13 Teſtis non creditur, qui extraiudicialiter dixit vnum, & in iudicio aliud contrarium.

14 Teſtis eſſe non poteſt domeſticus iuxta forum.

15 Teſtium fides diligenter examinanda eſt, & in perſona eorum exploranda erunt in primis conditio cuiuſque, & an locuples, vel egens ſit.

16 Teſtimonium ferre non poſſunt humiles, & viles perſonæ.

17 Pauper regulariter non eſt integer teſtis, & omni exceptione maior, declara. vt num. 52.

18 Teſtis fides diminuitur ex affectione, & amicitia.

19 Teſtes ad inuicem contrarij nihil probant.

20 Iuramentum in ſupplementū probationis non eſſe deferendum, placuit maiori parti Senatus, concurrentibus omnibus, de quibus nu. 2. cum ſeqq.

21 Iuramentum in ſupplementū probationis eſt deferendum perſonæ honeſtæ, quando pluſquam ſemiplene probauit ſuam intentionem, & num. 30.

22 Iuramentū defertur etiam in cauſis magnis in ſupplementum probationis; quando eſſet pluſquam ſemiplene probatum.

23 Iuramentum ſuppletorium defertur mulieri in cauſa magna, quando eſt pluſquam ſemiplene probatum, & ita fuit deciſum in Regia, & in alijs Senatibus num. 24. 25. 27. 31. & 32.

26 Probatio pluſquam ſemiplena eſt, quando ſunt duo teſtes, quorum vnus eſt integer, alter non, vel concurrunt indicia cum vno teſte, vel adſunt adminicula, vel præſumptiones.

28 Iudex poteſt, inſpectis perſonarum, & cauſæ circumſtantijs, deferre iuramentum in ſupplementū probationis actori, & num. 29. & 45.

32 Iuramentum in ſupplementum probationis, vbi erat pluſquam ſemiplene probatum, fuit delatum in Regia Audientia.

33 *Donatio facta à marito vxori cõtemplatione matrimonij, licet nulla interueniat publica, nec priuata ſcriptura, teſtibus probatur.*

34 *L. 4. tit. 4. par. 5. ſancitum eſt, valere donationem factam contemplatione matrimonij ſine ſcriptura, & quid de iure Cæſareo, & Regio Valentino. num. 33. & 35.*

35 *Donatio facta cõtemplatione matrimonij in Regno Valentiæ valet, licet non interueniat publica ſcriptura, quamuis aliàs ſimpliciter donatio non valet vltra centum morabatinos, ſi non ſit facta cum publico inſtrumento, & ita fuit iudicatum in Regia Audientia.*

36 *Veriſimilitudo non deficit, quod facta fuerit donatio contemplatione matrimonij, quamuis de ea non ſit facta publica ſcriptura, & numer. 48.*

37 *Enunciatiua verba inter contrahentes præſentes plene probant, maxime fauore dotis, num. 38.*

39 *Confeſſio extraiudicialis facta, parte præſente, & acceptante, plene probat contra confitentem.*

40 *Famulus non poteſt pro domino teſtimonium ferre, ſi tempore depoſitionis erat in eius ſeruitio.*

41 *Inhabilitas vnius teſtis ſuppletur per magnam fidem, & habilitatẽ alterius, & ex adminiculis n. 42.*

43 *Iuramentum in ſupplemẽtum probationis etiam in cauſis magnis defertur, quando eſt pluſquam ſemiplene probatum.*

44 *Matth. de Afflict. deciſ. Neapol. 375. declaratur.*

45 *Iuramenti ſuppletorij delatio remanet in arbitrio iudicis, inſpectis perſonarum, & cauſæ circunſtantijs, vt late hic declaratur.*

46 *Teſtis eſſe non poteſt impubes, tamen ſi ſit proximus pubertati, & doli capax, admittitur in teſtem.*

47 *Probatio facta per vnicum teſtẽ, etiam accedente partis iuramento, nõ valet vltra centum ſolidos iuxta forum.*

49 *Procurator repellitur à teſtimonio in eadem cauſa, ſecus in alia.*

50 *Solicitator, qui pietatis cauſa ſolicitat, bene poteſt teſtis eſſe in illa cauſa.*

51 *Vilis perſona quæ ſit.*

53 *Teſtium contrarietas vt euitetur, omnis interpretatio eſt facienda.*

54 *Singularitas, quæ non eſt obſtatiua, ſed adminiculatiua, non nocet, ſed coadiuuat.*

55 *Teſtium contrarietas, & diſcordia quando eſt in acceſſorijs, & in ſubſtantialibus ſunt concordes teſtes, probant, & iſta eſt magis cõmunis opinio.*

1 DOMNA Catherina Milà matrimonium contraxit cum Iacobo Sanz Coranda, cum quo tantum vixit nupta per tempus decem & ſeptem dierum: viro mortuo, petijt in Regia Audientia Valentina, die 3. Ianuarij 1614. eius hæredem cõdemnari ad ei ſoluẽdum quatuor centum libras annuas, vita ipſius durãte, quas affirmabat, ſibi promiſſiſ-

miſiſſe eius virum, tempore cõtractus matrimonij, licet de hoc nulla extabat publica, nec priuata ſcriptura, ſed tantũ ad id probãdũ produxit quoſdam teſtes, & in primis Marcal German Nũtium ad eam miſum per dictum Sanz Cotanda, vt exploraret eius voluntatem, an nubere vellet: dixit enim dictus teſtis, ipſum olim fuiſſe famulum à manu dictæ Dõnæ Catherinæ, & vti eius familiarem dictũm Cotãda eum fuiſſe alloquutũ, dicendo, exoptare matrimonium cõtrahare cum eadem, & rogando, vt eius voluntatem exploraret: an cum ipſo nubere vellet, & vt illam ad id alliceret, ei dixiſſe, vt ex parte dicti Sanz Cotanda eidem Catherinæ promitteret tercẽtas & quinquaginta, vel quatuorcentum libras annuas poſt eius obitum, vita vxoris durante, & quod nuntius miſſus hoc idem retulit, qui in hoc fuit ſingularis; de eadem prõmiſsione depoſuerunt Paulus Figuerola notarius, & Eliſabeth Robles (quæ tempore promiſsionis erat famula actricis) conteſtes de loco, & tempore, dicentes, audiuiſſe dictum Sanz Cotandã, Domnæ Catherinæ præſenti dicentem, quatuorcentum libras annuas, quas ei promittebat, nõ eſſe ponendas in inſtrumento dotali, ne eam moleſtarẽt creditores: probatũ etiam fuit, aliquos audiuiſſe ab eodem Figuerola, & ab alijs tempore contractus dicti matrimonij, iam tunc factam fuiſſe dictam promiſsionem, & Auguſtinus Befer Faber lignarius (qui habitat in platea Templi maximi) depoſuit, in die nuptiarum audiuiſſe, idem publice dici in eadem platea: concurrebat etiã veriſimilitudo, ex quo dicta Dõna Catherina erat filia legitima, & naturalis Don Onufrij de Millà, neptiſque Comitis de Albayda, & dictus Sanz Cotanda erat ignobilis, & multo inferioris gradus, & maxima erat diſparitas generis, & non eſt veriſimile, quòd, extante dicta inæqualitate, dicta Domna Catherina cum eo contraxiſſet matrimonium, niſi vt commodè viuere poſſet, nedũ matrimonio durante, ſed etiam eo ſoluto, & ita valde eſt veriſimile, ſibi proſpexiſſe cum dicta promiſſione: licet enim aliquando vxores nobiles aſſumant viros plebeyos, hoc tamen fit, vel quia, cum ſint pauperes, nubant diuitibus, qui eas dotant, vel certum redditum eis ad vitam promittũt, ſi viduæ permaneãt, vel quia volunt ſplendide, & laute viuere, & facultates viri conſumere in veſtibus precioſis, iocalibus, ornamentis ſuæ perſonæ, & domus & in familia; hoc autem vltimũ non potuerat mouere dictam Dõnam Catherinam, quia ſciebat, dictum Sanz Cotanda eſſe valde parcum, & vt filius, & hæres ipſius in proceſſu huius cauſæ deduxit in articulis, dictus Sanz Cotanda

Cotanda nullas ei fecit, tempore nuptiarum,veſtes condignas, iuxta eius qualitatem; & ita eſt veriſimile,quod tantū ſpe promiſſionis dictarum quadrigentarum librarum mota fuit ad conſentiendum dicto matrimonio. Allegabat etiam,quod licet de dicta promiſſione non fuit confectum publicum inſtrumentum, hoc tamē factum fuiſſe, ne creditores dictæ Domnæ Catherinæ illius notitiā haberent: inſtrumenta enim,quæ fiunt tempore nuptiarum, ſolent ad notitiam multorum peruenire, & ita hoc fuit relictum, vt poſtea in ſcriptis redigeretur; ſed quia vir ſubito obijt abſque loquella, decimaſeptima die poſt celebratas nuptias, non valens loqui, non potuit, nec in teſtamēto, nec in publica ſcriptura promiſſa adimplere, & dicta Domna Catherina ſupplicauit, ſibi deferri iuramentum in ſupplementum probationis. Dubitatū fuit: an in hoc caſu, in quo actrix habebat pluſquam ſemiplenam probationem, ei eſſet deferendum dictum iuramentum.

Vincentius Sanz Cotanda filius, & hæres dicti Iacobi prætendebat,non eſſe deferendum.

2 Primo, quia in cauſis magnis iuramentum ſuppletorium non defertur:ita tenet Bart. in l. admonendi num. 52. in fin. ff. de iur. iur. poſt gloſ. in verbo *exacto iure iurando*, ante medium, ibi: *Maxime ſi res petita eſt modica*. ex qua infert ibi Iaſ. num. 271. quod in cauſis magnis non eſt locus huic iuramento, vt notant DD. ibi, Menoch. de arbit. caſu 72. Doctores in cap.fin. de iur. iurando, Alex.conſ.109. col.fin. verſ.nūc venio ad ſecundum, vol.4.& cōſ. 39. in fin. vol. & conſ. 180. n.7. vol.6. Ruin.conſ.79. num.5.vol. 4. Nata conſ.199.num.14.in fin. vol 1. Gozadin. in conſ. 11. n.5. Roland.conſ.82. num.22. vol.2. Gail. pract. obſeruat. lib. 2. obſer. 94. n.8. Papon Arreſtor.curiæ,lib.9. tit.6. Arreſt.9. Afflict. deciſ. 175. num.10. Marſil. ſing. 27. incip. iuramentum, Vrſil. deciſ. 375.num.6. Cornazar.deciſ.68. num.14. & 15. Scharder. de feud.9. part.2.partis,ſect. 13. num. 48. par. 1. Surd. conſ. 12. vol. 1. Turret. conſ. 3. num. 8. vol.1. Bertazol. conſ. crim. 358. num.52. vol.1. Ant. Aug. deciſ. nouiſ. Rotæ Rom. 1605.num.1. lib.3. vol.3. & Albericus in l. in bonæ fidei, C. de rebus creditis, num. 1. verſ. iterum, inquit, in magnis non deferri iuramentum,

3 & pro hac bene facere tex. in l. legitimos ff. de legitimis tutoribus,ibi: *Maxime ſi ſubſtantia modica ſit*, & in l.cum hijs. §. cauſæ, verſ. modica quantitas, ibi: *Vt puta quantitas tranſactionis*, C. de tranſactionibus,& inferius ſubiū-

4 git Alber. ſuper eo, quæ cauſa dicatur modica, vel magna, attēdi qualitatem perſonarū, & morē regionis, vt ſi eſſet quæſtio inter

ter duos Reges de quingentis flo
renis, eſſet cauſa modica, ſi inter
5 duos alios eſſet cauſa magna, &
ſecundum crebriorem ſentētiam
iſtud iudicis arbitrio relinquit,
vt inquit Menoch. de arbit. caſu.
72. n. 10. Achil. Pedrocha cōſ. 3.
num. 28. & 29. cauſam ducento-
rum florenorum in noſtro propo
ſito magnam eſſe, dicit, & Mat-
thæus de Afflict. deciſ. 375. nu. 9.
6 ait, non eſſe deferendum iuramen
tum in cauſa mille, & quingen-
torum ducatorum, in hoc autem
caſu agebatur de cauſa maioris
ſummæ nimirū quadringentarū
librarum monetæ Valentinæ, ſiue
quatuor mille argēteorū Caſtel-
lanorum annuorum, vita actricis
durante, & petebātur quantitates
decurſas à die mortis dicti Iaco-
bi Sanz Cotanda, quæ attingebāt
ſummam mille & ſexcentarum li-
brarum dictæ monetæ, & ita ex
hac cauſa videbatur, non eſſe de-
ferendum iuramentum in ſupple
mentum probationis.

7 Secundò, quia iuramentū ſup
pletorium nō defertur, vbi quod
eſt probandum, non eſt veriſimi-
le, Bald. in l. 1. num. 5. in fin. &
num. 6. C. qui & aduerſus quos
poſt gloſ. ibi in verbo, *nō ſit*, vbi
inquit, quod, licet quando quis
probauit ſemiplenè læſionē per
vnum teſtem, defertur ei iuramē
tum, tamen quādo fuit induſtrius
& diligens, non defertur: quia nō
eſt veriſimile, quod fuerit læſſus
ſua ignorantia, Achil. Pedrocha
conſ. 3. num. 45. qui allegat ita te
nentes Alexan. conſ. 71. num. 14.
vol. 3. Socin. conſ. 194. in princ.
verſ. tertia ratio, 2. vol. Plot. in
tractat. de in litem iur. §. 50. nu.
22. & Crauet. conſ. 947. nu. 32.
vbi etiam Decium idem affirmā-
tem refert, 5. vol. & ita quoque
in terminis docuit Bald. in l. vlt.
num. 55. C. de edendo, vbi Cel-
ſus in additionibus ad eum, &
Tiraq. in l. ſi vnquam in præfa-
tione, num. 39. verſ. cui finiſſi-
mum C. de reuoc. donat. concor
dantes adducunt: veriſimile autē
non eſt, quod cum matrimoniū
fuiſſet contractum ſpe dictæ pro
miſsionis quadringētarum libra
rum annuarum, quod de ea nulla
fuiſſet facta publica, nec priuata
8 ſcriptura, & quod non eſt veriſi-
mile, præ ſe fert ſpeciem falſita-
tis, vt inquit Bald. in l. teſtium
col. fin. C. de teſtibus cap. quia
veriſimile ro. extra de præſum-
ptionibus, vbi Felin. in princ. n.
1. inquit, efficatiorem probatio-
nem minui, ſi quando quis pro-
bare vult, quod non eſt veriſimi
le, & tunc neceſſariam eſſe aliquā
præſumptionem pro eo, late De-
cius conſ. 177. num. 1. in princ.
9 & in depoſitione teſtis inſpicitur
veriſimilitudo, l. 3. §. tu magis ſci
re potes de teſt. ibi: *An ea quæ in-
terrogaueras ex tempore veriſimilia
reſponderunt*, & late probat Natta
conſ. 666. num. 11. lib. 3.

10 Tertiò, quia, vt iuramentum
ſuppletorium deferri poſsit, de-
bet

bet ad minus adeſſe vnus teſtis omni exceptione maior, vt ex multis tradit Maſcard.de probat. concl. 597. num.9. Benintend.de ciſ. 61. & 67. Hieron. Laurent. deciſ. 105. num. 3. & alij, quos refert Camill. Borel. in ſumma deciſ. tit. 54. num. 22. pag. 88. in caſu autem noſtro dicebat, nullum eſſe teſtem omni exceptione maiorem: in primis enim dicit, Paulum Figuerola not. non eſſe talem: tum quia fuit procurator
11 dictæ D. Catherinæ, & procurator non poteſt eſſe teſtis pro ſuo clientulo, cap. inſuper in fin. extra de teſtib. laté Farinac. de oppoſit. contra perſonas teſtium
12 q.60. num. 196. vel ſaltem ſolicitauit hanc cauſam, & ſolicitator non poteſt eſſe teſtis, Farinac.
13 d.q.60. num. 244. Item quia dictus Figuerola extra iudicialiter interrogatus: an facta eſſet dicta promiſsio, illud negauit ante litem cæptam, & ſic non eſt credendum, quod poſtea iudicialiter depoſuit, cap. per tuas 10. extra de probat.

14 Item Eliſabet Robles erat famula, & ſic teſtis domeſticus, quę teſtis eſſe prohibetur per forum 3. de teſtibus. Rurſus allegauit, Marçal German teſtem productum per eandem domnam Catherinam eſſe perſonam humilis conditionis, & ita non eſſe integrum teſtem, erat enim famulus à manu, ſiue ſcutiferus Don Bernardi Vilarig Carroz Baiuli Generalis, & multo antea fuerat famulus eiuſdem Domnæ Catherinæ, l. 3. in princip. de teſtibus,
15 ibi: *Teſtium fides diligenter examinanda eſt, ideoque in perſona eorum exploranda erunt in primis conditio cuiuſque*, & inferius ibi: *An locuples an egens ſit, vt lucri cauſa*
16 *quid facile admittat*, & hinc videmus, quod humiles, & viles perſonæ à teſtimonio repellantur, Alexan. conſ. 237. num. 1. Nata
17 conſ. 666. num. 2. lib. 4. & etiam quia erat pauper, qui regulariter non eſt integer, & omni exceptione maior, Farin. de teſt. q. 57. num. 1. & num. 3. hanc dicit magis communem ſententiã ex verbis ſupra relatis, d.l.3. de teſt. vbi gloſ. in verbo, *egens*, nota, quod pauper facile corrumpitur, gloſ. in cap. teſtes, §. teſtium fides 4. q. 3. ibi: *an locuples, vel egens ſit*. Rurſus cum dictus Marçal German fuerit famulus eiuſdem Domnæ
18 Catherinæ, & ex hac cauſa ei habet affectionem, & amicitiam, fides diminuitur, Farin. de teſtib. quæſt. 55. num. 234. & ſequenti, gloſ. in §. cogitandum in verbo, *teſtes*, paulò ante finem in authentico de monachis, ibi: *Licet tanquam amico aliquantulum minor fides adhibeatur*: oppoſuit etiam contra eius dictum, conſiderando aliquas contrarietates, & inveriſimilitudines inter ipſum, &
19 alios teſtes, & vbi plures teſtes inter ſe ſunt contrarij, nihil probant, Farinac. de teſtib. q. 65. n. 2. cum

cum ſeqq. vbi late confirmat, & præſertim allegabat, dictũ Marçal German reſpõdiſſe ſuper quodam interrogatorio, eandem Dõnam Catherinam, ſtatim atque eam fuit adlocutus, ipſius verbis perſuaſam cõſenſiſſe dicto matrimonio, cuius contrarium dixit Eliſabetha Robles, dicendo, immo ſæpius fuiſſe rogatam, antequam ſuum conſenſum præſtaret, & voluiſſe, vt prius interueniret conſenſus conſanguineorũ, & præſertim Marchionis Albaydæ.

Ex ſupradictis cauſis maiori parti Senatus placuit, dictum reũ abſoluere ab impetitis, reſpectu promiſsionis dictarum quadringentarum librarum, & ita cũ votis maioris partis fuit pronuntiatum in fauorem dicti Vincentij Sanz Cotanda, cum ſententia infra referenda: ſed minori parti placuit contrarium ex ſequentibus.

21 Primò, iuramentum in ſupplementum probationis eſt deferendum perſonæ honeſtæ, quando pluſquam ſemiplene probauit ſuam intentionem, ita Iaſon in l. admonendi de iur. iuran. n. 281. in verſ. limita, his verbis: *Limita omnes iſtos caſus, dum dixi, quod iſtud iuramentum neceſſ non defertur in cauſis magnis, aut arduis, nec in criminalibus, nec in ſpiritualibus, nec in cauſis famoſis, vel ſimilibus, & nota multum hanc limitationem, quæ eſt valde neceſſaria in tota iſta materia, niſi eſſet pluſquam ſemiplene probatum, vt quia vltra ſemiplenam probationem aliquod eſſet adductum, vel adeßet aliqua alia præſumptio, vel produxißet quis duos teſtes, quorum vnus non eſſet omnino integer, quo caſu ſaltem haberet pluſquam ſemiplenam probationem, tunc ſi perſona ſit honeſta, poteſt iudex (quanuis cauſa ſit ardua, vel grauis) deferre iſtud iuramentum neceſſarium per text. in d.c. fin. verſ ſani, per quem tex. ita dicit Lud. Ro. hic in. 28. col. & clarius in 34. col. & ante eum Sali. hic in 17. col. in fi. idem tenet d. Alex. Immol. hic in 23 col. & in d. l. 3. in prin. ſupra eo. in trib. locis in 8. 9. & 10. not. col. vlt. & in conſ. 264. in cap. viſo proceſſu vtriuſque cauſæ col. 3. lib. 4. dicit gloſ. in cap. vidua in gloſ. fi. ſuper verbo,* Sacramento, *de regu. & tranſact. ad relig. vnde dicit pulchre in propoſito d. Abb. Pan. in cap mulier col. 3. ext. & quod in cauſis arduis, puta matrimonij, ſi actor eſt optimæ vitæ, & petit puellam ſe inferiorem, vel æqualem, & habet in contractu matrimonij vnum probatiſsimum teſtem, vel forte habet duos teſtes, quorum vnus eſt nõ omnino integer, & ſic pluſquam ſemiplenam probationem, poteſt iudex deferre iſtud iuramentum neceſſa. per text. in d.c.fi. & ita, & in ſpecie dicunt Paul. de Caſt. & d. Alex. in d l. 3. in prin. ſup. eod. vterq; in vlt. col. allegantes, idem velle Io. An. in d.c. fin. confirmo per id, quod not. dicit Bald. in præallegata l. in bona fidei,*

Digitized by Google

ſidei,col.vlt. verſ.3.inſpicitur quantitas rerum, quem ſtatim ſupra retuli, quod licet in cauſis feudalibus (quæ ſunt magnæ) non defertur iſtud iuramentum neceſſarium: tamen defertur poſſeſſori, quia poſseſsio aliquod adiungit ſemiplene probationi, per text. ſecundum eum d.cap, Sacramentum, hactenus Iaſon, refert, & ſequitur Maſcard. de probat. in verbo, *iuramentum*, concl. 956. num. 33. 34. & 35. qui ſic ait: *Sublimita ſecundo, deferri tamen, quando eſſet pluſquam ſemiplene probatum, l.fin. ff. quod met. cau. Roman. Alexan. & alij, quos adducit Iaſon. in repet. d.l. admonendi num.* 281. Gozad. conſ. 1. poſt num. 18. Iaſ.conſ. 29. col. pen, in fin. lib. 1. Corn. conſ. 135. col.fin. lib.1. Crauet. qui alios adducit, conſ. 198.nu. 10. part.1. Boër. deciſ. 85. nu.4. Cephal. conſ. 227. nu. 27. lib.2. Marſil. ſing. 28. Foller. ad Maran. d.Act.9.num.14. Alex.conſ. 76. col.2. vol. 6. Andr. Gail.lib. 1.pract.obſer.105. num. 11. plures citat Hercula.de proban. ne-
22 gat. nu. 235. Seraphin. in tract. de priuileg. iuramen.priuileg.33 num. 10.pag. 197. ait, deferri etiam in cauſis magnis, in quibus eſſet pluſquam ſemiplene probatum.
23 Et quando eſt pluſquam ſemiplene probatum, deferri hoc iuramentum etiam mulieri, in cauſa magna, dixerunt domini Rotæ, vt per Pute. deciſ. 431. lib.2. num.3. vbi fuit deciſum, in cauſa tercentorum ducatorum deferendum eſſe iuramētum in ſupplementum probationis mulieri honeſtæ, & licet ibi fiat mentio de tercentis ducatis, non tamen reſtringitur doctrina ad dictam ſummam, ſed tantum de ea fit mentio, quia in caſu illius deciſionis de dicta ſumma agebatur, & deciſio facta fuit per doctrinā generalem, quod etiam in cauſa magna defertur iuramentum, quādo eſt pluſquam ſemiplene probatum, & Antonius Auguſtinus in deciſ. 635. Rotæ Roman.in 3. par.nouiſsimarū lib.3. pag. 288.
24 vbi ita ait: *Idē in dicta Bononienſi ius iurandum cum plus quam ſemiplene eſt probatum in ſupplementum deferri poteſt mulieri*, & in graui quātitate Papon.lib.9.tit. 6. arreſto.
25 9. vbi dicit, ita fuiſſe iudicatum in Parlamento Pariſienſi, Beninten. deciſ. Bononienſi 67. nu. 1. in fin. & num.2. Ioſeph.Lud.deciſ. Peruſ. 100. num. 7. dicens, quod quando eſſet pluſquam ſemiplene probatum, iuramentum
26 ſuppletoriū deferretur, etiam in cauſis magnis, & arduis, & nu.8. ſubiungit, quod tunc diceretur pluſquam ſemiplene probatum, quando ſunt duo teſtes, vnus integer, alter non, vel ſunt alia cum vno teſte indicia, Boër. deciſ.85.
27 num.4. qui num.5.ſubiungit, per Curiam Burgalenſem pluries delatum fuiſſe iuramentum in ſupplementum probationis, quando vltra ſemiplenam probationem aliqua erant adminicula, & præſum-

ſumptiones coadiuuantes ſemi-
28 plenā, Aufrer. ad deciſ. Capellæ Toloſanæ 171. vbi inquit, quod nullus eſt text. qui dicat, iuramentum non eſſe deferendum in cauſa ardua, quando adeſt pluſ-
29 quam ſemiplena probatio, & ita Iudex poteſt, inſpectis perſonarum, & cauſæ circunſtantijs, deferre illud actori, & licet, quando tantum extat ſola ſemiplena
30 probatio, veluti vnicus teſtis, & cauſa eſt ardua, non poteſt: tamen vbi pluſquam ſemipleneeſt probatum, defertur, Gail. pract. obſer. lib. 1. obſer. 108. num. 16. & ita, multis relatis, probat Ca-
31 millus Borrel. in ſumma deciſionum titul. 54. de iuramento ſupplet. num. 38. & 40. fol. 83. Michaël Ferrer in 3. part. obſer. cap. 392. refert de menſe Decembris 1575. in cauſa ducentatum librarum, fuiſſe declaratum, dictum iuramentum eſſe deferendum, quia erat pluſquam ſemiplene probatū in cauſa, quæ vertebatur in iudicio verbali coram Locumtenente generali Cathaloniæ, & ſubiungit, quod eſt limitatio ad regulam, qua habetur, quod in magnis cauſis non defertur iuramentum in ſupplementum probationis: nam fallit, ſi eſt pluſquam ſemiplene pro-
32 batum, & perſona eſt honeſta, & in Regia Audientia Valentina fuit lata ſentētia inter Nicolaum Segura, & Melchiorem Peguera, publicata per Don Ioannem Daça, die Februarij, 1602. Cum qua fuit delatum iuramentum in ſupplementum probationis, &, me referente, fuit lata ſententia in fauorem Ioannis Marti, contra Ioannem Poyo, publicata per Franciſcum Paulum Alreus, die 25. Iunij 1611. Cum qua fuit etiam delatū dicto Ioāni Marti iuramentum in ſupplementum probat. & fuit reuocata ſententia in alia Aula eiuſdem Regiæ Audientiæ lata, public. per eundem Alreus, die 21. Aprilis eiuſdem anni.

33 Secundo, donatio facta à marito vxori contemplatione matrimonij, licet nulla interueniat publica, nec priuata ſcriptura, teſtibus probatur, l. fin. §. ſancimus C. de iure dotium, ibi: *Sancimus itaque in omnibus huiuſmodi caſibus nullis monumentis rem indigere, ſed in omni perſona ratas eſſe huiuſmodi donationes*, §. illud in authẽtico vt fratrum filij, ibi: *Si vero non inſinuent eas, quantum quidem ad partem mulieris, etiam ſic eas valere iubemus, & ſi tempus fiat exactionis donationis & partis eius non opponi mulieri non inſinuatam fuiſſe donationē*, & bene declarat Barboſa in l. ſol. mat. 7. par. n. 42. tom. 1. pag. 552. & in Regno Caſtellæ hoc ſanci-
34 tum eſt in l. 9 tit. 4. par. 5. ibi: *Otro ſi dezimos que todo home puede fazer donacion, ó por carta, ò ſin ella dando quanto quiſiere para ſacar cautiuos, ó para refazer alguna Igleſia, o caſa derribada, ò por dote, ò donaciō, que*

Nn *ſe faze*

ſe faze por razon de caſamiento, & 35 in noſtro Valentiæ Regno, ita fuit deciſum cum Regia ſententia, lata in fauorem dictæ Eliſabethæ Santangel Centelles, & de Vallterra, contra Don Ioſephum Fenollet, publicata per Gaſparem Melia in locum Martini Pineda, die 31. Octobris, 1577. vbi cum ageretur de donatione quatuor mille ducatorum, facta contemplatione matrimonij, & nulla extaret publica, nec priuata ſcriptura, fuit declaratum, poſſe probari, pro vt probata fuit, per teſtes, iungendo diuerſas ſpecies probationis: quia aliqui ex teſtibus aliquos patiebantur defectus, ſed omnibus probationibus ſimul iunctis, viſum fuit, in illo caſu, Regio Conſilio, ſatis ſufficiẽter fuiſſe probatam intentionem actricis. Adiecto in dicta ſententia hoc motiuo. *Attento denique quod dicta donatio, quia non eſt ſimplex donatio, ſed ob cauſam matrimonij non comprehenditur ſub foro* Nengun hom. *Rub. de donationibus diſponente, non valere donationem abſque ſcriptura vltra cen-* 36 *tum morabatinos*: ſi autem ex hoc ſolo, quod nulla reperitur publica, nec priuata ſcriptura, non eſſet veriſimile, factam fuiſſe donationem, & propter hanc inveriſimilitudinem non eſſet adhibenda fides teſtibus, nunquam haberet locum probatio per teſtes, nec diſpoſitioni iurium, de quibus ſupra num. 33. vnquam locus eſſe poſſet, quod eſſet abſurdum: in caſu autem noſtro dicta Domna Catherina Milà probauit ſuam intentionem: primò cum depoſitione Pauli Figuerola notarij receptoris inſtrumenti dotalis, qui teſtatur de dicta promiſsione facta per eundem Sanz Cotanda eidem Domnę Catherinæ præſenti, dicendo, non eſſe apponendam in inſtrumento dotali promiſsionem quadringentarum librarum, quas ei promittebat, ne ad notitiam creditorum perueniret, & illa verba, 37 *quas ei promittebat*, licet videantur enuntiatiua, tamen inter ipſos cõtrahentes præſentes plene probant, l. optimam C. de contrahenda, & committenda ſtipulatione, l. publica 26. §. vltimo ff. de poſiti, ibi: *Sed probationem depoſitarum rerum impleri poſſe*, Bart. in l. ex hac ſcriptura, num. 16. ff. de donatio. & ita fuit deciſum, nemine diſcrepante, in Rota Roman. vt teſtatur Seraphin. deciſ. 1339. in princ. & in num. 1. pag. 140. & fuit etiam deciſum in Senatu Sabaudiæ, vt teſtatur Ant. Fab. in ſuo C. lib. 4. tit. 14. de 38 probatio. diffini. 23. pag. 282. maxime fauore dotis, Æmil. Verall. Caputaq. deciſ. 288. par. 1. & probatur in l. 2. C. de dotis promiſ. ibi: *Si pro dote promiſſa vſuras dare ſocer tuus ſpoponderit, &c.* vbi promiſsio tantum fuit vſurarum, & probatur contra

ſocerum

ſocerum debitum dotis propter illa verba enunciatiua, *pro dote promiſſa*, quæ apertius expreſſa videntur in noſtro caſu, his verbis: *quadringentas libras: quas promittebat*, prolatis ab ſponſo ſpõ ſę de futuro præſenti, & vbi di-
39 cta verba tantum inducerent confeſsionem extraiudicialem factam, parte præſente, & acceptante, ſi illa eſſet duobus teſtibus probata, plene probarent, iuxta forum 3. de confeſsis, & probat Maranta de ordi. iudicio. parte 6. tit. de confeſsio. num. 2. habebat etiam conteſtem dictus Figuerola quandam fœminam, quæ tempore actus erat famula eiuſdem Domnæ Catherinæ, & tempore depoſitionis, non erat
40 in eius domo, nec ſeruitio, & licet famulus non poſsit pro domino teſtimonium ferre; hoc tamen non procedit in eo, qui talis non erat tempore ferendi teſtimonium, ita Farinac. de teſt. quæſt. 55. num. 145. qui allegat ita in ſpecie dicentem Spec. in titu. de teſte, §. 1. num. 13. verſ. quid ſi olim fuit, argum. tex. in l. 3. §. affinitates ff. de poſtu. vnde ſecundum Vber. de Bonac. relatum ab Specul. in loco præcitato datur cautela, vt ſi quis velit famulos pro ſe inducere, eijciat eos à ſuo ſeruitio, per decem, vel octo dies, ante quam illos producat, & poſtea poterit ipſos inducere, & admittentur, vt ibi per eum, quem etiam ſequuti ſunt Abb. in cap. in litteris, num. 6. Felin. ibidem, num. 8. extra de teſt. Alberi. in l. etiam num. 6. Caſtrenſis nu. 2. Ioan. Sicard. num. 9. C. de teſt. & licet iſta teſtis poſt factam depoſitionem reuerſa fuit ad domum dictæ Domnæ Catherinæ, & poſtea ſemper remanſit in eius ſeruitio, & ita videbatur in fraudem dimiſſa, vt teſtimonium perhiberet, & ita ex hoc inhabilis viſa fuit; eius tamen inhabilitas ſuppletur ex habilitate
41 conteſtis: cum generale ſit, inhabilitatem vnius teſtis ſuppleri per magnam fidem, & habilitatem alterius, vt tenent communiter DD. in l. ſi quis ex argentarijs, §. cogentur, per illũ text. in verſic. quid enim ff. de edendo, Antonius Gabriel lib. 1. communium, titul. de teſtib. concluſ. 5. num. 1. & tenent innumeri relati per Farinac. de teſtibus quæſt. 62. num. 328. qui
42 num. 335. ampliat, vt teſtis defectus, & inhabilitas ſuppleatur, non ſolum ex magna fide, & habilitate conteſtis, ſed ex alijs adminiculis, coniecturis, & præſumptionibus, Alexan. in l. ſi duo patroni, num. 7. ff. de iur. iuran. & conſ. 56. in fin. lib. 2. Angel. conſ. 368. colum. fin. verſ. & ſecundum ea, Aymon. conſ. 35. num. 7. & conſ. 198. num. 5. & conſ. 6. num. 66. Dec. conſ. 163. num. 8. Grat. conſ. 52. in fin. lib. 2. Reyn. conſ. 149.

 num. 6.

Digitized by Google

num. 6. lib. 2. Socin. iun. conſ. 62. num. 19. lib. 2. & conſ. 29. n. 26. eodem lib. 2. Caccialup. in l. admonendi num. 153. ff. de iur. iuran. Marſil. ſing. 343. Corrad. in pract. §. 2. de offic. prætor. in cauſis ciuil. tit. de teſti. Rub. dicta teſtium aſſum. in princ. poſt num. 6. verſ. adde. 37. fol. 116. col. 2. Gabr. tit. de teſt. lib. 1. concl. 20. num. 4. Concurrebat etiam depoſitio Marçal German, de qua ſupra num. 1. & aliorum teſtium, de quibus ibi fit mentio, qui adminiculabantur, & magna inæqualitas generis, & quod nulla probabilis cauſa nubendi conſiderari poterat cum viro tam diſparis conditionis, quàm commoditas viuendi, tàm conſtante matrimonio, quà eo ſoluto per mortem mariti. Concurrebat etiam depoſitio Ioſephi Eſteue Præsbiteri, qui ſuper 10. interrogatorio depoſuit, paulo poſt contractum dictum matrimonium dictũ teſtem interrogaſſe Vincentium Sanz filium dicti Iacobi, an verũ eſſet, ipſius patrem promiſiſſe dictas quadringentas libras annuas, & dictum Vincentium reſpondiſſe, quod vbi pater hoc nõ faceret, ipſe adimpleret, & poſtea melius explicando ſuam depoſitionem, idem Eſteue præsbiter dixit, plus fuiſſe per eum in ſua depoſitione dictum, quam ſcriptum reperiebatur, videlicet ſibi videri, confeſſum fuiſſe dictum Vincentium Sanz, patrem ſuum promiſiſſe, ſed quia celeriter fuit contractum matrimonium, non fuiſſe dictam promiſſionem in ſcriptis redactam, & quod ipſe Vincentius eam adimpleret, cuius teſtis Sacerdotis depoſitio, & omni exceptione maioris magna eſt habenda conſideratio, ad adiuuandam dictam probationem.

43 Nec obſtant in contrarium adducta: licet enim verum ſit, in cauſis magnis non deferri iuramẽtum in ſupplementum probationis, vbi actor tantum ſemiplene probauit ſuam intentionem, veluti per vnicum teſtem, vt inquiunt Bart. & Iaſ. in locis ſupra allegatis, num. 2, & 3. idem tamen Iaſſon in repetitione dictæ l. admonendi num. 281. declarat, hoc non procedere, quando eſt pluſquam ſemiplene probatum, & hoc tenent innumeri ſupra relati, num. 22. & ita fuit deciſum in Rot. Rom. & in pluribus Senatibus in deciſionibus allegatis, num. 23. cum ſeqq.

44 Nec obſtat, quod ſcribit Mathæus de Afflict. in deciſ. Neapol. 375. num. 9. in illo caſu propter magnam ſummam, videlicet mille quingentorum ducatorum non eſſe deferendum iuramẽtũ in ſupplemẽtum probationis, & num. 10. dicitur per Sacrum Conſilium fuiſſet ſententiatum, in fauorem Bartholomæi, de quo ibi, quod abſolueretur ab impetitione Diomedis: qui ſtatim ſubiungit,

Digitized by Google

iungit, ideo fuiſſe abſolutum, quia in capitulis nihil dicebatur de verbis prolatis per dictũ Bartholomęum, probatis vt ſupra, & ſic S.R.C.Neapol. non fundauit ſuam ſententiam in eo, quod eſſet magna ſumma mille, & quingentorum ducatorũ, ſed in alijs cauſis, de quibus in dicta deciſione, & præſertim in ea, quæ redditur in vltimis verbis proxime relatis

45 & veriſima eſt ſententia Aufrerij ſupra relata num. 28. quod hoc remanet in arbitrio iudicis, qui debet inſpicere qualitatem cauſæ, & perſonarum, & probationes factas in illa cauſa: forſã enim omnes probationes ex proceſſu reſultantes ſimul iunctæ, licet non efficiant plenã probationem, tamen parum deeſt plenæ probationi, & perſona, quæ petijt ſibi deferri iuramentum, eſt honeſta, & talis, quæ veroſimiliter nõ deierabit, & hoc caſu deferẽdũ eſt, etiam in cauſa magnæ quãtitatis, nedum mille quingentorum ducatorum, ſed etiam maioris: nam vt recte dicit tex in l. 3. in §. quæ argumenta ff. de teſt. *Quæ argumẽta ad quem modum probandæ cuique rei ſufficiant nullo certo modo ſatis definiri poteſt, ſicut non ſemper ita ſæpe ſine publicis monumentis cuiuſque rei veritas deprehenditur, aliàs numerus teſtium, aliàs dignitas, & authoritas, alias veluti conſentiens fama confirmat rei, de qua quæritur fidem. Hoc ergo ſolum tibi reſcribere poſſum ſummatim, non vtique ad vnam probationis ſpeciem cognitionem ſtatim alligari debere, ſed ex ſententia animi tui te æſtimare oportere, quid aut credas, aut parũ probatũ tibi opineris:*

Et verum eſt, non indiſtincte in omnibus cauſis magnis, vbi eſt pluſquam ſemiplene probatũ, dictũ iuramentum ſuppletoriũ eſſe deferendum: in hoc enim multũ verſatur arbitrium prudentis, & recti iudicis, qui debet conſiderare qualitatem perſonarũ, cauſæ, & probationum, perſonæ inquã eius, cui deferendum eſt iuramentum: an ſit honeſta, & timẽs Deũ, de qua veroſimiliter non credatur, quod deierabit: cauſæ: an ſit magna, maior, vel maxima, attenta qualitate perſonarũ: nã reſpectu quarundã eadem quantitas eſt modica, reſpectu aliarum magna: attẽdenda deniq; eſt qualitas probationis: nam aliquando eſt fere plené probatum, vt modicũ deficiat arbitrio iudicis ad plenam probationem, ita vt iudex credat, eſſe quaſi plenè probatum, & tunc ſi confidit de perſona honeſta, & timente Deũ, quod nõ deierabit, etiam in cauſa magna ei deferre poterit iuramentum, ſi vero tantum ſit aliquantulũ pluſ quam ſemiplene probatum, & cauſa ſit magna, & tunc non debet ei deferre iuramentum in ſupplementum, & ita in hoc non poteſt dari certa regula, cum multum in eo verſetur iudicis arbitrium, non vt poſsit arbitrari pro amico, ſed vt qualitate pro-

bationis, cauſæ, & perſonarũ be-
ne penſatis, quod iuſtius ei vide-
bitur, declaret circa dictã delatio
nem iuramenti, ſi cõcurrat quali-
tas perſonæ, & modicum deficiat
plenę probationi, illud deferat, &
46 facit in ſimili: nam impubes à di-
cẽdo teſtimonium repellitur, l. 3.
§. lege Iulia ff. de teſtib. ibi: *Qui-
dam propter lubricũ conſilij ſui admit
tendi non ſunt ad teſtimonij fidem*, &
ibi gloſ. in verbo, *in rerũ*, & in ver
bo, *impubes*, & gloſ. in verbo, *ſed
nec pupillis*, in l. inuiti 2. ff. eo. & te
nent Farin. & alij ab eo relati de
teſtib. q. 58. n. 1. tamen ſi ſit proxi
mus pubertati, & doli capax, ad-
mittitur, vt per text. in l. fi. ff. de
libera. cau. ibi: *In eum qui impubes
iurauerit*, ſcilicet, *qui & iurare potue
rit*, & notat ibi gloſ. quæ decla-
rat, dicendo, *cum ſit doli capax*, te
nent relati ab eodem Farin. vbi ſu
pra, n. 15. qui n. 18. concordando
circa hoc contrarias opiniones,
dicit, quod impubes pubertati ta
men proximus, & ſic doli capax,
admittitur etiã in criminalibus,
non ad probationem faciendam,
quia nullam prorſus facit, ſed ad
faciendũ quale quale indiciũ, &
in ſpecie ſcripſerunt gloſ. in d. l.
inuitis in verbo, *ſed nec pupillis*, in
fin. ff. de teſt. Alber. de malet. de
teſtib. c. 5. nu. 20. verſ. pro hoc ta-
men, Lanfranc. de teſtib. n. 1. verſ.
aut ſi doli capax ſit, Dec. in l. 2. §.
itẽ impuberes n. 10. verſ. 2. fallit,
& ibi etiam Cagnol. n. 20. in fin.
verſ. quando autem ſunt doli ca-
paces ff. de reg. iur. Corrad. in
pract. §. 2. de offi. prætor. in cau.
ciuil. tit. de teſt. rub. perſonas te-
ſtium aggrediendo, verbo, *minor*,
n. 70. fol. 103. col. 2. in fin. verſ.
7. adde Maſcard. de probat. lib.
3. concl. 1246. n. 5. & 6. & ita pa-
riter dicẽdum eſt, quod ſi parum
deficit ad plenam probationem,
quanuis cauſa ciuilis ſit magnæ
quantitatis, vt in caſu noſtro, per
ſonæ honeſtæ, & quæ veroſimili
ter non deierabit, deferendum eſt
iuramentum in ſupplementũ pro
bationis, ſi vero probatio magis
accedat ad ſemiplenam, quàm ad
plenam, tunc in magna cauſa non
47 debet deferri, quod iudex multũ
conſiderare debet, maximè in no
ſtro Valentiæ Regno, vbi iuxta fo
ros 46. & 47. de teſtibus non va-
let probatio vltra centũ ſolidos,
facta per vnicum teſtẽ, accedente
partis iuramento, per quem forũ
declaratur, quod dicit gloſ. in l.
admonendi de iur. iuran. *ſi ſit mo-
dica ſumma*, vt intelligatur in Re-
gno vſque ad centum ſolidos.
48 Ad ſecundum reſpondetur, nõ
eſſe inueroſimile, dictã promiſ-
ſionẽ 400. lib. factam fuiſſe, imo
multũ veriſimile, attẽta maxima
inæqualitate ſtatus, & cõditionis
contrahentiũ: nõ enim eſt credibi
le, quod ob aliã cauſã cõſentiret
matrimonio Dõna Catherina, ni
ſi ſpe diuitiarũ, vt cõmode viuere
poſſet, viuẽte, & mortuo marito,
& vt dixi ſup. n. 1. poſt mediũ. Et
ſi ex eo, quod non reperitur de
promiſ-

promiſsione publica, nec priuata ſcriptura, eſſet inuerisimile, factã fuiſſe donationem contemplatione matrimonij, nunquam haberet locum diſpoſitio text. in l. fin. §. Sancinus C. de iure dotiũ: cũ non poſset probari per teſtes ratione inuerisimilitudinis, quod eſſet abſurdum, vt dixi ſupra nu. 36.

49 Ad tertiũ reſpondetur, in caſu noſtro nedũ extare depoſitionẽ Pauli Figuerola not. teſtis omni exceptione maioris, ſed etiam aliorũ teſtium, cum quibus nedũ eſt ſemiplene probatum, ſed etiã omnes ſpecies probationis ſimul iunctæ efficiũnt fere plenam probationẽ, & defectus, qui opponũtur dicto Figuerola, non ſunt cõſiderationis: nũquã enim ipſe fuit procurator, in hac cauſa, quod requiritur, vt repellatur à teſtimonio, Farin. de teſt. q. 60. n. 196. qui nu. 230. & 231. alijs relatis, probat, quod ſi procurator antequã cauſam ageret, re integra mãdato renuntiauerit, vel non cœpit cauſam agere, nõ prohibetur pro mãdante teſtis eſſe, & licet dictus Figuerola, antequã dicta D. Catherina nuberet prædicto Sanz Cotãda, fuiſſet illius procurator, non tamen conſtat, quod poſtea vnquam fuerit, nec cõſtat, quod eã ſolicitauerit, & licet nũtij, ſiue virgarij Regiæ Audientiæ dixerint, eis mandaſſe, vt pro parte dictæ Domnæ Catherinæ aliquas facerẽt intimas, non tamẽ dicunt, eas

50 eſſe de actibus huius cauſæ. Rurſus licet ſolicitator regulariter repellatur à teſtimonio ferendo, fallit tamen in eo, qui ſine ſalario ſolicitat in cauſa, ex cauſa pietatis, vt puta, ſi principalis eſſet pauper: tunc enim bene poterit pro ea teſtificari, Mandocius in addi tione ad Romanũ, conſ. 410. verſ. ſed hijs non obſtantibus, ibi: *Si ratione pietatis*, Maſcard. de probat. concl. 1317. poſt n. 13. quos refert, & ſequitur Fari. de teſtib. q. 60. nu. 250. pag. 104. & nedũ non fuit probatum, ſed nec etiã prætenſum, dictũ Figuerola ſalarium habere, vel ratione intereſſe ſolicitaſſe, ſed immo ipſe Sanz allegat, Domnã Catherinam eſſe pauperem, & ſic dicendũ eſt, ratione pietatis motum fuiſſe dictũ Figuerola, nec refert, quod extra iudiciũ interrogatus de promiſſione dictarũ 400. lib. eam ignorare dixiſſet, & poſtea iudicialiter medio iuramento factã fuiſſe, depoſuerit: quia ſecretũ ſeruare tenebatur, ne ad notitiã creditorum veniret, quod actũ fuerat inter partes, & dicendo extra iudicialiter, neſcire, intelligitur ad reuelandũ, argum. cap. 1. §. fi. de iur. iuran. in 6. vbi verba etiã prolata cum iuramẽto, ad licita referũtur non ad illicita: eſſet autem illicitum, id, quod ſecreto ſciebat, propallare, & dare occaſionem, vt deueniret ad notitiam creditorũ dictæ Domnæ Catherinæ.

Nec etiã ei⁹ depoſitionẽ impugnat ea cõſideratio, quod ſi promiſ-

 ſio

ſio facta fuerat per dictũ Sãz Co-
tanda dictæ Domnæ Catherinæ
præſenti, ipſa, & non dictus Fi-
guerola, vt illius nuntius gratias
egiſſet: ſæpe enim cõtingit, quod
quis inaduertẽter aliquid facere,
deſinit, & poſtea illud aduerten-
do ex ſe, vel ab alio monitus per
alium facere ſtudet, & ita ſi dicta
Domna Catherina non aduertit
gratias agere dicto ſuo ſponſo
præſenti, potuit, mediante dicto
Figuerola, eidem illas agere.

Nec obſtat, quod dicitur con-
tra Marçal German, eſſe famulũ
à manu: non enim ex hoc eſt vi-
lis perſona, & conſilia Alex. &
Natæ ſupra in contrarium allega
ta, nu. 16. loquuntur de vili per-
51 ſona, quæ autem ſit perſona vilis
explicat Farin. de teſt. q. 57. à n.
55. vſque ad num. 59. & illic nõ
reperiuntur famuli à manu ſiue
ſcutiferi nobilium, qui aliquan-
do etiam ſunt nobiles, licet pau-
52 peres, & quanuis teſtis fides di-
minuitur propter paupertatem:
hoc tamẽ fit ratione ſuſpitionis,
quod faciliter corrumpitur, de
qua gloſ. in verbo, *egens*, in l. 3.
de teſtibus, quæ ſuſpitio locum
habet, quando deponit pro diui-
te, qui cum pecunia corrumpere
poteſt, hæc autem ceſſat in caſu
noſtro, quia depoſuit in fauorem
Domnæ Catherinæ, quæ iuxta
eius qualitatem erat pauper, &
honeſta, & ita præſumi non po-
teſt, quod pecunia eum corrum-
peret, & licet in dicto Marçal
German conſideretur contra di-
ctio cum depoſitione famulæ in
eo, quod depoſuit prima vice,
qua fuit alloquuta, ſuum conſen
ſum præſtitiſſe dictam Domnam
Catherinam, & hoc veriſimile nõ
videtur, intelligendo, quòd abſo
53 lute conſenſerit matrimonio, ta-
men cum omnis interpretatio ſit
facienda, vt teſtium contrarietas
euitetur, cap. cum tu extra de te-
ſtibus, & lariſſime probat Farin.
de teſt. q. 65. à num. 37. multa
exempla tradendo, ea eſt facien-
da in caſu noſtro interpretatio,
quod dicta Domna Catherina, vt
ſe gratam exhiberet dicto Marçal
Germã nuntio miſſo à dicto Sãz
Cotanda, dixit, quod ex quo ipſi
videbatur vtile, ſibi placeret, ac-
cedente tamen conſenſu conſan-
guineorum, & præſertim Mar-
chionis Albaydæ illius conſobri
ni filij, quem alloqui debebat, di
ctus German referẽdo, quod offe
rebat dictus Sanz Cotanda, face-
re donationem quadringẽtarum
librarum annuarum poſt eius obi
tum, & quia interim in tractatu
matrimonij ante cõcluſionem ſo-
lent difficultates ſe offerre, & mu
tari propoſitum, dictus Sanz Co
tanda, qui exoptabat dictum ma-
trimonium, eſt veriſimile, impor-
tunis precibus hoc ſolicitaſſe, li-
cet quia parcus, & cupidus, poſt
quam conſiderauit eſſe deuinctũ
ſoluere quadringentas libras an-
nuas dictæ promiſſionis pœni-
tuit, & ita interpretandum eſt,
quod

quod de pœnitentia tractatu ma trimonij teſtes pro ipſius parte producti teſtantur.

Nec refert, quod Paulus Figuerola, & Marçal German vi-
54 deantur ſingulares, de loco, & tẽpore: nam dicta ſingularitas non eſt obſtatiua, ſed adminiculatiua: quia inter eos nulla eſt repugnantia, nec contrarietas, licet per diuerſa media, conducant ad probationem, vna tamen depoſitio alteram coadiuuat, Ioſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 9. num. 14. Petra de fideicom. n. 488. in fin. & n. 585. etiam in fin. verſ. tertia eſt, & poſt num. 617. verſ. tertia autem ſingularitas, & licet in teſtibus per dictam Domnã Catherinam productis aliqua contrarietas, & di-
55 ſcordia conſideretur, illa tamen non eſt in ſubſtantialibus, ſed in acceſſorijs, & tunc optimé probant, vt poſt Bald. & plures alios, quos allegat, tradit Farin. de teſt. quæſt. 65. num. 16. vbi hanc dicit magis communem ſententiã,
56 ſed quia hæc omnia viſa fuerunt maiori parti Regij Conſil. Valẽtini non eſſe ſufficientia ad deferendum iuramentum in ſupplementum probationis, dictum reũ abſoluit, cum ſententia lata, referente D. Marco Antonio Sifternes, publicata per Franciſcum Paulum Alreus die 11. Ianuarij, 1617. his verbis: *Quia non remanet probata intentio actricis, attentis obiectionibus, contradictionibus, & alijs notis, quas teſtes pro parte illius*
57 *producti patiuntur.* A qua ſententia dicta Domna Catherina Milà ſupplicauit, & in gradu ſupplicationis illa fuit reuocata in hoc S. S. R. Conſilio, condemnando dictum Iacobum Vincẽtium Sãz Cotanda, quem conſtitit, eſſe hæredem paternum, ad ſoluendum dictæ Dõnæ Catherinæ quadringentas libras monetæ Valentinæ, ſingulis annis, à die mortis dicti eius patris, vſque ad diem, quo eadem Domna Catherina è viuis diceſſerit, præſtito tamen per eãdem iuramento in ſupplementũ probationis, & ita fuit pronuntiatum ſententia pub. per Petrum Nauarro, Regij mãdati ſcribam, die 17. Februarij 1620.

DECISIO CCVI.

PROCESSVS CONTVmacialis, ſiue abſentiæ fieri nõ poteſt, nec ſententia ferri contra abſentem, cui ad tempus fuit conceſſum guidaticum, ſiue ſecuritas, durante eius tempore.

1 GVIDATICO *pendente nihil eſt innouandum.*

2 *Securitate conceſſa à Principe guidati in priſtinam libertatem reduci debent.*

3 *Aſſecurati cum guidatico eis conceſſo nullam vim pati debent, nec cum armis, nec ſine armis, nec autoritate iudiciali, nec extra iudi-*

 ciali,

cialı, nec directè, nec indirectè, num.4.

5 *Sententia foriudicationis, ſiue lata in proceſſu abſentiæ fundata in contumacia eius, qui fuerat guidatus, eſt nulla, & ita fuit declaratum in Conſilio Neapolita. & in Regia Audientia, num.7.*

6 *Saluus conductus debet ſeruari, ne quis ſub publica fide decipiatur, etiam vbi iudex non potuit illum concedere.*

1 GVIDATICO pendente, ſiue ſecuritate pẽdente, nihil eſt innouandum, Vitalis de Cambanis in tractat. de clauſulis, in titu. nihil nouari ſecuritate pendente, num.6. & 7. to. 18. tract. fol. 383. Ludouicus Romanus in l.3. §. ſi ſeruus num.9. ff. de adquir. poſſeſ-
2 ſione, qui hoc clarum eſſe dicũt, quando ſecuritas eſt data a Principe, l.1.§.fin.ff.de quæſtio, l. relegati ff.de pœnis, & ita guidati capti, ſecuritate, vel guidatico pẽdente, in priſtinam libertatem reduci debent, Vincentius de Franchis deciſ. 258. num.5. in 2.par. conciuis meus Belluga in ſpeculo Principum, rub.21. de guidatico vocato ad Curias, num.8.ta-
3 le enim guidaticum operatur, vt aſſecuratus nullam vim patiatur, nec cũ armis, nec ſine armis, nec cum autoritate iudiciali, nec extraiudiciali, vt dicit Io. de Plat. per illum textũ in l.1.col.1.verſ. quanto quæ ſecuritas. C. de na-
4 uicula.lib.11. & nec directè, vel indirectè, vt dicit Angelus in l. Papinianus §. ſi quis mortis ff.de inofficioſo teſtamento, quem ſequitur Aretin. in l. 3. ſi ſeruus in 2.part. ff.de acquir.poſſeſ. & Iaſ. in l.1.col.3. verſ. quid autem importent illa verba ff.qui ſatis dar. cog.de quibus meminit Vincen. de Franch. in deciſ. 590. Io. Baptiſta nu.6. verſ. item dicebatur, & idem Franch.deciſ.673.4.par.
5 vbi num. 3. referr, in S. C. fuiſſe iudicatum, iunctis Cõſiliarijs duarum Aularum, ſententiam foriudicationis, ſiue latam in proceſſu abſentiæ, fundatam ſuper
6 contumacia eius, qui fuerat guidatus, eſſe nullam; debet enim ſeruari dictum guidaticum, ne quis ſub fide publica deceptus remaneat, etiam; vbi iudex non poſſet dictum guidaticum concedere, vt pluribus relatis, probat Farin. in tract.de carcerib.& carceratis, quæſt. 29.num.95. & 96. in verſ.
7 1. opinio ex quibus cum per Regiam Audientiam Ciuilem, me referente, à Prorege Valentino fuiſſet cõceſſum guidaticum per tempus trium menſium Franciſco Soria mercatori, qui erat imputatus de decoctione, & per Regiam Cancellariam fuiſſet expeditum, & à Marchione Caracenæ tunc Prorege, & à me tanquã cauſę Auditore fuiſſet ſubſcriptum, & durante tempore dicti guidatici, dictus Soria fuiſſet criminaliter accuſatus in Regia Audiẽtia Crimi-

criminali, & tres primæ contumaciæ fuiſſent ei accuſatæ coram Doctore Honorato Paſqual, dictæ cauſæ Auditore, dictus Soria mouit contentionem, prætendẽdo, eſſe ſupercedendum in dicta cauſa criminali, & per dictũ Pro regẽ, pro executione Regiæ pragmaticæ, fuimus nominati ad dictum dubium decidẽdum dictus Doctor Paſqual, & ego, & ex ſupradictis iudicauimus, non poſſe procedi in dicta cauſa criminali, tempore dicti guidatici pendente, & fuit publicata prouiſio Regia per Franciſcum Paulum Altreus, die Nouembris 1609.

DECISIO CCVII.

MONACHVS POTEST eſſe procurator, non ſolum in cauſa ſui Monaſterij, interueniente licentia ſuperioris, ſed etiam pro ſibi cõiũctis, aut miſerabi libus perſonis poteſt poſtulare.

1 *SPECIES facti.*

2 *Religioſus regulariter non poteſt eſſe procurator, ſed vide num. 6.*

3 *Canonicus regularis non poteſt poſtulare pro alio.*

4 *For. 13. de Aduocatis expenditur, & vide num. 7.*

5 *Priuilegium 17. Regis Petri Primi expenditur.*

6 *Religioſus pro coiuncta perſona cũ licentia ſuperioris interuenire bene poteſt in iudicio: ità fuit declaratum quadam Regia ſententia.*

7 *Fori 13. de Aduocat. procedit regulariter: limitatur in religioſo poſtulante pro coniũcta perſona, & eiuſdem fori verba finalia interpretantur.*

8 *Religioſus poteſt pro coniũcta perſona poſtulare, intuitu charitatis, non cupiditatis.*

9 *Religioſus pro alio poſtulans ſalarium conſtitutum, quatenus excedit expenſas neceſſarias, petere nõ poteſt, & ita R. A. declarauit.*

1 FRATER Ioſeph Roſell Religioſus Monaſterij Sancti Cucuphatis ordinis Sãcti Benedicti, vti procurator Dõ Raymundi de Perellos eius leuiri interuenit in hac Regia Audiẽtia, contra Don Ianuarium Rabaça de Perellos in cauſa executiua inſtata, virtute inſtrumenti tranſactionis, cum quo Dõ Ianuarius ſenior promiſſerat ſoluere annuatim dicto Don Raymundo mille & quingentas libras monetæ Valentinæ, & inſuper quod ſi in ſolutione ceſſaſſet, poſſet dictus Dõ Raymundus mittere a Principatu Cathaloniæ, in quo domicihũ habet, ad præſentem ciuitatem Valentiæ, in qua dictus Don Ianuarius degit, perſonam ad exigendum dictam pecuniam ſalario ei conſtituto decem, & octo dragmarum bericarum, ſingulis diebus ſoluendarum per dictum Dõ Ianuarium, cumque dictus frater Ioſe-

Ioſephus Roſell, cum licentia ſui Abbatis ad præſentem ciuitatem veniſſet, in eaque diutius litigaſſet, agebat via executiua pro quãtitate ſibi debita ratione dicti ſalarij, opponebat dictus Don Ia-
2 nuarius, Religioſum non poſſe eſſe procuratorem, cap. monachi 35. 16. q. 1. ibi: *Similiter vt nullus eorum, ideſt monachorum forenſis negotij ſuſceptor, vel executor exiſtat, niſi quod monaſterij expoſcit vtilitas, Abbate ſibi nihilominus imperante*, quod procedit etiam in
3 Canonico regulari, cap. 2. extr. de poſtuland. ibi: *Quod idem iudicium de Canonicis regularibus quod de Monachis quantum ad ſupradicta credimus obſeruandum, licet de Monachis in Canone ſpecialiter ſit expreſſum*, & idem diſpoſitum eſt in no-
4 ſtro Regno in for. 13. de Aduocatis, cuius verba ſunt: *Canonges Reglars, è altres Religioſes perſones, com tudories, è publichs oficis ſien a ells vedats, no poden aduocar, ò rahonar, ne pubil, ne furios, ne orat, en adeix lo Senyor Rey, que Clergues, Preueres no puixquen eſſer Aduocats, ne rahonar algun ſino per llurs Eſgleſies, ò per coniunctes perſones, ò miſe-*
5 *rables, ò per Clergues*, & idem probatur in priuileg. 17. Petri Primi, fol. 32. ibi: *Statuimus, & ordinamus, quod prohibeatur de cætero, ne aliquis portãs coronã recipiatur in procuratione*, hoc que maxime procedere videtur, attentis verbis dicti fori, qui reſpectu Religioſarum perſonarum generaliter, & indiſtinctè prohibet facultatẽ exercẽdi munus Aduocati, vel procuratoris: reſpectu vero aliorum Eccleſiaſticorum, quales ſunt Sacerdotes ſæculares, limitat dictus forus regulam, dicendo, pro coniunctis perſonis interuenire poſſint in iudicio: vnde cum dictus frater Roſell non ſit Sacerdos ſæcularis, ſed regularis, videtur expreſſe prohibitus à foro, & per conſequens non poteſt petere dictum ſalarium.

6 Sed his non obſtantibus Sacra Regia Audientia Valentina, referente magnifico Ioanne Hieronymo Blaſco, declarauit, dictum Fratrem Roſell interuenire poſſe in iudicio pro dicto Don Raymundo de Perellos, qui eſt eius leuir, ſiue maritus eius ſororis: dictus enim Religioſus in effectu inſtantias facit in fauorem ſororis, & filiorum eiuſdem, qui omnes ſunt ſibi valde coniũcti, nobiles, & qui ſine hoc redditu, quem exigere debent à dicto Don Ianuario de Perellos, viuere non poſſent, & Religioſus pro coniuncta perſona cum licentia Abbatis in iudicio interuenire poteſt, cap. fin. de poſtuland. ibi: *Pro coniũctis perſonis, aut miſerabilibus ſibi licitum eſt poſtulare*, gloſ. in verbo, *imperante*, in cap. ex parte ext. de poſtulan. & ibi Panormit. num. 5. Archidiaco. in can. Monachi. 2. 16. quæſt. 1. num. 7. & ibi Bellame. num. 14. Cardin. Tuſch. in verbo, *procurator*, concluſ. 812.

cluſ. 812. num.6. Aſpilcueta de regularibus, comment.2.nu.66. Gracian. diſcep. forenſ. cap. 57. num. 25.& 26. & ita fuit iudicatum ſententia, in alia Aula Regiæ Audientiæ Valentinæ lata, in fauorem fratris Iacobi Forner Monachi profeſsi Ordinis Diui Dominici, contra Ioan. Paſapere, publicata per Alreus, die 10. Decembris 1615. cum qua fuit declaratum, dictum fratrem Iacobũ Forner poſſe eſſe procuratoré, curatoris filiæ eius ſororis.

7 Nec obſtat d. forus Canonges Reglars 13.de aduocat. ille enim concordat cum d. cap. 2. de poſtulan. & can. Monachi 35. 16. quæſt. 1. & ita recipit limitationes, quas patiuntur dicti tex. iuris Canonici: nimirum pro coniunctis perſonis: maximè pauperib⁹, attenta eorum qualitate poſſe in iudicio interuenire.

Nec obſtant verba finalia dicti fori, quæ tãtum videntur hoc permittere Sacerdoti ſæculari, non regulari: nam obſeruandum eſt, à principio Regem Iacobum Primum dicti fori conditorem tantum diſpoſuiſſe reſpectu regularium, poſtea vero hoc amplıaſſe ad Sacerdotes ſæculares, ibi: *En adeix lo Senyor Rey*, quæ additio fuit adiecta poſt aliquod tempus, quã fuerit cõditus dictus forus, quaſi Rex diceret, idẽ, quod procedit in regularibus, intelligendũ ſit in Clericis Sæcularibus, cum de Iure Canonico æqualis ſit prohibitio, & ita limitatio debet referri, tam ad Regulares, quàm ad Sæculares: vel dicamus, Regem duas conſtituiſſe regulas in d. foro: alteram in principio reſpectu regulariũ, quæ remanet in diſpoſitione Iuris Canonici cum eiuſdẽ limitationibus: alteram ex poſt facto reſpectu Sacerdotum Sæcularium, in qua voluit declarare id, quod aliàs de iure erat diſpoſitum, nimirum limitari regulam,

8 vt Clericus poſsit in iudicio interuenire pro ſua Eccleſia, pro cõiunctis, vel miſerabilibus perſonis, vel pro alijs Clericis.

9 Sed quia vbi Religioſus poteſt interuenire in iudicio pro coniunctis perſonis cum licentia ſui Abbatis, vel Superioris, hoc ei permittitur, quia facit intuitu charitatis, & non cupiditatis, vt inquit Panormit. in d.c.fin.de poſtulan. num. 4. & ſi poſſet lucrari ſalarium conuentum 18. dragmarum pro ſingulis diebus, videretur admixta cupiditas, & non ſola charitas, ſiue pietas: decreuit Regius Senatus, vt dicto fratri Roſell non ſoluerẽtur 18. dragmæ pro vnaquaque die, ſed tantum octo ſingulis diebus, quas veroſimiliter expendit in hoſpicio, & ita fuit iudicatum in mea Aula, ſententia publicata per dictũ Alreus, die 20. Auguſti. 1616.

(?)

DECI-

DECISIO CCVIII.

CAVSA POSSESSORII retinendæ Beneficij Eccleſiaſtici, vel rei Eccleſiaſticæ inter duos Eccleſiaſticos an tractari poſsit coram iudicibus Regijs maxime in Regno Valentiæ. Ad iudicem appellationis tantum eſt deuoluta cognitio cauſæ vertentis coram Iudice à quo, & ſi erat ſuper petitorio non impeditur per eius pẽdentiam cognitio iudicij poſſeſſorij vertentis coram alio Iudice, nec executio ſententiæ latæ in poſſeſſorio.

1 *ECCLESIASTICA negotia tractare non præſumant Iudices laici, limita num 35. & ſeqq.*

2 *Cauſæ poſſeſſoria beneficij Eccleſiaſtici ſunt Eccleſiaſticæ.*

3 *Clerici quando litigãt ad inuicem, vnus cõtra alium, etiam ſuper poſſeßione, cauſa eſt tractanda coram Iudice Eccleſiaſtico, quæ opinio eſt communis num. 4. ſed magis communis eſt in contrarium n. 42.*

5 *Poſſeſſorij cauſa ſuper beneficio Eccleſiaſtico, an de conſuetudine tractetur coram Iudicibus laicis, & num. 45. & 47.*

6 *Rota Romana obſeruauit hanc opinionem, quod cauſa poſſeßoria Eccleſiaſtica non poteſt tractari coram Iudicibus laicis, & num. 7. & 8. Sed contra infra num. 51. 48. & 49.*

9 *Cauſa in poſſeſſorio, quando agitur ſuper re emphitheutica Eccleſiaſtica inter laicos, penes quos ſtat vtile dominium, ſpectat ad forum Eccleſiaſticum, & quare n. 52.*

10 *Bulla in Cœna Domini prohibet, cauſas Eccleſiaſticas ad forũ Eccleſiaſticum quomodolibet ſpectantes tractari coram Iudice laico, damnans quaſcunque conſuetudines etiam immemoriales: declaratur num. 18. 53. & 54. vt non procedat, vbicunq; Reges ſunt in poſſeſsione immemoriali.*

12 *Poſſeßorij cauſæ cognitio ad Regem ſpectat.*

13 *Iuriſdictio temporalis, & ſpiritualis diſtinctæ ſunt, & ſæcularis Iudex de ſpiritualibus, nec Iudex ſpiritualis de ſæcularibus debet ſe intromittere.*

14 *Iudex ſæcularis de cauſa poſſeſſorij Eccleſiæ cognouit, & num. 15. & 16.*

17 *Conſuetudini præſcriptæ ſtandum eſt: maxime procedenti ex tacito cõſenſu laicorum, & Clericorum, num. 21.*

18 *Reges, qui ſunt in poſſeſsione immemoriali cognoſcendi de cauſis poſſeſſorijs retinendæ beneficiorum Eccleſiaſticorum, non comprehenduntur in Bulla in Cœna Domini, nec in alijs conſtitutionibus prohibentibus laicis de eis cognoſcere, & num. 19.*

20 *Forus vnicus in rub.* Que los fets mants de dret *in extrauag foro. fol. 87. ad ſupplicationem Prælatorum Regni factus diſponit, cauſam.*

ſam in iudicio poſſeſſorio beneficij Eccleſiaſtici vertentem inter duos Eccleſiaſticos eſſe tractandam coram Rege, & per ſuos Regios officiales, poſſeſſorem fore in ſua poſſeſſione manutenendum, donec per Iudicem Eccleſiaſticum, ad quem ſpectat aliter fuerit declaratum.

22 *Lex Regia facta in fauorem perſonarum Eccleſiaſticarum ſenſetur approbata, & recepta per Eccleſiam, & comprehendit Clericos, & num. 23. & 24.*

25 *Regius Cancellarius, quia eſt Iudex Apoſtolicus in Regno Valentiæ declarauit, cognitionem cauſæ poſſeſſorij retinendæ beneficij Eccleſiaſtici vertentis inter duos Clericos ad Regiū Iudicem ſpectare.*

26 *Papa mandat, ſtandum eſſe ſententiæ Regij Cancellarij, & ab ea non poſſit appellari, & nu. 27. & 28.*

29 *Exceptio rei iudicatæ obſtat, quoties eadem quæſtio inter eaſdem perſonas reuocatur, ſiue inter ſucceſſores actoris, & rei vniuerſales, & etiam in rem vere, vel interpretatiuè, & num. 30.*

31 *Obſeruantia ſubſequuta ſeruanda eſt, etiam ſi ex poſt facto reperiatur non bona.*

32 *Præuentionis locus eſt inter iudicem Eccleſiaſticum, & ſecularem in cauſis, in quibus vterque eſt competens.*

33 *Iudex ſecularis poteſt cognoſcere de poſſeſſorio inter Eccleſiaſticos, quoties aduerſarius conuentus nihil obijcit de iuris incompetentia.*

34 *Iudex ſecularis non cognoſcit de titulo beneficij, qui eſt res ſpiritualis.*

40 *Clement. 2. de cauſ. poſſ. & propriet. declaratur.*

41 *Cauſa poſſeſſorij rei ſpiritualis dicitur temporalis, & hæc eſt communis opinio.*

FACTVM.

IN Diœceſi Segobricenſi, in Eccleſia Parochiali oppidi de Altura, Regni Valentiæ, in Altari Virginis Mariæ de Roſario, & in Heremita ſub inuocatione immaculatæ Conceptionis eiuſdem Virginis, ſita in eodem oppido, ante lacum, per Theſaurarium Decho fundata fuit Capellania perpetua, electiua ad nutum amobilis, quæ non eſt beneficium colatiuum: hanc obtinet Thomas Nogueta Præsbyter, qui vti talis Capellanus eſt in poſſeſſione percipiēdi diſtributiones quotidianas quæ præſtantur in dicta Eccleſia Parochiali de Altura Capellanis iuxta diſpoſitionem fidelium, qui reliquerunt duplas, & anniuerſaria celebranda in dicta Eccleſia per Vicarium, & Capellanos pro animabus ſuis, antequā in eadem Eccleſia eſſet fundatum aliquod beneficium colatiuum, in qua à paucis annis citra, quinque ſunt fundata. Die 24. Aprilis anni 1620. Epiſcopus Segobricenſis, in cuius Diœceſi ſita eſt dicta Eccleſia, ex dictis Beneficia-

tis

tis clerum instituit, & die ſequenti, nimirum 25. eiuſdem menſis Aprilis, ex dictis quinque beneficia colatiua obtinentibus, duo qui tantum in dicta Eccleſia reſident, ſub prætextu quod ipſi, exclusis Capellanis, clerum constituebant, dictis quatuor Capellanis multò antea in dicta Eccleſia exiſtentibus, diſtributiones quotidianas percipere prohibuerũt. Dictus Thomas Noguera vni Capellanus obtinens dictam Capellaniam per tempus 18. annorum, nimirum à die adepta poſſeſsionis ſuæ Capellaniæ ſemper fuerat in poſſeſsione percipiẽdi dictas diſtributiones quotidianas, ex quo in ea turbabatur, die 28. eiuſdem menſis firmauit de iure, hoc eſt, poſſeſſorium retinendæ intentauit in Regia Audiẽtia Valentina, quæ ei conceſsit mandatum de manutenendo, quod fuit notificatum Epiſcopo, & ſuo Vicario generali, & Syndico dicti Cleri. Poſtea Epiſcopus, die 27. Iunij eiuſdem anni, mandauit, ne diſtributiones quotidianæ præſtarentur dicto Thomæ Noguera Præsbytero, qui à dicto mandato Epiſcopi appellauit. Cuius appellationis cauſa, & ſic petitorij fuit introducta coram Illuſtr. & Reuerend. D. Nuntio Apoſtolico in Hiſpaniarum Regnis, qui cum ſuis litteris datis die 23. Iunij 1621. mandauit quibuſcunque Iudicibus Eccleſiaſticis, & ſæcularibus, ne de cauſa perceptionis dictarũ diſtributionũ cognoſcerent, vel in ea quouiſmodo ſe intromitterent, ſub pœna excõmunicationis maioris. Quæ litteræ fuerunt notificatæ Doctori Gaſpari Tarrega Auditori, & Cõmiſſario dictæ cauſæ poſſeſſionis vertẽtis in dicta Regia Audientia, cuius occaſione Fiſcus Regius S.S. Regij Conſilij Aragonum petijt, & inſtauit in Curia dicti domini Nuntij, prædictas litteras reformari, & declarari, non fuiſſe intẽtionis ſuæ Illuſtris. Dominationis cum eis inhibere Regiam Audientiam Valẽtinam in cognitione dictæ cauſæ poſſeſſoriæ. Cum tantum per appellationem ſit deuoluta cognitio cauſę in petitorio.

DVBIVM IVRIS.

AN hoc procedat de iure dubitabat Auditor dicti domini Nũtij Apoſtolici, dicendo, hanc cauſam poſſeſſoriam eſſe Eccleſiaſticam vertentem inter duos Eccleſiaſticos, & ita tractandam fore apud iudices Eccleſiaſticos, non apud ſæculares.

1 Primò, per text. in cap. 2. de iudi. Ibi: *Decernimus, vt laici Eccleſiaſtica tractare negotia non præ-*
2 *ſumant.* Et cauſæ poſſeſſoriæ merè, & ſimplices dicuntur Eccleſiaſticæ, Clemen. vnic. de cauſ. poſſeſ. & proprie. ibi: *Cauſa beneficiali per appellationem ad Sedẽ Apoſtolicam*

ſtolicam legitimè deuolata, tam appellāti, quā appellatu licere decernimus, nedū petitoriū, ſed & poſſeſſorium intētare, & Clemen. vnic. de ſequeſt. poſ. & fruct. vbi probat, per Sedē Apoſtolicā ſentētiā, ſuper beneficio in poſſeſſorio, promulgari.

3 Secundò, hoc maximè procedere dicebat in noſtro caſu, ex quo lis vertitur inter clericos, & rei sūt clerici, quia tūc cauſa poſſeſſoria, etiam quod ſit tēporalis, coram Eccleſiaſtico iudice eſt tractanda, cū clericus prohibeatur corā iudice laico litigare, c. qualiter de iud. ibi: *Ne propter defectū Iuſtitiæ clerici trahantur à laicis ad iudiciū ſæculare, quod omnino fieri prohibemus*: & ibi gloſ. inquit, *etiam ſi velint, nō poſſunt laicū ſuum iudicē conſtituere*. cap. ſi diligenti de foro cōpet. & latè probat Roland. à Valle conſ. 23. lib. 2. non poſſe clericum, etiam in poſſeſſorio, coram iudice ſæculari conueniri.

4 Tertiò, quia dicebat, hanc eſſe veriorem, & cōmunē opinionē, prout probat Aufrer. in addit. ad deciſ. Capel. Toloſ. 471. quam tenuerunt Butr. in cap. fi. de iud. & ibi Imol. n. 9. Abb. in c. litteras, n. 8. de iur. calum. Guid. Papæ conſ. 149. Guiliel. Benedict. in cap. Rainuntius, in verbo, & vxorem, in ſecunda deciſ. num. 331. Beroi. in c. quæ in Eccleſiarum num. 12. in fin. de cōſt. & in rub. de iud. n. 55. Menoch. de recup. poſſeſſ. remed. 15. nu. 211. & ſeqq. Et quod contraria opinio ſubſiſtere non poſsit, tanquā ratione, & authoritate carēs, tenet Couar. reprobans cōſuetudinem Galliæ, practicar. q. c. 35. n. 1. verſ. Verū ſi diligēter, & verſ.

5 Primū etenim. Quod in Hiſpania ſeruetur hæc opinio, nec in cōtrariū ſit aliqua cōſuetudo, teſtatur idē met Couar. pract. q. c. 31. n. 3.

6 & hanc vti veriorem. Rota ſemper obſeruauit, vt in deciſ. 4. de lit. conteſt. in antiq. & apud Puteū deciſ. 361. lib. 1. & in Oſcen.

7 Canonicatus 1. Decemb. 1595.

8 coram Illuſtriſ. Peña Rotæ Auditore, pro Regno Aragoniæ impreſſa per Marcheſa. tractat. de commiſ. part. 3. tit. de commiſ. nullit. Senator. §. 3. fol. 177.

9 Quartò, in fortioribus terminis, quod cauſa ſpectet ad forum Eccleſiaſticum, & in poſſeſſorio, quādo agitur ſuper re emphitheutica Eccleſiaſtica inter laicos, pænes quos extat vtile dominium, latiſsimè, & doctiſsime firmauit Rota in vna Romana domus 19. Ianuarij 1611. coram Illuſtriſ. Coccino Veneto Rotæ Auditore relata per Marcheſa, in dicto tractat. de commiſ. part. 1. tit. de commiſ. appell. in poſ. §. 2. fol. mihi 1020.

10 Quintò, hanc opinionē hodie dicebat procedere de plano, extāte conſtitutione, quā dicimus Bullam in Cœna Domini, quæ ſub graui anathemate prohibet, cauſas Eccleſiaſticas, & ad forū Eccleſiaſticum quomodolibet ſpe-

ſtantes tractari coram iudice laico, derogans, & damnans quaſcũque conſuetudines, etiam imme-
11 moriales, vt bene ad hoc propoſitum conſiderat Rota in dicta deciſ. Oſcen. coram domino Peña, ad quã excõmunicationẽ euitandem, iudices, qui ſe ingerũt in cauſis Eccleſiaſticis per viã violẽtiæ, dicunt, illud facere extraiudicialiter, & quod dicta conſtitutio loquitur, & procedit, quãdo iudices laici cognoſcũt de cauſis Eccleſiaſticis, iudiciali indagine.

Hoc dubium cum ſupradictis doctrinis in ſcriptis fuit mihi traditum. Et, prædictis non obſtantibus, defendi, de iure, & cõſuetudine cauſam poſſeſſorij retinẽdæ inter Eccleſiaſticos, etiam ſi agatur de beneficio Eccleſiaſtico, coram officialibus Regijs, in Regno Valẽtiæ, tractari poſſe, quod probaui ſequentibus fundamentis.

12 Primò per tex. in cap. cauſam quæ 2. extra qui fil. ſint leg. ibi: *Nos attendentes, quod ad Regẽ pertinet nõ ad Eccleſiam de talibus poſſeſſionibus iudicare, ne videamur iuri Regis Anglorum detrahere, qui ipſarũ iudiciũ ad ſe aſſerit pertinere, fraternitati veſtræ mandamus, quatenus Regi poſſeſſionũ iudicium relinquẽtes de cauſa principali, videlicet vtrum mater prædicti. R. de legitimo ſit matrimonio nata plenius cognoſcatis, & cauſam huiuſmedi terminetis*, Et ibi gloſ. in verbo, *ad Regem*, poſt Hugonem inquit, Imperatorẽ à ſolo Deo habere poteſtatem in tẽporalibus, Papam vero in ſpiritualibus, & ſic diuiſam eſſe iuriſdictio-
13 nem. Et ibi Hoſtienſ. col. 2. inquit hæc verba: *Et patet hic, quod iuriſdictio temporalis, & ſpiritualis diſtincta eſt, & diuiſa vna ab alia, nec debet ſe intromittere ſæcularis de ſpiritualibus, nec ſpiritualis iudex de ſæcularibus vt hic.* Et paulò inferius ſubiungit hæc verba: *Hugo dixit, quod Papa habet poteſtatem à Deo, quoad ſpiritualia ſolus. Imperator habet poteſtatem à Deo ſolus quoad temporalia, nec ſubeſt in eis Papæ*, & inferius inquit Hoſtienſis. *Dico tamen, quod Papa non habet ſe intromittere de temporalibus in alterius præiudicium; ſed Imperator indiſtinctè ſe intromittit, quia a Deo eſt ſibi immediatè commiſſum.* Et quod ſcribũt gloſ. & Hoſtien. de Imperatore procedit in Rege Aragonum, qui eſt Imperator in ſuo Regno, & nõ recognoſcit Imperatorem, quia ſua Regna, & præſertim Valentiæ à manibus infidelium eripuit, gloſ. in cap. Hadrianus 63. diſtin. & probant conciuis meus Belluga in ſpeculo Princip. rub. 14. de amortiçatio. §. veniamus, nu. 24. cum ſeqq. & Camil. Borrel in tracta. de Regis Catholici præſtantia, c. 47. num. 2. & 3. &, innumeris relatis, bene probat Matienzo lib. 5. recop. tit. 10. l. 5. gloſ. 21. num. 2. fol. mihi 278.

14 Secũdo probatur in c. fi. de iud. vbi poteſtas temporalis de cauſa poſſeſſoria electionis Eccleſiæ cognouit.

Tertiò,

15 Tertiò in can. petimus 11.q.1 qui textus, loquendo de Epiſcopo, qui plebem intruſerat, & relinquere contẽnebat, inquit. *Authoritate iudiciaria protinus excludatur*, & ibi gloſ. in verbo: *excludatur*, inquit. *Videtur quod manu militari poſsit auferri.*

16 Quarto, facit gloſ. in c. litteras extr. de iuram. calumn. dicẽs, quod licet in cauſis ſpiritualibus de calumnia non iuretur, tamen ſi agatur poſſeſſorio pro re ſpirituali, iuratur de calumnia, ex quo text. DD. notant, cauſam poſſeſſoriam rei ſpiritualis eſſe temporalem, & hęc eſt cõmunis opinio vt teſtatur Ripa in rub. extr. de iud n. 90. ſed de cauſa temporali Rex cognoſcit, vt probaui n. 12. 13. & 14. ergo, & de poſſeſſoria rei Eccleſiaſticæ.

17 Quintò, ſaltem hoc de conſuetudine procedit in Regno Valẽtiæ, cui cõſuetudini ſtandũ eſt, c. cũ dilectus 8. §. fi. in verſ. Mandamus extr. de conſuet. ibi: *Mandamus, quatenus ſi ex parte Karrofenſis Cœnobij talis fuerit conſuetudo probata, quæ iuri cõmuni præiudicet in hac parte, vos ſecundũ illã decernatis electionem Andrenſis Abbatis de cætero faciendã*, & ibi gloſ. verbo, *præiudicet*, inquit intelligendũ de cõſuetudine præſcripta, qualis concurrit in caſu noſtro, iuxta quam declarandũ eſt in cõtrouerſijs inter iuriſdictionem Eccleſiaſticam, & Regiam, vt diſponit Bulla Gregorij, de qua infra num. 26.

18 Sextò, vbicunque Reges ſunt in poſſeſsione immemoriali cognoſcendi de cauſis poſſeſſorijs retinendæ poſſeſsionis beneficio rũ Eccleſiaſticorum, Summus Põtifex non intendit tali poſſeſsioni derogare per Bullam in Cœna Domini, vel alias conſtitutiones prohibentes, ne Reges, vel eius officiales ſe intromittant in cauſis Eccleſiaſticis, nec cognoſcant de perſonis Eccleſiaſticis, vt conſtat ex tenore Bullæ Martini V. datæ Romæ Kalen. Maij Pontificatus ſui anno 12. Quam ad litteram tranſcripſit Zeuallos in tract. de cognitione per viã violentiæ in procemio c. 10. nu. 36. & 37. fol. 18. in qua legũtur hęc verba: *Cũ autẽ ſicut pro parte chariſſimi in Chriſto filij noſtri Caroli Regis Francorũ illuſtris nuper nobis fuiſſet expoſitum, quod à nonnullis vertitur in dubiũ, an per huiuſmodi noſtrã conceſsionẽ derogare voluerimus iuri, & iuriſdictioni Regiæ, præſertim in cauſa poſſeſſorij retinendæ poſſeſsionis ſuper ſuis Eccleſijs, & beneficijs Eccleſiaſticis ſuorum Regni Franciæ, & Delphinatus Vienenſis, per quam iuriſdictionem præfatus Rex ſibi aſſerit, licere in omni caſu etiam iuridicè tueri poſſeſſores. Nos ad omne ambiguitatis tollendum dubium ſuper ijs opportunè prouidere volentes, eiuſdem Regis in hac parte ſupplicationibus inclinati authoritate Apoſtolica, tenore præſentium declaramus, noſtræ intentionis non fuiſſe, neque eſſe, per dictam, aut quam-*

Oo 2 cunque

cunque aliam conſtitutionem, eidem Regi, & eius Regiæ iuriſdictioni, per quam (vt aſſeritur) tam Rex, quam ſui progenitores ſuper huiuſmodi poſſeſſorio à tanto tempore citra, quod de eius cõtrario memoria hominũ non exiſtit, conſueuerunt cognoſcere, in aliquo derogare voluiſſe, aut velle quoquomodo, ipſoſque Reges, & iudices decernentes partes moleſtatas, ſuper earum conſeruatione ad ſuorum beneficiorum poſſeſſionẽ, ipſius Regis auxilium implorantes, (dummodo in contemptum iuriſdictionis, & libertatis Eccleſiaſticæ, vt partes ſibi aduerſas in rebus Eccleſiaſticis diutiùs perturbarent, hoc non fecerint) pœnas in dicta noſtra conſtitutione contentas, nullatenus incurriſſe, aut debere incurrere quouis modo. Hactenus di-
19 cta Bulla. Et ſubiugit Zeuallos, quod licet in ea loquatur de Regibus Franciæ, cõprehẽdit tamẽ omnes Reges, qui à tẽpore immemoriali sũt in poſſeſsione cognoſcẽdi de his cauſis: quia dicta Bulla fundatur in eo, quod Rex Frãciæ conſueuit à tẽpore immemoriali de his cauſis cognoſcere, & dictum priuilegium Martini Papæ V. nullum ius Regi cõcedere videri, ſed habitum conſeruare, inquit Rebuf. in 3. tom. ad leg. Regi. tit. de cauſis beneficia. poſſeſ. art. 8. gloſ. 2. num. 1. & certũ eſt, quod Reges Franciæ, antequã eis eſſet conceſſa dicta Bulla iam cognoſcebãt de dictis cauſis poſſeſſorijs beneficiorum Eccleſiaſticorum. Et Summus Pontifex declarauit, licitè feciſſe, & nullatenus ei derogare intendiſſe per cõſtitutiones Apoſtolicas, qualis eſt Bulla in Cœna Domini, vnde cũ militet eadem ratio in Domino noſtro Rege Aragonum, idem ius militare debet.

20 Septimò, in Regno Valentiæ extat lex Regni, ſiue forus factus ad ſupplicationem omnium Prælatorum dicti Regni, per Carolũ Quintum Imperatorem Regem Hiſpaniæ, anno 1537. in quo diſpoſitũ, eſt cauſã in iudicio poſſeſſorio beneficij Eccleſiaſtici, vertentem inter duos Eccleſiaſticos eſſe tractandam coram Rege, & per ſuos Regios officiales, poſſeſſorem fore in ſua poſſeſsione manutenendum, donec per iudicem Eccleſiaſticum ad quem ſpe-
21 ctat, aliter fuerit declaratum, & cũ in dicto foro cõcurrat conſenſus, tam Eccleſiaſticorum, quàm laicorum, ſeruãdus eſt, iuxta ea quæ tradit Couar. pract. quæſt. c. 31. num. 5. dicens. Quod conſuetudo mixta procedens ex tacito cõſenſu clericorum, & laicorum maximam vim habet, etiam in his, quæ Eccleſiaſtica ſunt, quemadmodum adnotarunt gloſ. & DD. in cap. vir autẽ de ſecundis nuptijs, tex. opt. & illic Abbas in cap. cum veniſſent de eo qui mittitur in poſſeſ. cauſa rei ſeruandæ. Rochus cap. vlti. de conſue-
22 tud. fol. paru. 67. col. 2. Quare inquit Couar. poteſt in aliquibus caſibus per conſuetudinem legi-

timè

tim è præſcriptam exemptio cle- ricorũ reſtringi, & limitari, quia eſt iuris poſitiui. Et dicta lex Regni, cũ ſit in fauorẽ perſonarũ Eccleſiaſticarũ, ſemper ſenſetur approbata, & recepta per Eccleſiã, vt in terminis ſcribit Abbas Panor. in c. Eccleſia S. Mariæ, de cõſtitutio. in repet. n. 14. & Archi. in can. lege. n. 8. diſtin. 10. Et hoc caſu leges Imperatorũ comprehẽdunt clericos, vt multis conſtitutionibus Eccleſiaſticis relatis, benẽ probat Felin. in d. c. Eccleſia S. Mariæ, n. 37. & ſeqq. & ibidẽ n. 38. in fine refert Sanctum Thomã in 2. 2. q. 96. dicentem, quod leges humanę, ſi iuſtæ ſunt, habẽt vim obligationis in foro conſciẽtiæ à lege æterna, à qua deriuãtur ſecũdum illud Prouerb. n. 8. Per me Reges regnant, & legũ conditores iuſta decernunt. Et vbi lex eſt fundata in ratione naturali, quãuis ſit Imperatoris vel Regis, obligat etiam Eccleſiaſticas perſonas, ita Panor. in c. Eccleſia S. Mariæ, de conſtitutio. nu. 15. in fin. & ibi Felin. n. 40. in fin. Suarez de legib. lib. 3. c. 34. n. 10. pag. 345. & dixi in mea deciſ. Valentina 20. n. 56. Cum igitur dicta lex Regni concedens Regi manutentionẽ clericorũ in ſua poſſeſsione ſit in fauorem Eccleſiaſticorũ, qui de facto eijciuntur a poſſeſsione, vel in ea turbantur, & intentando iudicium coram iudicibus Eccleſiaſticis, lites fieri ſolẽt quaſi immortales cap. 1. de iuramen. calum. lib. 6. verſ. *Nos tamen quia frequẽtèr calumniari videmus, &c.*

24 Et cap. finem litibus de dolo, & contum. & habetur in §. ſi vero contigerit, in authen. vt differentes iudices, & in authen. ſi vero contigerit, C. de iudi. & in §. 1. authen. vt omnes obediant iud. Prouin. & dũ beneficia diu litigioſa manent, ſolent ruinis ædificia deturpari, atque deformari, diuinuſq, cultus diminui. Clemen. vni. de ſequeſtr. poſ. & fruct. & beneficium eſt Eccleſiæ, vt quanto citiùs huiuſmodi poſſeſſoria expediantur, quod celeriter fiet coram iudice laico. Meritò obſeruanda eſt dicta lex Regni, ſiue forus diſponens per iudices Regios fore manutenẽdos Eccleſiaſticos in ſua poſſeſsione, vt manu teneri ſolent in Regno Valentiæ à tempore immemoriali.

25 Octauo, circa hoc habemus caſum deciſum cũ ſententia Regij Cãcellarij iudicis Eccleſiaſtici deputati à Summo Pontifice ad decidendum cauſas contentionum inter iuriſdictiones Eccleſiaſticã, & ſæcularem, per quẽ fuit ſententia lata die 19. Iunij 1581. declarando in modum ſequentem. *Chriſti nomine inuocato. Hieronymus Ægidius Roda, I.D. Canonicus Metropolitanæ Eccleſiæ Valentinæ, Regius Cancellarius, in Regno Valentiæ in facto cõtentionis iuriſdictionis ortæ inter curias Eccleſiaſticam, Reuerendiſsimi Archiepiſcopi, ex vna, & ſacularem Gubernationis Valen-*

tia , partibus ex altera , occaſione
firma iuris poſita in prædicta Cu-
ria Gubernationis die 7.Martij,anni
1580. *per Reuerendum Gaſparem*
Abbat Clericum beneficiatum in Ec-
cleſia S. Saluatoris ſuper poſſeſsione
pacifica, quam,dicit, ſe habere de di-
cto beneficio,in qua poſſeſsione,dicit,ſe
turbari, & moleſtari per Reuerendũ
officialem Valentinum,inſtante quo-
dam Petro Aßenſio Clerico præten-
dente dictũ beneficium,virtute quarũ
dam litterarum Apoſtolicarum,à Sã
cta Sede emanatarum , tanquam re-
ſeruatum prouiſioni , & collationi
Sedis Apoſtolicæ,quod vacauit in Cu
ria Romana , per mortem quondam
Franciſci March vltimi poſſeſſoris.
Viſo proceſſu arbitrorum, viſis ſenten
tijs per eos latis,viſo mandato ad di-
cendũ, & allegandũ,& quod ponan
tur proceſſus,& acta. Viſis deniq; vi
dendis, attentis attendẽdis,pronuntia-
mus,ſentẽtiamus, & declaramus,cau
ſam poſſeſſoriã iuris firmæ,per dictum
Gaſparem Abbat præsbyterum poſita
coram dictoGubernatorẽ,& illius cõ
gnitionẽ ad dictum Gubernatorẽ per
tinere,& ſpectare , non obſtantibus in
contrariũ prætenſis,& allegatis. Ro-
26 *da Cancellarius.* Cui ſententiæ Re
gij Cãcellarij ſtandũ eſt in huiuſ-
modi controuerſijs contentionis
iuriſdictionis iuxta bullam Apo-
ſtolicã Gregorij Papæ XI.datam
Auinionæ 5. Kal.Decemb.Ponti
ficatus ſui anno primò,in cuius fi
ne legũtur hæc verba: *Vbi vero ſu*
per hoc an pertineat notoriè de cõſuetu
dine, vel de iure, ad Eccleſiã,vel ad
Regẽ iuriſdictio,ſuper qua fiunt pro-
ceſſus,dubitatur, tunc concordatũ eſt,
quod cõmunes perſonæ eligantur,vide
licet vna pro parte Regis,alia pro par
te Eccleſiæ, quæ ambæ dictũ dubium
decidere teneãtur, & ſub iuramẽto in
fra tres mẽſes bona fide,dolo,& frau
de ceſſantibus,prouidere,quod ſi dictæ
perſonæ infra dictos tres menſes nõ po-
tuerint, vel noluerint terminare,tertiũ
eligere teneantur, qui cũ ambobus, vel
eorum altero infra menſẽ dictũ dubiũ
decidat,& eius deciſioni pareatur. Et
tertius (de quo in dicta Bulla)ap
pellatur Regius Cãcellarius,qui
debet eſſe perſona in dignitate
Eccleſiaſtica cõſtituta, quam do-
minus noſter Rex eligit,ei cõferẽ
do dictum officium Cancellarij.
27 Et dicta Bulla fuit cõfirmitata cũ
alia Iulij III. Pontif. max. Data
28 Romæ 29. Ianuarij 1555. Cui ſẽ
tentiæ Regij Cancellarij adeò ſtã
dum eſt, quod Pius Papa V.cum
ſuo breui Apoſtolico, dato Ro-
mæ ſub annulo Piſcatoris,die 12
Maij 1571. Cũ Franciſcus Ro-
meu cleric⁹ Cæſarauguſtanus ap-
pellaſſet à ſentẽtia Regij Cãcella
rij, & Sũmus Pontif. cõmiſiſſet
cauſã appellationis Epiſ. Oſceñ.
poſtea intellecta veritate,& quod
à ſentẽtia Cancellarij nõ poterat
recurſus interponi, dictã cõmiſ-
ſionem annullauit.Et Dñs noſter
Rex cum ſua Regia epiſtola,dat.
Matriti die 7.Februar. 1612.ſcri
pſit Marchioni Caracenæ Prore
gi Valẽtino , nunquam fuiſſe au-
ditum, appellari à ſententia Re-
gij

29 gij Cancellarij. Et Cancellarij ſententia, de qua ſupra num. 25. lata inter Fiſcum curiæ Eccleſiaſticæ ex vna, & Fiſcum Regiũ ex alia parte, ſuper hoc iuris articulo, licet in diuerſa cauſa, parit exceptionem rei iudicatæ in occurrenti caſu, l. Iulianus ff. de except. rei iudi. ibi: *Iulianus lib. 3. digeſtorum reſpondit exceptionem rei iudicatæ obſtare quoties eadẽ quæſtio inter eaſdem perſonas reuocatur.* Et gloſ. in l. Et an eadem in verbo Perſonarum ff. eod. inquit, eaſdem perſonas largè eſſe accipiendas, vt comprehendat ſucceſſores actoris, & rei vniuerſales, & etiam in rem, & ibi etiam gloſ. in verbo, *concurrunt*, inquit, *verè,*
30 *& interpretatiuè*, Et hoc caſu obſtare exceptionem rei iudicatæ, eleganter probat Regens Franciſcus de Ponte conſ. 49. a nu. 5. vſque ad num. 12. & conſ. 90. num. 12. lib. 1. vbi inquit, quod licet ſit res diuerſa, quando originem trahit a iure deducto, & deciſo, in quod idem ius venit iterum diſcutiendum, tunc reſpectu illius iuris obſtat exceptio rei iudicatæ, & ibi alijs Doctoribus relatis, bene confirmant. Itaque habemus in occurrenti caſu rem iudicatam.

31 Nono, habemus etiam in hac opinione, quod iudex Regius poteſt cognoſcere de poſſeſſorio beneficij Eccleſiaſtici, inter Clericos obſeruantiam ſubſequutam in Regno Valentiæ, quæ obſeruanda eſt, vt probat Ioſephus Ludouicus in ſuis communibus cõcluſionibus, concl. 38. & ibi in 5. ampliatione inquit, hoc procedere etiam ſi obſeruantia ſubſequuta reperietur non bona, & allegat ita tenentes Ruin. & Crauet. quod etiam dicit Panormit. in cap. dilectus, num. 7. de conſuetud. his verbis. *Item nota quod conſuetudo eſt optima legum interpres, & quod lege exiſtente dubia debemus recurrere ad conſuetudinem loci, & ſi de ea apparet, non eſt recedendum ab alio intellectu, quem conſuetudo tribuit, etiam ſi ex poſt facto appareret, quod ille intellectus in ſe non ſit bonus.* Vnde cum in Regno Valentiæ hæc ſit conſuetudo illa eſt ſeruanda.

32 Præſuppoſito igit, quod iudex Regius eſt cõpetens ad cognoſcẽdum de hoc poſſeſſorio percipiẽdi diſtributiones quotidianas, in quo nõ debet inſpici titulus, nec articulus iuris, ſed nudũ factũ, licet iudex Eccleſiaſticus etiam ſit cõpetens, Regia Audientia, quæ præuenit, corã qua prius poſſeſſorium per dictũ Noguera præsbyterũ fuit intentatũ, debet cognoſcere, quia locus eſt præuentioni, c. penul. de foro comp. cap. cum plures de offic. deleg. in 6. & latè probat Decia. tract. crim. lib. 4. c. 20. de prętientione n. 3. & ibidẽ n. 4. Hoc etiam procedere ait inter iudicẽ Eccleſiaſticũ, & ſæcularem, inter quos locus eſt præuẽtioni, vt probat Marian. Socin. in cap.

in cap. propoſuiſti, num. 8. ante medium, verſ. Et prædicta.

33 Decimò, hoc à fortiori procedit in occurrenti caſu, in quo nõ fuit oppoſitum in Regia Audientia per Syndicũ Cleri de Altura, iudices Regios eſſe incompetentes ad cognoſcendum de hac cauſa poſſeſſoria, & tunc iudex ſæcularis cognoſcere poteſt. Ita Menoch. de recup. poſſeſ. rem. 3. num. 343. vbi inquit ſuam opinionem non procedere, quando aduerſarius conuentus nihil obijceret de iuris incompetentia, qui allegat Crauet. conſ. 258. nu. 4. verſ. 4. Maximè poſt Anchar. conſ. 98. nu. 2. Thuſc. tom. 4. in verb. iudex, concl. 454. n. 15. pag. 788.

34 Vndecimò, abſque dubio procedit in occurrenti caſu, ex quo non agitur de poſſeſſione beneficij Eccleſiaſtici collatiui, quod abſque Canonica inſtitutione obtineri non poteſt, iuxta regul. primam in 6. & ita quando agitur de eius poſſeſſione, cognoſcere debet iudex, an habeat titulum ille, qui interdictum retinendæ intentauit, & quodammodo cognoſcit de tit. beneficij, qui eſt res ſpiritualis, qua ratione motus. Couar. pract. quæſt. cap. 35. num. 1. verſ. Ex quo patet, affirmauit iudicem ſæcularẽ nõ poſſe cognoſcere de cauſa poſſeſſoria beneficij Eccleſiaſtici, & hãc differentiam bene cõſiderat Auguſtinus Beroius in rubric. de iudic. num. 51. & 52. Secus tamen eſt in caſu noſtro, quia dictus Noguera Præsbyter nõ habet beneficiũ collatiuum, nec in hac cauſa de vllo titulo cognoſcit Regia Audientia, ſed duntaxat de mero facto, an ſcilicet, dictus Noguera, qui obtinet Capellaniã ad nutũ amouibilem ſit in pacifica poſſeſsionẽ percipiendi diſtributiones quotidianas in dicta Eccleſia Parochiali oppidi de Altura.

35 Neque obſtant in contrarium adducta: licet enim regula iuris ſit, iudicem laicum non poſſe cognoſcere de cauſis clericorum, iuxta tex. in cap. 2. de iudi. Hæc tamen regula fallit in multis caſibus relatis per Thuſc. pract. q. tom. 1. concl. 386. & inter alios caſus cognoſcit de cauſa feudali inter clericos, cap. cæterum de iudi. licet enim de perſona clerici iudex laicus cognoſcere non poſsit, tamen ratione rei poſſeſſæ
36 per clericum de eo cognoſcit, vt probat Milanenſ. deciſ. 11. n. 41. lib. 1. qui alios allegat. Veluti ſi clericus poſsideat rem feudalem, quam petat alius vaſſallus, coram domino feudi, etiam ſi laicus ſit,
37 clericus conueniendus eſt. Et idẽ procedit in re emphiteutica, vt ait idem Thuſcus vbi ſupra n. 3.
38 & in cauſa ciuili reconuentionis iudex ſæcularis eſt competens, cap. At ſi clerici de iudi. Thuſc. vbi ſupra, num. 4. qui dicit com-
39 munem. Idem etiam procedit ratione

tione bonorum ſtabilium ſub iuriſdictione domini tẽporalis exiſtentium, tunc enim iuriſdictio quoad reſpiciẽtia ordinationem bonorũ immobilium clerici ſpectat ad dominum temporalem, vt (poſt Oldrad. conſ. 17. n. 14. verſ. item certũ,) inquit Tuſchus vbi ſupra num. 7. Vnde cum poſſeſſorium beneficij Eccleſiaſtici ſit res temporalis, vt dixi ſupra num. 16. & iuriſdictio temporalis ad Regem ſpectat, poteſt etiã inter clericos cognoſcere de poſſeſſorio beneficij Eccleſiaſtici.

40 Nec obſtat Clem. 2. de cau. poſ. & proprie. Illa enim nõ diſponit, cauſam poſſeſſoriam beneficij Eccleſiaſtici priuatiuè ad iudicem Eccleſiaſticum pertinere, ſed tantum dicit, iudicem Eccleſiaſticum de ea cognoſcere, & ſic cumulatiué, quod non negamus, cũ vterque iudex Eccleſiaſticus, & ſecularis ſit competens ad cognoſcẽdum de cauſa poſſeſſoria beneficij Eccleſiaſtici etiam inter clericos, & inter eos locus eſt præuentioni.

41 Neque obſtat, quod clerici, etiam ſi vellint, non poſſunt laicũ ſuum iudicem conſtituere, hoc enim procedit in cauſis criminalibus, & in ciuilibus regulariter: ſecus tamen eſt in caſibus exceptuatis, & inter alios, quãdo agitur de re tẽporali, qualis eſt poſſeſsio.

42 Rurſus licet Doctores ſupra allegati, num. 4. teneant, iudicem laicum, non eſſe competentem ad cognoſcẽdum de poſſeſſorio beneficij Eccleſiaſtici, maximè inter clericos; tamen magis cõmunis opinio eſt in contrarium, & multo plures hanc noſtram tenuerũt, vt, facta calculatione DD. vtriuſque partis, clariſsimè apparet: noſtram enim ſententiam, quod iudex laicus cognoſcere poſsit de poſſeſſorio beneficij Eccleſiaſtici, tenuerunt ſequentes.

1 Panormitan. in cap. litteras, num. 8. de iur. calum. vbi hanc tenet, quãdo lis eſt ſuper mero poſſeſſorio, nõ habente cauſam proprietatis annexam, & ita non bene allegatur pro aduerſa parte: cũ in noſtris terminis, in quibus verſamur in hac cauſa, aperte dicat Panormitanus, quod nos defendimus, his verbis: *Exemplũ quando agit clericus contrà laicum poſſeſſorio retinẽdæ nomine ſuæ Eccleſiæ, quia moleſtatur in poſſeſſorio retinendæ, & agit vt ceſſet à turbatione, hoc licet agatur reſpectu Eccleſiæ, non tamen venit ad diſcutiendum aliquid iuris ſpiritualis, ſed quid meri facti, an turbet, & an poſsideat.* Et licet Panormitanus exemplum ponat, quando agit clericus contra laicum, idem tamen ſentit, quando agit contra clericum, vt conſtat ex iis, quæ idem ſcribit in c. cauſam ſecundo, nu. 3. dicens. Quod iuriſdictio cauſarum tẽporalium pertinet ad Regẽ in ſuo Regno, eãdem noſtram ſententiam tenuerunt.

2 Cardinal. Zabarella in Clem. diſpendioſam, n.17. de iud.

3 Thomas Grammat. deciſ. 78. num. 2. vbi quod etiam circunſcriptis capitulis Regni, poteſt iudex ſæcularis cognoſcere.

4 Vincentius Doctor antiquiſsimus relatus per Ioannē Andreā in cap.fin.in princip.extr.de iud. quem etiam allegat Grammaticus d. num.2.

5 Matthæus de Afflict.deciſ.24. vbi dicit, ita fuiſſe iudicatum in Sacro Neapolitano Conſilio.

6 Antonius de Butrio in cap. fi. num. 19. in verſ.vel ſecūdo,extr. de iud. his verbis: *Vel ſecundo ſecundum Vin. vt ponit Ioan. Andr. ſuper textu hic cauſa erat ſuper poſſeſſione, & non ſuper proprietate iuris eligendi, Vnde dicit, quod licet cauſa iuris Patronatus, vel electionis quoad proprietatem ſit ſpiritualis, & nō poſsit coram iudice ſæculari tractari, quoad poſſeſsionem, tamen quando de illa ſola diſputatur, illa poteſt coram iudice ſæculari tractari, quaſi illa non ſit ſpiritualis.*

7 Auguſtinus Beroi. in rub.ext. de iudi. num. 51. verſ. Hoc tamē vltimum, num. 52. & 60. ad med.

8 Ferretus conſ.1.num. 15. vbi dicit, quod ſeruatur in Italia, & in Gallia, ſciente, & patiente Romano Pontifice.

9 Oſaſcus deciſ. 116.nu. 1. vbi dicit, crebriorē eſſe opinionem Canoniſtarū, & Legiſtarum, Iudicē ſæcularē poſſe in remedio poſſeſſorio retinēdę cognoſcere.

10 Theſaur.deciſ.82.vbi dicit, hoc iure vti continue Senatum, & fuiſſe reſolutū de iure fieri poſſe, ipſo interueniente, cum Reuerendiſsimo Domino Nuntio Apoſtolico Domino à ſancta Cruce, tunc Nuntio apud Cæſarem.

11 Franciſcus de Ponte conſ.96. incipienti caſus, num.16. lib.1.

12 Minſingerius ſingular. obſeruat. centuria 2. obſeruat.67.n.2. & 3. vbi eam reddit rationem, quia poſſeſſorium non fuit ſpirituale, ſed temporale, vt dicit Archidia.in c.1.de reſtit ſpol.

13 Ioan. de Selua in tract. de benef. quæſt. 7. num. 16. tom. 15. tract.nouiſsimo.par.1.fol.26.

14 Quintilianus Mandoſius, de inhibitio. quæſt.21. tom.5.tract. fol.89. pag. 2.

15 Aloyſius Riccius in collect. deciſ. part. 2. collect. 270.

16 Mandellus Albenſis conſ. 75. num.5.lib.1.vbi dicit, Principes ſæculares quotidie apponere manum ad poſſeſſoriū beneficij Eccleſiaſtici, & id poſſe de iure facere, ſaltem per viam extraordinariam, ideſt ſummatim, tanquā volentes impedire rixas, vel oppreſsiones, vel ſcandala, vt per Afflict.deciſ. 24. quia hoc modo ſenſetur negotium temporale, ſecundum magis communem opinionem.

17 Ripa in rub. extr.de iud.n.90. & in l. naturaliter. §. nihil commune, de acquir.poſſeſ.nu.19.

18 Boer. deciſ. 69. num. 23.

19 Guido Papæ deciſ.1.85.207. & 552.

20 Carolus Graſſalis Regalium Franciæ lib.2 iure 5. maxime in verſ.Secũdo hoc poteſt, vbi probat, Regi competere, non ſolum ex priuilegio Papæ, ſed etiam ex diſpoſitione iuris communis.

21 Cãcer. var.reſolut.lib.3. c.14. de manuten.num.7.

22 Grauatius ad Veſtr. in praxi. lib.5.cap.1.n.6.

23 Decius in cap. decernimus de iud.num.24.verſ.Quarto fallit.

24 Ioan. Gratian.reg.9. num.15.

25 Camil. Borrel. Neapolitan.in tractat. de Regis Catholici præſtantia. cap.71.n.214. cum ſeqq.

26 Nata conſ. 411. num. 1. & 2. lib. 2.

27 Stephanus Aufrerius in tract. de poteſt. ſæcu.ſuper Eccleſ. regul.4.n.25. tom. 11.tract. par.1. fol. 339.

28 Franciſcus Marc. quæſt. 190. num.2.& 3.prima part. & quæſt. 512.num. 1. & 2.

29 Rota Romã. de qua Achillis de Graſ. deciſ. 35. de appell.

30 Aſpilqueta in cap. ſi quando de reſcript.remed.1. verſ.Tertio facit, & verſ. Quarto ideò, & in manuali Latino, cap.27.num 69. ad med. verſ. Quod etiam video.

31 Marant. de ordin. iudicio.4. par. diſtin.11.num.77. pag.183.

32 Alciat.reſponſ.24. num.2.lib. 1. vbi dicit, Senatores ex antiqua conſuetudine de poſſeſſorio cognoſcere, ratione temporãlitatis, quæ in eo vertitur.

33 Zeuallos in tract.de cognitione per viam violentiæ in proœmio cap.10.nu.36.& 37. fol. 22. & in com. contra com. q.822. n. 108. cum pluribus ſeqq.

34 Valaſcus conſult. tom.1.conſult.93. num.5. qui dicit, in Regno Portugalliæ in quæſt.ſpolij, inter duas perſonas Eccleſiaſticas, & ſuper re Eccleſiaſtica, ſæpiſsimè fuiſſe iudicatum, quod iudex ſæcularis cognoſcat.

35 Dec. conſ. 220. num. 2.par.2.

36 Caſaneus conſ. 45.

37 Rebuf. 3.tom. ad II. reg.titul. de cauſis benefic. poſſeſ. artic. 8. gloſ.2. num.1.

38 Maynar. deciſ. Toloſa. lib. 1. deciſ. 28. num.4.

39 Marta digeſt. nouiſsi. tom. 1. titu. de foro compet. c.67.

40 Cenedo in collectanea ad decretales 4. num.4.

41 Caſpar Theſaur. in addit. ad deciſ. 82. Ant. Theſaur. vbi ait, hac in re ſtylum,& antiquam curiæ conſuetudinem attendendam arbitrari.

42 Coraſ.in tract. de benefic.par. 1.cap.2.nu.8.tom.15.tract.par.2. fol. 287.

43 Anto. Gabriel lib.5. com. tit. de reſtit. ſpoli.concl.5.n.115.

44 Bouadilla in Polytica lib. 2. cap.18.num.141.

45 Rodtiguez de annuis redditibus lib.1. quæſt. 17.num.55. vbi tenet,in Senatu Galleco, ſi clericus aduerſus clericum agat,quod

ei in

ei in poſſeſsione alicuius beneficij Eccleſiaſtici moleſtiā inferat, petens ſe in poſſeſsione defendi, & reum, vt à moleſtatione deſiſtat,& ablata reſtituat,condemnari, obſeruari,vt Senatus compellat clericum, vt aut à moleſtatione deſiſtat, aut compareat in Senatu,vbi detinetur eo modo quo laicus.

46 Grabiel Sarayna in additio.ad Rom.ſing.419, col. vlt. verſ.24. vbi ait, iudicem laicum cognoſcere in poſſeſſorio, ſi clericus allegat turbari ab alio clerico.

47 Io. Papon. lib.1.tit.5. arreſto. 22.

48 Tepa. variar.iur. ſentētia. lib. 1.tit.de iuriſdict. & for. compet. fol. 160. col.3. in verſ. Clericus quando.

49 Laurentius Kirchou.com.opi. centu. 3. concl. 92. in verbo iudex ſæcularis.

50 Auenda. de exequend.manda. c.1.num.32. verſ. Et non ſolum.

51 Rota Roma. in Salmanticen. Canonica. 24. Maij 1595. coram Illuſtriſsimo Dño Blanqueto, quam ad litteram refert Regens Seſſe in tractatu de inhibitionibus,cap.8.§.3.nu.174. pag. 606. his verbis: *Reſolutum fuit, Antonium de Soria manutenendum, & inferius ibi, Non obſtat exceptio excommunionis propter recurſum ad Conſilium Regium,nam iſte recurſus hoc caſu ad defenſionem propriæ poſſeſſionis,& appellationis admiſsionē, non eſt improbus. Achili. deciſ. 36. de appellat. Vrbanius enim egit cum poſſet iudici de facto procedenti de facto etiam reſiſtere.*

Eadem Rota Oſcenſis Canonicatus prima Decembris 1595. R. P. D. Peniæ.num. 27. ad fin. fatetur dictas deciſiones Rotales, nimirum Achilis de Graſsis 36. de appel. & Salmantinam veras eſſe,licet,vt ibi refert, num. 24. & 28. dicat habere locum,quando quis recurrit ad auxilium laicorum, vt de facto defendatur à grauamine, & quod iudices laici nihil aliud facere debēt,niſi exhibere nudum auxilium, & manutentionem. Et quanuis enumeremus dictum Peñam contrarium tenentem, & pro aduerſa parte allegatos ſupra num.4. 5. & 6. & eis addamus Gutierrez Canonicarum quæſtionum lib.1.cap.34. Martam de iuriſd. par. 4. cen. 1. caſu 38. num. 11. & nouiſsimè Garcia de beneficijs 1. par. c. 2. nu. 51. cum ſeqq. & aliquos pauciores eandem opinionem tenentes, nihilominus,omnibus doctrinis benè recognitis,inueniemus multo plures tenuiſſe noſtrā opi-
43 nionem,quam contrariam. Et obſeruandum eſt, quod quando allegamus deciſiones Conſilij Neapolitani, Senatus Pedemontani, Rotæ Romanæ, & ſimiles,allegamus multos Senatores, & Auditores, cum quorum voto ita fuit deciſum. Et quando allegantur deciſiones Rotæ Romanæ factæ diuerſis temporibus, referuntur in

in effectu diuerſi Auditores, qui reſpectiue in Rota illo tempore interuenerunt, curſu enim temporis mutantur Auditores, & ſic in quadruplum ſunt plures noſtræ opinionis, quã aduerſæ partis Autores.

44 Et adhuc Doctores pro aduerſa parte allegati ſupra num. 4. ſi in fonte inſpiciantur, non omnes aſſerunt id, ad quod allegantur, nam Beroius in rub. de iud. num. 52. ponit ſecundam concluſionem dicens, quod cauſa meri poſſeſſorij rei temporalis ipſius iuris ſpiritualis, puta Eccleſiæ, & prælaturæ cenſetur eſſe cauſa meré temporalis, & ideò de illa iudex ſæcularis cognoſcere poterit, & ſic noſtram tenet opinionẽ, & quod dicit inferius, num. 55. reſpicit tertiam concluſionem, quam poſuerat in eodem nu. 52. his verbis. *Tertia cõcluſio, quod cauſa meri poßeſſorij rei ſpiritualis, vt iuris Patronatus, ſeu iuris præſentandi, aut iuris eligendi, vel decimandi, & aliarum rerum ſpiritualium cenſenda eſt merè temporalis, & ſic non videtur differentia, an ſit cauſa poßeßorij rei temporalis Eccleſiæ, vel Prælaturæ, an vero ipſius iuris ſpiritualis.* Et loquendo de hac tertia concluſione num. 55. dicit, contrariam ſententiam plures Doctores ſequutos fuiſſe, qui non loquuntur in caſu ſecũdæ concluſionis, qui eſt noſter.

45 Præterea Anton. de Butri. in cap. fin. de iud. pro aduerſa parte allegatus ſupra num. 4. licet num. 20. in verſ. Credo, dicat, credere quæſtionẽ poſſeſſoriam rei ſpiritualis eſſe ſpiritualem, ſicut eſt quæſtio proprietatis, tamen ſtatim ſubiungit hæc verba. *Si vero eſt dubium de ſolo facto per not. in cap. cauſam de ord cog. Ioan. Andr. dicit alibi, & Spec. quod hæc quæſtio poßeßoria ſuper matrimonio, vel alia re ſpirituali non eſt ſpiritualis.*

46 Couar. ab aduerſa parte allegatus practic. quæſt. cap. 35. licet nu. 1. in verſ. Verum, dicat, hanc noſtram opinionem non eſſe ſatis certam, & tutam: tamen idem n. 2. verſ. Sexto non negamus, ita ait. *Sexto non negamus, poſſe iuſtißime iudices Regios, qui prætorijs aſſidẽt, & ibi iura partium Regio, & ſupremo nomine tutantur, extraordinariè tractare cauſam poſſeſſoriam, in qua de poſſeßione beneficij diſputetur ad effectum, vt quieta Reſpublica ſit, ne fiat alicui iniuria, & violentia, aut indebite poßeßione, quam obtinet, expolietur. Hoc etiam in Neapolitano Regno, ſæpe fieri teſtatur Matthæus de Afflict. deciſ. 24. ſcribens in hoc iudicio, potius agi defenſione extraiudiciali, quam de iudiciali ordinaria cognitione. Quia tantum id agitur, quod quis reſtituatur ad poſſeßionem, qua iniquè, & per violentiam fuerat ſpoliatus à iudice Eccleſiaſtico, cæterum in hac Regia, & Caſtellana Rep. illud obſeruantiſsimum eſt, & diu obtinuit à tempore quod memoriam hominis excedit: poſſe ab his, qui à iudicibus Eccleſiaſticis, vi, & cenſuris*

cenſuris opprimuntur, Regios Auditores, & Conſiliarios, qui apud Regia ſuprema Pratoria iura litigãtibus reddunt omnino adiri, vt vim auferãt, & compellant iudices Eccleſiaſticos ab ea inferenda ceſſare. Quod multis iuribus, & auctoritatibus relatis, benè confirmat, & de hoc Dominus Nuntius, & eius Auditor non dubitant, ergo idem dicendum eſt in caſu noſtro, quia (vt inquit Auendañus de exequendis mand. cap. 1. num. 32. verſ. Non ſolum, fol. 18) cognitio violentiæ illatæ per Eccleſiaſticos competit Regi, quod dicit Auendañ.

47 his verbis. *Et non ſolum ſuper violentia, quando agitur interdicto recuperanda, ſed quando agitur interdicto vti poſsidetis, quia vim facit, qui liberam poſſeßionem aduerſario non relinquit, vt in l. vim facit, ff. de vi, & vi armat. & ob id de iſta quoque violentia poterit Rex cognoſcere.*

48 Rurſus deciſ. Rotæ Roma. 4. de litis conteſt. in antiq. ſup. alleg. num. 6. non tractat de noſtro articulo: tantum enim dicit, quod vbi agitur poſſeſſorio iudicio, in cauſa beneficiali, non requiritur litis conteſtatio.

49 Deciſio Putei 361. lib. 1. non ſolum nobis non aduerſatur, ſed ſi benè ponderetur, facit in noſtrum fauorem, quia num. 2. fatetur, communem eſſe opinionem, quod cauſa poſſeſſoria rei ſpiritualis dicatur tẽporalis, ſed quia cauſa adipiſcẽdæ poſſeſsionis habet immixtam cauſam proprietatis, ibi num. 5. dicit in iſto caſu, iudicem laicum non poſſe cognoſcere de poſſeſſorio adipiſcendæ rei ſpiritualis, & quod ibi de facto plenè conſtabat, & erat diſcutiendus articulus iuris, videlicet an matrimonium teneret, vel nõ. Quo caſu iudex laicus non eſt cõpetens, & ob hanc rationem, nu. fin. dicit, in Rota fuiſſe reſolutũ, iudices laicos non eſſe cõpetẽtes in cauſa, de qua ibi, annuẽs, quod ſi tantum ageretur de quæſtione facti, iudex ſæcularis eſſet competens iuxta deducta, num. 2.

50 Ad hæc Auditor Peña in deciſione Oſceñ. Canonicatus 1. Decembris anni 1595. de qua ſupra num. 8. fatetur, veram eſſe deciſionem Achil. de Graſ. 36. de appellat. quæ ſic ait. *Attẽtaſſe illum nolluerunt Domini in vna Eluen. coram D. Proſpero, qui poſt inhibitionem à Rota iuit ad Conſilium Regium pro manutentione poſſeſsionis ſua, quam poterat propria auctoritate defendere, quia vrbanius egit per plura, qua ponit Pariſ. conſ. vlti. vol. 4.* Et pariter deciſio Salmantina Canonicatus 25. Maij 1595. coram Illuſtriſsimo Domino Blanqueto, dicit, recurſum ad Conſilium Regium non eſſe improbatum ad defenſionem propriæ poſſeſsionis, ſed tantum in dicta deciſ. coram domino Peña Rotæ Auditore dictum fuit, iudicem laicum nõ poſſe manutenere clericum in ſua poſſeſsione beneficij Eccleſiaſtici, contra alium clericum

ticum eum in illa turbantem per viam iudiciariæ cognitionis, ſed extraiudicialis defenſionis, & præterquam quod hæc opinio dicti Auditoris Peña, & Marcheſani, eam ſequentis ſupra relati, nu. 8. eſt contra magis communem Doctorum ſententiam, vt conſtat ex Doctoribus ſupra relatis, nu. 42. etiam ſi eſſet magis cõmunis, nobis non obſtaret in occurrenti caſu, quia non agimus: an Regia Au-
51 dientia poſsit inhibere iudicem Eccleſiaſticum, ſed tãtum: an ſint reformandæ litteræ Illuſtr. D. Nũtij Apoſtolici, cum quibus mandauit, ne iudices ſæculares de cauſa perceptionis dictarum diſtributionum cognoſcerent, vel in ea quouis modo ſe intromitterent, & ſic cum dictis verbis prohibita etiam eſt hæc extraiudicialis defenſio clerici turbati in ſua poſſeſsione ab alio clerico, quam omnes Doctores fatentur competere Regi; qui in ſua coronatione iurat, protegere, & defendere Eccleſiaſticas perſonas; vt legitur in Pontificali Eccleſiæ Romanæ, teſte Matthæo de Afflictis deciſ. 24. nu. 4. Et ſic parum refert: an Regia Audientia in noſtro caſu manuteneat dictum Noguerã præsbyterum, in poſſeſsione percipiẽdi dictas diſtributiones quotidianas, per viam extraiudicialis defenſionis, vel per viam iudicialis prouiſionis, cum ſaltem vno, vel alio modo ſuſtineri poſſit, & generalitas illorum verborum, *Vel in ea quouis modo ſe intromitterent.* contentorum in dictis literis D. Nuntij Apoſtolici expeditis die 23. Iunij 1621. etiam hanc extraiudicialem defenſionem excludit. Et ita negari non poteſt, dictas litteras fore reformandas.

52 Nec obſtat, quod dicitur ſupra num. 9. iudicem Eccleſiaſticum cognoſcere poſſe in poſſeſſorio inter laicos habentes vtile dominium rei emphiteuticæ Eccleſiaſticæ. Imò potius hoc facit in noſtrum fauorem, iuxta ea quæ dixi ſupra nu. 36. & 37. & ſeqq. Quia inſpicitur qualitas rei, de qua litigatur, non perſonę litigantis, & ob hanc cauſam licet perſona clerici non ſit de iuriſdictione iudicicis ſæcularis, quando agitur de mera poſſeſsione, quæ eſt res temporalis, iudex laicus cognoſcit etiã inter clericos.

53 Denique non obſtat Bulla in Cœna Domini, de qua ſupra nu. 10. quia loquendo ſub correctione Sanctæ Matris Eccleſiæ, illa non comprehẽdit Dominum noſtrum Regem exiſtentem in poſſeſsione immemoriali cognoſcẽdi de huiuſmodi cauſis Eccleſiaſticis, etiam inter clericos in iudicio poſſeſſorio, vt fuit declaratũ per Martinum V. Summum Pontificem, reſpectu Regis Galliæ, vt dixi ſupra num. 18. & non militat maior ratio, reſpectu Regis Franciæ, quàm Regis Hiſpaniæ.
54 Et in proprijs terminis Bullæ in Cœnã

Cœna Domini ſcribens Nauarrus Aſpilqueta in Manuali Latino, cap. 27. num. 69. ad mediũ, declarat, in dictam cenſuram non incidere, niſi qui faciunt auctoritate iudiciali, & laica vetita, non autem in caſu permiſſo, vt eſt in noſtro, & ſubiungit hæc verba. *Quod etiam video pro re indubitata haberi in Hiſpania, & Gallia, poſſe regulariter Reges defendere poſſidentes, colorato titulo beneficia Eccleſiaſtica, ne abſque iuſtæ cauſæ cognitione deturbentur.* Et Zeuallos in tractatu de cognitione per viam violentiæ, in proœmio cap. 10. latè probat, non eſſe prohibitam per Bullam in Cœna Domini hanc Regaliam Domini noſtri Regis. Idem probat Salcedo in addit. ad practic. crim. canonc. Bernardi Diaz de Luco cap. 102. lit. A. propè finem in verſ. Neque etiã ſuperioribus, pag. 359. omnino videndus.

Denique cum mandatum factum per Epiſcopum Sugurbij, ſiue Segobricenſem, die 27. Iunij 1620. cum quo præcepit, ne diſtributiones quotidianæ præſtarentur dicto Thomæ Noguera præsbytero, ſit iudicij petitorij, & cauſa appellationis à dicto mãdato interpoſitæ introducta fuerit coram Illuſtriſsimo Nuntio, dicendum eſt, ad tribunal dicti Nuntij tantũ eſſe deuolutam cognitionem cauſæ petitorij, quia iudex cauſæ appellationis tantũ habet iuriſdictionem per deuolutionem circa ea, quæ vertuntur coram iudice à quo, non ſuper alijs, Pute. deciſ. 184. Ioan. Solan. num. 4. & 5. lib. 2. Afflict. deciſ. 155. fuit lata ſub nu. 3. & alijs relatis, probat Scaccia de appell. q. 11. art. 3. pag. 181. & idẽ quæſt. 17. limit. 47. mẽb. 22. n. 21 vbi inquit, quod appellatio, & litis pendentia in poſſeſſorio non ſuſpẽdit, neque impedit exequutionem in petitorio, nec è cõuerſo, cum hæc ſint omnino diuerſa, Lancell. de attent. c. 12. de attẽt. appellatione pendente, limit. 2. num. 18. & 19. tom. 5. tract. fol. 361. per tex. in l. cũ fundũ, §. eum qui ff. de vi, & vi armata, ibi: *Eum qui fundum vindicauit ab eo, cum quo interdicto vnde vi, potuit experiri, pendente iudicio, nihil ominus interdicto rectè agere placuit*, idẽ Lãcell. in dicto tract. de attent. c. 4. de attentatis lite pendente, limit. 2. principali, num. 8. & ſeqq. fol. 325. vbi ſcribit, quod ſi inter aliquos ſit lis ſuper poſſeſsione beneficij, & ordinarius per mortem collitigantis, aut aliàs illud beneficium conferat, collatio non dicitur attentata, & ſic ordinarius nõ dicitur attentare: quia collatio beneficij reſpicit ius, & proprietatem beneficij, de qua nõ eſt lis, ſuper poſſeſsione in qua Ordinarius nihil innouat, & inquit Lancell. vbi ſupra, quòd ex quo proprietas nihil habet commune cũ poſſeſsiſione, quòd ſi in prima inſtantia ſpoliatus ſuſpendat petitorium,

& in poſſeſſorio obtineat pro ſe ſentētiam, quæ tranſiuit in rē iudicatā, & deinde, pēdēte petitorio, ille ſine executore ingreſſus fuerit poſſeſsionē, talis adeptio poſſeſsionis non reuocatur per viam attentati: quia pendētia petitorij differt à poſſeſsione. In caſu autem noſtro, cauſa poſſeſſorij vertitur in Regia Audiētia, & tantū cauſa petitorij per appellationē, coram dicto Nuntio Apoſtolico: ergo inhibitio per eū facta intelligitur tātum prouiſa circa petitorium, & non circa poſſeſſorium.

In hac cauſa: quia pro parte fiſci Regij inſtāter petebatur, declarari, nō fuiſſe intētionis ſuæ Illuſtriſ. dominationis, inhibere R. A. circa poſſeſſoriū, Illuſtriſsim. Dñs Alexāder de Sangro Patriarcha Alexādriæ Archiepiſcus Benauentanus Nuntius Apoſtolicus in Regnis Hiſpaniarū, vt ceſſaret cōtētio inter iuriſdictionē Eccleſiaſticam, & Regiā, abſq; præiudicio vtriuſq; conuocauit Doctorē Hieronymū Caymo Regentē Cācellariā in S.S.R.C. Italiæ, & Doctorem Ouidiū Luparā Auditorē dicti Nuntij Apoſtolici, & me tanquā Cōſiliariū Dñi noſtri Regis, & eius fiſci, & patrimonij Aduocatū in S.S.R. Aragonum Cōſilio, &, cauſa, coram ſua Illuſtriſſima dominatione, per nos rectè diſcuſa, protulit ſententiā dictus Dñs Nuntius, die 1. Iunij 1622. declarando, nō fuiſſe intentionis, ſuæ Illuſtriſsimæ dominationis, cū litteris inhibitorijs, in hac cauſa expeditis, cōprehendere articulū aliquem, qui non eſſet deuolutus per appellationē ad ſuum tribunal, actuario Bartholomęo Gutierez notario, & ſecretario.

DECISIO CCIX.

FILIÆ VLTIMI POSSESSOris Ducatus, debet mitti in poſſeſsionem illius, non obſtante, quod frater vltimi Ducis prætēdat tanquā agnatus ſuccedere, quando poteſt eſſe dubium: an fœmina in Ducatu ſuccedat.

Hæres ab inteſtato mitti debet in poſſeſsionē bonorū, quæ defunctus tēpore mortis poſsidebat.

1 FACTVM.

2 *Fideicōmiſſarius in caſibus, in quibus ipſo iure in eū tranſeunt actiones, debet mitti in poſſeſſionē bonorū recadentiū in hæreditate fideicōmiſſi inſtitutoris, virtute l. fi. C. de edic. Diui Adri. toll.*

3 *Actiones de Iure Canonico abſque vlla reſtitutione transeunt in fideicommiſſarium vniuerſalem.*

4 *Fideicōmiſſarius debet declarare, velle agnoſcere fideicōmiſſum, vt tranſeant in eū actiones ipſo iure.*

5 *Ius Canonicū potius ſeruandū eſt in Regno Valentiæ, quā Ius Cæſareū, deficiēte foro, ſiue lege Regni.*

6 *Exceptio, quod defunctus non potuit teſtari, non impedit, eius hæredē mitti in poſſeſsionē bonorum illius, virtute l. fin. C. de edict. Diui Adrian. tollen.*

Pp 7 *Hæredi*

Digitized by Google

7 *Hæredi petenti poſſeſſionem vir- tute l.fin. C. de edict. Diui Adrian. tollen. obijci non poteſt, teſtatorem fuiſſe fœneratorem, vel ſeruum, & ob id teſtari non potuiſſe.*

8 *Primogenitus maſculus, vbi ſubſtitutus fuit, eo abſque filio maſculo decedente, filius maſculus ſecũdo genitus in locum eius admittitur, & num.9.*

10 *Maior filius vbi in ſubſtitutione fuit vocatus, in defectum primogeniti ſecundo genitus ſuccedit tanquam maior.*

11 *Nepos ex filio primogenito prædefuncto præfertur filio ſecundo genito.*

12 *Filius maſculus ſecundo genitus præfertur filiæ filij primogeniti prædefuncti, quando ad ſucceſſionem maioratus maſculi tãtum ſunt vocati.*

13 *Hæres ab inteſtato non vtitur remedio legis finalis, C. de edict. Diui Adrian. tollen. tamen competit ei officium iudicis, vt mittatur in poſſeßionem bonorum defuncti.*

14 *Inter hæredem ſcriptum, & inter legitimum nulla eſt effectualis differentia.*

15 *Forus 41. de teſtam. tribuit poſſeſsionem bonorum patris, vel matris eorum hæredi indiſtinctè.*

16 *Ducatus non recipit diuiſionem, ſed ad primogenitum defertur etiã ſi plura oppida comprehendat, quæ diuidi poßunt, & num. 17.*

18 *Maioratus legalis inducitur, quando Princeps alicui caſtrum, ſeu oppidum, cum titulo Ducatus, Comitatus, aut Marchionatus, vel id genus ſimili, & ſuis deſcendentibus perpetuo conceſsit, & ita fuit iudicatũ in Regia Audientia Cathaloniæ num.19.*

20 *Ducatus, Marchiæ, vel Comitatus titulus, vbi accedit bonis, quæ in quibuſdam caſibus erant fideicommiſſo ſubiecta, & in quibuſdã libera eorum naturã non mutauit, & ita fuit iudicatum.*

21 *Primogenita ſola mitti debet in poſſeſsionem Ducatus, alijs ſororibus excluſis.*

22 *Filia mitti debet in poſſeßionem, dum contentio eſt inter ipſam, & agnatum: an bona ſint feudalia, vel tantum agnationis, & ita fuit iudicatum num. 23. & eſt communis opinio num. 25. maximè, quando ius eſt intricatum, n. 50.*

24 *Filia hæres ab inteſtato mitti debet in poſſeſsionem feudi, quod pater eius poſsidebat.*

26 *Teſtatoris diſpoſitio, qui diſponit de feudis, aliter quam ius velit, nõ valet.*

27 *Qualitas ſubſtituti, tempore conditi teſtamenti, aut mortis teſtatoris expectatur, fallit num. 28.*

28 *Fideicommiſſum, aut ſubſtitutio, vbi in diem, vel ſub conditione cõcipitur, tunc qualitas ſubſtitutorum expectatur tempore euenientis conditionis, aut diei.*

29 *Conditio habet ſuſpenſam diſpoſitionem conditionalem, donec adimpleatur conditio.*

32 *Sub-*

Digitized by Google

32 *Subſtitutio vna per alteram declaratur, quando militat eadem ratio; ſecus ſi diuerſa, num. 33.*

34 *Patruis legatum factum, in defectum fratrum patris, pertinet ad fratres aui.*

36 *Filius in conditione poſitus non cenſetur vocatus: fallit, cõcurrentibus coniecturis, & num. ſequentibus.*

37 *Filius in conditione poſitus, ſub qualitate maſculinitatis, cenſetur vocatus: maximè concurrentibus alijs coniecturis, num. 38. & ratio redditur, num. 39.*

40 *Filius maſculus in conditione poſitus cenſetur vocatus, quando teſtator, in defectum maſculorum, fœminas vocauit.*

41 *Filius in conditione poſitus cenſetur vocatus, quando teſtator proceſſit ad plures gradus ſubſtitutionum.*

42 *Filij in cõditione poſiti cenſentur vocati, quando teſtator vocauit omnes alios, quos poſuerat in conditione.*

43 *Filij in cõditione poſiti cenſentur vocati, quando teſtator de poſitis in conditione, vt de hæredibus, locutus fuit.*

44 *Filij in cõditione poſiti cenſentur vocati, quoties teſtator poſt poſitionem liberorum in conditione dixiſſet: his caſibus, & quolibet eorum ſubſtituo.*

45 *Poſiti in conditione cenſentur vocati ex prohibitione alienationis.*

46 *Filij maſculi in conditione poſiti, ex prohibitione detractionis Trebellianicæ cenſentur vocati.*

47 *Filij filiorum poſiti in conditione, cenſentur vocati, quando teſtator diſpoſuit in ſuo teſtamento, quod ſi non valeret in vim teſtamenti, valeret in vim codicillorum, & omni meliori modo, quo poteſt.*

48 *Qualitas bonorum, non leuem facit coniecturam, ad inducendum fideicommiſſum inter deſcendentes vocati, ſi deicommiſſarius non debet mitti in poſſeſſionem bonorum, quæ poſidebat fideicommiſſi inſtitutor, quando negatur, de illis bonis potuiſſe diſponere, & dubium hoc redditur ex deductis per hæredem vltimi poſſeſſoris bonorum, & probatur num ſeqq.*

52 *Fideicommiſſario non competit remedium legis fina. C. edic. Diui Adrian. tollen. ante reſtitutionẽ ei ab hærede factam.*

53 *Fideicõmiſſario reſtitutionem fieri ab hærede non eſſe neceſſarium, vt in eum transeant actiones, de Iure Canonico, fuit opinio Baldi, cõtra quam eſt communis.*

54 *Fideicommiſſarius vniuerſalis, in quem per reſtitutionem legalem actiones translatæ fuerunt, non eſt legitimus contradictor ad impediendum hæredi miſſionem in poſſeſſionem.*

55 *Quorum legatorum interdictum competit hæredi contra fideicomiſſarium vniuerſalem, qui rerum poſſeſſionem apprehendit, etiam in caſibus, in quibus l. ipſo iure reſtitutionem inducit.*

56 *Fideicommiſſarius vbi allegat ti-*

tulum, ex alio teſtamento hæredis vltimi defuncti, circa miſsionem in poſſeſsionem, præualet cauſa, & ita fuit iudicatum, & n. 57.

58 *Exceptio defectus proprietatis admittitur in interdicto adipiſcendæ poſſeſsionis, virtute legis finalis, C. de edic. Diui Adrian.*

60 *Primogenitus alicuius vbi vocatur, eius vocatio non extenditur ad alias perſonas, ſecus ſi ſimpliciter primogenitus, num. 61.*

63 *Sententiæ Regiæ latæ, in cauſa Ducatus de Villafermoſa, tenor refertur.*

ILLVSTRISSIMVS Don Martinus ab Aragonia, Dux de Villahermoſa, ſuo vltimo teſtamento, condito penes Ioannem Diaz de Altarriba not. die 18. Aprilis, 1581. hæredem vniuerſalem inſtituit Don Ferdinandum ab Aragonia eius filium primogenitum, & illo ſine liberis maſculis decedente, vocauit Don Martinum ab Aragonia, eiuſdem teſtatoris filium, quo etiã ſine liberis maſculis moriente, inſtituit Don Franciſcum ab Aragonia, pariter eius filium. Succeſſit in Ducatu de Villahermoſa, dictus Don Martinus filius ſecundò genitus dicti Ducis Don Martini, ſine liberis præmotuus fuit eius fratribus, & poſtea Dux Dõ Ferdinandus ſine liberis maſculis deceſsit inteſtatus, relictis tribus filiabus legitimis, & naturalibus, nimirum Domna Maria, Domna Ioanna, & Domna Eliſabeth ab Aragonia, & ſuperſtite etiam dicto Don Franciſco Gurrea ab Aragonia, Comite Lunæ, vltimi poſſeſſoris Ducatus fratre, qui obtulit ſupplicem libellum, quem vulgo ſupplicationem vocamus, in Regia Audientia Valentina, prætendendo, ipſum eſſe mittendum in poſſeſsionem dicti Ducatus, & aliorum bonorum, quæ dictus Dux Don Martinus, eius pater, tempore mortis poſsidebat, ſub prætextu, quod in dicto teſtamento paterno erat expreſsè vocatus ad dicta bona iure fideicommiſsi, quod locum habuit caſu ſequuto ex ſupradictis. Contra vero filiæ dicti Ducis Don Ferdinandi vltimi poſſeſſoris, & maximè dicta Domna Maria primo genita prætendebat, ipſas fore mittendas in poſſeſsionem dicti Ducatus, & aliorum bonorum, quæ dictus Dux Don Ferdinandus, tempore mortis, poſsidebat, tanquam hæredes ab inteſtato dicti Ducis Don Ferdinandi vltimi poſſeſſoris, & Ducẽ Don Martinum non habuiſſe dicta bona libera, nec ea fideicommiſſo ſubijcere potuiſſe ex diuerſis cauſis in proceſſu deductis: dubitatũ fuit, quiſnam ex his adipiſci deberet dictam poſſeſsionem.

Pro parte dicti Comitis D. Frãciſci ab Aragonia primo facit,
2 nam fidecõmiſſarius, in caſibus, in quibus ipſo iure tranſeunt actiones

nes in fideicõmiſſariũ, mitti debet in poſſeſsionem bonorũ recadentium in hæreditate fideicõmiſsi inſtitutoris, virtute l. finalis C. de edicto Diui Adri. toll. vt docent Bart. ibi nu. 9. verſ. adde etiam, & conſ. 91. in q. vertente lib. 1. Zucard. in d. l. fin. n. 226. & Iacobinus n. 15. in fin. & n. 16. Riminald. conſ. 258. nu. 7. lib. 2. Alex. conſ. 4. n. 16. in fin. lib. 2. Ruin. cõſ. 28. n. 2. in fin. lib. 5. Iaſ. conſ. 214. n. 32 lib. 2. Rip. l. Centurio nu. 51. de vulgar. Rub. conſ. 64. in fi. & vnõ verbo ſentit Curt. iun. in d. l. fin. nu. 49. in fine (& Beroius in conſ. 58. n. 1. & nu. 5. lib. 2.) quos refert, & ſequitur Menoch. de adipiſcen. poſſeſſ. remed. 4. nu. 199. Peregrin. de fideicom. artic. 48. nu. 5. vbi dictam Bart. Theoricã, in d. l. fin. n. 9. communiter receptam dicit, & n. 14. declarat, procedere in fideicommiſſario vniuerſali, quando lex ipſo iure, in-
3 ducit in eum reſtitutionem, ſed de Iure Canonico, ipſo iure, abſq; vlla reſtitutione, actiones tranſeunt in fideicommiſſarium vniuerſalem, vt inquit Bald. per illum tex. in cap. in præſentia nu. 31. extra de probatio. cuius opinionem ſequuntur Benedictus, in cap. Rainuntius 2. part. in verbo, ſi abſque liberis 2. n. fin. ad med. & verb. mortuo 2. num. 74. Beroius deciſ. 156. nu. 7. Zanchus, in repetit. §. cum ita 4. par. n. 483 Roland. à Valle conſ. 78. nu. 20. ad fin. vol. 3. Gratian. diſceptat. 245. nu. 16. & alijs relatis, Scapucinus in tract. de vtili Saluiano, interdicto libro 1. quæſt. 8. n. 3. fol. 10. vbi refert, ita fuiſſe deciſũ in Rota Rom. Peregrin. de fidei-
4 com. art. 2. nu. 62. & ibi nu. 63. hoc declarat procedere, dum tamen prius fideicommiſſarius declaret, ſe velle agnoſcere fideicõ-
5 miſſum: & in Regno Valentiæ, deficiente lege Regni, ſiue foro, potius recurritur ad Ius Canonicũ, quàm ad Cæſareum, vt dixi deciſ. 4. num. 2. Ergo in dicto Regno actiones ipſo iure tranſeunt in fideicommiſſarium, abſque vlla reſtitutione reali, nec verbali; & ita in hoc caſu dictus Don Frãciſcus ab Aragonia fideicommiſſarius mitti debet in poſſeſsionẽ dicti Ducatus, & aliorum bonorum, quæ Dux D. Martinus eius pater fideicommiſsi inſtitutor, tẽpore mortis, poſsidebat.

6 Secundò, nam ſi, & vbi dubiũ eſſet: An Dux Don Martinus ab Aragonia potuiſſet teſtari (prout prætẽdit dicta Domna Maria ab Aragonia) adhuc hæc exceptio, non impediret miſsionem in poſſeſsionem bonorum dicti Ducis Don Martini, quàm petit Comes Dõ Franciſcus ab Aragonia eius filius, in teſtamẽto expreſsè vocat', ita Ang. cõſ. 135. Naucius col. vltim. verſ. ſuper ſecundo, illum ſequuti ſunt Dec. conſ. 84. col. 2. verſ. ad iſta breuiter, Curt. iun. in d. l. fin. ad fin. Zucardus n. 322. in fi. idem ſcribit Duran. de arte te-

 ſtan.

ſtan. titul. de acquir. vel repud. hæredi.cautel.vlt. n.5. poſt Bald. conſ.311.Quidam Thomas lib.2
7 qui reſpondet,obijci non poſſe, teſtatorem fuiſſe fœneratorem,& ob id teſtari non potuiſſe,ita nec obijci poſſe, eſtatorẽ ſeruum fuiſſe,vt docuit Alberi.in l.fin.C.de edicto Diui Adriani tollen.nu.5. & poſt ſupradictos,quos allegat, docet Menoch.de adipiſcen.poſſeſ. remed.4.nu.745. qui rationẽ reddit,quod exceptio hæc altiorem requirit cognitionem,quam remediũ hoc non admittit, & n. 747. ait,exceptionẽ defectus dominij teſtatoris,miſsionẽ in poſſeſsionem petitam ab hærede,retardare nõ poſſe,& allegat ita tenentes Innoc.in c.2.de cauſ.poſſeſ.& proprie. Bal.in d.l.fi.n. 42. verſ. ſexto opponendo, Angel.in l.2. C. de edicto Diu.Adri. toll.
8 Tertiò,nã ſi,& vbi ex teſtamẽto Don Illefonſi ab Aragonia ſecundi Ducis de Villahermoſa,cõdito anno 1513. poſſet oriri dubium: An Dux Don Ferdinãdus vltimus dicti Ducatus poſſeſſor eſſet vocatus cum illis verbis, *Et ſucceſsiue à ſu hijo varon mayor*, adhuc tamen in caſu ſequuto, quo deceſsit Dux Ferdinandus abſq; filijs maſculis, cẽſetur vocatus dictus Dõ Franciſcus ab Aragonia eius frater,cum eiſdem verbis:*Et ſucceſsiue à ſu hijo varon mayor*. Nã etſi filius maſculus ſecundo genitus, viuente primogenito, filius maior non dicatur, prout notat Oldrad.cõſ.224.Præpoſ.per tex. ibi, in c.1.de natura ſucceſsionis feudi,col.2.& Bald.in l.cum anti quioribus nu. 11.C.de iur. deliber.& Grat.conſ.7.n.11.& conſ. 8.n.5.vol.1.Tiraq.de iur.primoge.q.40.nu.74.& 156. & Couar. pract. quæſt. c.38. nu.6. ſi tamen primogenitus maſculus,abſq; filio maſculo,qui ſuccedere valeat, deceſsiſſet,filius ſecundo genitus maſculus, tanquã filius maior, ac primogenitus,vbi maſculus filius maior ſubſtitutus fuit, prout in noſtra ſpecie, admittendus erit, quia loco primogeniti,ac filij maioris maſculi habetur, vt notat. Abb.n.5.per text.ibi in c.licet de voto,& in conſ.5. vol. 1. Bald.in l.ex hoc iure,q.6.ff.de iuſt.& iur. Paul.cõſ.164. vol.2. & Tiraq.de iur.primogen.q.3. cum pluribus
9 ibi adductis,&in q.40.n.183.Molina de Hiſp.primoge. lib.1. c.5. n.20.vbi dicit, quod talis qualitas nunquã moritur, imo in infinitum procedit, vt deficiente primogenito, ſecũdo genitus illico primogeniti locũ,ac nominationem accipiat, Greg.Lopez l. 2. tit.8.p.5.in verbo,*ſegũ ſe auiene*,& Rot.Roma.deciſ.128.p.2.diuerſo.Sacri Palatij nu.1. ibi: *Secundũ Domini pariter affirmatiue reſoluerunt, quia primogenitus, non ſolum is dicitur, qui vere primo loco genitus; ſed is quoque, qui illum proxime & immediate ſequitur ex fratribus, is namq; mortuo primogenito ſine liberis,iura primogenituræ conſequitur.*
Quod

10 Quod multo magis procedit, in caſu noſtro, vbi in ſubſtitutione non fuit vocatus primogenitus, ſed filius maior iuxta ea, quæ tradit Coſta de maioratu bonorum Regiæ Coronæ part. 1. n. 11. vbi rationem differētiæ ſubdit, quod verbum, primogenitus, habet participium præteriti tēporis, quod verificatum fuit in ipſo naſcendi tempore, cæterum hoc adiectiuū maior, nullam relationem habet ad preteritum naſcendi tempus, vnde optimè accommodatur filio, qui maior inuenitur, licet ab initio non fuerit, & ita Don Frāciſcus ab Aragonia, tanquam filius maſculus, qui reperitur maior, mortuo Duce Ferdinando eius fratre, cenſetur vocatus a dicto Duce Don Illefonſo Secūdo, & conformando ſe, cum hac diſpoſitione, Dux Martinus eius pater, potuit, in caſu ſequuto, quo Dux Don Ferdinandus ſine filijs maſculis deceſsit, ad dictum Ducatum de Villahermoſa, & bona ei annexa vocare dictum Don Franciſcum ab Aragonia.

11 Quartò, & ſi receptū ſit, quod in maioratibus nepos, vel neptis ex filio primogenito prædefuncto præfertur filio ſecundo genito, vt probat Couar. pract. qq. cap. 38. nu. 6. Tamen in hoc om-

12 nes conueniunt, quod ſi ad ſucceſsionem maioratus maſculi tātū vocati ſint, filius maſculus ſecundo genitus præfertur filiæ filij primogeniti, ita Couar. d. c. 38. nu. 8. vbi tantum admittit filiam primogeniti defuncti, quando ex conditionibus, & legibus primogenij, non excluditur fœmina, & ante eum tenuerūt Ioan. Faber. in §. cæterum Inſt. de legit. agnat. ſucceſsione n. 4. quem ſequitur Guillerm. Benedict. in c. Raynuntius in verbo, in eodem teſtamento, num. 190. de teſtam. & tradit Afflict. in cap. 1. de natu. ſucceſsio. feud. num. 16. & 17. & optimè Caſane. in conſue. Burgun. Rub. 7. §. 20. num. 35. cum igitur in caſu noſtro in teſtamento Ducis Martini ſint excluſæ fœminæ à ſucceſsione, & tantum vocentur maſculi, Dōna Maria ab Aragonia filia primogenita vltimi poſſeſsoris, non poterit præferri Don Franciſco, eius patruo, & maximi ponderis eſt, in hoc iudicio adipiſcendæ poſſeſsionis, conſtare de bono iure, in petitorio, maximè in Senatibus Supremis, quale eſt Sacrum Conſilium Coronæ Aragonū, in quo, virtitute litterarum cauſa recognoſcendi, cauſa hæc decidi debet, & ita dictus Don Franciſcus ab Aragonia mitti debet in poſſeſsionem dicti Ducatus.

Sed his non obſtātibus, fuit decíſum in S.S.R. Conſilio, & cum eius votis declaratū, in Regia Audiētia, D. Mariā ab Aragonia, filiā primogenitā Illuſt. D. Ferdinādi ab Aragonia, vltimi Ducis de Villahermoſa mittendā, fore, & eſſe in poſſeſsionē dicti Ducatus, & eādē

Domnã Mariã, Domnam Ioãnã, & Domnam Eliſabethã filias dicti Ducis Don Ferdinandi, tanquã eius hæredes ab inteſtato mittendas fore,& eſſe in poſſeſsionẽ reliquorum bonorum, quæ tempore mortis earum pater poſsidebat,& diuiſionem recipiunt.

13 Primò,quia licet hæres ab inteſtato non vtatur remedio l. fin. C.de edicto Diui Adri. toll. quia non eſt ſcriptus in teſtamento,de quo lex illa loquitur, vt tenent multi relati per Menoch.in tract. de adipiſcen. poſſ. remeio 4. nu. 64. tamen competit officium iudicis, vt mittatur in poſſeſsionẽ, gloſ.Bald.& Præpoſit,in c.1. in tit.de controu. inter maſculũ, & fœm. Pariſ. conſ.60.col.1. lib.3. Socin.iun. conſ.75. nu.17. lib.3. & vltra eos Bart. in l.de vſufruct. ff.de var.& extra cognit. vbi aduertit de eo,qui implorat iudicis officium pro rei reſtitutione, vt ſufficiat de poſſeſsione probare, & ſupra relatis,Peregrin.de fidei

14 com.art.48. num.2. & 3. qui addit, nullã eſſe effectualem differẽtiam inter hæredem ſcriptum, & inter legitimum. In noſtro autem Valentiæ Regno, hoc expeditum eſt,iuxta forum 41.tit. de

15 teſtam. ibi: *Hæredes defuncti incõtinenti, poſt mortem illius accipiant bona patris, vel matris, cuius ſunt hæredes*, & ſic ille forus loquitur generaliter, comprehendens, tàm hæredem ſcriptum, quàm legitimum, & in caſu noſtro agitur de bonis patris, & ſic verſamur in proprijs terminis dicti fori, pro cuius executione tres filiæ dicti Ducis mitti debent in poſſeſsionem bonorum patris, quæ diuiſionem recipiunt.

16 Sed quia Ducatus non recipit diuiſionem,cap. Imperialẽ.§.præterea de prohibi.feudi aliena.per Federi. in vſib. feudo. ibi: *Præterea Ducatus, Marchia, Comitatus, de cætero non diuidantur*, & latiſsimé probat Aroſental. de feud.1. tom.c.9. concl.55.per tot. & Intriglio. de feud. centu. 1. quæſt. 39. ideò impoſsibile eſt, quod tres filiæ in Ducatu ſuccedant; ſed duntaxat filia primogenita, cum dictus Ducatus, tanquam dignitas regalis primogenito deferatur, & hæc bona per tempus, pluſquam centum, & viginti annorum, ſemper fuerunt incorporata dictæ dignitati Regiæ Ducatus, & in eis vnus tantum ſucceſſit, & ita tanquam bona maioratus ad filiam primogenitam pertinent, Hoſtien. Ioan. Andr. Panormit. & communiter ſcribentes,in cap. licet de voto, & in ca. prudentiam de officio iudi.delega.Bald.Iſernia. Aluarot.Præpoſit.& omnes feudales in cap. 1. §. præterea Ducatus de prohi.feud.

17 aliena.per Federicũ. Quod adeò verum eſt,quod licet Ducatus cõprehendat diuerſa oppida, & caſtra, quæ aliàs diuidi poſſunt tamen, quia dignitas Ducatus eſt indiuiſibilis, ea omnia primogenito,

nito deferuntur, vt ex Abb. Speculat. Felin. Bald. Curt. iun. Dec. atque alijs reſoluit Fuluius Pacianus de probatio. lib. 2. cap. 36. num. 93. verſ. Adhuc reſtringe, & vltimus poſſeſſor non poteſt fraudare primogenitum in his dignitatibus regalibus, ita ex Ioann. Andr. Hoſtien. atque alijs dicit Abb. conſ. 3. num. 3. & ſeqq. lib. 2. & reddit rationē: ſcilicet, quia pater nō poteſt hoc ius primogenito auferre, vt alius ſcilicet ſuccedat in Regno, ſeu Comitatu, cū ſit firmatū lege Canonica, Diuina, & conſuetudinaria, & Molina de Hiſp. primog. lib. 1. c. 11. à n. 10. pertractat hāc quæſtionē:

18 vtrum, quando Princeps alicui, nobili caſtrum, ſeu oppidum, cū titulo Ducatus, Comitatus, aut Marchionatus, vel id genus ſimile, & ſuis deſcendentibus, perpetuo conceſsit, hoc debeat ab eo, & deſcendentibus, iure maioratus, poſsideri. Ita vt indiuiduum ſit, vni que, & primogenitō perpetuo deferendum, & poſtquam retulit opinionē tenentium, bona, etiam titulo Ducatus, Comitatus, Marchionatus, vel ſimili conceſſa, tanquam bona libera eſſe cenſenda, nu. 15. verſ. Contrariam autem teſtatur, contrariam ſententiam plures Hiſpanos Iuriſconſultos conſtanter ſequutos fuiſſe in cauſa Comitatus de Valencia, & alijs ſimilibus, dicentes, in his bonis eſſe iure maioratus ſuccedendum, & num. 16. inquit, eſſe vniuerſalem Hiſpaniæ conſuetudinem, vt Ducatus, Comitatus, & Marchionatus, non diuidantur; ſed ad primogenitos tantum deferantur, & num. 23. verſ. Si vero ſubiungit hæc verba: *Si vero ea dignitas alicui pro ſe, ac ſuis deſcendentibus concedatur, tunc ad hæredes, & ſucceſſores tranſitoria erit, vt ſuperius oſtendimus, in hoc tamen caſu dignitas ipſa, & ius in ipſa dignitate ſuccedendi indiuiduum erit, primogenitoque ſolo pertinebit: eſt namq; regulare, vt quoties ſimiles dignitates ſint ad hæredes trāſitoriæ, nō ad omnes filios, ſed ad primogenitum tantum pertinere debeant. Quod dicit Bald. lib. 2. conſ. 275. col. 3. Ioan. de Platea in l. 2. C. vt dignit. ordo. ſeruet. Alber. in ſuo dictión. verbo feudum, verſ. Item quæro pulchram, & ſubtilem col. 2. eiuſdem verbi, R ip. in l. ex facto §. ſi quis rogatus num. 7. ff. ad Trebel. Tiraq. de primog. q. 4. nu. 49. & q. 52. num. 2. Dignitates nāque huiuſmodi, ſiue in feudum, ſiue libere conceſſæ ſint, ſemper indiuiduæ eſſe debeant, prout notat Abb. in c. licet de voto num. 6. & 9. quem cæteri ſequuntur, idem Abb. lib. 2. cōſ. 3 idem Abb. in cap. prudentiam in princip. num. 13. de offic. de leg. vbi Dec. & cæteri, Alex. conſ. 25. n. 10. Tiraq. de primog. q. 4. nu. 21. & 22. Pinel. de bon. mater. 3. part. nu. 17. Idque, ſi ad ſolius dignitatis ius referatur, veriſsimum eſt, niſi conſuetudine contrarium ſit obſeruatum. Tunc enim omnes filij, Duces, Comites, aut Marchiones vocabuntur, pro vt in*

 Italia,

Digitized by Google

Italia, & Alemania obſeruari ſolet,
vt inquit Oldrad. conſ. 237. Dec.
in cap. prudentiam de officio deleg.
Tiraq. quam plures ad idem refert in
tractat. de primog. quæſt. 4. num. 37.
cum ſeqq. quæ conſuetudo nunquam in
Hiſpania obſeruata fuit, & in hac
ſpecie nulla eſt inter ſcribentes Hiſpa
nos controuerſia: in ſecunda ſpecie, vbi
ſcilicet cum ipſa dignitate proprietas
territorij, ſeu caſtra, ac oppida conceſ-
ſa ſunt (inquit Molina) ſe offert opi-
nionum varietas, de qua mentionem
fecimus. Prima, quod hæc bona libe-
ra ſint iudicanda: ſecũda, quod ea bo-
na maioratui ſubiecta cenſenda ſint.
In hac autem opinionum varietate,
quod hæc bona maioratui ſubiecta iu-
dicanda ſint, mihi probabilior, magiſq;
ad Hiſpanam conſuetudinem, men-
temque Principis donantis conueniens
videtur: ſecundum quam in cauſa Co-
mitatus de Valencia, in ſupremo Va-
lliſoletano conuentu obientum fuiſſe
19 *accipimus.* Hactenus Molina, & cũ
Regia ſententia lata, in Regia
Audientia Cathalonia, die 28.
Septembris 1538. fuit declaratũ
in fauorem Don Ferdinandi Ray
mundi Ducis Cardonæ, contra
eius fratres Don Illcfonſum, Dõ
Antonium, & Don Ludouicum,
his verbis: *Et attento, quod dictus*
Ducatus Cardonæ eſt dignitas rega-
lis, & in ea dignitate, & alijs ei-
dem vnitis dictus Illuſtris Ferdinan
dus conuentus ſucceſsit, non ſolum ex
dicta donatione paterna, in capitulis
matrimonialibus, ſibi factis, & here-
ditario iure, tanquam hæres vniuer-
ſalis patris in teſtamento relictus; ſed
etiam iure ſanguinis, tanquam primo-
genitus ex generali conſuetudine, pro
bono publico introducta, & aliàs, ea
integra, & tota præcipua ſibi debetur,
& ad eum pertinet, abſque diuiſione
aliqua, & diminutione.
20 Et licet cum Regia ſententia
lata in Regia Audientia Valenti-
na, cum votis S.S. Regij Conſilij
pub. per Vincent. de Albiçu, die
16. Martij 1581. omnes filiæ vl-
timi Comitis de Almenara, Don
Gaſparis de Proxida, fuerũt miſ-
ſæ in poſſeſsionem Comitatus de
Almenara, & ſolus titulus Co-
mitatus, filiæ primogenitæ fuit
adiudicatus. Hoc tamen fuit ex
eo, quod multo antequam oppi- 21
dum de Almenara fuiſſet decora-
tum titulo Comitatus, erat fami-
liæ de Proxida, & in quibuſdam
caſibus erat fideicommiſſo ſubie-
ctum, & in aliquibus liberum, &
ita qualitas Comitatus, quæ po-
ſtea ei acceſsit, non mutauit eius
naturam, vt docet Molina lib. 1.
de Hiſp. primoge. ca. 11. nu. 26.
quod antea tenuerũt Andr. Her-
nia in dicto §. præterea Ducatus,
& Suarez in l. quoniam in prio-
ribus in declaratione legis Re-
gni limita. 11. num. 4. pag. mihi
350. & Matien. lib. 5. recopil. tit.
7. l. 11. gloſ. 7. num. 5. fol. 198.
ſed in caſu noſtro primus dona-
tarius Ducat.⁹ de Villahermoſa, ni
mirum Illefonſus Magiſter Ca-
latrauæ filius Regis Ioannis Se-
cundi fuit decoratus, tit. Ducis

dicto

à dictoRege donatore, & ſemper in eodem Ducatu ſucceſsit vnus ſolus, & ille primogenitus per tẽpus pluſquam 120. annorum, qui decurſi fuerunt ergo meritoDo-
21 mna Maria ab Aragonia, tãqua filia primogenita Ducis D. Ferdinãdi ab Aragonia vltimi poſſeſſoris, ſucceſsit in dicto Ducatu, & in eius poſſeſsionem ſola mitti debet, vt ſcribit Parlado. lib. 2. rer. quotidian. c. 5. nu. 18. verſ. quin hoc amplius, & melius nu. 21. & ipſa, & aliæ duæ ſorores, tãquam hæredes ab inteſtato dicti Ducis Don Ferdinandi, debent mitti in poſſeſsionem reliquorũ bonorũ.
22 Secundo, vbi contentio eſt inter filiam, & agnatũ, filia interim debet eſſe in poſſeſsione, ca. 1. §. inter filiam in tit. ſi de feudo defuncti conten. ſit inter domi. & agnat. vaſſalli in vſib. feud. cuius verba ſunt: *Inter filiam defuncti, & agnatos eius, de quodam prædio mota eſt quæſtio, agnatis feudum, filia vero allodium, ſiue libellariũ eſſe aſſerentibus, ſuper poſſeſsione, apud quem manere debeat quærebatur. Reſponſum eſt apud filiam poſſeſsionẽ interim eſſe collocandã*, & docet Molina de Hiſpan. primog. lib. 3. c. 4. n. 41. his verbis: *Vltimo autem loco, ex ſupradictis etiam infertur, quod cum fœmina ex iuris communis diſpoſitione, maſculis eiuſdem gradus, ac lineæ deficiẽtibus, ad maioratus ſucceſsionem admittenda ſit, ſi maſculus remotioris lineæ, ac gradus illam excludere prætendat, interim in maioratus poſſeſsione ipſa tuenda, atque conſeruanda erit, ſemperque in iudicio poſſeſſorio obtinere debet, quod probatur ex text. in c. . . §. 1. ſi de inueſtit. inter domi. & vaſſal. verſ. Si autem poſſeſsione idem probat text. qui in id frequentius allegari ſolitus eſt, in c. 1. §. inter filiam ſi de feudo defuncti cõten. ſit inter domi. & agna. ibi: apud filiã poſſeſsionẽ interim eſſe collocandã. & in verſ. defuncto, eiuſdẽ §. ibi, reſpondi, filiam in poſſeſsione feudi manere debere, donec de eo iudicetur, per quem tex. cenſuerunt Andr. de Iſernia. Bald. Alua. & communiter ſcriben. ibidẽ, quod ſi filia petat ſe mitti in poſſeſsionem bonorum parentis, & agnati contendant, ea bona eſſe feudalia, ſibique eorum ſucceſsionem, excluſa filia, pertinere: quod filia eſt in poſſeſsionem mittenda, agnatorum contradictione non obſtante, donec de proprietate diſcutiatur; quod etiam ex illo textu deducit Ioan. Andr. in tit. de teſtamentis, §. ſequitur, col. penul. verſ. ſed pone in additio. incip. dubitatur etiam, idem in tit. de feud. §. quoniam verſ. 21. in additio. incipit ceſſante, quem referunt, & ſequuntur Alexan. num. 30. Iaſ. nu. 76. Curt. Iun. num. 84. in l. fin. C. de edicto Diui Adria. toll. Bald. in c. 1. de cõtentio. inter maſculum, & fœminam de benef. ante numerum 1. Curt. iun. in tract. feudo. 3 p. princip. quæſt. 21. verſ. vigeſimoprimo, Quæro, Dec. conſ. 4. num. 10. idem conſ. 467. n. 9. Carolus Ruynus conſ. 18. num. 20. lib. 1. Alber. Brun. conſ. 3. num. 12. Ioan. Rampe. inter conſ. feudal. cõſ. 2. num. 7.*

Digitized by Google

num.7.cum ſeqq.Gozad.cōſ.6.n.87. & *conſ.7.num.10.* & *11.Curt.iun. conſ.30.n.10.* & *conſ.41.num.5. Paris.conſ.22.num.65.* & *conſ.41. nu.2.lib.1.Portius, qui plura refert, conſ.1.nu.17.Claud.Cantium.conſ. 32.num.57.*Hactenus Molina,idē probat Cachera.deciſ.23.nu.36.
23 & in finalibus verbis d.deciſ.dicit,fuiſſe iudicatū per iudices vltimarum appellationum, filiam mittendam eſſe in poſſeſsionem bonorum feudalium, quæ pater tempore mortis poſsidebat,reſeruato iure partibus in petitorio.& Aroſental.de feud. tom.1.cap.7. concl 48.refert,in Camera Imperiali,in cauſa ardua deciſum fuiſſe, filiam fœminam hæredē à patre in teſtamento inſtitutam mittendam fore, & miſſam fuiſſe in poſſeſsionem bonorum feudaliū, non obſtante cōtradictione agnatorum,eis reſeruato iure in petitorio, & idem Aroſental.d.ca.7.
24 concl.50.pag.408. probat filiam ab inteſtato defuncti, hæredem etiam in poſſeſsionem feudi mittendam eſſe ante agnatos, ex remedio dicti c.1.§. inter filiam,vel officio iudicis, vel ex interdicto, quorum bonorum, & ibi in additio. bene confirmat. Denique
25 Menoch. de adipiſcen.poſſeſ.remed.4.n.375. inquit, Doctorum communem eſſe ſententiam, filiā à patre inſtitutam mittendam fore in poſſeſsionem bonorum feudalium,quæ à patre poſsidebantur,iuxta text.in d.§. inter filiam,

& num.376. ſubiungit,illa eſſe cōſtitutionis ratio,quia fieri poteſt, quod in iudicio petitorio, quod deinde tractabitur, fœmina hæc oſtendere poſſet,ſe non eſſe incapacem ſucceſsionis illius feudi, vel ob conſuetudinē,vel ob aliud ius.

In caſu autem noſtro,quanuis Don Franciſcus ab Aragonia frater Don Ferdinandi vltimi poſſeſſoris oſtenderet teſtamentum Ducis Don Martini ab Aragonia eius patris, in quo dictus Dō Franciſcus,in caſu ſequuto, quo mortuus fuit Don Ferdinandus abſque filijs maſculis, reperitur vocatus tanquam agnatus: tamen dicta Domna Maria ab Aragonia contendit,Ducem D. Martinum non potuiſſe de dicto Ducatu, & bonis ei annexis diſponere in eiꝰ præiudicium,cum ipſa ſit filia primogenita vltimi poſſeſſoris,& ex linea primogenita, & ideò ſucceſsit iure primogenituræ, ſiue maioratus legalis, cuius virtute, bona annexa dignitati regali, vt eſt Ducatus,ad primogenitum deferuntur, vt conſtat ex ſupra re-
26 latis, num. 18. Vnde diſpoſitio dicti Ducis Don Martini fuit inualida, vt docet Matth.de Afflic. deciſ.119.num.2. his verbis: *Ad hoc inquit, fuit reſponſum per totum Conſilium, quod quando teſtator habens feuda diſponit de feudis, aliter quam ius velit, puta in feudis antiquis,in quibus viuitur iure francorum diſponit, dimittendo feuda, omnibus filijs.*

filijs. Iſta diſpoſitio non valet, quia eſt contra ius.

Allegabat etiam dicta domna Maria, Ducem don Martinum nō potuiſſe diſponere de dicto Ducatu, ex quo, vbi non extaret fideicommiſſum legale, ſaltem extabat aliud inſtitutum per dō Alfonſum ab Aragonia, Secundum Ducem de Villahermoſa, neptem Regis Ioannis Secūdi, qui in ſuo teſtamento condito anno 1513. Ita diſpoſuit. *En lo remanente que fincare de todos mis bienes, villas, y lugares, é vaſallos, y fortalezas, &c.* 27 *infra. Dexo y conſtituyo por mi vniuerſal heredero en todo al Principe de Salerno mi ſobrino, hijo de Doña Merina de Aragon mi hermana, que en gloria ſea, con tal condicion y vinculo, que ſi el dicho Principe de Salerno mi ſobrino falleciere ſin hijos legitimos, o otros deſcendientes varones legitimos, que en qualquier de los dichos caſos, deſde aora para entonces, nombro y hago mi heredero vniuerſal al Conde de Ribagorça, y ſucceſsiue, a ſu hijo varon mayor, y ſi el dicho Conde, y el dicho ſu hijo murierē ſin hijo varon, hago heredera a la hija mayor del dicho Principe, y ſi hija no tuuiere, à la hija mayor del dicho Cōde de Ribagorça, y ſino tuuiere hija,* 28 *al hijo mayor del Cōde de Albayda mi ſobrino, y ſi caſo fuere, q̄ por no ſer el dicho Principe, ni ſus hijos del fuero de Valēcia, de iuſticia aquellos no pudierē ſer mis herederos en la hazienda que tengo en el Reyno de Valencia, en tal caſo hago mi heredero al dicho Conde de Ribagorça mi ſobrino para hazer a ſu voluntad de todos mis bienes.* Et ſic in caſu ſequuto (quo Princeps Salerni mortuus fuit, abſque filijs maſculis) fuit vocatus Comes Ripacurtiæ; & licet tempore conditi teſtamenti, erat Comes Ripacurtiæ don Illefonſus ab Aragonia, tamen veniente caſu fideicōmiſsi, ille iam erat mortuus, & reperiebatur Comes Ripacurtiæ dictus Dux don Martinus ab Aragonia, qui vocatus fuit, & eius filius maſculus, nimirum dictus don Ferdinandus: licet enim qualitas ſubſtituti, tempore conditi teſtamenti, aut mortis teſtatoris, ſpectatur, l. ſi ita fuerit ff. de leg. 3. l. 1. §. ſi quis proximior, ff. vnde cogna. §. planè Inſt. de hæred. quæ ab inteſta. l. ſi cognatis ff. de reb. dub. l. interuenit ff. de legat. præſt. l. 1. §. ſciendū, l. Titius ff. vnde legiti. Hoc tamen procedit, quando fideicommiſſum eſt purum, & abſque cōditione, vt tenent innumeri citati per Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 9. num. 82. verſ. Vides igitur, Molina de Hiſp. primog. lib. 3. cap. 10. num. 24. & num. 35. Menoch. conſ. 413. num. 6. vol. 5. Cæterum vbi fideicōmiſſum, aut ſubſtitutio in diem, vel ſub conditione concipitur, tunc non ſolum reſtringitur ad deſcendentes natos, tempore conditi teſtamenti; ſed etiam ad naſcituros, & nō cōceptos, & ita ad eos, in quibus qualitas ſubſtitutionis adeſt tempore

pore euenientis conditionis, aut diei. Reſoluunt citati per Tiraquel. vbi ſupra, & in d.§.1.gloſ. 9. num.95.per tot. Ioan.Andræ. Lamber.Alex.Dec. Socin. Ruin. Paris. Alciat. Cæphal. Ruben. Socin. iun. Curt. iun. Odofred. Cret. & alij plures, quos refert, & ſequitur Roland. à Valle, cõſ. 38. num.35.vol.4. Molina lib.1. cap.6. num. 29. verſ. Hoc etiam comprobatur, Menoch. cõſ.106. num.80. & melius conſ.413. nu. 14. verſ.nunc addo, num.6.& de præſumptio.lib.4. præſumpt.39. verſ.quintus. Huic tandem ſentẽtiæ tanquam communi, & indubitatæ acquieſcit eaq; probatur, l.cum pater §. hæreditatem, ff.de lega.2. l.interuenit ff.de lega.pręſtan.l.cum qui poſt 104. ff. de cõditio.& demo.l.ſi alienum 49. §. in extraneis ff. de hæred. inſtit. ibi: *Nam ius hæredis, eo maximè tempore inſpiciendum eſt, quo adquirit hæreditatem*, l. neceſſario 8. §. ſi pendente ff. de peric. & cõm. rei vend. ibi: *Stipulationes, & legata conditionalia perimũtur, ſi pendente conditione, res extincta fuerit*. Cum igitur Comes Ripacurtiæ fuerit vocatus ſub conditione, ſi Princeps Salerni, ſine filijs legitimis, aut alijs deſcendentibus maſculis, decederet, illa qualitas ſubſtituti, vt ſit Comes Ripacurtiæ, ſpectanda eſt tẽpore euenientis dictæ conditionis: debet enim regulari ſecundum tempus verbi futuri, ad quod refertur, &

29 cũ hęc ſit diſpoſitio cõditionalis, conditio habet eam ſuſpenſam, donec adimpleatur, l. hæc venditio ff.de contrah.emp. l.cedere diem ff.de verb. ſign. Bart.in l.1.

30 ff.de condi.& demo. Et quod teſtator intellexerit vocare eũ, qui reperiretur Comes Ripacurtiæ, tempore euenientis caſus fideicõmiſſi, patet ex eo: nam Princeps Salerni primo loco vocatus erat teneræ ætatis, & don Illefonſus, tunc Comes Ripacurtiæ, erat maior ætate, & ita ſecundum ordinem naturalẽ debebat mori multò antequam Princeps Salerni, prout reuera præmortuus fuit viginti annis antea: Ergo credendum eſt, teſtatorẽ ſubſtituiſſe ſub nomine dignitatis Comitem Ripacurtiæ, niſi præmoreretur ille, qui erat Comes Ripacurtiæ, tẽpore conditi teſtamenti, ſubſtitutio efficeretur caduca, iuxta l.vni. §. in nouiſsimo C.de cadu.tol. & tempore quo euenit caſus dictæ ſubſtitutionis, per adimplementum dictæ conditionis, Dux Martinus ab Aragonia erat Comes Ripacurtiæ, & ſic ipſe reperitur primo loco vocatus, & ſucceſſiue eius filius maſculus, qui fuit Dux Ferdinandus, repetitur expreſſe vocatus in teſtamẽto dicti Ducis Don Illefonſi Secundi, & per conſequens, cum dictus Dux Don Martinus haberet Ducatũ, & bona ei annexa, dicto fideicõmiſſo ſubiecta, non potuit de eis libere diſponere, nec grauare di-

ctum

ctum Ducem don Ferdinandum primogenitum ad reſtituendum ea dicto don Franciſco ſecundo genito.

31 Nec obſtat, quod dictus Dux don Illefonſus Secundus appoſuit in vltimo gradu ſubſtitutionis, illud verbum, *mi ſobrino*, ibi: *y ſi caſo fuere, que por no ſer el dicho Principe y ſus hijos del fuero de Valencia, de iuſticia aquellos no pudieré ſer mis herederos en la hazięda que tengo en el Reyno de Valencia: en tal caſo hago mi heredero al dicho Conde de Ribagorça mi ſobrino*: qua ſi declarare voluerit, intétionem ſuam eſſe vocare Comitem Ripacurtiæ, tunc exiſtentem, qui erat filius eius fratris, & ſic propriê appellatur, *ſobrino*.

Reſpondeo enim, teſtatorem duas ſubſtitutiones feciſſe: alteram vulgaré, ſi Princeps Salerni heres eſſe non poſſet, ex quo nõ erat de foro Valentiæ, & in hoc caſu veroſimiliter vocauit Comitem Ripacurtiæ, tunc exiſtentem, qui erat filius eius fratris: alteram fideicommiſſariã, ſi Princeps Salerni quandocunq; decederet ſine liberis, & deſcendentibus maſculis, & in hoc caſu non potuit conſiderare, quod ſuperuiueret filius fratris teſtatoris, qui tunc erat Comes Ripacurtiæ, & ob hanc cauſam in ſubſtitutione fideicommiſſaria non adiecit illud verbum, *ſobrino*, Sed tantum vocauit Comitem Ripacurtiæ, hoc eſt illum, qui tempore euenientis caſus fideicommiſsi, reperiretur
32 Comes Ripacurtiæ, & licet regulariter vna ſubſtitutio per aliã declaretur, Dec. conſ. 227. & cõſ. 480. num. 69. Hoc tamen intelligitur, quando eadem ratio militat in vtraque, vt docet Guid. Papæ deciſ. 485. & allegati per Menoch. conſ. 117. n. 65. ſed quando militat diuerſa ratio in vna
33 ſubſtitutione, quam in alia, tunc vna per alteram non declaratur, ita Bart. Roma. Alex. Ruin. Dec. Paris. citat. per Menoch. d. conſ. 117. num. 44. Curt. Angel. atq; alij citati per Manticã de coniec. lib. 5. tit. 1. num. 22. verſ. Quod tamen, idem Mantic. lib. 8. tit. 18. nu. 63 verſ. Sed huic, Cæſar Bar. deciſ. 119. num. 2. cum ſeqq.

Præterea, vt eſt notorium in Regno Aragoniæ, nedum filius fratris; ſed etiam nepos fratris, *ſobrino*, vocatur, quemadmodum patruus propriè eſt frater patris, & impropriè frater aui, qui
34 patruus magnus vocatur, & nihilominus legatum factũ patruis, in defectum fratrum patris pertinet ad fratres aui, Bald. cõſ. 411. circa fin. vol. 2. Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 17. num. 5.

35 Nec vlterius obſtat, quod dictus Dux Illefonſus adiecerit illã dictionem, *dicho*, ibi *al dicho Conde de Ribagorça mi ſobrino*, per quã videtur declaraſſe, tãtum intellexiſſe vocaſſe filium fratris: nam præter quam, quod verbum, *ſobrino*, comprehendit nedum fratris filium;

Digitized by Google

filium; ſed eius nepotem, aduertendum eſt, quod illum verbum, *dicho*, refertur ad verbum collectiuum Comitem Ripacurtiæ, vt probat Corne. conſ. 240. num. 5. lib. 2. maximè in ſubſtitutione fideicommiſſaria, ex rationibus ſupra deductis.

Allegabat etiam dicta domna Maria ab Aragonia, quod vbi Dux Ferdinandus non fuiſſet expreſſe vocatus in teſtamento Ducis don Illefonſi Secundi, tanquã filius maſculus Comitis Ripacurtiæ, ſaltem eſſet ex coniecturis vocatus tãquam poſitus in conditione, in illis verbis, *E, ſi el dicho Conde, y ſu hijo murieren ſin hijo varõ*. Nã vbi daremus, primo loco vocatũ fuiſſe Comitẽ Ripacurtiæ Illefonſum dictũ Ducem Martinũ eius filiũ maſculum, cũ Dux Ferdinandus filius Ducis Martinus ſit poſitus in conditione, accedentibus cõiecturis, quæ concurrunt in occurrenti caſu, cẽ
36 ſetur vocatus, quia licet regulariter filius in cõditione poſitus nõ cenſetur vocatus, iuxta gloſ. fi. in l. Lucius 2. ff. de hæred. inſtit. & hæc eſt magis communis, & verior opinio, vt multis relatis, dicit Molina de Hiſp. primog. lib. 1. cap. 6. num. 1. tamen dictam opinionem locum non habere, vbi aliqua coniectura, quanuis leuis, concurrat, ex qua comprehẽdatur, quod teſtator voluerit illum, quem in conditione poſuit, vocare, Ita Molina d. c. 6. nu. 3. qui, multis relatis, bene cõfirmat: in caſu autem noſtro plures concurrunt coniecturæ. Prima, quod Dux Ferdinandus fuit poſitus in conditione, cum qualitate maſculinitatis, ibi: *ſin hijo varon*,
37 quo caſu cenſetur vocatus, ita Guid. Papæ deciſ. 184. Corneus Iaſon, Socin. ſen. Ruin. Decius, Curt. iun. Gozad. Rubeus, Gratus, Boer. Fortun. Garc. Paris. Alciat. Socin. iun. Alba. Purpurat. Crot. Crauet. Iacob. Niger Thobias, Nonius, Portius, Immola, Decian. Riminal. iun. atque alij, quos longa ſerie recenſet Menoch. conſ. 152. num. 3. & ſeqq. & alij citati per Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 3. nu. 3. & per Ioſeph. de ruſticis lib. 2. cap. 2. per tot. & Curt. iun. in l. 1. num. 14. C. de pact. teſtatur, ſecundum hanc opinionem fuiſſe iudicatũ in ciuitate Brixiæ, eã que ſententiam fuiſſe confirmatã in Senatu Veneto, & Boer. deciſ. 155. num. 25. refert, omnes fere Senatores Curiæ Delferratus huic ſententiæ ſubſcripſiſſe Theſaur. deciſ. 96. n. 21. vbi re-
38 fert, olim ita iudicatũ in Senatu, & n. 23. inquit, hanc opinionem veram eſſe, concurrentibus alijs
39 cõiecturis, & iuxta hanc opinionem, vltimo loco fuiſſe iudicatũ in Senatu, & huius opinionis ratio eſt. Nam teſtator filios poſitos in conditione prætulit ſubſtituto, vt dicit text. in d. l. Lucius 2. in fin. de hæred. inſtit. & ibi: gloſ.

gloſ. fin. ait prælatos eſſe ab inteſtato: at quando filij ponuntur in conditione, cũ qualitate maſculinitatis ſoli maſculi ſubſtitutis prælati ſunt, quod ab inteſtato fieri nõ poteſt, cũ ab inteſtato, tã maſculus, quã fœmina ſuccedant: ergo dicẽdũ eſt filios maſculos poſitos in cõditione fuiſſe vocatos.

40 Concurrit etiam alia cõiectura nam teſtator in defectum maſculorum ad fideicommiſſum vocauit filiam maiorem Principis Salerni & ſi filiam non haberet, vocauit filiam maiorem Comitis Ripacurtiæ, & cum fœminæ ſint minus dilectæ, & ſint expreſſæ vocatæ, præſumendum eſt, quod à fortiori voluit vocare nepotem maſculum Comitis Ripacurtiæ, aliàs ſequeretur abſurdum, quod teſtator vocaſſet minus dilectũ, omiſſo magis dilecto. Hanc coniecturam tradũt Corn. Socin. ſen. Grat. Curt. iun. Patis. Socin. iun. Crauet. quos refert & ſequuntur Menoch. cõſ. 152. lib. 2. n. 21. & Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 3. n. 13. in fin. Ruſt. lib. 5. cap. 6. qui alios allegant.

41 Concurrit etiam alia cõiectura. nam Dux Ilefonſus Secũdus proceſsit, ad plures gradus ſubſtitutionum, quo caſu filij poſiti in cõditione cẽſentur vocati, Ancar. conſ. 74. contra Philippum nu. 6. vbi inquit, quod hæc opinio ſemper ſibi fuit viſa iuſtiſsima, Alex. conſ. 64. nu. 5. verſ. Corroborantur lib. 5. Ripa in l. Centurio. nu. 165. vbi inquit, hãc opinionem ſibi videri fortem quoties concurrit alia coniectura, & tenent alij relati per Theſau. deciſ. 96. n. 15. qui n. 16. refer Doctores contrariam opinionem tenentes, & poſtea n. 17. inquit, hanc ſolam coniecturam ſibi videri ſufficientem ad inducendum vocationem, & hanc dicit proculdubio magis cõmunem opinionem, & iuxta eam fuiſſe iudicatum in Senatu.

42 Alia etiam coniectura deſumitur ex cõtextu toti⁹ diſpoſitionis, nam teſtator vocauit omnes quos poſuit in conditione. Primo, filiũ Comitis Ripacurtiæ, quem in cõditione poſſuerat, ibi: *Y ſi el dicho Conde, y el dicho ſu hijo murieren ſin hijo varon*, & eundem filium dicti Comitis expreſſe vocauit, ibi: *hago mi heredero al Conde de Ribagorça, y ſucceſsiue a ſu hijo varon mayor*, quo ſtãte ſequitur quod ex ſubſequentibus verbis, in quibus filius, & nepos dicti Comitis ponuntur in conditione, ita nepos cenſetur vocatus, ac filius: Nam diſpoſitio reſpiciens plura determinabilia, debet ea pariter determinare, l. iam hoc iure ff. de vulga. & pup. ita in ſimili argumentatur Socin. ſen. in l. Gallus, §. quidam recte in 5. caſu, in fin. ff. de liber. & poſtum. & quod pariter filij Principis Salerni poſiti in conditione ſint vocati, probatur ex eo, quod nõ ſolũ filij, ſed etiã deſcentes dicti Principis Salerni, ſunt in conditione

Qq poſiti,

pſioti, quo caſu cenſentur vocati Ioſephus de Ruſticis in tract. an filij in conditione poſiti lib. 5. ca. 6. num. 9. Tumquia filij Comitis Ripacurtiæ ſubſtituti habent expreſſam vocationem, ergo à fortiori filij Principis Salerni hæredis inſtituti, & hanc dicit fortiſsimam coniecturam, Menoch. de præſumptio. lib. 4. præſump. 76. n. 56. vbi plures alios allegat.

43 Concurrit etiam alia coniectura, nam ſorores maſculorum, qui fuerunt poſiti in conditione ſunt expreſſe vocatæ, ita Menoch. vbi ſupra num. 30. verſ. Hæc Ruſticis lib. 2. cap. 4. Rurſus quod fortius eſt, nam de filijs Principis Salerni, quas in conditione poſuerat locutus fuit, vt hæredibus, in illis verbis: *Y ſi a caſo fuere, que por no ſer el dicho Principe, ni ſus hijos del fuero de Valencia, aquellos no pueden ſer mis herederos*, ita Menoch. de præſumptio. 76. num. 59. verſ. Decima. Accedit etiam, nam filij Principis Salerni fuerunt poſiti in cõditione ſub qualitate maſculinitatis, quæ coniecturam inducit ad vocationem, vt probaui ſupra num. 37. Denique inducit coniecturam ad vocationem filiorum Principis Salerni, illa verba: *que en qualquier de los dichos*

44 *caſos*, nam quoties teſtator poſt poſitionem liberorum in conditione dixiſſet his caſibus, & quolibet eorum ſubſtituto, tunc eſt coniectura, quod poſiti in conditione cenſeantur vocati, ita poſt Celſ. conſ. 20. ante. num. 39. Ioſeph. de Ruſticis lib. 5. cap. 6. nu 12. cum igitur filij Principis Salerni, in conditione poſiti ſint vocati, & ita teſtator ſuam diſpoſitionem incepit, & continuauit, vocando eos, quos in conditione poſſuerat, dicendum eſt Ducem Ferdinandum nepotem Comitis Ripacurtiæ in conditione poſitum, cenſeri etiam à teſtatore vocatũ, cum nulla diuerſitatis ratio inter dictos caſus conſiderari poſsit.

Concurrit etiã alia coniectura deſumpta ex prohibitionibus alienationis, detractionis, falcidiæ,

45 & trebellianicæ: nam ex prohibitione alienationis, poſiti in cõditione cenſentur vocati; ita pluribꝰ relatis Menoch. de præſump. lib. 4. præſump. 76. nu. 41. Ruſtic.

46 lib. 3. c. 3. num. 2. item ex prohibitione detractionis Trebellianicæ filij maſculi in cõditione poſiti cenſentur vocati, vt decet Gozad. conſ. 62. n. 13. in ſeptima cõiectura Crauet. conſ. 5. inter alia Marzar. n. 9. Ruſt. lib. 5. c. 6. n. 21. Cæphal. cõſ. 419. n. 18. lib. 3. & licet Menoch. de præſump. 76. nu. 80. dubitet de hac cõiectura, quoniam Trebellianica à ſolo primo grauato detrahi poteſt: Attamen cum cõſtet teſtatorem prohibuiſſe hãc detractionem etiam in ſubſequentibus apparet de mente teſtatoris, quod voluerit plures vocare, & per conſequens in conditione poſitos, ex hac enim prohibitione

batione Trebellianicæ colligitur volũtas teſtatoris faciendi plures gradus ſubſtitutionum,& ſi Princeps Salerni,non ſuſcepiſſet filios maſculos, & Comes Ripacurtiæ, & eius filius antea deceſsiſſent relictis filio maſculo, & filia in hoc caſu Princeps Salerni,nõ habuiſſet bona libera; ſed cum grauamine illa reſtituẽdi filiabus,quas excludebat nepos maſculus in cõditione poſitus,nã ea Ducata ſubſtitutione in perſona patris filij poſiti in cõditione ſuccedũt,tanquã vocati,vt reſoluit Peregr. de fideicom.art.28.n.25.poſt Hieron.Gabriel.conſ.115.col.3.& 4. vol.1. & in hoc caſu abſque dubio Princeps Salerni obligatus eſſet reſtituere nepoti Comiti Ripacurtiæ, bona abſque detractione quartæ Trebellianicæ, & ſic dicendum dictum nepotẽ maſculum Comitis Ripacurtiæ,qui fuit Dux Ferdinandus, vt prætendit aduerſarius fuiſſe vocatum.

47 Cõcurrit etiã alia cõiectura, nã teſtator diſpoſuit in ſuo teſtamẽto,ꝙ ſi nõ valeret in vim teſtamẽti, valeret in vim codicillorũ,vel alterius ſcripturæ, & omni meliori modo quo poteſt. Per quã clauſulam omni meliori modo: filij filiorum poſiti in conditione onerati,& grauati cenſentur in fideicommiſſo inducẽdo, vt voluntas teſtatoris magis obſeruetur, ita poſt Paris.Socin. Curt. & Simon de Præt. quos allegat ſcribit Ruſticis in d. tractat. quando liber. incondi. lib. 5. cap. 6. num. 23.

48 Qualitas etiam bonorũ,non leuem facit coniecturam cũ in dicto fideicommiſſo recadãt oppidũ de Villafermoſa,cum titulo Ducatus & alia oppida ei annexa, quæ teſtator cenſetur voluiſſe conſeruari inter deſcendentes vocatorum, qui erant de eius familia,& ne trãſirent ad extraneos. Hanc cõiecturam in ſimili probat Caſtren.cõſ. 342. lib. 1. dicendo,quod filij poſiti in conditione,ob hanc coniecturam cẽſentur vocati, facit quia licet ſimplex prohibitio alienationis, ſine cauſa potius importet cõſilium, quam præceptum, l. filius familias §.diui ff. de legat. 1. Tamen ſi qualitas rei prohibitæ alienari, aliud ſuadere poteſt; importat præceptum, ita communiter Doctores in d. §. diui, & deducũtur exempla de turri,de vaſſallis, & de rebus conceſsis per Principem, vt latè per Petram, in tract.de fideicom.in 2.edition. in 1.q. n.85. & ſeqq. & in caſu noſtro dicendum eſt, Ducem dõ Ferdinandum fuiſſe vocatum, quia agitur de bonis vnitis titulo Ducatus,& ſic Regię dignitati ex cõceſsione Regia, facta per Regẽ Ioannẽ Secundum eius aſcẽdentẽ,quibus omnibus cõiecturis ſimul iũctis,dicendũ eſt in occurrẽti caſu dictũ Ducem dõ Ferdinãdum ad fideicõmiſsũ eſſe vocatũ, & per cõſequens in eius præiudiciũ non potuiſſe Ducẽ don Martinum eius patrẽ de eis diſponere.

49 Allegabatur etiam pro parte dictæ domnæ Mariannæ ab Aragonia, quod dictus Dux dō Martinus collocando in matrimoniū don Ioannem ab Aragonia eius filiū cum dōnaLudouicaPacheco filia Marchionis de Villena, cum capitulis matrimonialibus confectis in ciuitate Toleti, inſtituit fideicōmiſſum perpetuū per viam primogenituræ inter omnes deſcendentes dicti Ducis dō Martini, vnde in defectū deſcendentiū dicti dō Ioannis ab Aragonia ſucceſsit dictus Dux dō Ferdinand', & pariter eius deſcendētes, & cū ſucceſsio ſit ingreſſa in eius lineā, donec ea ſit finita, nō poſſunt bona peruenire ad dictum don Frāciſcum ab Aragonia agentem.

50 Ex quibus omnibus, ius dicti don Franciſci, qui prætendit ſuccedere, vt filius maſculus dicti Ducis dō Martini remanet excluſum vel ſaltem dubium, & intricatum, & per conſequens interim mittēda eſt in poſſeſsionem dicti Ducatus, dicta domina Maria filia primogenita vltimi poſſeſſoris, iuxta textum in c.1.§.inter filiam in tit. ſi feudo defuncti conten. ſit inter domi.& agnat.vaſſall.inv ſib.feud.

51 Nec obſtant in contrarium adducta, nam licet verum ſit fideicōmiſſario competere remedium, l. fin.C.de edic. Diui Adrian. toll. hoc tamen procedit in bonis recadētibus in hæreditate illius, qui fideicōmiſſū inſtituit; ſed in caſu noſtro negaī per hæredes vltimi poſſeſſoris bona, de quib' agitur recadere in hæreditate Ducis dō Martini, & multa deducuntur ad id probandum, valdè etiam controuerſum eſt, an dictum remediū competat antequam ab hærede re-

52 ſtituta ſit hæreditas, & latè Peregrin. de fideicom.artic. 48.vbi n. 5. probat ante aliquam reſtitutionem ab hærede factam fideicommiſſario nō competere hoc remedium, & in caſu noſtro ab hæredibus dicti don Ferdinandi, nulla fuit facta reſtitutio, nec verbalis, & idem Peregrin.artic.47.nu.75. fol.mihi 437.ait quod licet Bald. & alij in cap. in præſentia de pro-

53 batio. dixerint de Iure Canonico, non eſſe neceſſarium reſtitutionem: verior tamen eſt, & magis communis alia ſententia, & idem Peregr. artic. 48. num. 33.

54 probat fideicommiſſarium vniuerſalem, in quem per reſtitutionem legalem actiones tranſlatæ forent non eſſe legitimum contradictorem, ad impediēdum hæredi miſ-

55 ſionem in poſſeſsionem, & art.47 num.7. probat interdictum, quorum legatorum competere hæredi contra fideicommiſſarium vniuerſalem, qui rerum poſſeſsionē propria authoritate apprehendit etiam in caſibus, in quibus lex ipſo iure reſtitutionem inducit, quia inquit rerum poſſeſsio, à manu hæredis capienda, gloſ. in l. 1. §. de illo ff. ad Trebellia. Bald.in l. vni. C. eod.l.1. C. quorum legator, ibi: *Vnde ſi legatarius,*

rius, ſiue fideicommiſſarius non conſentiente patre tuo, quem aſſeueras teſtatori ſucceſſiße, & bonorum poſſeſſionem accepiſſe relicta ſibi legata, vel fideicommiſſa detinuit ſecundum ſententiam interdicti, quod aduerſus legatarios ſcriptis hæredibus propoſitum eſt oblata ſatiſdatione, quem præſtari oporteret in poſſeſſionem te conſtitui, vt ita retentione competenti vteris

56 *experiri potes.* Et ideo Peregrin. & in d. artic. 48 nu. 34. & n. 51. probat, quod ſi fideicommiſſarius allegat titulum ex alio teſtamento hæredis vltimi defuncti, præualet cauſa, & in his terminis verſamur. Nam filiæ Ducis Don Ferdinandi, tanquam hæredes ab inteſtato illius petunt poſſeſſionem bonorum vltimi poſſeſſoris. At vero Don Franciſcus ab Aragonia petit poſſeſsionem ex teſtamento Ducis Don Martini.

57 Et quod fideicommiſſarius non poſsit impedire hæredem mitti in poſſeſsionẽ, latè probat Boër. deciſ. 156. per totum, vbi n. 19. refert, ita fuiſſe iudicatum per Curiam, & latum arreſtum, & hæres fuit manutentus actione, in petitorio ſubſtitutis, reſeruata in ſequẽdo alia arreſta in ſimili lata.

Ad ſecundum reſpõdeo, quod hic non agitur de teſtamento vltimi poſſeſſoris, in quibus terminis loquuntur DD. ſupra allegati in ſecundo argumento, n. 6. Sed agitur de teſtamento Ducis Martini, & ita in diuerſis terminis verſamur, & Dux don Martinus, non habuit bona libera,

58 & ſic obſtat exceptio defectus proprietatis, quæ admittitur in hoc poſſeſſorio adipiſcendæ, vt alijs relatis probat Peregr. de fideicomm. artic. 46. num. 34. & artic. 48. num. 30. Aut ſaltem, valde dubia redditur intentio dicti don Franciſci ab Aragonia, quod ſufficit ad hoc quod filia vltimi poſſeſſoris interim mittatur in poſſeſsionem iuxt. text. in cap. 1. §. inter filium in tit. ſi feudo defuncti in vſib. feudo.

59 Nec agitur in noſtro caſu: an Dux Don Martinus habuerit teſtamenti factionem, & ſic an teſtari potuerit ob defectum perſonalem, vt in exemplis relatis, ſupra num. 7. ſed duntaxat, an potuerit ſubijcire fideicõmiſſo Ducatum, & alia bona, quæ libera non habet in præiudicium Ducis Don Ferdinandi eius filij, & certũ eſt hoc caſu nõ poſſe adipiſci poſſeſsionẽ, nec impedire hæredẽ vltimi poſſeſſoris, in eã mitti.

60 Ad tertium reſpondeo, quod cum in noſtro caſu, non ſimpliciter primogenitus fuerit vocatus; ſed filius maior maſcul⁹ Comitis Ripacurtiæ, hæc diſpoſitio quæ effectum habuit in filio primogenito dicti Comitis nimirũ in Duce Ferdinando, amplius non extenditur ad alias perſonas, ex vocatione filij maioris dicti Comitis, ita Mantic. alijs relatis de coniecturis vltim. voluntat. lib. 8. tit. 10. num. 2. & 3. quia inquit

Qq 3 exten-

extenſio de perſona ad perſonã, fieri non poteſt, & allegata in contrarium ſupra num. 8. & 9. procedunt, vel quando diſpoſitio non habuit effectum in filio maiori, vel quando ſimpliciter
61 fuit vocatus primogenitus, vt in maioratibus perpetuis de quibus loquitur Molina ſupra allegatus numer. 9. & ſic in diuerſo caſu.

62 Ad quartum, & vltimum reſpondetur, quod in caſu noſtro non ſunt excluſæ fœminę primogenitæ, quæ ſuccedunt, tum virtute maioratus legalis inducti ex dignitate regali, quæ ſolum primogenitis defertur, & in Hiſpania etiam fœminis in defectũ maſculorum eiuſdem lineæ, & gradus; tum ex alijs titulis relatis ſupra, & non eſt ſtandum teſtamento Ducis Don Martini, quia non habuit liberam facultatem teſtandi de dictis bonis.

Ex quibus omnibus fuit lata ſententia in Regia Audientia, cum votis Sacri Supremi Regij Cõcilij Aragonum, his verbis.

63 *Et quia filiæ, & hæredes legitimæ patris, quales ſunt præfatæ Domna Maria ab Aragonia primogenita, & eius ſorores, Domna Ioanna, & Domna Eliſabeth filiæ Illuſtriſſimi quondam Don Ferdinandi ab Aragonia vltimi Ducis de Villahermoſa, & immediati poſſeſſoris bonorum, de quibus agitur interim dum de proprietate diſcutitur diuerſis iuris, ac fori beneficijs eis ſuffragantibus debent mitti in poſſeſſionem bonorum, quæ pater in Regno Valentiæ tempore obitus ſui poſſidebat, & quod nulla videtur ineſſe effectualis differentia inter hæredem ſcriptum, & inter legitimum Nam, & vterque pariter in poſſeſſionem mittitur, etiam contradictore exiſtente, attento etiam, quod dictam immiſſionem in poſſeſſionem per prælibatas filias reſpectiue poſtulata impedire non poteſt egregius Don Franciſcus Gurrea, & ab Aragonia Comes Lunæ earum patruus, ex quo quia licet prætendit incontinenti probaſſe exceptionem dominij, & prætenſi fideicommiſſi ſibi pertinentis ex teſtamento paterno Ducis Don Martini ſcriptum demonſtrat, & Ducatum de Villahermoſa, & alia bona, de quibus diſceptatur ad maſculos duntaxat attenta diſpoſitione paterna fuiſſe, ac eſſe tranſitoria. Tamen, quia ex deductis, & exhibitis per dictas ſorores, & ſignanter per primogenitam in proceſſu talia reſultant, quod ius dicti Don Franciſci redditur dubium, ac obſcurum, & per conſequens iura dictarum filiarum habentium voluntatem tacitam patris ab inteſtato defuncti, & præſumptionem pro ſe ad obtinendam poſſeſſionẽ modo infraſcripto potiora eſſe neceſſe eſt fateri. Conſiderato etiam, quod eſt in confeſſo, & inter partes præſuponitur oppido de Villahermoſa, & eidem pertinẽtibus eſſe annexum titulum dignitatis Ducalis (quæ regalis, & indiuiſibilis eſt) & quod*

dictus

dictus ſtatus à tempore pluſquam centum, & viginti annorum, quod immemoriali æquiparatur, ſemper fuit delatus indiuiſibiliter, ac per vnum poſſeſſorem, eumque primogenitum, non per plures poſſeſſus, tam quo ad titulum, & proprietatem, quam quo ad commoditatem bonorum, ac fructuum, quam antiquiſſimam conſuetudinem, quolibet modo inductam in dignitatibus regalibus (quæ ex ſui natura in dubio in Regnis Hiſpaniæ non diuiduntur) ſeruari, donec de contraria expreſſa voluntate conſtiterit, æquius, ac magis conueniens in occurrenti caſu iudicari debet. Id circo, & aliàs, deliberationem, & concluſionem, in Sacro Supremo Regio Aragonum Conſilio ſumptam, & nobis tranſmiſſam, inſequendo, pronuntiamus, & declaramus, & dictam Domnam Mariam mitti mãdamus in poſſeſſionem dicti Ducatus de Villahermoſa, cum titulo iuriſdictione, aliiſque iuribus, & pertinentiis eiuſdem ſolide, & indiuiſibiliter, eaſdemque Mariam, & Domnam Ioannam, & Domnam Eliſabeth ſorores, mitti etiam mandamus, in poſſeſſionem cæterorumque omnium bonorum, ac iurium, quæ earum pater Don Ferdinandus, in dicto Regno Valentiæ tempore mortis poſſidebat communiter, as pro indiuiſo, vna cũ fratribus reſpectiuè dictorum ſtatus, & bonorum. Et quod pro his expediantur, commiſſiones oportunæ, non obſtantibus quibuſcunque in contrarium prætenſis deductis, & allegatis, inſtantiamque dicti Don Franciſci, in hoc iudicio poſſeſſorio, non procedere, nec de iure locum habere, iuraque partium, quoad proprietatem, in alia debita inſtantia reſeruamus. Quæ Regia ſententia fuit publicata per Franciſcum Paulum Alreus, Regium ſcribam mandati die 23. Ianuarij 1608.

DECISIO CCX.

FILIA A PATRE DOtata, quæ ex ſtatuto, vel iuxta legem Regni Valentiæ debet eſſe dote cõtenta, an agere poſſit ad ſupplementum congruæ dotis, ſi dos fuit nimis modica, & læſio enormiſsima.

1 *CAſus, ſiue facti ſpecies.*
2 *Filia à patre dotata non poteſt amplius quid petere à patre, vel à matre, niſi in teſtamento ei fuerit relictum, & ſi pater deceſſerit inteſtatus, filia nupta non poteſt petere in bonis eius, niſi duntaxat ſupplementum legitimæ, iuxta forum Valentiæ. Forus 6. de dotis promiſſ. quid diſponat, & declaratur num. 17. & per totam deciſionem.*
3 *Filia, quæ nubit ſine conſenſu patris, quanuis ſit maior xxv. annis, & nubat digno, non poteſt dotem conſequi in Regno Valentiæ, & num. 5. & ratio redditur, num. 6.*

4 *Filia maior xxv. annis, ſi nubat digno, etiam abſque conſenſu patris, de iure Cæſareo, cōſequitur do tem à patre.*

7 *Parentes in Regno Valentiæ maiorem habēt poteſtatem, quam alibi, de bonis ſuis liberè diſponendi.*

8 *Prouintia quælibet in ſuo ſenſu abundat.*

9 *Filia à patre dotata, ſi poſſet agere, in Regno Valentiæ ad ſupplementum congruæ dotis, ſequerentur inconuenientia hic relata.*

10 *Dotis paternæ conſtitutioni ſtandum eſt, cum pater ipſe dotem cōſtituit, & ſoluit, ipſamque filiam in matrimonium collocauit.*

11 *Statuto ſtante, quod filia dotata debet ſtare contenta dote, ſibi per patrem data, vel promiſſa, ſi fuit incongruè dotata, non poteſt alienare bona ſubiecta fideicommiſſo, vſque ad ſupplementum dotis congruæ.*

12 *Pater an filiam diuitem dotare teneatur.*

13 *Pater in Regno Valentiæ non tenetur filiæ legitimum relinquere.*

14 *Filia agere poteſt ad ſupplementum congruæ dotis, ſi dos à patre ei cōſtituta fuit nimis modica, etiā extante ſtatuto diſponente, quod filiæ à patre dotatæ ſint contentæ dotibus, & num. 16. & 18. & quid fuerit iudicatum num. 21.*

15 *Compromiſſum etiam ſi contineat pœnam arctiſſimam, & clauſulas multum ſtringentes, prohibentes partes à laudo reclamare: nihilominus ſi de enormiſſima læſione conſtet, poteſt per partes peti, vt laudum reducatur ad arbitrium boni viri.*

16 *Pauli Caſtrenſis conſilium 275. 1. par. refertur quod fuit Canonizatum per Rotam Romanam.*

20 *Pater, licet poſſit excludere filiā à legitima, non tamen à petitione dotis, vt competēter nubere poſſit.*

1 DON Hieronymus Rocamora ciuitatis Oriolę, collocando in matrimonium domnam Annam Rocamora eius filiam, cum don Ludouico de Rocafull, ei in dotem conſtituit quatuor mille & centum libras monetæ Valentinæ, pro quibuſcunque iuribus dictæ domnæ Annæ competentibus, tàm in bonis maternis, quàm paternis, quauis cauſa & ratione, inſtrumento, de quo fuit rogatus Nicolaus Perez notarius die 29. Iunij 1614. & omni cum effectu ſoluit dictus don Hieronymus dotem conſtitutam, poſtea vero idem collocā do in matrimonium domnā Angelam Rocamora, pariter illius filiam, ei in dotem conſtituit octo mille libras eiuſdē monetæ. Quo viſo, dicti don Ludouicus de Rocafull, & domna Anna de Rocamora impetrarunt mandatū executiuum per Curiam gerentis vices Generalis Gubernatoris in Regno Valentiæ, vltra Sexonam, die 17. Septembris 1615. contra dictum dō Hieronymum Rocamora, pro quantitate quatuor millę librarum

librarum, virtute legati, in dicta quantitate relicti per domnã Eliſabeth Molins, quondam vxorẽ dicti don Hieronymi, matrem dictæ domnæ Annę, & cũ in dicto proceſſu executiuo fuiſſet prætẽſum, quantitatem legatam fuiſſe à patre in dotem conſtitutam filiæ, & omni cum effectu ſolutam: pro parte dictorum don Ludouici, & domnæ Annæ prætenſum fuit, dictæ dotis conſtitutionem, de iure accipiendam eſſe de bonis dicti don Hieronymi patris illius, nec ſub inuolucro verborũ, quæ in dicto inſtrumento continentur, cenſeri dotatam in dictis quatuor mille libris, à matre relictis, nec ab earum petitione excluſam, & quòd cum dicta dos fuerit cõſtituta in quatuor mille, & centum libris, ſi quatuor mille fuiſſent ex bonis maternis, dos data a patre tantum eſſet in quantitate centum librarum, & ſic tenuiſsima, & minima, dictaq; domna Anna remaneret enormiſsimé læſa, & ſic dictus don Hieronymus teneretur ad ſupplementum congiuæ dotis, vſque ad sũmam octo mille librarum, in qua quantitate fuit dotata dicta domna Angela illius filia. Et tãdem cum ſententia lata per Locumtenentem dicti Gerentis vices Generalis Gubernatoris, die 15. Aprilis anni 1616. fuit condemnatus præfatus don Hieronymus, ad dandum, & ſoluendum dictæ domnæ Annæ mille nongentas, & quinquaginta libras, cauſis, & rationibus, in dicta ſentẽtia memoratis, prout in ea latius continetur. A qua per vtramque partem ad Regiam Audientiã extitit appellatum, ad quam dicta cauſa appellationis fuit euocata, & cõmiſſa Doctori Ioãni Hieronymo Blaſco, & in proceſſu fuit probatum, quòd, & ſi iuxta tenorem ſupra memorati inſtrumenti, dicta dos generaliter fuerat conſtituta, pro quibuſcunque iuribus dictæ domnæ Annæ cõpetentibus, tàm in bonis paternis, quâ maternis, quauis cauſa, & ratione: tempore quo matrimonium contrahebatur, fuiſſe expreſsè, & ſpecificè actum, quod dicta dos conſtituebatur in quatuor mille libris, pro bonis maternis, ſiue à matre relictis, & in centum pro paternis, & in diſcurſu dictæ appellationis cauſæ ſimpliciter, & abſq; aliqua proteſtatione, quam plura deducta, allegata, & articulata fuerũt, & quam plures teſtes producti pro parte dicti don Hieronymi, ad impugnandum dicti ſupplemẽti dotis petitionẽ, & vice verſa dicti don Ludouicus, & domna Anna ad eam iuſtificãdam, etiam quàm plures teſtes, tàm in primitiuo, quàm in appellationis proceſſu produxerunt, & ſic diſcuſſum fuit dubium: an filia à patre dotata poſsit in Regno Valentiæ agere ad ſupplementum cõgruæ dotis, ſi dos fuit nimis modica, & læſio enormiſsima: pro parte

dicti don Hieronymi Rocamora allegata fuerunt ſequentia.

2 Primò, foro, ſiue lege noſtri Valentiæ Regni ſancitũ eſt, quod filia à patre dotata non poteſt quidquam ab eo petere, foro 6. de dotis premiſsione, qui ſic ait: *Filia, quæ fuerit maritata per patrem, & habuerit dotem in rebus mobilibus vel immobilibus, non poſsit amplius quid petere a patre, vel à matre, vel ab eorum hæredibus, niſi in teſtamẽto ei fuerit relictum, & ſi pater deceſſerit inteſtatus, talis filia nupta non poſſit petere amplius in bonis patris, niſi duntaxat ſupplementum legitimæ, do te comprehenſa, & ſi dos, quam filia fuit conſequuta ex bonis patris, excedit legitimam, hæredes patris non poſſunt ab ea quicquam petere, ſiue moriatur pater, condito teſtamento, ſiue inteſtatus: corrigit tamẽ Dominus Rex ſupradicta, diſponẽdo, quod filia poſſit petere in bonis matris ſuam legitimam, & computare in ea, quod fuit conſequuta ex bonis matris.* Cũ igitur dicta domna Anna Rocamora ſit nupta, & à patre dotata, non poteſt ſupplementũ congruę dotis à patre petere.

3 Secundò, in Regno Valentiæ, & ſi filia nubat digno, & quanuis ſit maior vigintiquinque annis, ſi nubit ſine conſenſu patris, non poteſt dotem conſequi, foro 5.

4 de his quibus, vt indig. licet ſecus ſit, attento Iure Cæſareo, vt multis relatis, probant Boër. deciſ. 130. nu. 8. & Barboſa in l. 1. ſolut. matr. 4. part. num. 31. verſ. Succedit etiam, cum ſeqq. quia iuxta l. qui liberos de ritu. nupt. pater ad duo copulatiué tenetur, ad collocandum in matrimonio filiam, & ad ei dotem conſtituendum. Ergo filiæ etiam nuptæ tenetur pater dotem dare, hoc in quam non procedit in noſtro Re

5 gno iuxta dictum forum. Et ita fuit declaratum cum Regia ſententia lata in Regia Audientia, confirmata in hoc Sacro Supre-

6 mo Regio Cõſilio (vt dixi deciſ. 27. num. 22. lib. 1. & iuſtè quidem ita ſancitum eſt in dictis foris 6. de dotis promiſsione, & 5. de his quibus, vt indignis, vt filiæ contineantur in obedientia parentum, nec contra eorum voluntatẽ nubere intendant, ſed ſuis obſequijs, ſiue ſeruitijs obligare patres conentur, vt maiorẽ quantitatem eis in dotem conſtituant, vel in teſtamento relin-

7 quant. Et maiorem poteſtatem habent parentes in Regno Valentiæ, quàm alibi, de bonis ſuis libere diſponendi: poſſunt enim filios legitima priuare, & nihil eis penitus relinquere in teſtamẽto, vel in alia vltima voluntate, vt diſpoſitum eſt in foro 51. incipienti: *Totes aquelles perſones*, & in foro 52. incipienti: *Corregim in Rubrica de teſtamentis*, & hoc indiſtinctè obſeruatur, quia viſum eſt in Regno Valentiæ, ita oportere, vt filij in obſequio, & obedientia

8 parentum permaneãt, & Prouintia quælibet in ſuo ſenſu abũdet,

cap.

cap. certificari 9. de ſepulturis, Felin. in cap. 1. de treug. & pac. num. 6. ad medium latè iuribus relatis Collerus in tractat. de pro ceſſ. execut. par. 3. c. 11. num. 62.
9 pag. 713. & ſi locus daretur, vt filia à patre dotata poſſet agere ad ſupplementū congruæ dotis Reſpublica perturbaretur, rixæ, & diſſenſiones inter patres, & filias orirentur, & totum Regnum litibus obrueretur quod eſſet maximum abſurdum.

10 Tertiò, ſtandum eſt conſtitutioni dotis paternæ, cum pater ipſe dotem conſtituit, & filiam ipſam in matrimonio collocauit dotemque viro perſoluerit, ex quo enim ea dote maritus contentus fuit rectè pater, & congrue dicitur filiam dotaſſe, licet diuerſum ſit, quando pater in teſtamento dotem reliquit, & ab agnatis filia matrimonio iungitur, nam tunc poteſt petere ſupplementum congruæ dotis. Ita in terminis Menoch. conſ. 8. nu. 12. lib. 1. poſt Alciat. quem allegat in tract. de præſump. part. 3. regula 1. præſump. 2. num. 8. in fin. tom 4. tract. fol. 308. idem Menoch. qui plures alios refert, conſ. 168. num. 16. lib. 2. & lex noſtri Valentiæ Regni, nimirum forus 6. de dotis promiſsione in his terminis loquitur, quando pater filiam nuptui tradidit, & dotauit, vt in caſu noſtro, in quo eam in matrimonium collocauit, cum viro digno, qui dote conſtituta fuit contentus, ex quo dicta Domna Anna habebat quatuor mille libras monetæ Valentinæ, à matre vltra centum libras, quas pater ei in dotem dedit conſtituendo quatuor millæ, & centū, ex bonis paternis, & maternis, & ita non poteſt agere ad ſupplementum congruæ dotis.

11 Quartò, ſtante ſtatuto, quod filia dotata debet ſtare contenta dote, ſibi per patrem data, vel promiſſa ſi fuit incongrue dotata, non poteſt alienare bona ſubiecta fideicōmiſſo, vſque ad ſupplementum dotis congruæ; ſed debet ſtare contenta quacunque dote, quia licet ſtatutum ſit iniquum, id eſt nimis rigoroſum, non tamen eſt contra bonos mores, & ideò obſeruandum, l. pro ſpexit ff. qui & a quibus, ita Bald. in auth. res quæ C. comm. & de leg. num. 15. in fin. & num. 16. qui ait, ita ſeruari de conſuetudine.

12 Quintò, controuerſa eſt illa, quæſtio. an pater filiam diuitem teneatur dotare, quam latè pertractat Barboſa in l. 1. ſolut. matrim. 4 part. num. 26. verſ. Succedit 3. & nu. 17. allegans vtriuſque opinionis affirmatiuæ, & negatiuæ DD. & fundamenta, & num. 16. refert affirmatiuam, ſiue cōmunem, & in eo fundari, quia pater filiam diuitem exheredare non poteſt authentica, non licet, C. de libe. præteri. ergo neq; dote priuare, quæ ſuccedit loco legitimæ

gitimæ l.quoniam nouella. C.de in officio.teſtam.hoc fundamentum ceſſat in noſtro Valentiæ Re-
13 gno, in quo pater non tenetur filiæ legitimam relinquere iuxta foros 51. & 52. de teſtam. ergo nec filiam diuitem tenetur dotare, & per conſequens, cum in caſu noſtro dicta Domna Anna habeat quatuor mille libras, ex bonis maternis pater non tenetur de bonis proprijs congruam dotem conſtituere cum viro pari nubere potuerit, & nupſerit cum dictis quatuor mille, & centum libris.

14 Sed pro contraria parte facit, nam extante ſtatuto (prout extat Romæ) lib. 1. cap. 140. diſponente, quod filiæ fœminæ dotatæ à patre, vel ab auo ſint contentæ dotibus, quas pater, vel auus dederit, adhuc ſi dos fuit nimis modica, & læſio enormiſſima filia agere poteſt ad ſupplementum congruæ dotis, ita fuit deciſum in Rota Roma. teſte Farin. deciſ. 268. incipienti dubitaui in nouiter nouiſsimis, vbi num. 19. inquit, quod ſi ad corticem verborum ſtatuti eſſet inhæredum abſurdum ſequeretur: videlicet, quod filiæ etiam in minimo dotatæ non poſſent de iniquitate, & fraude patris conqueri, dum à petitione congruæ dotis excluderentur, denegatur igitur filiæ actio ad ſupplementum, ſi dotis conſtitutio facta à patre non continebit exceſſum, & enormiſsimam læſionem, quod æquidem non debet videri nouum,
15 quia etiam in compromiſsis, etiā ſi apponatur pæna arctiſsima, & conuenientiſsima verba, per quę apparet partes ab illa reclamare prohiberi: nihilominus, ſi de enormiſsima læſione conſtet, non obſtantibus clauſulis in ampliſsima forma poſitis, poteſt per partes peti, quod laudum ad arbitrium boni viri reducatur, Bald. in l. cum antea colum. 3. de arb. Dec.conſ.39. num. 8. cum ſimil. & in d. deciſ. 268. fuit per Rotam Romanam canonizatum, cōſ.
16 Paul. Caſtren.275. num.6. lib.1. vbi ait: *Quod cum ipſe pater dotat filiam non videtur ſibi referenda quæſtio, quod non competenter dotauit, cum ipſe melius quam aliquis alius cōſiliū ſciat capere pro liberis, l. nec in ea ff. de adulterijs, & quod ſibi competens viſum fuit pro filia dare, non debet alteri videri incompetens argumēto, ff. de iur. fiſc. l. ſi furioſo puberi in fin. nec redargui poteſt ab aliquo, cum nullus amor vincat paternum, l. fin. C. de curat. furio. & hoc videtur de mente ſtatuti communis Florentiæ dicentis; quod ſi non fuerint dotatæ debent conueniri, & dotari de bonis patris, notandum quod cum loquitur de donatione facta à patre, non apponit verbum, conuenienter; ſed ſimpliciter dicit, ſi non fuerunt dotatæ ſufficit ergo quod ſint dotatæ, nec curandum, de quanto, quando pater dotauit, propter verba dicti ſtatuti, quæ hoc patiuntur, cum loquantur conditiona-*

ecinaliter argumento eius, quod in ſimi li not. ff. nequis eum qui in ius voca. l. penult. in fin. per gl. ſ. cum vero eſt ſienda dotatio per alium poſt mortem patris qui non dotauit, ponit verbum conuenienter, patris ergo dotatio ſemper præſumitur conueniens. Et hanc partem (inquit Caſtren.) puto veram niſi ex magno exceſſu apparet manifeſtè contrarium, ita quod dolus patris poſſet redargui argumento, ff. pro ſoci. l. vnde ſi ne ua, cum l. ſeq. ſæpe enim parentes malignè ſe habent erga filios ff. de inoffi. teſta. l. 4. quid enim ſi diues de decem millibus vnicam habens filiam fratre inſtituto relinqueret filiæ ducenta, tantum in dote, cum inſpecta quantitate bonorum, & conditione perſonæ bene meretur duo milia, certè manifeſtè apparet indiſcreta dotatio, cui non erit ſtandum: in dubio præſumā patrem diſcretè, & conuenienter dotaſſe, nec fiet in eius dotatione ſubtilis indagatio, non ſic in facta ab alio, & hoc totum relinquā arbitrio bonorum virorum. Hactenus Caſtrenſ. d. conſ. 275. num. 6. 1. part. in nouis, quod eſt in antiquis 110. ſuper primo quæſito eandē opinionem tenuerunt Corn. cōſ. 77. nu. 3. vol. 2. Bart. Socin. cōſ. 75. nu. 11. lib. 3. Dec. conſ. 181. num. 5. ad med. Ruin. conſ. 98. num. 3. lib. 2. & conſ. 86. nu. 15. lib. 3. Hipol. Rimin. conſ. 317. num. 15. lib. 13. Maran. diſputa. 10. num 22. in fin. Burſat. conſ. 250. num. 20. lib. 3. Ceph. conſ. 34. num. 35. lib. 1. & conſ. 208. num. 7. lib. 2. Curt. iun. conſ. 10. num. 1. lib. 1. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſi. 21. nu. 54. Peregr. deciſ. 3. num. 7. prope finem verſ. limitando Thom. Gramm. deciſ. 101. num. 7. & Mantic. de tac. & ambig. conuentio. lib. 12. tit. 23. num. 14. & 17. verſ. Sed hæc opinio tom. 1. pag. 737. vbi plures alios allegat, licet igitur di-
17 ctus forus 6. de dotis promiſsione diſponat, quod filia maritata, & dotata a patre, non poſsit amplius petere ex eo, quod forus cō fidit de patre, quod congruē filiā dotauit, ſi per rei euidentiam conſtat de contrario, nimirū enormiſsime fuiſſe læſam filiā, quia minimam quantitatem ei in dotem dedit, non prohibebitur filia agere ad ſupplementum congruę do-
18 tis, & Fontanella (poſt hæc ſcripta viſus) de pactis nuptiā. tom. 2. concluſ. 5. gloſ. 8. part. 1. nu. 35. refert in Senatu Cathalon. fuiſſe deciſum, dotem à patre conſtitutam præſumi competentem, vt filia cōqueri non poſsit, niſi cum dediſſet adeò modicam dotem, vt præſumeretur dolus re ipſa in patre, & hoc idem ſentiunt Beroi. in cap. Raynuntius de teſtam. nu. 225. in fin. Menoch. de arbitr. caſ. 149. num. 15. Boër. deciſ. 62. num. 15. Iaſ. in l. voluntatis nu. 2. C. de fideicom. Curt. ſen. cōſ. 27. num. 38. & conſ. 80. in fin.

19 Ex quibus patet ſolutio ad cōtraria argumenta procedūt enim vbi non interuenit enormiſsima læſio, & dolus patris dando filiæ mini-

minimam dotem, & ita reſponde tur ad quatuor prima.

20 Nec obſtat quintũ, licet enim pater poſsit excludere filiam à le gitima, non tamen poteſt à peti- tione dotis, vt competenter nube re poſsit, & ſtatutũ excludens fi- liam à legitima, non eã excludit à petitione congruæ dotis, Curt. ſen. conſ. 27. num. 39. Ruin. cõſ. 56. num. 5. ad med. volum. 3.

21 Hæc quæſtio fuit diuerſis die- bus diſputata in Regio Concilio, in quo interuenimus quinque Iudices, nimirum Regens Can- cellariam, & quatuor Auditores, & conſtitit, quod dictus don Hie ronymus Rocamora habebat mul ta bona fideicommiſſo ſubiecta, & de alijs fecerat donationem fi- lio, quibus omnibus deductis a- pud eum remanebant bona libe- ra, valoris quadraginta mille li- brarum monetæ Valentinæ, parũ plus, vel minus, & habebat nouẽ filios, & duobus ex dictis iudici- bus viſum fuit, dictam domnam Annam agere non poſſe ad ſup- plementum congruæ dotis, ex quo matrimoniũ cõtraxerat cum æquali, & fuerat contenta dote, ſibi à patre conſtituta, & non erat excluſa a ſucceſsione paterna, nã ſi pater moreretur inteſtatus, con- ſequeretur ſupplementum legiti- mæ iuxta dictum forum, qui ſim- pliciter, filiã excludit à petitione maioris dotis, & filia debet ſpe- ctare, an pater ei amplius aliquid relinquere vellit, & quod eſſet res noua, & peſsimi exempli con cedere filiabus à patre dotatis, & condecenter nuptis facultatẽ agẽ di ad ſupplementum congruæ do tis ipſo viuo, alijs vero duobus iudicibus, contrarium viſum fuit propter doctrinas ſupra rela tas.

Quintus vero, qui aliquibus diebus dubius & anſeps fuit tan- dem inclinauit in hanc ſententiã, quod dictus dô Hieronymus Ro- camora pater, compelleretur ad dandum, & ſoluendum dictæ do- mnæ Annæ eius filiæ, mille, & quingentas libras in ſupplemen- tum congruæ dotis. Et ita fuit pronuntiatum ſententia lata, re- ferente Doctore Ioanne Hiero- nymo Blaſco, publicata per don Ioannẽ Daça Regij mandati ſcri- bam, die 1. Decembris 1617.

A qua ſententia dictus don Gieronymus Rocamora ſuppli- cauit, & cauſa fuit introducta, in hoc Sacro Supremo Regio Ara- gonũ Concilio, qua pendẽte par- tes per trãſactionem à lite deceſ- ſerunt, & dicta domna Anna re- nuntiauit inſtantijs factis in Re- gia Audientia Valentina, & in hoc Supremo Concilio, acceptis à patre mille libris monetæ Valentinæ, pro omni iu- re, ſibi compe- tenti.

DECI-

RESPONSVM IVRIS in fauorem Don Hieronymi Rocamora Militis

Redditum à Doctore Ludouico de Ocaña Milite, Aſſeſſore Baiuli Generalis Prouinciæ, & Gubernationis Oriolæ Vltra Sexonam.

CONTRA

Don Ludouicum Rocafull, & Domnam Annam de Rocamora, coniuges.

Super petitione ſupplementi congruæ dotis aduerſus Don Hieronymum Rocamora patrem viuentem propoſita.

FACTI SPECIES.

NOBILIS Don Hieronymus Rocamora Ciuitatis Oriolæ, filiam Domnam Annam Rocamora, quam ſuſcepit ex primo matrimonio cõtracto cũ Domna Eliſabetha Molins, nuptui traddidit nobili don Ludouico Rocafull, illique in dotem donauit 4100. lib. monetæ regaliũ Valentinæ in pecunia numerata, cum inſtrumento recepto per Nicolaum Perez notarium, ſub die 29. Iunij 1614.

Quarum quatuor mille dedit in ſolutionem conſimilis quantitatis relictæ, & legatæ dictæ domnæ Annæ per dictam domnam Eliſabetham Molins eius matrẽ, in ſuo vltimo elogio, recepto per Ludouicũ Angulo notarium, die 17. Iunij 1610. Et publicato per eundem notarium ſub die Et reliquæ cẽtum lib. de bonis proprijs ipſius patris, cum quibus eſſet contenta, & nihil amplius petere poſſet in bonis patris, & matris

Dictus Nicolaus Perez not. & receptor dicti inſtrumenti donationis, modo, pacto, diſtinctione, & conditione, quibus ſupra recepit, & publicauit dictam donationem, ſeu donationis inſtrumẽtum, & ſubſequenter dicta doña Anna in dotem conſtituit don Ludouico eius marito dictas quatuor mille & centum libras, & inſtrumenta nuptialia cum clauſula ſocietatis, iuxta conſuetudinem ciuitatis Oriolæ, fuerunt inter ipſos confecta, & per don Ludouicum Rocafull donationem propter nuptias, ſeu morganicam eidem domnæ Annæ Rocamoræ facta.

Poſtmodũ dictus notarius receptor

ceptor dictum inſtrumentum donationis factæ dictæ domnæ Annæ per dictum don Hieronymum eius patrem, in ſua nota, ſeu prothocolo extendens, & continuãs errore, & imperitia, omiſsit cũ diſtinctione ſcribere quãtitatẽ quã promiſit pater de bonis maternis & quã de bonis proprijs, & ſimpliciter, & ſub verbis generalibus (prout ſolent facere incauti homines) referente *Doctore Marta in repet.l.1.ff. ſolut.mat.q.7.art.1.n.1. vol.3. repet. fol.mihi* 148. Ita ſcripſit. *E aqueſta donacio li ſa ab pacte, y condicio, q̃ ab les dites* 4100. *lliures la dita domna Anna Rocamora ſe tinga per contenta y pagada de tots, y qualſeuol drets, y accions, que aquella tinga, ò puga tenir, axi en los bens y herencia de la dita doña Iſabel Molins ſa mare, com en bens del dit don Gerony Rocamora ſon pare, adaquella pertanyents per qualſeuol titol, cauſa, manera, ò raho.*

Quæ inſtrumenta nuptialia, & donationis dictus notarius dictis coniugibus tradidit, viſiſque, & conſtito per inſpectionem, & lecturam inſtrumenti donationis, quod dicta donatio erat facta ſimpliciter, & ſub his verbis generalibus. Tàm de bonis maternis, quã paternis: nulla diſtinctione adiecta, & quod in dubio, iuxtà diſpoſitionem *l. fin. C. de dot. promiſ.* erat intelligenda fuiſſe in totum factam de bonis paternis, & non maternis.

Virtute dicti legati quatuor mille libr. mandatum executoriũ impetrauit contra patrem. Pater excipiens probauit feciſſe dictam donationem cum diſtinctione, videlicet, quod donauit quatuor mille de bonis maternis, quas eidem in ſuo teſtamento mater legauit, & aliàs centum de bonis dicti patris, & quod ſub hac conditione, & pacto fuit actum inter partes, & per notarium publicatum, & receptum, & non ſimpliciter, prout à notario ſcriptum reperitur; & quod omiſsio magis dicti, & minus ſcripti, fuit vitio & errore notarij receptoris.

Publicatis, & didiſcitis teſtiũ depoſitionibus, & conſtito quod ex illis remanebat eneruatum, & annullatum executorium, & intẽtio dicti patris aduerſus filiã plene probata. Filia aliam inſtituit, & accumulauit actionem cum inſtantia executionis, dicens teneri pater illam cõgruè dotare, ex quo centum libræ, quas pater dedit de proprijs, nõ erat dos congrua, nec competens, & ſic compellendum ad dandũ alias quatuor mille libras, prout ei reliquit, & legauit mater.

Pater excipiens dixit, dictam requiſitionem reijciendam in alio iudicio plenario; cum in iſto executiuo, & ſic ſummariſsimo nõ liceat de iure tractari, & accumulari ex quo requirit altiorem indaginem.

Cauſa concluſa, ſuper inſtantia executionis, & non ſuper noua

ua actione, quia non diſcuſſa, Gubernator generalis Oriolæ ſuam protulit ſententiam ſub die 15. Aprilis 1616. cum qua declarauit, quãtitates petitas in dicto executorio impetrato virtute dicti legati eſſe ſolutas, & non debitas, ex quo pater tempore tractatus matrimonij, & publicationis dicti inſtrumenti donationis, dixit, & declarauit, dare dictas quatuor mille libras in ſolutionem dicti legati. Sed tamen, quia centum libræ, quas de proprijs donauit pater, erat dos parua, & non congrua, attentis patris facultatibus, ſuum proferens arbitrium, mandauit dare in dotē dictæ domnæ Annæ, licet iam nuptæ, & dotatæ per patrē duas alias mille libras, quas ipſa conſtituere in dotem poſſet dicto ſuo marito vnà cum quatuor mille.

Pater à dicta ſententia, & arbitrio appellauit ad Regiam Audientiã vrbis, & Regni Valentiæ. Cauſa introducta, commiſſa Magnifico Regio Cõſiliario, & Doctori Michaëli Hieronymo Blaſco Militi, dubitatũ fuit de ſeqq.

Primo, an probato errore, & omiſsione notarij receptoris, qui aliter ſcripſit, & minus, quàm per donantem fuit dictum, ſit ſtãdum inſtrumēto notarij, ipſo cõtendente, ita dictum, prout ſcriptum reperitur. An vero dictis, & depoſitionibus teſtium deponentium contra ipſum.

Secundo, an filia maritata, & dotata à patre in parua quãtitate, & ſic minori legitima, poſsit agere aduerſus patrem ipſo viuo, vt illam congruè dotet, & ſic petere ſupplementum legitimæ, ſeu congruæ dotis, ſtante for. 6. rub. de dot. promiſ. lib. 5. foror. col. 4.

SVMMARIVM.

1 *Omiſsio, & error facta à Notario, in actis per ipſũ receptis probari poteſt eiſdem teſtibus, aut per alios duos, num. 8.*

2 *Subſtitutio omiſſa à notario probari poteſt duobus teſtibus.*

3 *Omnis auctoritas, & fides inſtrumentorum à teſtibus dependet.*

4 *Dictum, & actum inter pates, præualet ei, quod eſt ſcriptum.*

5 *Scriptura ſuppletur per viuã vocem, vbicunque reperitur plus dictum, & minus à notario ſcriptum.*

6 *Magis ſtandum eſt dictis, & de poſitionibus teſtium contra notarium, & per ipſum ſcriptum, quã eius dicto, & inſtrumento.*

7 *Rei veritas, potius quam ſcriptura perſpici debet in contractibus.*

9 *Probatio, quæ fit per teſtes, eandem vim habet, quam, quæ per inſtrumētum, ſed è contra, num.* 10.

10 *Fortior eſt probatio, quæ fit per teſtes, quam quæ fit per ſcripturam, & ratio num.* 11. *&* 37.

11 *Probatio, quæ fit viua voce, & ſic per teſtes, dicitur vera, & naturalis.*

12 *Probatio per inſtrumenta dicitur artificioſa, vel potius miraculoſa, & eſt de iure poſitiuo.*

13 *In Regia Audientia Valentiæ fuit lata Regia ſententia in alia cauſa huic conſimili, qua deciſum fuit dubium propoſitum.*

14 *Teſti vnico ſtandum eſt contra producentem, limita & declara, num. 17. & 27.*

15 *Quod ſemel approbo, non reprobo.*

16 *Conſenſus ſemper durat in eo, qui ſemel conſenſit.*

17 *Perſonam teſtis per me producti, impugnare, nec contra eum opponere non poſſum: ſecus tamen quo ad dictum, & teſtimonium eius, quod reprobare poſſum vt falſum, num. 18. & 19.*

20 *De futuris non eſt determinata veritas.*

21 *Nemo cenſetur approbare dictum falſum, num. 28.*

22 *Approbatio perſonæ teſtis, licet tollat defectum perſonæ approbatæ, non tamen inducit probationem dicti, niſi ex actu aliquo poſitiuo eſſet approbatum dictum & ratio num. 23.*

23 *Aliud eſt perſona teſtis, aliud eius dictum, & ſic approbatio in vno, non extenditur ad aliud.*

24 *Producens teſtes non dicitur approbare dictum teſtis deponentis ſuper interrogatorijs partis aduerſæ, ſed tantum eius perſonam.*

Idem quod de teſte, dicendum de Iudice, num. 25.

24 *Conſentiens in iudicem electum, & nominatum de voluntate partium, non cenſetur approbare ſententiam latam ab ipſo, quinimo datur appellatio ab ea.*

27 *Dictum teſtis contra producentem non probat, quando aliunde & ex pluribus teſtibus contrarium probatur, & ratio numero 28.*

29 *Vbi pauci teſtes contradicunt pluribus, etiam quod producantur ab eadem parte, ſtãdum eſt pluribus, & ratio num. 30.*

31 *Potentior probatio extinguit minus potentem.*

32 *Teſtes inuicem contrarij concurſu, præualent qui maiores ſunt numero, & ratio num. 33.*

33 *Probationes plures in concurſu, plenior, & potentior extinguit minus potentem, etiam contra dotem num. 34.*

35 *Pater dans aliquid in dotem filiæ habenti legatum dotis à matre, vel ab auo, tunc pater etiam ſimpliciter dotando, cenſetur compenſare cum legato.*

36 *Notarius non præſumitur plus, vel minus per errorem ſcripſiſſe, quando errorem non allegat, ſed potius contendit, ſe ſcripſiſſe prout fuit dictum.*

37 *Plus ſtandum dictis teſtium, quã inſtrumento.*

De

De vultu tuo Domine iudicium meum prodeat. Pſal.16.

RESPONSVM AD DVBIVM primum.

1 OMISSIO,& error facta
a notario in actis per ipsũ
receptis,probari poteſt eiſ
dem teſtibus, aut per alios duos
teſtes,vt atteſtatur deciſum Gui-
do Papę deciſ. 128. & not. com-
muniter DD. in l.errore 7. C. de
teſtam.Maſcar.in tract. de proba
tion. tom.2. concl. 646. fol. 36.
& in vol.3. concl.1344.fol.221.
vbi num.3.dicit,quod talis error
poterit probari per præſentes a-
ctui,& per alios qui fuerunt me-
diatores inter partes cõtrahẽtes,
vt not.Bart.in l.ſi librarius 93. n.
14.ff.de regul.iur.& Dec. ibi nu.
10. Surd.lib.1.conſ.129. à nu.1.
2 vbi de ſubſtitutione omiſſa à no-
tario,quæ probari poteſt duobus
3 teſtibus: & ratio eſt, quia omnis
authoritas, & fides inſtrumento-
rum à teſtibus dependet, & teſtiũ
fide probatur,§.ſed ſi quis,& §.ſi
vero.in Auth.de inſtru. fid.Boër.
deciſ.118.n.1. Iacobus Menoch.
de arbitrar.li.2.cent.2.caſu.200.
n.9.Minſinger.obſer.39. cent. 4.
4 Quod enim eſt dictũ,& actum
inter partes, prævalet ei,quod eſt
ſcriptum, vt dicit Iuriſconſultus
Vlpian.in l.quoties 9. §. ſed non
in corpore ff. de hæred. inſtitu.
5 & ibi Bart.& Bald.n.5.vbi dicit,
ſcripturã ſuppleri per viuam vo-
cem, vbicunq; reperitur plus di-
ctum, & minus à notario ſcriptũ.
6 Ex quibus infertur, magis ſtã-
dum eſſe dictis,& depoſitionibus
teſtium contra notarium, & per
ipſum ſcriptum,quam eius dicto,
& inſtrumento. Quod etiam pro
batur per tex,in l. 1. C. plus val.
quod agitur,& for.1.& 2.eodem
7 tit.lib.4.foror.fol.102. In cõtra-
ctibus,inquit Imperator, rei ve-
ritas,potius quam ſcriptura per-
ſpici debet,& in foro 1. rubr. de
teſtam.lib.6.foror.fol.148.& fo-
ro 2.rub.de donatio.lib.8.foror.
8 vbi enim cõtrahentes aliquid di-
xerunt,& notarius illud ſcribere
omiſsit,ſuppleri, & ꝓbari poteſt
9 per viuam vocem teſtiũ:cum pro
batio, quæ fit per teſtes,eandem
vim habeat,quã quę fit per inſtru
mentum,l.in exercendis C.de fid.
inſtrum.Vincen.de Frãch. deciſ.
275.n.1.par.2.& for.4.rub.3. de
dot.promiſ.li.5.fol.135.ibi:*En la*
10 *carta dotal, ò denant teſtimonis.* Imo
fortior eſt probatio per teſtes,
quã quæ fit per ſcripturã. Vincẽ.
de Frãc.deciſ.278.n.2.p.2.ea ra-
11 tione,quia probatio,quæ fit viua

voce,& ſic per teſtes,dicitur vera & naturalis probatio,& eſt de iu-
12 re diuino:& probatio per inſtrumenta dicitur artificioſa,vel potius miraculoſa,& eſt de iure poſitiuo,vt late Nata lib.1.cõſ.166. n.8.& lib.2. conſ.315.nu.15.fol. 161. Et inſtrumentum , ſeu teſtamentum valet ſecundum teſtium depoſitiones , vt late Surd.d.cõſ.
13 129. lib.1. & DD. qui ſupra. Et ſic fuit iudicatum , & deciſum in hac Regia Audientia in vna alia cauſa huic noſtræ cõſimili, inter partes agentẽ ex vna Nicolauam Cols vxorem Martini de Araiz,filiam,& hæredẽ Catherinæ Dauãt & de Cols,& Petrum Gozò tutorem,& curatorẽ Ioannis Cols, filij,& hæredis Ioannis Cols, cum ſententia publicata per Franciſcũ Paulum Alreus Regium ſcribam mandati,die 2.Martij 1613. Quę Regia ſententia fuit confirmata cum alia in altera aula lata,& publicata per dictũ Franciſcum Paulum Alreus,die 4.Ianuarij 1614. ſub auditione magnifici Doctoris Franciſci Leo,Militis, Regij Cõſiliarij, & vnius ex Doctorib' Regiæ Audientiæ Vrbis , & Regni Valentiæ in ciuilibus,vir plurimę eruditionis,& magnus practicus, & obſeruator ; ſub iſto fundamẽto,& motiuo,videlicet. *Quod licet per lecturam inſtrumẽti donationis factæ d. Nicolauæ Cols , per Ioannem Cols eius patrẽ , conſtabat fuiſſe factã tàm de bonis maternis,quàm paternis, & pater nõ expreſſerit quã ſummam dabat de bonis maternis, & quam de paternis : quia tamen per depoſitiones teſtium conſtabat,quod pater , tàm in ipſo matrimonij ortu, quam ante , & tempore publicationis inſtrumenti fecit dictam donationem in ſolutionem dotis, & melioramentorum matris dictæ Nicolauæ Cols, & ſic in concurrenti quantitate,de qua erat debitor. Ideo intelligi debere factam de bonis maternis, & per conſequens ſtandum eſſe dictis , & depoſitionibus teſtium, & non inſtrumento: cum rei veritas, potius quam ſcripturæ perſpici debeat.*

Nec prædictis obſtabit depo-
14 ſitio, ſeu dictum Notarij contendentis, ita dictũ per partes,prout per ipſum fuit , & reperitur ſcriptum , cui ſtandum contra producentem , l.cum precuum.9. C. de liber. cauſ. & tenet Ludo. Roman. conſ.104. num.6. Bald.lib. 3. conſ.293. num. 10. incip. Factum ſic proponitur fol. mihi 83. Fr. Burſat. lib.1. conſ. 57. nu. 2. Octa. Cacher. conſ. 76. num.7. plures alios allegans , & Hypol. Riminal. iun. lib.1. conſ.60.n.1. & lib.3. conſ.5. num. 6. Quia licet vnicus ſit, illius perſonam approbauit, & per conſequens cõtra eum excipere,nec impugnare
15 poteſt,vulgata regula,ꝙ ſemel approbo,nõ reprobo.l.Pomponius
16 16.ff.de neg.geſt.l.1.§.prodeſt ff. quorũ legator.Ex quib' iurib.colligitur, quod ſemper durat cõſenſus in eo,qui ſemel conſenſit.

17 Quia reſpondetur, quod iſta concluſio procedit , & venit intelli-

telligenda quoad impugnandam perſonam teſtis, contra quā oppo nere non poteſt, ex eo quod eum ſemel produxit, & approbauit; ſe cus tamen intelligenda eſt, quoad illius dictum, & teſtimoniū, quod impugnare, & arguere poteſt ex depoſitionibus aliorum teſtium, vt eſt tex. clarus, & expreſſus in l. ſi quis teſtibus 16. C. de teſtib. quæ lex eſt canonizata per can. ſi teſtis 3. §. ſi quis teſtibus 4. quæſ. 3. cuius verba hæc ſunt: *Si quis teſtibus vſus fuerit, ijdemq; teſtes ad uerſus eum in alia lite producantur, nō licebit ei in perſonas eorū excipere, niſi oſtenderit, inimicitias inter ſe, & illos poſtea eueniſſe, ex quibus teſtes repelli leges præcipiunt, non adimenda ei licentia, ex ipſis depoſitionibus teſtimo-*
18 *nium eorum arguere*: Et rationem reddit Salicet. in d. l. ſi quis 16. n. 8. dicens, quod licet perſonam te ſtis à me producti nō poſſum im pugnare, vel reprobare, & inhabi litare, non impedit, quin dictum ſuum, vt falsū reprobare poſsim;
19 ea ratione, quia contra illius teſti moniū mihi prouideri nō potui, quia de futuris non eſt determina ta veritas, vt dicit Iabolenus in
20 l. in lege 77. ibi: *Neminem enim nec vendere, nec excipere quod non ſit.* ff. de contrah. empt. Roman. conſ. 503. num. 12. verſic. Non enim ſcire poterat fol. 362. idem tenet Ioan. Gutierrez, in repet. l. nemo poteſt ff. de leg. 1. in 1. notab. num. 333. quæ repetitio l. eſt in 4. vol. repetit. fol. mihi 199. & Ludo. Burgueſ. in repet. l. ſi ſe ſubijciant, num. 177. ff. de iudi. vol. 1. reper. fol. 527. Ne 21
mo enim cenſetur approbare di-ctū falſum, vt tenet Bald. conſ 41. Præſuppoſito ſtatuto, nu. 6. verſ. Modo reſtat cōtrariū videre, li. 5. fol. mihi 12. vnde approbatio per 22
ſonæ teſtis, licet tollat defectum perſonæ approbatæ, non tamen inducit probationē dicti. Ita Dñs & præceptor meus Ioan. Baptiſta Coſta in tract. de fact. ſcien. & ig no. diſtinctione 7. cent. 1. num. 1. pag. 160. niſi etiam eſſet appro-batum dictū ex actu aliquo poſiti uo: quia diuerſa ſunt, & aliud eſt 23
perſona teſtis, & aliud eius dictū, vt tenet Ceuallos tom. 3. practic. qq. com. cont. com. q. 821. n. 17. pag. mihi 244. Et ſic approbatio in vno, non extēditur ad aliud, vt eſt tex. in d. l. ſi quis teſtib. 16. & DD. ibi, & Bald. in l. in bonæ fidei 3. n. 27. verſ. Dubitatur de vno C. de reb. cred. Ioſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 86. p. 2. n. 10. Mar. Ant. Na ta lib. 2. conſ. 285. Hipol. ſing. 92. nu. 3. vol. 1. ſing. fol. mihi 354. Et pulchrè, & latè Borgn. Caual. lib. 1. deciſ. 12. n. 29. & ſeq. & nu. 40. fol. mihi 36. vbi dicit, quod pro- 24
ducens non dicitur approbare di ctum teſtis ſui deponentis ſuper interrogatorijs partis aduerſæ, ſed tantum eius perſonam.

25 Idem quod de teſte, dicendum eſt de iudice, quia licet nō ſubditi per prorogationē omnino iudi-cem approbauerint, non tamen

malam, & iniquam ſententiam eius approbauerunt. A quo iudi-
26 ce, licet ex conſenſu partium electo, & nominato, datur, & interponitur appellatio, vt habetur in l. ex conſenſu 23. & ibi gloſ. ff. de appellation. ita tenet Ludou. Burgueſ. in repet. l. conſenſiſſe ff. de iud. à num. 174. ad num. 177. vol. 1. repet. fol. 526.

27 Item, ſupradicta concluſio nõ procedit, quando contra dictum, & teſtimonium vnius teſtis, vel duorum contra producentem cõtrariũ probatur per alios plures teſtes, vt dicit Card. Tuſch⁹ tom. 8. pract. ſub littera T. concl. 287. num. 5. fol. mihi 297. col. 1. vbi limitat regulam illam. Quãdo teſtis contra producentem probat, vbi nu. 5. dicit, non probare dictũ teſtis contra producentem, quando aliunde, & ex pluribus teſtibus contrarium probatur. Et
28 ſit ratio, quia ad deponendum falſum teſtimonium non fuit productus, nec approbatus, & nemo cẽſetur approbare dictũ falſum, vt tenet Bald. d. conſ. 41. nu. 6. verſ. Modo reſtat videre lib. 5. fol. 12. Nata lib. 2. conſ. 285. nu. 1. verſ. Quis igitur, & nu. 2. fol. 103. vbi
29 dicit, quod vbi pauci teſtes contradicũt pluribus, etiã quod producantur ab eadem parte, ſtandũ
30 eſt pluribus, quia nõ videtur pars conſentire dictis teſtium a ſe productorũ, cum ignorent, quid ſint dicturi. D. Cotta vbi ſupra.

Nec ſibi imputari ex hoc poſſit, cur contrarios teſtes produxerit. Ideo in huiuſmodi contrarietate numer⁹ pręualet, eo maxime cum ſint in dignitate cõſtituti, & honeſtiores, & omni exceptione maiores. Quis igitur dixerit, depoſitionẽ ſolius notarij receptoris contrariã pręualere tot, & talibus teſtibus? certe nemo: hæc Marcus Antonius Nata. Idem etiã tenet Hipol. Rimin. iun. cõſ. 261. n. 73. & 74. lib. 3. qui loquitur in teſtamento, in quo vnus, vel duo non probant: & dicit, quod quando alij teſtes contradicunt, ſtandum eſt veritati, & ſic potẽtiori proba-
31 tioni: cum regulariter potentior probatio extinguat minus potentem, vulga. l. ob carmen 21. §. teſtes ff. de teſtib. Crau. cõſ. 6. n. 50. lib. 1. Nata lib. 2. conſ. 373. n. 44.
32 In cõcurſu enim teſtes inuicẽ contrarij præualent, qui maiores ſunt numero, & digniores: ea ratione, quia probationes plures in
33 concurſu plenior, & potẽtior extinguit minus potentẽ, d. l. ob carmen 21. §. ſi teſtes ff. de teſtib. Paulus de Caſtro lib. 2. conſ. 65. in quæſtione num. 2. Alexan. conſ. 99. Viſis. num. 13. verſ. Sed ita eſt
34 lib. 5. Etiam contra dotem, vt tenet Roman. conſ. 157. Honorabilis Domine fol. 104. & contra dictum, ſeu teſtimonium notarij, qui vnius eſt, ſunt ſeptem teſtes conteſtes, & omni exceptione maiores, ex quibus duo ſunt præsbyteri, & in dignitate conſtituti, & tertius eſt inſtrumentalis,

talis, & quartus eſt auus maternus partis aduerſæ, & tres alij ſunt, qui deponunt, quod dictus don Hieronymus pater domnæ Annę in ipſo matrimonij ortu, & ante, (vt vtar verbis Bald. conſ. 360. Quia dictum legatum lib. 4. fol. mihi 80.) ac etiam tẽpore publicationis dicti inſtrumenti donationis dixit dare in dotẽ dictæ domnæ Annæ eius filiæ quatuor mille libras, quas dõna Eliſabetht Molins eius mater legauit eidem in ſuo teſtamento, pro dote, & nomine dotis, & ſic animo compenſandi, ſeu liberandi à ſolutione, & præſtatione legati, quatenus ipſe pater, vti vſuſructuarius, tenebatur ſoluere dictum legatum dotis, vt not. Bald. lib. 5. conſ. 330. verſ. In contrarium videtur fol. 85. & alias centum libras de proprijs. Ex quibus infertur euidens conjectura, & præſumptio,
35 quod ſi pater dat aliquid in dotẽ filiæ habenti dotem, vel legatum dotis à matre, vel ab auo paterno, tunc pater, etiam ſimpliciter dotando, cenſetur compenſare cum legato, vt dicit Iuriſconſultus Vlpian. in l. ſi cũ dotem 23. § ſi pater, ff. ſolut. matrim. Et fuit ſic deciſum cum Regia ſententia, de qua ſupra num. 13. vnde hęc præſumptio excludit illam aliam reſultantem ex diſpoſitione l. ſi. C. de dot. promiſ. ſed vt cunque ſit, veritas huius concluſionis reſtat plene probata in fauorem patris per plures teſtes in proceſſu productos, omni exceptione maiores, ex quorum dictis, & depoſitionibus dictus notarius receptor conuincitur de mendacio, & falſo, per ea quæ notat Surd. lib. 1. conſ. 149. per tot. fol. mihi 673. qui conſuluit, & reſponſum dedit in caſu huic noſtro omnino conſimili, qui num. 7. dicit, quod
36 non præſumitur per errorẽ plus, vel minus ſcripſiſſe notarius, quã do illum non allegat, ſed potius contendit, ſe ſcripſiſſe, prout fuit dictum: quo in caſu punitur de mendacio, & falſo, vti conuictus. Et pro deciſione huius articuli habemus duas leges de iure Regni Caſtellæ, l. 115. 117. tit. 18.
37 part. 3. per quas deciditur, ſtandum eſſe dictis teſtium contra inſtrumentum, & contra dictum Notarij, de quarum materia, & intellectu, vide Greg. Lopez ibi: & Ceuallos lib. 1. comu. contra comu. q. 43. num. 10. pag. 107. & tex. & DD. in cap. tertio loco 5. extra de probatio.

SVMMARIVM.

1 *FILIA maritata, & dotata per patrẽ, licet in minori quantitate, quam ſit legitima, non poteſt agere, illo viuente, ad ſupplementum congruæ dotis, & num.* 7. 8. 9. 11. 12. 23. 24. 25. 33. 34. 37. 38.

2 *Nec de incompetentia dotis conqueri ipſo viuo, & nu.* 9. 28. 33. 34. 38. 124.

3 *Facultas aſsignandi dotem filiæ nubendæ per foros Regni eſt tota collata in arbitrium patris, & num. 50.*

4 *Diſpoſitio fori 6. rub. de dot. promiſ. qualis.*

5 *Diſpoſitio §. final. fori 50. rubr. de teſtam. qualis.*

6 *Dos non eſt augenda ad vires legitimæ, patre viuente, ſed eo mortuo, ſi facultates patris eo tempore auctæ reperiantur.*

7 *Supplementum legitimæ, ſeu congruæ dotis debetur, & peti debet poſt obitum patris de iure Regni, non tamen patre viuo.*

8 *Dotis ſupplementum peti non poteſt, patre viuente, eo quod dos data ſit minor legitima.*

9 *Nec de incongrua dote tractari.*

10 *Dos non eſt augenda ad vires legitimæ, dum pater viuit, & ratio. num. 11.*

11 *Legitima non debetur à patre, eo viuente, ſed poſt mortem, nu. 12.*

13 *Tempus dotis conſtitutæ non eſt inſpiciendum in definitione congruæ dotis, de iure Regni, ſed tempus mortis ipſius patris. nu. 19. & ratio num. 20.*

14 *Dos congrua filiæ debita non poteſt intelligi minor legitima: declara num. 83. & 85.*

15 *Appellatione dotis venit dos congrua, quæ correſpondet legitimæ: declara num. 85.*

16 *In calculanda legitima, ſeu dote congrua, tempus mortis patris conſideratur.*

17 *Filia excluditur a ſucceſsione patris tempore, quo ipſe decedit. & ratio ibi.*

18 *In definitione congruæ dotis inſpiciendum eſt tempus mortis patris, & non tempus dotis conſtitutæ. & num. 19.*

20 *Filia nupta, & dotata præmoriens patri dotatori abſque filijs, iure fideicōmiſſi à foro inducti, reuertitur ad patrem, filios, & hæredes dotantis.*

21 *Dos debet arbitrari arbitrio boni viri, inſpectis facultatibus teſtatoris, ſtante ſtatuto excludente filiam dotatam.*

22 *Facultates teſtatoris non poſſunt æſtimari tempore donationis factæ; ſed cum teſtator moritur, & ratio. ibi. & duæ Regiæ ſententiæ.*

23 *Filia petens congruè dotari, patre viuente, non poteſt audiri, ſed expectare debet mortem patris. num. 24.*

25 *Tempus mortis patris inſpicitur, cum agitur de competentia, & in congruitate dotis aſsignatæ.*

26 *Per aſsignationem dotis factam à patre, eo viuēte, non liberatur ſimpliciter ab onere, & obligatione dandi ſupplementum legitimæ, ſeu congruæ dotis, eo decedente.*

27 *Vbi extat caſus fori, ſeu legis, nulla ſubeſt dubitatio.*

28 *Filia maritata, & dotata ad arbitrium patris, non poteſt, eo viuente, dicere ſe incongruè, ſeu incōpetenter dotata. & num. 29.*

30 *Quando pater viuens maritat, & dotat filiam, non habetur reſpe-*

ctus

ctus ad patrimonium, & facultates ipſius patris, quia non reperitur excluſa à ſucceſſione patris.

31 *Lex, iudex, & quilibet bonus vir, in dubio ſemper præſumit, & arbitratur, patrem congrue, conuenienter, & diſcrete filiæ dotem conſtituiſſe.*

32 *In dotatione facta per patrem nõ ſit ita ſubtilis indagatio quæ fieret in dote conſtituta ab alijs.*

33 *Patri non poteſt moueri quæſtio in diſcretæ, ſeu incongruæ dotis, nec ſupplementum petere.*

34 *Filia dotata, & maritata à patre, cenſetur congrue dotata, nec de ea conqueri poteſt; cum lex ꝛal de præſumat pro patre.*

35 *Vbi ſtatuta fundant ſe in prouidentia paterna, non poteſt dici de incompetentia.*

36 *Nullus capere poteſt melius conſilium pro filia, quam pater, & quod illi viſum eſt competens, non debet alteri contrarium videri.*

37 *Vbi, & quoties filia reperitur dotata, & maritata de voluntate patris, non eſt vlterius diſputandum, nec quærendum de incongruitate dotis.*

38 *Taxa patris, qualiſcunque ipſa ſit, excludit filiam à petitione cõgruæ dotis, ipſo viuo.*

39 *Filia excluſa à ſucceſſione paterna, per ſtatutum habet facultatem petendi ſupplemẽtum legitimæ, ſeu congruæ dotis, etiam patre viuo, in recompenſationem excluſionis, ſed non quando non eſt excluſa à ſucceſſione.*

40 *Filia dotata à patre in parua quãtitate, & ſic minori legitima, non poteſt conqueri de incompetentia, nec valet dici læſa, vbi non eſt excluſa à ſucceſſione. & ratio. num. 41.*

42 *Vt filia dicatur dotata, ſufficit quod pater, aut in teſtamento, aut eo viuo, exercuerit actum dotandi.*

43 *Filia dotata à patre viuo remanet excluſa à ſupplemento congruæ dotis. & ratio. ibi.*

44 *Vbi eſt forus Regni, ſecundum illum eſt iudicandum ad litteram, & abſque alia interpretatione. & ratio. num. 45.*

45 *Fori Regni Valentiæ nullam recipiunt interpretationem à legibus Romanorum.*

46 *Ius fororum Regni, eſt ius commune in Regno.*

47 *Vbi forus Regni non ſufficit ad decidendas cauſas, & lites, recurrendum eſt ad rationem naturalem, & æquitatem, non ad ius Romanorum, ſeu ius Cæſareum.*

48 *A foro non eſt recedendum prætextu æquitatis, vel melioris rationis, etiam ſi forus ſit durus, & rigoroſus.*

49 *Rigor ſcriptus præfertur æquitati non ſcriptæ.*

50 *Taxa dotis, nec legis, nec iudicis, ſed in patris arbitrio eſt in totum collata, ipſo viuente, iuxta foros & conſuetudinem Regni.*

51 *Præſumptio iuris ſtat pro dote cõſtituta per patrẽ, itaque, ipſo viuente, plus petere non poteſt.*

52 *Per dotis aßignationem factam à patre viuo, non excluditur filia maritata à ſucceſsione paterna, nec à ſupplemento congruæ dotis, de iure Regni.*

53 *Diſtinctio cõtrarietates ſoluit, & opiniones ſaluat.*

54 *Opinio Doctoris diſtinguentis in conflictu opinionum eſt amplectenda, tanquam veritati magis appropinquanti.*

55 *Taxa dotis fit, aut iudicis officio, aut ex diſpoſitione ſtatuti, aut ratione pactionis, ſeu ſtipulationis, aut arbitrio patris.*

56 *Officium iudicis regulariter competit loco deficientis actionis, & ſic ex æquitate.*

57 *Ludouicus Gomezius Rotæ Romanæ Auditor, & Epiſcopus Sarnen. conciuis conſulentis.*

58 *Pater negligens, & deſidioſus filiam maritare, iudicis officio cogi poteſt illam dotare. & num. 59.*

59 *Filia maior viginti quinque annorum iudicis officio poteſt cogere patrem, vt eam maritet, & dotet, & recuſans, conſtitui, & taxari debet dos, ſeruatis ſex requiſitis, de quibus à num. 61.*

60 *Quando pater promiſit dotem dare filiæ, vel genero, & dubitatur in quibus eſt conſtituenda, & aßignanda, vel in quantitate, tunc in iſto caſu, & ſuperiori ſeruanda ſunt ſex, ex quibus debet regulari taxa.*

61 *Dotis conſtitutio, & taxa regulatur ex dignitate parentis, ex conditione mulieris, num. 62. & mariti, num. 63. & attentis facultatibus eius, qui tenetur dotare, num. 64. & numerus filiorum, num. 65. mos, ſeu conſuetudo, & obſeruantia regionis, num. 68.*

66 *In taxã da legitima inſpicitur numerus filiorum.*

67 *Modus, qui ſeruatur in diſtributione legitimæ portionis, idem ſeruatur in diſtributione dotis.*

69 *Vbi de congruitate dotis agitur, mos regionis inſpiciendus eſt.*

70 *Et magis ſpectari debet mos, ſeu conſuetudo regionis in conſtituenda dote, quam quantitas patrimonij, ſeu legitimæ, & ratio num. 71.*

71 *Dos licet minor ſit legitima, congrua dici poteſt, ſi moribus recepta ſit.*

72 *Dos vbi venit conſtituenda ex diſpoſitione ſtatuti excludentis filiam dotatam, regulatur ad taxã legitimæ, & ratio. num. 73.*

74 *Dos aßignata, vel conſtituenda filiæ excluſæ a ſtatuto ſubrogatur in locum legitimæ, & num. 87.*

75 *Filia priuari non poteſt legitima per ſtatutum.*

76 *Statuta, ſeu iura municipalia recipiunt interpretationem à iure Romanorum.*

77 *Statuendi poteſtas, & auctoritas datur à iure communi.*

78 *In materia legitimæ, leges non fauent voluntati paternæ, & n. 87.*

79 *Nemo poteſt facere quin leges in ſuo teſtamento locum habeant.*

80 *Filia non cenſetur priuari legitima, niſi verbis expreßis, & ſpecificis fuerit prohibita.*

81 *Ad*

Digitized by Google

81 *Ad priuationem legitimæ non ſufficiunt coniecturæ vrgentes, & euidentes.*

82 *Filia nupta, etiam diues, ſupplementum congruæ dotis, ſeu legitimæ petere poteſt, viuo patre, quoties reperitur excluſa à ſucceſsione paterna, & ratio ibi, num. 85.*

84 *Appellatione, & nomine dotis, venit dos competens.*

85 *Dotem competentem debet habere filia, quando illa excluſa eſt à ſucceſsione paterna.*

86 *Legitima debetur à iure, tam diuiti, quam pauperi, & ratio ibi.*

87 *In materia legitimæ, leges non fauent voluntati paternæ, cum nec de patre confidunt.*

88 *Filia nupta, & dotata à patre nõ reperitur excluſa à patris ſucceſsione per foros Regni.*

89 *Vbi pater ad eius arbitrium dotat filiam iuxta conſuetudinem, & obſeruantiam loci, filia petere non poteſt ſupplementum congruæ dotis, patre viuo, & ratio ibi.*

90 *Obſeruantia, & conſuetudo regionis, ſeu loci in dotandis filiabus magis debet ſpectari, quam quantitas patrimonij, ſeu legitimæ.*

91 *Conſuetudo, & obſeruantia præualet iuris diſpoſitioni.*

92 *Filia datata, & maritata per patrem, aduerſus illum agere non poterit, vt illi dotem augeat, ſeu congruè dotet, ſtante conſuetudine patriæ, & etiam fori diſpoſitione, & num. 101.*

93 *Forus 6. de dot. promiſ. ſolum conſiderat actum dotandi, nõ vero modum, & quantitatem.*

93 *Arbitrium patris in conſtituenda dote filiæ potentius eſt iudicis officio.*

94 *Filia dotata à patre viuo, de foro remanet excluſa à petitione ſupplementi congruæ dotis, nõ tamen à ſucceſsione patris dotãtis.*

95 *Verbum, poteſt, prolatum cum negatione, neceſsitatem inducit.*

96 *Geſta, & facta, lege reſiſtente, & prohibente, ſunt nulla ipſo iure, & num. 99.*

97 *Vbi lex præciſſe, & expreſſe prohibet agenti plus petere, nullo modo eſt audiendus, & ratio. num. 98.*

98 *Pro lege ſemper præſumitur, quod fuerit lata cum ratione, licet de ea non appareat.*

100 *Sententia lata per iudicem, foro, & lege reſiſtente, poteſt ſemper retractari, etiam ſi ab ea non fuerit appellatum.*

102 *Veritas ſæpius examinata magis ſplendeſcit.*

103 *Pater tenetur ad duo: filiam dotare: & illam maritare: declara num. 117. ad num. 147.*

104 *Pater deſidioſus, & recuſans filiam maritare, & dotare, iudicis officio cogi poteſt.*

105 *Pater non excuſatur ab onere dotandi filiam, licet ipſa diues ſit, declara num. 146. ad numer. 152.*

106 *Pater filiam diuitem exhæredare non poteſt, neque dote priuare. declara num. 147.*

107 *Pa-*

107 *Pater non excuſatur dare dotē filiæ, etiam nuptæ abſque dote, contrà num.* 155.

108 *Pater cogi poteſt, vt ex bonis pro prijs de nouo dotem conſtituat filiæ, contrà num.* 159.

109 *Filia, quæ non fuit à principio cō gruè dotata poteſt agere ad dotis congruæ ſupplementum, ſed con tra num.* 160.

110 *Pater non excuſatur dando tenuiſſimam dotem, quia paria sūt non dotare, & indiſcretam dotem dare, declara num.* 160.

111 *Dos congrua dicitur ea, quæ ſecundum dignitatem mariti, & mulieris, & facultates donantis bonus vir congruam eſſe iudicauerit: declara, prout in nu.* 174.

112 *Filia dotata in minori quantitate quam ſit legitima, dicitur enormiter læſa, & ratio ibi: declara prout in num.* 178.

113 *Filia dotata à patre, & excluſa à ſtatuto debet dotari vſque ad legitimam, aliàs dicitur enormiter læſa, declara prout in nu.* 178.

114 *Læſio ex ſumma æquitatis ratione, ſēper intelligi debet excepta.*

115 *Dos aſſignata filiæ excluſæ à ſucceſſione loco legitimæ ſuccedit.*

116 *Vbi non datur dos congrua, debetur legitima.*

117 *Neceſsitas dotandi deſcendit à patria poteſtate.*

118 *Dos non eſt propriè, & vere debita filiæ, ſed quaſi debita, & ratio num.* 119.

119 *Dos non debetur iure obligationis, nec actionis, ſed iudicis officio, & ratio ibi.*

120 *Officium iudicis, tunc demum ſubintrat, & implorare poteſt filia, quando pater eſt deſidioſus, vel recuſat dotare, & maritare.*

121 *Legitima non eſt debita, niſi ita demum ſi non relinquatur.*

122 *Dos, quæ datur filiæ per patrem, illam maritando, non ſit animo excludendi filiam ab eius ſucceſſione.*

123 *Pater, eo viuente, de iure, & conſuetudine Regni, non tenetur, nec compelli poteſt ad dotādum filiam congruè, poſtquam non reperitur excluſa.*

124 *Filia nupta, & dotata à patre conqueri non poteſt de incompetentia.*

125 *Legitima ſicut dos, ad arbitrium dotis eſt collata de iure Regni.*

126 *Parentibus permittitur de iure Regni ad arbitrium, & libitum de bonis ſuis diſponere aliquid certum, quantumcunque minimum, nomine, & loco legitimæ filijs relinquendo, & ratio n.* 127.

128 *Pater de conſuetudine Regni poteſt exhæredare filium, dando pro legitima quinque ſolidos.*

129 *Conſuetudo exhæredandi filium cum quinque ſolidis viget etiam in Regno Aragonum.*

130 *Fori diſponētes, quod pater poſſit diſponere ad libitum de bonis ſuis, & exhæredare filium cum quinque ſolidis, fauorabiles ſunt, & rationabiles dicuntur, tàm reſpe-*

reſpectu parentum, quàm filiorum.

131 *De iure antiquiſsimo cautum erat, quod vti vnuſquiſque legaſſet, ita ius eſſet, & ibi Regia ſententia pro confirmatione prædictorum.*

Reuerſio ad ius antiquum fauorabilis eſt.

132 *Facultas, & arbitrium, quã, & quod habet pater diminuẽdi, & tollendi legitimam filijs, eandẽ, & maiorem habet illo viuente, in ipſis maritandis, & dotandis.*

133 *Dos, & legitima minui poteſt per ſtatutum.*

134 *Si dos, & legitima minui poteſt in quantitate, ergo, & in tempore, vt ante tempus legitimam peti non poſsit.*

135 *Dos, & legitima eſt conſtituta in ipſius patris arbitrio, & ordinatione.*

136 *In aſsignanda, & conſtituenda dote certa, nulla poteſt dari regula certa, & ratio ibi.*

137 *Pater non tenetur ſeruare æqualitatem in dotandis filiabus.*

138 *Dos dicitur variabilis, & ratio ibi.*

139 *Parentes ſeruari debere æqualitatem inter filios, eſt de cõſilio.*

140 *Filia dotata à patre in minori ſumma quam alia, dotis adæquationem petere non poteſt, & ratio ibi.*

141 *Supplementum cõgruæ dotis nõ datur moniali, ſeu monaſterio, ſi fuit data dos ſolita, quamuis exigua, reſpectu quantitatis patrimonij, & dotium ſororibus nuptis datarum.*

142 *Pater, vbi, & poſtquam officium ſuum exercuit, maritando, & dotando filiam, ad nihil amplius tenetur, eo viuo, & filia petere non poteſt ſupplementum cõgruæ dotis.*

143 *Ius petendi ſupplementum legitimæ, ſeu congruæ dotis, eſt ſuſpenſum à futuro euentu, patre ipſo viuente.*

144 *Legitima debetur filijs poſt mortem patris.*

145 *Patre licet, eo viuente, det filiæ partem legitimæ, etiam nomine dotis, nihilominus, ipſo decedẽte, filia petere poterit ſupplementũ.*

146 *Pater tenetur filiam tàm diuitem, quàm pauperem maritare, declara vt ibi.*

147 *Pater non tenetur filiam diuitẽ de proprijs dotare.*

148 *Pater, qui maritauit filiam cum parua dote, non poteſt cogi eam congruè dotare.*

149 *Filia nupta à patre, licet dotata ab extraneo, non poteſt agere aduerſus patrem, vt illam de ſuo dotet, & ratio ibi.*

150 *Vbi filiæ datur dos, & ei non impeditur regreſſus ad bona paterna, illo decedente, filia non poteſt agere, patre viuente, ad ſupplementum congruæ dotis, & ratio num. 151.*

153 *Cauſæ, propter quas pater tenetur filiam dotare.*

154 *Ceſſante cauſa obligationis, ceſſat obligatio.*

156 *Pa-*

156 *Pater in vita nihil tenetur præſtare filijs.*

157 *Dos non eſt debita filiæ ante vigeſimum quintum annum.*

158 *Pater, dum viuit, non cogitur integram legitimam dare filiæ, cũ nullum ius, nec ſpem probabilem habeat in legitima, & ratio ibi.*

160 *Forus 6. non grauat patrem ad aliud amplius, quam quod filiã maritet cum dote, ad eius arbitrium.*

161 *Forus Regni non vult grauare patrem viuentem, niſi quod filiã maritet, & quod ad eius arbitriũ dotet, & ratio num. 162.*

162 *Lex facilius grauat aliquẽ poſt mortem, quam oneret eũ in vita.*

163 *Neceſsitas dotandi tolli poteſt per legem.*

164 *Legitima minui, moderari, & regiſtringi poteſt per ſtatutum, & conſuetudinem in tempore, & quantitate, & num. 167.*

165 *Legitima dicitur iure naturali deberi.*

166 *Legitimæ quantitas eſt taxata à iure ciuili.*

168 *Filius de iure Regni poteſt grauari in legitima.*

169 *Eandem facultatem, quam habet pater, eo decedente, tollendi, & diminuendi legitimam filijs: eandem, & maiorem habet, eo viuente, in dotandis filijs.*

170 *Quod fieri poteſt per ſtatutum, fieri poteſt per pactum.*

171 *Pactum matrimoniale eſt teſtamentum, & per eum poteſt prouideri deſcendentibus, & vocari poſſunt.*

172 *Tempore tractatus, & ortus matrimonij fuit conuentum, & pactatum, quod gener, & filia fuiſſent contenti dote legata à matre, & nihil amplius petere poſſint, & ſic querelare non poſſunt.*

173 *Standum eſt pacto, cui ius non reſiſtit, ſed aſsiſtit.*

174 *Quando dos reperitur conſtituta à patre in certa quantitate, vel in rebus certis, tali conſtitutioni ſtandum eſt, & quod fuit promiſſum, attendi debet, quod præſtetur, non vero eſt mouẽda quæſtio de incompetentia.*

175 *Filia, etiam minor dotata, & maritata à patre, licet in parua quantitate, non poteſt dici læſa, nec conqueri de incompetentia, & ratio ibi.*

176 *Læſionem allegans, quæ debeat probare.*

177 *Læſio præſupponit competẽtiam iuris.*

179 *Dos mille librarum, & re, & nomine dicitur maxima, & pro Comitiſſa ſufficiens.*

180 *Filia, & gener conſentiẽtes donationi factæ, conqueri non poſſunt de iniquitate, neque de iniuria.*

181 *Concluſio Reſponſi.*

182 *Sententia Senatus Franciæ.*

RESPON-

RESPONSVM AD Dubium ſecundum.

Reſponſio ad hoc ſecundum dubium eſt clara, & certa, cum conſiſtat in iuris articulo, & non pendeat ex diſceptatione facti, nec ex qualitate intentionis partium, vt dicit Bart. lib. 2. conſ. 186. ad euiden-
1 tiam, num. 3. verſ. Quidam dicit fol. mihi 50. & ſic intrepide concludo. Quod filia dotata à patre, licet in minori quantitate, quam ſit legitima, poſtquam eſt maritata per patrem, non poteſt agere, illo viuente, ad ſupplementum le-
2 timæ, ſeu congruæ dotis: nec de incompetentia conqueri, cum facultas aſsignandi dotem filiæ nu-
3 bendæ ſit in totum collata in arbitrium patris, vt dicit Dominus meus Iacob. Menoch. lib. 2. cōſ. 168. num. 14. pag. 380. & expreſſe cauetur per for. 6. rubr. de dot. promiſ. lib. 5. fotor. fol. 135. cuius verba hæc ſunt.

4 *La filla que ſera maridada per lo pare, è aura ſon exouar en coſes mouents, ò no mouents, no puxa mes demanar al pare, ni a la mare, ni als hereus de aquells, ſi donchs en ſon teſtament no li hauran dexat. E ſi lo pare morra ab inteſtat ai tal filla maridada, no puxa demanar pus en los bens del pare, ſino tan ſolament entro que haja ab lo exouar, enſemps compliment de ſa legitima.*

Qui forus volens, filiam fore contentam dote ſibi a patre aſsignata, etiā quod ſit minor legitima, ſeruandus eſt, prout eſt in obſeruantia, teſte proceſſu, & ſic filia contra dictum forum non eſt audienda, vt dicit Dominus Menoch. vbi ſup. nu. 14. verſ. Quinto accedit, & Ioan. Bapt. Plotus conſ. 10. num. 4. pag. 49.

Quæ fori 6. diſpoſitio concordat cum for. 50. §. fin. rub. de teſtam. lib. 6. for. fol. 152. cuius verba ſunt.

5 *E nadi, è corregi lo Senyor Rey, que lla on diu, quel pare deu fer mencio en ſon teſtament de ſos fills, que hi faça mencio de la filla que ſera maridada, axique li jaqueſque alcuna coſa oltra lexouar, en axi que almeyns haja ſa legitima.*

6 Ex cuius fori diſpoſitione notorie deprehenditur, quod dos aſſignata, & filiæ data per patrem ipſo viuo, augeri debet vſque ad legitimam, ſi tamen patris facultates auctæ reperiantur tempore mortis, ita Petrus Surd. lib. 1. conſ. 128. num. 12. fol. 586. qui magis communem, & ſecundum eam iudicatum affirmat.

7 Ex quibus duobus foris euidēter deprehenditur, & conſtat, quod filia, patre viuente, non poteſt petere ſupplementum congruæ dotis, ſeu legitimæ, ſed expectare debet tempus, quo pater deceſſerit, & ſic in terminis noſtri caſus conſuluit, & tenet Carol. Anton. Puteus in ſuo vnico conſilio inſerto in fin. lib. 1. conſilior. Sforti æ Oddi, num. 62. fol. mihi

8 mihi 325. vbi dotis ſupplementum, eo quod dos data ſit minor legitima, nullatenus peti poteſt, dum pater viuit, vbi allegat Crauetá conſ. 569. qui dicit, quod

9 nec de incongrua dote, eo quod illa ſit minor legitima, non poteſt tractari, patre viuẽte: & plus dicit, neminem legiſſe, qui dum pater viuit, ſcribat, dotem augendam ad vires legitimæ, ea ratio-

10 ne, quia legitima non debetur viuo patre, l. 1. §. ſi impuberi, verſ. Præmatura. ff. de collatio. bono-

11 rum, ſed poſt mortem ſupplemẽtũ peti poteſt, vt habetur in for. 50. §. fin. rub. de teſtam. Ita Pu-

12 teus vbi ſup. num. 62. Vincen. Honded. conſ. 10. n. 31. & ſeqq. lib. 1. fol. 83. vbi allegat Decium conſ. 25. num. 2. vol. 1. fol. mihi 29. & per conſequens de iure, &

13 de conſuetudine Regni, non eſt inſpiciendum tempus dotis conſtitutæ in definitione cõgruæ dotis, ſed ſpectari debet tẽpus mortis patris, vt ex multis tenet, & dicit, ſententiam hanc eſſe tutam, Card. Mantic. in ſuo tract. de tacitis, & ambiguis conuention. tom. 1. lib. 12. tit. 14. nu. 7. verſ. Verum hæc ſententia, pag. mihi 725. & rationem reddit Marc. Anton. Peregrin. in deciſ. 13. nu. 28. in §. ad allegata, vbi declarat, quod congruitas dotis conſideratur tempore cõſtitutionis dotis, vbi filia reperitur excluſa à ſucceſsione patris, ſecus vbi non eſt excluſa, quo in caſu tempus mortis eſt inſpiciendum, Berengar. Ferdinand. in rep. l. in quartam, num. 124. ff. ad l. Falcid. volu. 4. repet. fol. mihi 481. & ratio eſt,

14 quia dos congrua filiæ debita nõ poteſt intelligi minor legitima, vt tenet Andr. Gail. obſeruat. 147 num. 7. lib. 2. pag. 437. vbi dotis

15 nomine venit dos congrua, quæ correſpondet legitimæ, Cæphal. lib. 5. conſ. 642. nu. 64. pag. 135. Academ. Marpurgen. conſ. 21. num. 50. volum. 2. pag. 295. idem Mantic. lib. 12. tit. 23. pag. 722. Bald. in l. fin. num. 3. & 4. C. de dot. promiſ. Salicet. in authent. Ad hæc num. 1. C. commu. de legatis. Corneus conſ. 107. n. 12. lib. 2. Decius conſ. 175. n. 1. verſ. Secundum competentia. Idem Decius lib. 1. conſ. 180. & conſ. 181. Pariſ. conſ. 36. n. 19. & ſeq. lib. 3. fol. 57. Alex. conſ. 83. lib. 4. Franc. Becius conſ. 112. num. 6. 12. & ſeq. Rimin. iun. conſ. 141. num. 21. & conſ. 187. num. 64. vol. 2. Burſat. conſ. 132. à nu. 1. vol. 2. & eſt communis opinio, atteſtante idem Mantica vbi ſup. tit. 22. pag. 716. quæ legitima, viuo patre, non debetur filijs, l. 1. §. fin. verſ. Præmatura ff. de colla.

16 bonor. & ſic in calculanda legitima tempus mortis cõſideratur, l. cum quæritur 6. C. de inoff. teſta. Pet. Surd. conſ. 488. nu. 36. vol. 4. fol. 165. & filia eo tẽpore,

17 quo pater decedit, excluditur à ſucceſsione, vt ex multis dicit, & tenet Borgni. Caual. part. 3. tit. de

vltim.

vlt.vol.deciſ.32.n.16 & 17.verſ. Et iſti DD.fo.267.Hippol.Rim. lib.3.cōſ.317.n.3.fol.310. Cū antea non reperiatur excluſa per ſoros Regni. Ideo illud tēpus mor-
18 tispatris,à quo excluſio ſūmit initium,& nō dotis inſtitutæ, inſpiciendū eſt in definitione cōgruæ dotis,ex relatis per Card. Mantic. vbi ſup.nu.7.verſ.Verū hæc pag. 726.& tenet Paul. Caſtren. lib.1. conſ.73.Licet Domina Liſſa, viuente patre,n.1.fol.mihi 36. Decius lib.1. conſ. 276. Proponitur n.3.fol.mihi 57. Anchar.lib.2.q. 46.n.5.in fin.fol.89.Hippol. Rimi.lib.1.cōſ.97.n.5.& 6.fol. 365. Pariſ.lib.3.cōſ.26. nu.91.fol.44. Pet.Surd.lib.4. conſ.488. nu.26. Tū quia poſſunt multa cōtingerē, quod nihil, vel tātū nō habuiſſet,
19 vt quia nondū deuenerat ad ætatē vigintiquinq; annorū,in qua poſſet patrē cogere, vt eā dotaret, & ſic pater, ratione tēporis,plus ſolait, & quia poterat filia patri præmori,quo in caſu dos ipſa, iure fideicōmiſsi legalis,ſeu à foro inducti,reuertitur ad patrē dotantē,filios,& hæredes,vt habetur in for. 2.& 3.rub. ſolut. matr. & de iure cōmuni Romanorū eſt tex.in l.dos à patre C.ſolut. mat. Alexan.in l. cū prolatis n.4.ff.de re iud.& hoc in ſolatiū amiſſæ filiæ, l.ſi iure ſuccurſum ff.de iur. dot.& quia pa-
20 ter poteſt cōtrahere æs alienū,vel aliter cōſumere bona ſua, & alios multos filios ſuſcipere, & multa alia contingere, vt videmus quotidie euenire,vt refert Carol.Anton.Puteus in d.ſuo vico conſ.inſerto in fi.lib.1.cōſ.Sfortię Oddi fol.324. n.54. & vltra prædictos tener Bart.in l.ſi filiæ pater 21.& ibi additio ff.de legat.3.qui vult, quod ſi ſtatutū excludat fœminā
21 dotatā, dos debet arbitrari arbitrio boni viri,inſpectis facultatibus teſtatoris, iuxta tex.in l. cum poſt 70. §. gener ibi: *Dotis enim quantitas pro modo facultatum.* & l. quæro 61. ibi: *Ex facultatibus*, ff.
22 de iur.dot. facultates autē teſtatoris non poſſunt æſtimari tempore donationis factę,ſed cum teſtator moritur, quo tēpore filia excluditur ab hæreditate paterna, vt dicit Borgni.Caual. deciſ.32.n.16. verſ.Et iſti Doctores dicunt,par. 3.fol.267.& fuit deciſum in S.S. Aragonū Conſilio, vt habetur in priuilegio Regis Iacobi II.c.83. ibi: *Sed tantum illa bona ſunt computanda, & ſecundum ea debet dari legitima, quæ idem Arnaldus habebat tempore mortis ſuæ*, iuxta cuius priuilegij diſpoſitionē,& doctrinam ſupra allegatam, fuit etiā aliàs deciſum in Regia Audiētia, in cauſa,& fauorē Eliſabethæ Ioānę Nauaſquillo.& de Benauēt,cōtra hæredes Hieronymi Nauaſquillo,cū Regia ſentētia publicata per Franciſcum Paulū Alreus Regium ſcribam mandati, die 5. Maij 1587. ſub Auditione Don
23 Vincent. Vidal. Et ſic filia, quæ tempore nuptiarum dicit, non fuiſſe congruê dotatā à patre, eo

Ss viuo,

viuo, non poteſt, nec debet au
diri, petens ſupplementum con-
24 gruæ dotis, ſed ſpectare debet
tempus mortis patris, vt per di-
ctos for.6. de dot.promiſ. & for.
5c.§.fi.de teſtam.quo tempore at
25 tendi debet cōpetentia, inſpectis
facultatibus relictis à patre, cum
per dictā dotis aſsignationē, vel
26 cōſtitutionem,quā fecit,eo viuē-
te,nō liberetur ſimpliciter ab one
re,& obligatione dādi ſupplemē
tum legitimę,eo decedente,d.for.
50.§.fin.rub.de teſtam.

27 Vnde cum habeamus diſpoſi-
tionē tam legis,quam hominis ex
preſſam,ac etiā Regias ſententias,
& Doctorū doctrinas authenticas
ſuper caſu certo,& in ſpecie, di-
cendum eſt,habere caſum deciſū,
& per conſequens nō eſſe vlterius
diſputandum,vt eſt tex.& gloſ.in
l.ancilla 12.in verb.Queſtio.C.de
furt. Petr.Surd.lib.1. conſ. 53.n.
6.fol.mihi 249.nec eſt mouenda,
nec referēda quæſtio, patre viuen
te an incompetenter ſit filia dota-
ta,poſtquam fuit maritata à patre
28 & ad ipſius patris arbitriū dotata,
vt dixi ſup.n.2.& 9. Ita tenet Phi
lipp.Decius lib.1.cōſ.26.n.2.fo.
mihi 29.& conſ.89.nu.4. fol.89.
Alexan.lib.4.cōſ.33.fol.mihi.25.
Tiber.Decian.lib.1.conſ.6.n.45.
fol.12.Pariſ.lib.3.conſ.26.n.88.
29 vbi dos conſtituta à patre non po
teſt dici incongrua,ipſo viuo.Idē
conſ.106.lib.1.fol.198.Vincent.
Honded.lib.1.conſ.10.nu.31.&
ſe qq.fol.83.quiuidēdus,Hippol.
Riminal.lib.1.conſ.97.n. 22.fol.
366.& conſ.141.nu.26.fol.100.
30 lib.2.vbi quādo pater viuens do-
tat,non habetur reſpectus ad pa-
trimoniū, & facultates ipſius pa-
tris,vt pulchrē declarat idē Hip-
pol.Rimin.lib.3.conſ.317.nu.3.
fol.310.Pau.de Caſt.lib.1. conſ.
275.Super primo n.5.& 6.vbi di
cit, quod vbicunq; verſamur in
31 dubio,lex,iudex, & quilibet bo-
nus vir,arbitratur,patrē ſēper di
ſcretè,congruè, ac conuenienter
filiæ dotē conſtituiſſe, nec ſit ita
32 ſubtilis indagatio in donatione
per patrē facta,quæ fieret in dote
cōſtituta ab alijs. Andr.Tiraq.in
pra fat.l.ſi vnquam 8.n.86. C.de
reuoc.donat. Fran.Burſ.conſ.48.
n.6.lib.1.pag.294.Iaſ.conſ.221.
lib.2.pag.742.Rolan.lib.3.conſ.
95.n.15.pag.408.Menoc.de arbi
trar.lib.2.cent.2. caſ.149. n.2.p.
308.Amatis deciſ.28.n.4.fol.37.
33 vbi patri nō poteſt moueri quæ-
ſtio indiſcretæ,ſeu incongruæ do
tis, nec ob id ſupplemētū petere,
vt dicit Grām.deciſ.101.n 68.&
ſeq.& rationē reddit And.Alcia.
in tract.de præſump.regul.1.præ
ſump.2.n.8.Hōded.d.conſ.10.n.
32.& cōſ.63.n.85.fol.517.lib.1.
34 vbi filia dotata, & maritata à pa-
tre viuente, cenſetur congruæ
dotata, nec de ea conqueri po-
teſt, cum lex valde præſumat
pro patre,Neapoda. in conſue-
tudine Neapol. ſi moriatur. tit.
de ſucceſsio. ab inteſta. pag.
35 mihi 96. ſub littera E. vbi enim

ſtatuta

ſtatuta fundant ſe in prouidentia
paterna, nō poteſt dici de incōpe
36 tētia dotis, quia nullus capere po
teſt melius conſiliū pro filia, quā
pater, ita vt quod illi viſum fuit
cōpetens, non debeat alteri cōtra
riū videri, ita Franc. Becius lib.
2. cōſ. 223. à n. 20. fol. mihi 623.
& Tiber. Decian. lib. 1. cōſ. 6. à n.
39. fol. 52. Dec. cōſ. 505. n. 4. vol.
2. fol. 141. Academ. Marpurgen.
lib. 2. conſ. 29. n. 44. & ſeqq. pag.
37 295. vbi dicit, quod vbi, & quo-
ties filia reperitur dotata de patris
volūtate, non eſt vlterius diſputā
dū, nec quærendū de incongruita
te, ſeu de cōpetentia dotis, Magi-
ſter meus Menoch. cōſ. 168. n. 4.
lib. 2. pag. 380. Card. Mantic. de
taci. & ambig. lib. 12. tit. 23. tom.
1. pag. 722. Maranta diſp. 10. à n.
21. Gratian. diſcep. foren. c. 148.
n. 2. Alba. cōſ. 23. n. 3. Pariſ. conſ.
26. n. 88. lib. 3. Grāmat. deciſ. 57.
n. 37. Ioan. Ceph. lib. 3. conſ. 308.
38 n. 10. & ſic taxa patris, qualiſcūq;
ipſa ſit, excludit filiā à petitione
dotis, ipſo viuo, Carol. Ant. Pute
us d. ſuo vnico conſilio nu. 62. &
DD. per eū allegati, & Maſcar. de
probation. cōcl. 570. nu. 1. vol. 1.
39 fol. 345. eo maxime, cum excluſa
nō ſit, nec reperiatur à ſucceſſio-
ne paterna, in cuius excluſionis re
cōpenſationē habet filia faculta-
tē petendi ſupplementū cōgruæ
dotis, etiam patre viuente, Marc.
Ant. Peregrin. deciſ. 3. n. 6. fol. 8.
& deciſ. 91. nu. 21. vbi filia, quæ
per ſtatutum excluditur à patris
ſucceſsione, detrahit dotem cōpe
tentem vti æs alienū de bonis pa-
ternis, & non aliàs, vt dicit Dec.
lib. 1. conſ. 275. nu. 3. & n. 5. verſ.
Et per hoc etiam fol. 257. & non
quando non eſt excluſa, vt dicit
Pariſ. cōſ. 26. n. 91. lib. 3. fol. 110.
40 vbi n. 25. dicit, quod ipſa, nec hæ
res ipſius dotatæ amplius poteſt
cōqueri, cum nō valeat dici læſa,
vbi non eſt excluſa à ſucceſsione
paterna, & eſt ratio, quia Rex, qui
dictum for. 6. de dot. promiſ. cō-
41 didit, commiſsit patri taxationē
dotis, ad eius arbitrium, confiſus
de amore, & prouidentia patris
erga filias, & ſic mandat, quod ta-
lis filia ſit contenta dote à patre
data, & quod nihil amplius pe-
tere poſsit, eo viuo, quod perin-
de eſt, ac ſi Rex ipſe, qui forum
cōdidit, taxaſſet dotem, iuxta re-
gulam iuris. Qui per alium 72.
ff. de regul. iur. Ita dicit, & tenet
Albert. Brun. in ſuo conſ. inſerto
ad fin. tract. de ſtatut. excluden.
fœminam dotat. nu. 3. in 2. vol.
tract. nouiſsimæ impreſsio. fol.
mihi 246. Et vt filia dicatur do-
42 tata, ſufficit, quod pater, aut in te-
ſtamento, aut eo viuo, exercuerit
actum dotandi, dando, aut relin-
quendo ſibi pro dote aliquā quā
titatem; vt ſcribit Guillelm. de
de Peruſio conſ. 31. tom. 1. conſ.
vlt. vol. fol. 26. n. 2. & 3. Et ſic, tam
43 de iure Cæſareo, quā de iure Re-
gni, remanet excluſa filia a petitio
ne ſupplemēti dotis, nō quidē ex
ſolo facto patris, ſed etiā ex di-

poſitione fori, iuncta ipſa patris
voluntate. Nã pater dotẽ filiæ cõ-
ſtituit, & cum dote aſsignata illã
maritauit, & forus iubet, quod ſit
contẽta de eo, quod datũ erit à pa
tre pro dote. Et licet indiſcreta, &
valde tenuis fuerit res data in do-
tem, non poteſt filia, ipſo viuente,
conqueri de patre. Ita hiſce ver-
bis dicit, & affirmat Dñs meus Ia
cob. Menoch. d. conſ. 168. nu. 14.
lib. 2. fol. 380. & d. for. ſatis clarè,
& apertè loquitur, in illis verbis,
videlicet: *No puxa mes demanar,*
Per quę verba cẽſetur ſublata om
nis facultas petendi ſupplementũ
cõgruæ dotis, vt dicit Burſat. cõſ.
44 223. lib. 2. n. 23. A quo foro, & ab
eius littera non eſt recedendũ, ea
ratione, quia lex, & natura nihil
fruſtra operãtur, l. hæc ſtipulatio
§. diuus ff. vt legato. nom. cauea.
cum ſexcentis ſimilibus, ſed iudi-
candũ, prout cauetur per for. 4. in
procœ. for. in illis verbis. *Segons la*
forma de fur de Valencia à la letra
tãſolament, & quod plus eſt abſq;
45 alia interpretatione. Quia fori Re
gni Valentiæ nullam recipiũt in-
terpretationẽ à legibus Romano-
46 rũ; cum ius fororũ ſit ius cõmune
in Regno, vt habetur in for. 3. rub.
de ſtabilim. Principum, & tenet
Vincent. de Franch. deciſ. 102. n.
47 21. par. 1. Et vbi forus non ſufficit,
recurrendũ eſt nõ ad ius commu-
ne Romanorum, ſed ad rationem
naturalem, & æquitatem, vt habe
tur in procœ. foror, c. 1. in fin. ibi:
A natural ſeny, y a egualtat, & in
for. 4. §. 1. *T en aquelles coſes que fur*
no abaſtara. Vbi ſcribentes ſuper
48 dictis foris dicunt: Quod etiam
prætextu æquitatis, & melioris ra
tionis non eſt recedendum à fo-
ro, & eius rigore; etiam ſi ſit rigu
roſus, vel durus, videatur Iacob.
Menoch. d. conſ. 168. n. 14. lib. 2.
49 fo. 380. ea ratione, quia rigor ſcri
ptus præfertur æquitati non ſcri-
ptæ, vt dicit Fulgoſius conſ. 158.
Domina Giacolina nu. 3. Naua.
lib. 3. conſ. tom. 1. tit. de cler. non
reſid. conſ. 12. num. 11.
50 Ex quibus cõcludo, quod taxa
dotis, nec legis, nec iudicis, ſed pa
tris arbitrio reperitur cõmiſſa in
totũ: cum pater ipſe optime ſit cõ
ſcius de viribus ſui patrimonij, &
51 præſũptio iuris ſtet pro dote cõ-
ſtituta per patrẽ, vt tenet Seraph.
Oliuar. deciſ. 976. nu. 6. col. mihi
1116. & deciſ. 940. n. 6. col. 1060.
vbi dicit, quod lex præſumit pa-
trẽ cõdecentẽ dotem filiæ dediſ-
ſe, & quod datũ, licet exiguũ, ſuffi
ciebat pro eo tẽpore, quo illã ma
ritauit, vt dicit Berengar. Ferdin.
in l. in quartam n. 124. verſ. Alte-
ra cõcluſio ff. ad leg. falcid. vol. 4.
repet. fol. 481. itaq; ipſo viuo, pl'
petere nõ poſſit, Menoch. d. cõſ.
168. n. 14. & ratio fundamentalis
52 eſt, quia per dictã dotis aſsigna-
tionẽ non excluditur filia á pater
na ſucceſsione, vt ex dictis duo-
bus foris 6. de dot. promiſ. & for.
50. §. fin. de teſtam. clarè colligit.
53 Sed quia diſtinctio contrarieta
tes ſoluit, & opiniones ſaluat, vt
dicit

Digitized by Google

dicit Hoſtien.in ſumma tit.de sē-
ten.excom.§. ſi quis poſsit abſol
uere.verſ.Diſtinguēdū.& opinio
54 Doctoris diſtinguētis in cōflictu
opinionū eſt amplectenda, vt re-
net Corbulus in tract. de iure em
phiteot.tit.de cauſa priuatio. ob
non ſolutū cano. q.12. nu.4.pag.
298.idq; tanquam veritati magis
appropinquans,vt dicit Ferrant.
Gargiarius in ſuo patroci. Bono.
30.in fi.Borgn.Caual.deciſ.15.n.
37.&ſeqq.par.1.fol.154.ideo du
bio propoſito cū hac diſtinctione
ſequēti,reſpōdēdū cēſeo, quā de
prōpſi ex Philipp. Decio in lib.
1.conſ.275.Proponitur n. 1.ver.
Sed tamē his,& ſimilibꝰ fol.mihi
257.& ex Iacobo Thomingio de
ciſ.29.n.11.pag.340.&ex Hipol.
Rimi.lib.3.cōſ.317.n.17.fo. 310.
&ex Maria.Soc.lib.3.cōſ.72.n.8.
55 Aut dos cōſtituitur, &taxatur
iudicis officio, aut ex diſpoſitio-
ne ſtatuti, aut nomine pactionis,
ſeu ſtipulationis,aut ex mera vo-
luntate,& arbitrio patris,ita illi à
foro attributo, & conſuetudine
approbato.
56 Si officio iudicis quod regula
riter intrat, & cōpetit loco defi-
ciētis actionis ex æquitate, vt di-
cit Signorol.conſ.135.n.9. verſ.
57 Viſo,fol.95.Conciuis meus Lud.
Gomezius Rotæ Romanæ Audi
tor,& Epiſ.Sarnen. in§.ſupereſt.
n.46. Inſt.de action.f.mihi 8.Sci
licet,quādo pater ipſe eſt deſidio
58 ſus,& recuſat dotē dare, & mari-
tare filiā,quæ iā deuenerat ad ęta
tem vigintiquinq; annorū,in qua
poteſt patrē cogere, vt eā dotet,
iuxta tex.in argum. in auth.ſed ſi
poteſt,&l.filia C.de inoff.teſtam.
& tenet Cæſar Barzi. deciſ.29. à
n.1.fol. 89. Vbi dicit, quod filia
59 poteſt cogere patrē iudicis offi-
cio,vt eam in matrimonio collo-
cet,dotēque conſtituat, ſi iniuria
prohibeat,eam nubere,vel condi
tionē matrimonij ille nō quærat,
Capua.ſingul.ſuo 82.quæ ſunt in
ſerta inter conſtitut.Neap.fol.mi
hi 56.Capella Toloſa.deciſ.290.
& Pet.Barboſ.in 4.par.repet.l.1.
nu.5.ff. ſolut.mat.pag. mihi 318.
Pater Molina tom.2.de contract.
diſput.424.n. 1.pag.436.Sed hic
non eſt caſus noſter.Si vero cōſti-
60 tuitur nomine pactionis,ſeu ſtipu
lationis,& ſumꝰ in dubio,in quo
dos eſt conſtituta, vt quia pater
ſimpliciter pro filia promiſſerit
genero,nō declarata quātitate do
tis, nec in quibus rebus,prout lo
quitur,& tenet Maria.Socin.li.3.
cōſ.72.n.8. f.110.Fr.Viuiꝰ deciſ.
480.n.5.lib.3. p.mihi 232.& Io
ſep.Lud.deciſ.Peru.99. n.6.p.2.
fol.220.Philip.Portius lib.1.cōſ.
6.n.44.f.49.
Tūc in his ſupradictis duobus
caſibus, in cōſtitutione dotis fa-
ciēdæ ſex ſunt ſeruāda,ex quibus
debet regulari dotis cōſtitutio,&
taxa, vt tenet Fr.Mantic.in tract.
de tacit.&ambiguis conuen. tom.
2.li.12.tit.21.a n.24. pag.713.
Et in primis regulanda eſt ta-
xa ex dignitate parentis,vt habe-

61 tur in l. ſi filiæ pater 41. ff. de leg. 3. ibi: *Ex dignitate.*

Secundò, habenda eſt ratio, & 62 perpendi debet conditio mulieris quæ matrimonio collocatur, l. quæro 61. de iur. dot. ibi: *Et dignitate mulieris.*

Tertiò, inſpici debet perſona mariti, d. l. quæro, & l. cum poſt §. 63 gener, ibi: *Et dignitate natalium viri*, ff. de iur. dotium.

Quartò, conſiderandæ ſunt facultates eius, qui tenetur dotare, 64 d. §. gener. ibi: *Dotis enim quantitas pro modo facultatum*, & d. l. quæro 61. ibi: *Ex facultatibus*, & l. cognouimus 19. C. de hæret. & Manich. ibi: *Secundũ vires patrimonij.*

65 Quintò, inſpicitur numerus liberorũ, d. l. ſi filiæ pater 41. ff. de leg. 3. Qui quidẽ numerus, & in 66 taxanda legitima inſpicitur, & obſeruatur, vt habetur in auth. nouiſ. C. de inoff. teſtam. & per for. *Lo pare*, 49. rubr. de teſtam. lib. 6. 67 ſororum fol. 152. ita quod ſi pater habet multas filias, ſeruabitur ille modꝰ in diſtributione dotis, qui ſeruatur in diſtributione legitimæ portionis, ita Corneus, conſ. 48. num. 25. vol. 2. fol. 56.

68 Sextò, mos, ſeu conſuetudo, & obſeruantia regionis ſpectanda eſt, vt habetur Exod. cap. 22. num. 16. verſ. Si ſe duxerit, ibi: *Iuxta modum dotis, quam virgines accipere conſueuerunt*, ex quo textu fuit deſumptũ c. 1. extr. de adult. & ſtupr. Cuman. conſ. 45. nu. fin. ibi: *Niſi patriæ conſuetudo ſe haberet*, Corn. lib. 2. conſ. 48. num. 25. verſ. Ego autem, & conſ. 91. n. 8. fol. 98. Decius lib. 1. conſ. 26. n. 4. Ruin. conſ. 56. n. 10. in fi. & n. 17. & ſeqq. lib. 3. Decian. cõſ. 6. n. 55. lib. 1. fol. 53. Bald. lib. 4. conſ. 385 verſ. In hoc magis eſt attendenda cõſuetudo fol. 87. Farinac. deciſ. ciuil. 131. num. 17. pag mihi 62. Crauet. conſ. 236. nu. 3. Vincent. Honded. conſ. 64. n. 26. lib. 2. fol. 453 Laderch. conſ. 35. n. 11. pag. 141. vbi dicit, morem regionis 69 inſpiciendũ eſſe, vbi de congruitate dotis agitur. Idẽ Laderc. cõſ. 127. n. 1. pag. 439. Ioſeph. Ludo. in ſuis concluſ. 38. illatio. 84. fol. 88. Corn. conſ. 107. nu. 12. verſ. Sed quando probatur lib. 2. fol. 12. x conſ. 316. nu. 16. verſ. Et hoc mihi ſemper placuit lib. 1. Quibus in locis ſupra relati DD. 70 dicũt, quod magis ſpectari debet cõſuetudo regionis in cõſtituẽda dote, quam quãtitas patrimonij, ſeu legitimę, ea ratione, quia dos, 71 licet ſit minor legitima, congrua dici poteſt, ſi moribus recepta ſit, vt reſoluit ex multis Cardin. Mantic. tom. 1. de tacit. & ambiguis. couent. lib. 12. tit. 21. nu. 40. & tit. 22. n. 32. & tit. 23. n. 9. & tit. 24. nu. 32. & tit. 25. num. 9.

72 Si dos venit cõſtituẽda ex diſpoſitione ſtatuti excludẽtis filiã dotatã, de quo ſtatuto late Dñs meus Iacob. Menoch. lib. 2. cent. 2. de arbitrar. caſu. 149. fol. mihi. 308. Vbi ponit tres caſus ad declarationem, & intelligentiam, quæ

dos

dos cenſeatur congrua ad hoc, vt
mulier nupta iuſtam habeat cau-
ſam cõquerendi, & Ioſeph. Ludo.
decif. Peruſ. 21. par. 1. fol. 63. Car
din. Dom. Tuſc. tom. 7. pract. con
clu. Iur. ſub littera S. concl. 513.
pag. 546. tunc dos regulatur ad
taxã legitimę, vt ſupra relati DD.
& Philip. Dec. lib. 1. conſ. 275.
n. 1. verſ. Secundo competentia
dotis cõſideratur. f. 357. ea ratio
ne, quia cum filia ex diſpoſitione
ſtatuti excludatur à ſucceſsione
patris, & talis excluſio miti-
getur, conſtituendo illi dotem,
non videtur quod minor dos cõ-
ſtitui poteſt, quã ſit legitima, idẽ
dicit Menoch. lib. 2. cõſ. 168. n. 1.
fo. 379. Bald. in l. fi. n. 4. C de dot.
promiſ. Bar. in l. ſi filiæ pater 41.
ff. de leg. 3. & ibi additio Salicet.
in auth. res quæ n. 1. & Iaſ. nu. 28.
C. comu. de leg. Bartholo. de
Capua in conſtitut. Regni Neap.
incip. In aliquibus n. 4. fol. mihi
50. Grãm. deciſ. 101. n. 20. & 35.
Marant. diſput. 10. n. 20. fol. mihi
548. Cephal. lib. 5. conſ. 668. n. 1.
pag. 234. Et eſt ratio, quia cum à
ſtatuto reperiatur excluſa à pater
74 na ſucceſsione, dos cõſtituta, ſeu
conſtituenda ſubrogatur in locũ
legitimæ, l. quoniam nouella 29.
C. de inoff. teſtamen. qua priuari
non poteſt per ſtatutum, l. quo-
niam in prioribus 32. & l. parenti
bus 8. C. de inoff. teſtamen. ſit ra-
75 tio, quia iura municipalia, ſeu ſta
tuta, quæ in tota Italia vigent, &
vnaquæq; ciuitas ſibi conſtituit,
vt habetur in §. ius autem ciuile,
76 Inſt. de iur. natur. & ciuil. recipiũt
interpretationem à iure cõmuni
Cæſareo, Ang. Aret. cõſ. 79. per
quod datur ſtatuendi poteſtas, &
authoritas, l. omnes populi. ff. de
iuſt. & iure Bald. conſ. 58. vol. 2.
77 fol. mihi 13. & ſic illa poteſtas
non debet eſſe cõtra, vel ſupra ius
Romanorũ, vt deroget ius cõmu
ne, & per cõſequẽs filia priuari nõ
poteſt ſua legitima per ſtatutũ.
78 Tum etiam, quia in materia le
gitimæ, leges non fauent volunta
79 ti paternæ, cum nemo poſsit face
re quin leges in ſuo teſtamẽto lo-
cum habeant, l. nemo poteſt 58. ff.
de leg. 1. Nec de iure huius Re-
80 gni priuari poteſt legitima, niſi
verbis expreſsis, & ſpecificis fue
rit priuata, prout habetur in for.
36. fol. 13. curiatũ de anno 1604.
81 Non enim ad priuationem ſuffi-
ciunt coniecturæ vrgentes, & eui
dentes, vt habetur in l. ſi quando,
§. & generaliter, C. de inoff. te-
ſtam. Rimin. conſ. 27. lib. 1.
82 Ex quibus concludo, quod fi-
lia etiã nupta, & diues ſupplemẽ
tum congruæ dotis, ſeu legitimæ
petere poteſt, etiam patre viuo,
ſtante dicto ſtatuto excludente fi
liam dotatam pro recompenſatio
ne excluſionis à ſucceſsione pà-
terna, vt tenet Dec. d. conſ. 275.
n. 3. verſ. Et applicando iſta ad ca
ſum fol. 257. lib. 1. Pariſ. conſ. 26.
à n. 88. ad n. 92. lib. 3. f. 44. Corne.
cõſ. 162. n. 14. vol. 2. Tiber. Decia.
li. 1. cõſ. 54. n. 39. verſ. Præterea,

fo.259.Quividēdus,nā loquit̄ in
83 terminis noſtri caſus,dicēs,quod
dos debetur etiam filiæ nupræ,ea
ratione,quia datur in recompen-
ſationem portionis,in qua ſucceſ
ſiſſet, etiam ſi nupta fuiſſet, pro-
pter excluſionem a paterna ſuc-
ceſsione. Idem tenet Andr.Gail.
lib.2.obſeruat. 147.num.5.pag.
84 mihi 437. Vbi appellatione, &
nomine dotis venit dos compe-
tens, & intelligitur de competē
85 ti, quando talis filia eſt excluſa
propter dotem datam, quæ dos
86 ſuccedit loco legitimæ, quæ le-
gitima debetur a iure, tam diui-
ti, quàm pauperi. & ſic indiſtin-
ctè, & omnino relinquere cogi-
tur per l. ſcimus 36. l.omni mo-
do. 30.C.de inoff. teſtamen.Ro
ta in nouiſsimis par.1.deciſ.232.
num.3. & 6. fol. mihi 77. vbi di-
87 cit,quod in materia legitimæ, le-
ges voluntati paternæ non fauēt,
nec de patre confidunt.

88 Sed iſta diſtinctio non poteſt
adaptari caſui noſtro, cum per
foros Regni filia dotata a patre
non reperiatur excluſa à ſucceſ-
ſione patris,d. for.6.de dot.pro-
miſ.& foro 50.§. fin. rubr. de te
ſtamen.

89 Si vero pater diues ad arbitriū
dotem filiæ cōſtituit, & cum iſta
dote illam maritauit, tunc talis
filia ſic nupta,& dotata dote illa,
quantumuis exigua, & indiſcreta,
contenta debet eſſe, & ſupplemē
tum petere non poteſt, eo viuo,
foro ſic dictante,& per immemo-

rialem conſuetudinem,& obſer-
90 uantiam approbato. Quæ con-
ſuetudo, & obſeruantia loci, &
regionis in maritandis, & dotan
dis filiabus, ſeu in conſtituendis
illis dotibus,magis debet ſpecta-
ri, quam quantitas patrimonij,
ſeu legitimæ, vt ſupra dixi n.70.
Quæ conſuetudo,& obſeruantia
dotandi ad arbitrium patris in ci
uitate Oriolæ legitime probata
91 extat, recte proceſſu, & ſic in om
nem euentum attendi debet,cum
præualeat iuris diſpoſitioni, per
tex. in l.licet 8. ibi: *Vt mos regio-*
nis, & l.excepto.18. ibi: *Iuxta præ*
teritam conſuetudinem. C. de locat.
Alexand lib.6. conſ. 8. num.4. &
per tot.

92 Qua obſeruantia ſic ſtante, &
foro 6. de dot.promiſ. filia dota-
ta, & maritata per patrem, iudi-
cis officium implorare nō poteſt
aduerſus patrem viuentem,vt do
93 tem illi augeat, ſeu congruè do-
tet; ex quo arbitrium patris po-
tentius eſt iudicis officio in con-
ſtituenda dote filiæ, vt dicit Ro-
lan.Cauagnol.lib. deciſ.15. n.2.
pag. mihi 79. ea ratione, quia di
93 ctus for.6. de dot. promiſ. ſolum
conſiderat actum dotādi,non ve-
ro modum, & quantitatem, vt
pulchre Dñs meus Menoch.lib.
2. conſ.168. num.14. verſ.Quin
94 to accedit pag.380. & ſic conclu
dit,remanere excluſam à petitio-
ne ſupplementi congruæ dotis,
licet non à ſucceſsione patris do
tantis. Idem tenet Vincent. Hō:

ded.

ded. lib.1.conſ.10. num.21.pag. 81. Surd.lib.4. conſ.488. nu.59. fol.167. maximè attentis verbis, d.for.6. de dot.promiſ. ibi: *No puxa mes demanar al pare.* Quę verba, cum ſint negatiue prolata à foro, inducunt neceſsitatem præci-
95 ſam, ea ratione quia verbum *poteſt*, prolatum cum negatione, neceſsitatem inducit, gloſ.in verbo non poteſt, reg.1. de regul.iur.in 6. & ita tenet Bart.lib.1.conſ.97. num.4. verſ. Quarto occurrit, & lib. 2. conſ. 115. Quæſtio talis eſt, num.1. Alexan.lib.3. cõſ.77. num.2. fol.mihi 65. & in tantum eſt vera iſta cõcluſio, quod actus
96 factus in contrarium, & ſic lege, ſeu foro reſiſtente, ſit ipſo iure nullus, iuxta tex. in l. non dubiũ
97 5. C.de legib. & ſic vbi lex præciſſe, & expreſſe prohibet agenti plus petere, tunc nullo modo eſt audiendus, cum præſumatur ſemper pro lege, quod fuerit lata
98 cum ratione, etiam ſi de ea non appareat, vt dicit Iuriſc.in l.proſpexit 12. ff.qui & à quibus manumiſ. & licet ſit data audientia,
99 geſta, & facta, lege reſiſtente, & prohibente, ſunt nulla ipſo iure, quia verba illa negatiua priuant iudicem omni potentia, vt tenet Alexand. in d. conſ. 77. num. 2.
100 lib.3. & in tantum, quod ſi iudex ferat ſententiam, talis ſententia poterit ſemper retractari, etiam ſi ab ea non fuerit appellatum, ad hoc eſt text. ſingul. vt dicit ibi Bar.& Bald. in l. ſi ſponſus 5.§.ſi vxor, vel maritus 2. ff. de donat. inter vir, vbi ſi maritus prohibitus donare vxori, ab ea petat rẽ, vel creditum, quod ipſi marito vere debebatur, & ipſa excipiat contra maritum exceptionem efficacem, ſed non veram, & maritus acquieſcat, volens in effectu donare vxori, & iudex abſoluat vxorem, vel eam non teneri declaret, tali in caſu, cum ſit donatio in fraudem, etiam ſi non ſit appellatum, poterit ſemper retractari, nõ alia ratione, quam quia factum contra legem prohibentem aliquid fieri, vel agere, ita tenet Alexan. lib. 2. conſ. 82. Viſo proceſſu num. 4. verſ. Ad idem
101 adduco fol. mihi 70. Vnde foro reſiſtente, & prohibente filiæ maritatæ, & dotatæ per patrem, petere ſupplementum cõgruæ dotis, certum eſt, quod audiri non debet plus petens, cum habeat à oro, & conſuetudine os clauſum (vt verbis Curiæ Romanæ vtar) & negata potentia agendi, & iudici ſublata poteſtas aperiendi os dictæ filiæ maritatæ, & dotatæ, vt tenet Dominus meus Menoch. d.conſ.168, num.14.vol.2. pag.180.

102 Et quia veritas ſæpius examinata magis ſplendeſcit, teſte Roland.lib.1.conſ.6.num.2. fol.56. & conſ.80.num.2. fol.339. Ideo perſtringendo rem ipſam, & arguendo ad partes, videtur dicendum.

103 Primò, quod pater tenetur ad

 duo,

duo,ſcilicet filiam dotare,ex quo ad eius officinm ſpectat, l. fin. C. de dot.promiſ. & illam maritare, l.qui liberos 19. ff. de ritu nupt.

104 & recuſans facere, iudicis officio implorato,cogi poteſt, d. l. qui liberos, ibi: *Per Proconſules,Præſideſque Prouinciarum*, Capella Toloſa. q.290.

105 Secundò, pater non excuſatur ab iſta obligatione dotandi filiã, ſiue pauper illa ſit, ſiue diues, DD. in d.l. fin.C.de dot.promiſ. & in d.l.qui liberos 19. & Nicolaus Intrigliol.deciſ.4.n.2.p.mihi 22. Pet. Barboſ. in repet. l. 1. par. 4. num. 16. pag. mihi 326. Qui dans rationem huius conclu

106 ſionis, dicit, quod pater filiam diuitem exhæredare non poteſt, Auth.non licet C. de lib. præte. ergo neque dote priuare, quę dos loco legitimæ ſuccedit, d.l.quoniam nouella 29. C. de inoff. teſtam.

107 Tertiò,pater non excuſatur dare dotem filiæ, etiam nuptæ abſque dote, vt tenent communiter Doctores in l. 1. ff. ſolut. matrim. & Ripa num. 55. Doctor Marta in repet.d.l. 1.in quæſt. 7. num.8. Iaſon.in §. fuerat num. 97. Inſti. de action. Pet. Surd. in tract.de alimen., tit. 1. quæſt. 32. num. 15. fol. 27.

108 Quartò, pater cogi poteſt, vt ex bonis proprijs de nouo conſtituat dotem filiæ, vt ex multis tenet Petr. Barboſ. in 4. par. l. 1. num. 24. verſ. Non tamen negat tex. ff. ſolut. matr. pag. mihi 331.

109 col. 2. circa fin. & facit, quia filia quæ non fuit à principio cõgruẽ dotata poteſt agere ad dotis cõgruæ ſupplementum, Bald. in conſ. 199. num. 4. in fine, vol. 5. fol. 53.

110 Quintò, pater non excuſatur, dando tenuiſsimam dotem, quia paria ſunt, non dotare, aut indiſcretam dotem dare, Cepha.cõſ. 642.nu.57.lib.5. fol. 135. Iacob. Menoch.lib.2.centur.2.de arbitrar. caſu 149. nu. 14. And.Gail. lib. 2. obſeruatio. 88. num. 10. pag. 332. Rota Romana in nouiſ. part. 2. deciſ. 202. num. 13. fol. 118. Dominus, & præceptor meus Ioan.Bap.Coſta in tractat. de facti ſcient. & ignor. diſtin. 89. nu. 5. cent. 1. pag. 326.

111 Sextò, dos dicitur congrua ea, quæ ſecundum dignitatẽ mariti, & mulieris, & facultates dotantis bonus vir congruam eſſe iudicauit, vt ſupra dixiã num. 61. Sed cẽtum libræ, quas pater dedit de proprijs, vltra quatuor mille, quas conſtituit, & aſsignauit ex bonis matris, non dicitur dos cõgrua, attenta dignitate mariti, & mulieris, & patris, ac etiam attẽto ipſius patris dotantis patrimonio, quod ad præſens, ſeu tempore donationis habebat, ſed tenuiſsima, & indiſcreta, ergo cõpelli debet ad dandam dotem cõgruam.

112 Septimò, filia dotata in paruo, & in minori quantitate quam ſit legi-

legitima, dicitur enormiter læſa, ea ratione, quia priuari nõ poteſt dote, cum loco legitimæ ſuccedat, d. l. quoniam nouella 29. C. de inoff. teſtam. in qua lædi nõ poteſt d. l. quoniam in prioribus 32. C. eod. & late Dominus meus Menoch. de arbitrar. caſu 149. num. 15. & 22. lib. 2. cent. 2. Ant. Theſaurus deciſ. 192. num. 2. Vbi
113 dicit, quod filia dotata etiam à patre, & excluſa à ſtatuto, debet dotari vſque ad legitimam, aliàs dicitur enormiter læſa. Ita etiam tenet Octauius Cacher. conſ. 76.
114 num. 23. fol. mihi 209. quæ læſio ex ſumma ęquitatis ratione ſẽper intelligi debet excepta, vt atteſtatur Ant. Fabrian. in ſuo C. diffinitio tom. 1. lib. 3. tit. 19. de inoff. teſtam. diffinitio. 18. pag. mihi
115 241. ea ratione, quia dos aſsignata filiæ excluſæ ab inteſtato, loco legimæ ſuccedit, d. l. quoniã no-
116 uella. 29. & vbi non datur dos cõgrua, debetur legitima, & per conſequens congruè dotare debet vſque ad taxam legitimæ.

Quibus omnibus in contrariũ deductis ſpecialiter reſpondetur. Et in primis ad primum reſpondeo, nulli dubium, quod pater, iudicis officio, tenetur ad illa duo videlicet, filiam maritare, & dota-
117 re, dum in eius poteſtate eſt; cum neceſsitas dotandi deſcẽdat à patria poteſtate, vt dicit Petr. Surd. de aliment. tit. 6. q. 18. nu. 20. fol. 220. ſed hoc nõ ea ratione, quod
118 dos ſit propriè, & verè debita filiæ, ſed quaſi debita, D. Menoch. lib. 9. conſ. 852. num. 8. pag. 184. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. tom. 1. lib. 9. tit. 20. num. 35. pag. 410. per gloſ. vlt. in fin. in l. mulier, §. cum proponeretur, ff. ad Trebell. quæ ab omnibus eſt
119 recepta, & eſt ratio, quia non iure obligationis, & actionis debetur, ſed officio iudicis, vt ex tex. & ibi Bar. & communiter DD. in d. l. qui liberos 19. ibi: *Proconſules, Præſideſque Prouintiarum.* Quæ verba, cum ad iudicem referũtur, non inducunt obligationem, ſed iudicis officium nobile excitatur. Petr. Barboſ. in repet. l. 1. par. 4. num. 5. pag. 318. vt declarat gloſ. in l. ſi ſocer. 45. in prin. & ibi Alexand. num. 3. & Paul. num. 4. Chriſtophor. Torniola conſ. 64. num. 35. pag. mihi 422. Marc. Anton. Peregrin. deciſ. 95. nu. 5. pag. 157.

120 Quod officium tum demũ ſubintrat, & implorare poteſt filia, quando pater eſt deſidioſus, vel recuſat maritare, & dotare, vt ſupra dixi num. 104. ſicuti dicimus
121 de legitima, quæ non eſt debita, niſi ita demum, ſi nõ relinquatur, l. Papinianus §. vnde ſi quis ff. de inoff. teſtam. & l. cum quæritur, C. eod. cum autẽ pater relinquit legitimam, adimplet quod debet, quia ad hoc tenetur, vt relinquat §. aliud quoque capitulum in Authen. vt cũ de appellatio. cognoſ. ita Torniola d. conſ. 69. num. 36. ſed hoc verum, quando pater in hac

hac re reperiretur negligens, &
deſidioſus, vt tenet Pater Molina
in tract.de contract. tom.2. diſp.
424. nu.1.pag. 456. & dixi ſup.
num. 104. Sed hic non eſt caſus
noſter, ea ratione, quia pater ſuũ
debitum officium iam exercuit,
filiam ſuam iuxta obſeruantiam,
& conſuetudinem patriæ dotan-
do, & cum viro digno ad ipſius
voluntatem maritando, per quem
actum fuit liberatus ad congruè
dotandum, & per conſequens of-
ficium iudicis implorare non po-
teſt, licet pater cũ tenuiſsima do-
te filiam maritaſſet: poſtquam id
fecit, foro, & conſuet. Regni per-
mittente, & excludẽte filiam plus
petere, patre viuo, non tamen à
ſucceſsione paterna, eo mortuo,
122 & ſit ratio, quia dos, quæ datur fi
liæ per patrem, quando illam ma
ritat, non aſsignat animo ſe libe-
randi ab obligatione dandi ſup-
plementum legitimæ, & ſic ani-
mo excludendi filiam à ſucceſsio
ne paterna, cum ſit for. 6. in con-
trarium, & ſic dicit Borgnin. Ca-
ualcan. deciſ. 32. num. 17. verſ. Se
cus in dote congrua, par. 3. fol.
267. impreſſ. de anno 1602. Ve-
netijs apud Anton. & Iacob. de
Franciſcis. Quod quando dotis
conſtitutio fit propter talem libe
rationem, tunc pater tenetur da-
re filiæ congruam dotem, ratio-
ne excluſionis à paterna ſucceſ-
123 ſione, & ſic cõcludo, quod pater,
eo viuente, de iure, & conſuetu-
dine Regni non tenetur, nec cõ-
pelli poteſt ad dotandam filiam
congruè, ſeu vſque ad taxam le-
gitimæ, poſtquam non eſt exclu-
124 ſa, ſed filia contenta debet eſſe do
te à patre dotata, & conqueri nõ
poteſt de incompetentia, poſt-
quam eſt nupta, & dotata, vt te-
net Alexan. conſ. 33. lib. 4. & di-
xi ſupra num. 2. Sed ſpectare de-
bet tempus mortis patris dotan-
tis, poſtquam ab eius ſucceſsio-
ne non reperitur excluſa, an ſibi
vellit relinquere legitimam, ſeu
ſupplemẽtũ, ſeu relinquere plus,
aut minus legitima, aut filiam in-
ſtituere in bonis, & hæreditate,
aut eam exhæredare, cum de iu-
re Regni legitima, ſicut dos ad ar
bitrium patris ſit collata, vt habe
tur de legitima per for. 51. 52. &
125 54. rubr. de teſtam. quibus ad ar-
bitrium, & libitũ permittitur pa
rentibus de bonis ſuis diſponere,
& aliquid certum quantumcunq;
126 minimum, nomine, & loco legiti
mæ filijs relinquere, vt per hanc
liberam facultatem filij ſint, &
contineantur in obſequio, & obe
127 dientia paterna. Quod minimum
cõſuetudo Regni declarauit eſſe
128 vſque ad ſummam quinque ſoli-
dorum, cum quibus pater poteſt
filiam exhæredare, & omnia alia
bona alijs filij, dare, & relinque-
129 re, vel vni ex illis. Quæ conſue-
tudo viget etiam in Regno Ara-
gonum, teſte Ioſepho Seſſe de-
ciſ. 25. num. 78. fol. mihi 44. &
licet dicti fori odium liberorum
130 continere videantur, fauorabiles
tamen

tamen ſunt,& rationabiles dicũtur, propter parentum fauorem, quibus à iure naturali diuino debetur obſequium, & reuerentia, vt habetur in l.Decalogi,&tenet Menoch. lib.3. præſũp.29.n.15. pag. 198. Tum etiam reſpectu filiorum,& agnationis,& familiæ, qui fauor conſiſtit in conſeruatione bonorum, ne per diuiſionem de facili perirent,vt dicit Ioſeph. Seſſe d.deciſio.26.nu.33.fol.42. Ioſeph.Ludo.deciſ.Peruſ.21.nu. 45. & Decius conſ.331.Cabalinus Milleloq.106.Tũ etiam quia dicti fori reducunt nos ad ius antiquiſsimum,quo cautum,& diſpoſitum erat: *Quod vnuſquiſque*
131 *legaſſet, ita ius eſſet*. Et reuerſio ad ius antiquum fauorabilis eſt, cap. Ab exordio.35.diſtinct.Nauar. lib.5.conſil. tit. de priuileg. conſ.13.num.4.pag.207. Iaſ.in l. ſi vnus 28. §. pactus ne peteret, num.5.ff.de pact. & hiſce verbis fuit deciſum in Regia Audientia in cauſa ſucceſsionis hæreditatis egregij Don Eximeni Perez de Corella Comitis de Cocentayna cum ſententia publicata per Frãciſcum Paulum Alreus Regium Scribam mandati, die 30. Iunij 1611. in fauorem Don Hieronymi de Corella,& Mendoza,con-
132 tra Comitiſſam de la Puebla. Vnde facultas, & arbitrium quã, & quod habet pater per for. 51.52. & 54. rub. de teſtam. tollendi, & diminuendi legitimam,aliqua minima parte filio,vel filijs data, & relicta pro illorum legitima,eandem,& maiorem habet illo viuẽte in ipſis maritãdis,& dotandis, vt habetur in d.for.6. de dot.promiſ. & tenet Dominus meus Menoch. lib.2. conſ.168. num.9. &
133 21.fol. 379. Vbi dicit dotem, & legitimam minui poſſe per ſtatutum,dando vni ex filijs plus, alteri minus,vt de legitima eſt pluſquam notoriũ per dictos foros, licet legitima ipſa ſit certa à iure, vt dixi ſupra,ſi ergo minui poteſt in quantitate,ergo, & in tem-
134 pore, vt ante tempus legitimum non poſsit peti,vt notat Bar. in l. Titio centũ 70. §.Titio genero, num.6.ff.de condit. & demonſtr. & ſic nulla inter ipſos filios ſerua-
135 ta æqualitate: cum dos, & legitima ſit à iure, & conſuetudine Regni collata in ipſius patris arbi-
136 trium, & ordinationem,& in cõſtituenda, & aſsignanda dote nulla poſsit dari regula certa. Ea ratione, quia illa dotandi facultas regulatur ex qualitate perſonarũ, & numero filiorum, & facultatibus, & ex cõſuetudine regionis, ſiue patriæ, vt dixi ſupra nu. 61. & tenet Bald. lib.3. conſ.328. n.
137 3.verſ. Sufficit fol 91. Vbi dicit, nullo iure caueri,quod pater cogi poſsit dotes æquales offerre filiabus,Marc. Anton. Peregri.de-
138 ciſ.36.num.4 fol.69.Et ratio eſt, quia dos dicitur variabilis, cum ex circunſtantijs alteretur, vt dicit Peregrin. vbi ſupra. Nam, & quando maiores,&quando mino-

nores dotes conſtituuntur, aliquã do in bonis mobilibus, aliquando in pecunia, & aliquando in bonis ſtabilibus, ſeu immobilibus, vt dicit Ioſephus Ludou. deciſ. Peruſ. 99. num. 11. pag. 220. par. 2. Rola. de luc. dot. qu. ſt. 71. num. 6. pag. 224. Pariſ. lib. 3. cõſ. 26. num. 55. fol. 42.

Nec obſtat, quod Bald. & Socin. aſſerunt in l. Si ita legatum.
139 12. ff. de condi. & dem. parentes ſeruare debere æqualitatem inter filios: quia reſpõdetur, illud eſſe conſilium, non præceptum, & ſic dicit præceptor, & Domin' meus Ioan. Bap. Coſta de ſubſidiar. re-
140 med 65. num. 7. pag. 194. Filiam dotatã à patre in minori ſumma, quam alia, dotis adæquationem petere nõ poſſe: cum diuerſa poſſit eſſe conditio vnius, & alterius viri, vt dicit Bal. d. conſ. 328. n. 3. verſ. Sufficit ergo, Corne. conſ. 115. in fin. lib. 3. Ruinus conſ. 56. num. 9. in fin. & num. 10. lib. 3. Ac etiam variæ poſſunt concurrere cauſæ ad conſtituendam dotem inæqualem, vt tradit Pariſ. lib. 3. conſ. 26. num. 55.

Vnde in his dotibus conſtituẽdis attendi, & ſpectari debet con ſuetudo, vt dixi ſupra num. 68.
141 & 90. ſicuti etiã dicimus de moniali, cui non datur ſupplementũ congruæ dotis, ſi fuit data dos ſolita, quanuis ſit modica, & exiguà reſpectu quantitatis patrimonij, & dotium datarum alijs ſororibus nuptis, vt late Stepha. Gratia, in addit. ad deciſ. 40. num. 1. fol. mihi 17. Salicet. in auth. ſed quanuis. num. 4. verſ. Ad rationẽ, C. de rei vxo. Actio. Decius conſ. 26. num. 4. verſ. Si vero mulier, lib. 1. Card. Mant. in tract. de tacit. & ambig. tom. 1, lib. 12. tit. 21 nu. 30. pag. 715. Idem in lib. 11. tit. 18. num. 29. verſ. Sed contrariam opinionem fol. 308.

142 Ex quibus cõcludo, quod vbi pater officium ſuum exercuit, maritando, & dotando filiam, ad nihil amplius tenetur, eo viuo, & filia petere non poteſt ſupplemen-
143 tum, ea ratione: quia iſtud ius petendi ſupplemẽtum, patre viuente, eſt impeditum, & ſuſpenſum à futuro euẽtu, & ſic quouſque pater decedat: patet, quia lex, & fo-
144 rus diſponit, vt legitima debeatur filijs poſt mortem patris, l. 1. §. fin, verſ. Præmatura ff. de collatio. bonor. l. cum quo 56. §. vlti. ff. ad leg. Falcid. Menoch. lib. 3. præſumptio. 29. n. 105. fol. 305. Et tamen ſi pater hanc legis poteſtatem implet pro parte, dando in vita partem legitimæ filio, vel
145 filiæ, nihilominus filius, vel filia agit ad ſupplemẽtum, vt habetur in l. ſi quãdo 35. §. 1. l. ſcimus 36. §. repletionẽ C. de inoff. teſtam. Etiam ſi datum fuerit nomine dotis, l. omnino 30. l. quoniam nouella 29. C. eod. non tamen, patre viuente, dd. iurib. & in terminis eſt for. 50. §. fi. rub. de teſtam. lib. 6. foror. fol. 152. & for. 6. de dot. promiſ. lib. 5. foror. fol. 135.

Ad

146 Ad ſecundum reſpondeo,verum eſſe,quod ad officium patris ſpectat, filiam tã pauperem, quã diuitem maritare, dum in ipſius eſt poteſtate,à qua deſcendit neceſsitas dotandi,vt dixi ſupra nu. 117.ſed de iure Regni non reperitur diſpoſitum, quod pater viuens teneatur filiam nuptam illã dotare congrue, id eſt, vſque ad taxam legitimæ,ipſo viuente,niſi ad eius arbitrium, vt ſupra nu. 3. & nu. 50. in cuius arbitrio reperitur commiſſa taxa dotis, vt expreſſe cauetur per for. 6. de dot. promiſ. quinimo ex d. foro expreſſe colligitur, quod pater viuens, & filios maſculos habens, non poteſt cogi à filia habente bona propria, ex quibus dotari poſsit,eam dotare ex patrimonio paterno.

147 Nec minus tenetur pater de iure Cæſareo dotare filiam diuitem,vt tenet Bar.in l.mulier.§.cũ proponeretur, num.3.ff.ad Trebell.Couar.in 4. Decretal.2.par. cap.3.§.8.num.8.pag.34.fol.36. Puteus deciſ. 284. lib.1. Rolan.à Valle conſ. 24.num.10.verſ. Sed præmiſsis,lib.3. Fachin.controuerſ.iuris lib. 10. cap.38. colum. 1291.Alexand.in lib.4. conſ.33. fol.26.Paul. conſ.196.n.4. lib.1. Vbi dicit,non eſſe curandum, an filia nupta ſit dotata de bonis patris, vel matris, vel aliunde, ſed quod ſit dotata,& nupta,vt excludatur à petitione congruæ dotis, patre viuente: Idem tenet Matt. Matheſila.ſingul.105. tom.1.fol.

148 127. Vbi dicit, quod pater, qui maritauit filiam cum parua dote, non poteſt amplius cogi,ad ei dãdum aliquam dotem, cum quo concordat for. 6. de dot.promiſ. in illis verbis:*E haura ſon exouar*, Quæ verba idem important,ac ſi dixiſſet,ſi dotem aliunde habuerit,quam à patre, Roland.vbi ſupra num. 10. verſ. Sed præmiſsis non obſtantibus,vſque ad nu.13. fol.122. Farina. deciſ. ciuil.411. pag.mihi 250. Gaſp. Theſa.lib. 1 qq.foren. q.60.nu.13.Vbi dicit,

149 quod relictum à patre, & relictũ ab extraneo non differunt,quando filiæ relinquitur dos:maximè cum non impediatur ex hoc re-

150 greſſus ad bona paterna,eo decedente, Gratia.lib.2. diſcep.c.25. n.23.&lib.1.cap.15.à n.1.ad n.7. & Bar. in l. obligamur. 51. ff. de actio.& oblig. Menoc. lib. 1.cõſ. 95.num. 41. fol. 513. Vbi dicit, quod pater,dotando filiam,& maritando,non dicitur,ob id feciſſe, vt inde filia eſſet ab hæreditate excluſa, ſed quod fecit,vt obligationi legali ſatisfaceret,&ſic poſt quam exercuit officium ſuũ, ma-

151 ritando,& dotando filiam,nõ poteſt,eo viuẽte, cõueniri ad dandũ aliquid amplius,cũ nullũ ius cõpetat filiæ in bonis patris viuẽtis, d.l.1. §.ſi impuberi de colla. bonor. ſed contenta debet eſſe do te data, quouſque pater decedat, vt dixi ſupra num.43.& num.92. & 101.

Item

152 Item opinio in contrarium,intelligenda venit de dote aſsignata filiæ excluſæ à ſucceſsione paterna,vt dixi ſup.num.85. & patet ex ratione, in qua fundantur DD.contrariam tenentes opinionem, quæ eſt, quod legitima debetur tam diuiti, quam pauperi, in cuius locum ſuccedit dos, à qua legitima priuari non poteſt, ſed non loquitur de dote conſtituta per patrem,qui filiam maritauit,& dotauit,eo viuente,& nõ eſt excluſa, vt colligitur per d. for.de dot. promiſ.& ſic in neceſſariam conſequentiam eſt dicendum, quod poſtquam filia reperitur nupta, & dotata à patre, & non eſt excluſa ab eius ſucceſsione,non poteſt agere aduerſus patrem,eo viuente,vt illi augeat do-
153 tem,ſeu congruè dotet, cũ ceſſet cauſa obligationis, propter quã pater filiam dotare debebat,(ſcilicet vt facilius, & meliorem,ſeu ditiorem inueniat virum §. quia vero, ibi: *Ditiori nubere viro*, in auth.de æqual.dot.collat.7.& ne cogatur,in corpus ſuum peccare §.aliud quoque capitulum verſ. Si vero,in auth vt cum de appel-
154 la.cogno. colla.8. tit.12.& ſic ex iuſtis matrimonijs liberis hominibus mundũ repleant,l.1.ff.ſol. matrim.) & per cõſequens obligatio, vt in terminis noſtri caſus tenet expreſſe Bar.in l.obligamur 51.ff.de actio.& oblig.& Mathe-ſil d. ſing. 105. tom. 1. fol. 127. Alexand. lib.4. conſ.33. num. 2, fol.26. Andr.Gail. obſeruat.95. nu.7.lib.2.pag.344.

155 Ad tertium,ad id,quod dicitur,patrem teneri dare dotem filiæ nuptæ cum dote, vel abſque dote, reſpondeo non procedere de iure Regni, vt habetur in for. 6.de dot.promiſ. nec de conſuetudine patriæ probata in proceſſu. Et doctrinæ DD.in 3. fundamento allegatæ, procedunt in locis,vbi viget ſtatutum. Quod,ſtãtibus maſculis, filia dotata nõ ſuccdat,ſed quod debet dotari: vt in terminis tenet Mãtica in tract.de tacit.& ambig.tom.1. lib.12. tit. 26.n. 9. pag.mihi 692. Quia tũc pater etiam viuus tenetur filiã cõgrue dotare, vſque ad taxam legitimæ, vt dixi ſupra num. 73. ea ratione, quia reperitur excluſa à ſtatuto mandante dotari, quo in caſu dos debet eſſe ad taxam legitimæ,cum per ſtatutũ non poſſit priuari, vt ſupra dixi num. 74.
156 Non ſic de iure Regni, cum per eum non ſit, nec reperiatur excluſa à ſucceſsione patris propter dotem ab eo datam, cuius occaſione,licet fuerit maritata,& & non dotata, non poteſt petere dotem, patre viuo. Ea ratione,quia pater in vita nihil præſtare tenetur filijs, l. 1. §. fin. verſ.
157 Prætmatura ff.de colla.bono.Nec dos eſt debita filiæ ante 25. annũ l.ſi filiam 19. C. de inoff. teſtam.
158 Tum quia dum pater viuit, non cogitur integram legitimam dare:cum nullũ ius, nec ſpem probabi-

babilē habeat in legitima, Hypol. Rim. conſ. 446. n. 39. d. §. ſi impuberi. Tum quia dos, & legitima de iure Regni tota eſt in arbitrio patris collata, vt ſup. n. 125. cum nec debeatur, nec peti poſsit iure obligationis, nec actionis, ſed iudicis officio, & ſic ex æquitate, vt dixi ſup. n. 119. niſi in caſu, & quando pater recuſaret maritare filiā, & ſic eſſet deſidioſus, vt ſup. dixi n. 58. Vnde cū ſimus extra iſtos caſus, & pater de ipſorū filiæ, & generi voluntate, & cōſenſu maritauit filiā cum dote cōpetenti, & ampla, certū eſt, quod ſupplementū cōgruæ dotis petitū non debetur, cū taxa dotis ſit in arbitrio patris, & in ipſius iudicio, & prouidentia, vt dixi ſup. n. 38. de qua nō poteſt conqueri, patre viuo, ita foro Regni diſponente, & volente, & de conſuetudine legitimê probata, in proceſſu.

159 Ad quartum reſpondeo, quod ſtante for. 6. rub. de dot. prom. filia nupta, & dotata à patre non ſolū nō poteſt cogere patrē, ſed nec petere, vt de bonis ſuis augeat dotē, aut de nouo ſibi conſtituat, cum ſtandū ſit foro, & ſecundū illū iudicandū, & illo deficiente recurrēdum ad rationē naturalem, vt habetur in procem. for. cap. 1. §. fin. Et dixi ſup. n. 47. Tum quia DD. qui contrariū tenent, fundātur in illa ratione ſtatuti, videlicet quia excluſa à ſucceſsione patris, vel propter maſculos, vel quia mandat dotari, & non ſuccedere cum alijs fratribus, ſed de iure Regni per d. for. 6. non reperitur excluſa à ſucceſsione, nec à petitione ſupplementi legitimæ, niſi patre viuente, vt habetur in d. for. & in for. 50. §. fin. rub. de teſta. vnde cū ceſſet excluſio, quæ eſt cauſa petendi, ceſſare debet & petitio.

160 Ad quintum reſpondeo, quod licet per ſtatutū excludens filiam dotatam a ſucceſsione patris non excuſetur pater dare dotem congruam, ſeu ſupplemētū legitimæ, non alia ratione, quam quod ſit, & reperiatur excluſa, vt dixi nu. 40. & 41. tamen per for 6. rub. de dot. prom. filia dotata non eſt, nec reperitur excluſa à ſucceſsione patris, & ſic corruit quintum fundamentū in cōtrarium deductū, duabus de cauſis. Prima ſit, quia ita forus diſponit ad litterā, & ſufficit quod filia ſit nupta, & dotata à patre, vt ceſſet quæſtio incōpetētię, vt ſup. dixi nu. 40. & tenet Bald. lib. 3. conſ. 328. verſ. Maxime cū ſtatutum Piſanū fol. 92. Menoch. cōſ. 168 n. 4. verſ. Quinto, fol. 380 qui for. 6. licet durus videatur, obſeruandus tamen erit prout obſeruatur, & de eius obſeruātia probata cōſtat ex proceſſu, & non quidē eſt obſeruandus ex ſolo facto patris, ſed ex diſpoſitione fori, iūcta ipſa patris voluntate. Nam pater dotē filiæ cōſtituit, & forus iubet, quod filia ſit contenta de eo, quod datū erit à patre pro dote, & quod nihil amplius petere poſſit, poſtquam reſpectu quātitatis,

Tt & ſic

& ſic dotis cõgruæ, ſeu legitimæ
filiæ debitæ in bonis patris ius ſal
uũ,& illæſum remanet filiæ,patre
ipſo decedente,& nõ ante, vt ex-
preſſe cauetur in dictis duobus fo
ris 6.de dot. prom.& 50.§.fin.de
teſt. quod ius petendi forus ipſe
tollit temporaliter,ſed non perpe
tuo,& ſic referũtur ad tẽpus mor-
tis,vt notat Hieron. Gabriel lib.
2.conſ.7.num.5.fol.mihi.13.
161 Tum quia d.for.6.nõ vult gra-
uare partẽ viuẽtẽ ad amplius,quã
quod filiam maritet, cum dote ad
ei' arbitriũ, vt reſpublica implea
tur liberis hominibus, & ne coga
tur in corpus ſuũ peccare,vt dixi
162 ſup.n.153.in fin.& eſt ratio, quia
lex facili' grauát aliquẽ poſt mor
tẽ,quã oneret eũ in vita:probatur
ex eo,quod lex grauat patrẽ,quod
eo decedẽte, legitimã filio, etiam
diuiti,relinquat,quẽ tamẽ lex ipſa
nõ grauat in vita,l.1. §.ſi impube
ri in fi.ff.de colla.bonor.Frã.Bec.
cõſ.14.n.17.li.1.Guid.deciſ.486.
163 Quid quod iſta neceſſitas do-
tãdi tolli poteſt per legẽ,vt tenet
Ferdin. à Mencha. de ſucceſſio.
creatio.lib.2.requiſi.42.p.4.§.20
n.312.fol.mihi 591.vbi dicit,vale
re legẽ,vt pater inuitus nõ tenea-
tur filiã dotare, ſicuti dicimus de
legitima taxata in Auth. nouiſſi-
ma C.de inoff. teſta. & in for. *Lo*
164 *pare* 49. rub. de teſtam. Quæ per
ſtatutũ,& cõſuetudinẽ minui,mo
derari,& reſtringi poteſt. Et licet
iura ſanguinis, & agnationis non
poſſint in totũ tolli,vt eſt tex.in l.
Raynutius 16.in gloſ. ſecũdũ To
ſcanæ conſuetudinẽ , & ibi DD.
extra de teſta.Carpa.in Cõſtit. Me
diolan.in c.278.n.117.vol.1.pag.
165 511.& legitima dicatur iure natu
rali deberi, c.ſi pater de teſtam.in
166 6.quantitas tamẽ eſt taxata à iure
ciuili,olim enim erat quarta, ho-
die eſt triens,vel ſemis, ſecundum
numerũ liberorũ,d.Auth. nouiſſi
167 ma.& ſic diminui poteſt per ſtatu
tum in tẽpore,& quãtitate,Card.
Mantica de tacit.& ambig.lib.12.
168 tit.22.n.12.pag.717.tom.1.in qua
legitima pater ipſe habet faculta
tẽ liberam imponẽdi grauamẽ, &
filius grauatus nõ poteſt querela-
re,nec agere ad ſupplemẽtũ legi-
timæ,& neque ad alimẽta, nec mi
nus quod tale onus, ſeu grauamẽ
impoſitum in legitima reijciatur,
ſed cõtentus eſſe debet parte ſibi
aſſignata , & data pro legitima,
licet minima , vt habetur de iure
Regni per for.51.52. & 54. rub.
de teſtam.lib.6.fororũ. Idq; totũ
169 in fauorẽ parentum, vt filij ſint in
obſequio patris,vt dixi ſup.n.130
Vnde eandẽ facultatẽ,quam habet
pater,eo decedẽte,tollẽdi,& dimi
nuẽdi legitimã filijs, eandẽ, & ma
iorẽ habet, illo viuẽte, in ipſis do
tandis cũ dote,& abſq; dote, tam
de iure Regni,per d.for.6.de dot.
prom.quã de conſuetudine totius
Regni, & ſignanter per obſeruã-
tiam dictæ ciuitatis Oriolæ in pro
ceſſu legitimè probatam , vt dixi
ſup.n.132.quæ conſuetudo,& ob
ſeruantia ciuitatis,ſeu regionis in
conſti-

cōſtituenda dote,magis debet attendi,& ſpectari,quã quantitas patrimonij,& legitimæ, ea ratione, quia dos,licet ſit minor legitima, congrua dici poteſt,ſi moribus recepta ſit,vt dixi ſup.n.71.& ſeqq. Et ſicut neceſsitas dotandi tolli poteſt per legē,& ſtatutũ, vt ſup. n.163.ſic enim per conſuetudinē, vt ſup. n.164. & per pactũ minui & tolli poteſt dos, vt ſup. n.133.
170 Ea ratione,quia quod fieri poteſt per ſtatutũ, fieri poteſt per pactũ, gloſ.ſing.ad rub.de decretis Decurio.lib.10.Cod.& ibi Ioan.Pla
171 tea. Sed per pactũ matrimoniale, quod eſt teſtamētum,& per illud poteſt prouideri deſcendētibus, & ex eo ipſo vocari poſſunt,vt tenet Capella Toloſ.q. 453. nu.4. verſ. Ego ſæpe numero. Fieri poteſt,quod ſpōſus,& filia ſint cōtēti dote aſsignata,licet parua,& minori legitima, & quod nihil am-
172 plius petere poſsint:ergo,&c.ſed tempore tractatus, & ortus matrimonij,ac etiam tēpore publicationis inſtrumēti donationis fuit cōuētũ,& pactatũ, quod maritus,& filia fuiſſent cōtenti dote legata à matre,& aſsignata per patrē,teſte proceſſu: ergo ſtãdũ eſt pacto,cui
173 ius non reſiſtit, ſed aſsiſtit, vt eſt videre per for.6. de dot. prom.

Ad ſextũ reſpondeo,quod tũc
174 eſt conſtituenda dos iuxta dignitatem nataliũ, & iuxta facultates patrimonij dotantis, quando dos eſt incerta, & dubitatur, in quo dos eſt cōſtituenda, vt dixi ſupra n.60.vel quando pater recuſat filiã dotare,& maritare,vt dixi ſup. n.58. vel quando curator adultæ ſe dotanti conſenſum præſtare debet, tunc iudicis officio taxatur dos, ſeruatis requiſitis,de quibus ſup.n.60.vt dicit Marian. Socin. vol.3.conſ.72. nu.8. fol.110.

Sed quando dos reputatur aliter cōſtituta à patre in certa quatitate,vel in certis rebus,tunc nō obſtat dicere,quod debet cōſtitui ſecundũ dignitatem nataliũ,vt ex preſſe tenet Ioan. Annibal in repet.rub.ff.ſol.mat.n.493. lib.3.repet.Iur. Ciuil. fol. mihi. 33. Sed tunc tali conſtitutioni ſtandũ eſt, & non eſt mouēda quæſtio de incōpetentia,nec filia poteſt cōqueri,quod incongrue,ſeu indiſcretè fuerit dotata, de quo caſu loquitur Menoch.lib.2.cōſ.168. n.14. fol.380.& dixi ſup.n.2.ſed tantũ debet attēdi, quid fuit promiſsũ, & quod illud præſtetur, ita tenet Maria.Soci.d.conſ.72.n.8.vol.3. fol.11.qui dicit, veriſsimã,& indubitatã eſſe iuris concluſionem, maximè,ſtãte foro Regni, & per obſeruantiã immemorialē approbato,ac etiã ſtãte cōſenſu filiæ, & generi in ipſa dotis cōſtitutione, quo in caſu querelare nō poſſunt, vt tenet P.Barboſ.in repet. l.1.4. p.n.2.ff.eod.&ratio ſit,quia cũ acceptauerit ſemel dotē ſibi cōſtitutã, amplius reprobare nō poteſt, vt in terminis tenet Franc. Beccius lib.2.conſ.223.n.40. Carol. Ant.Pute.d.ſuo conſ. vnico in fi.

lib. 1. Sfortia Odd*. n. 62. fol. 325.

175 Nec iuuatur filia dicens mino rē eſſe tēpore conſtitutionis, quia reſpōdetur, quod per talem dotis conſtitutionem nō poteſt dici læſa, quia pater id facit, iure, & foro permittente, & ſatis congrua dici tur dos, quā pater filię cōſtituit, vt ex multis tenet Dñs meus Iacob. Menoch. lib. 1. conſ. 6. n. 22. tum quia non valet conſiderari læſio, vbi per talē dotis cōſtitutionem non reperitur excluſa à ſucceſsio ne patris, quæ eſt ratio, quæ pote rat mouere ad petendum ſupplementum legitimæ, ſeu cōgruæ do tis, quod ius tunc naſcitur, cū pa ter moritur, d. for. 50. §. fin. de te ſtam. & tenet Pariſ. conſ. 26. n. 91. lib. 3. & dixi ſup. num. 17.

176 Vlterius ſi læſa, vbi dolus pa tris? vbi facilitas filiæ, & generi, ſeu mariti illius? vbi damnū ſecu tū? allegans enim læſionē dolū, & damnū, & facilitate ſua circundu ctā, probare tenetur, cum quid fa cti ſit, & pater habeat pro ſe iuris præ ſumptionē, Fran. Beccius lib. 2. conſ. 225. nu. 7. Paul. conſ 404. nu. 1. verſ. Et ſic nō habeat locum lib. 2. Dec. conſ. 26. & conſ. 35. in fi. lib. 1. & ex prædictis non datur, nec conſideratur læſio, vt dicit Pa ris, d. conſ. 26. à nu. 31. lib. 3. fol. 44. nec quod fuerit dotata de bo nis matris, & non paternis, poteſt dici læſa, cum non ſit, nec reperia tur excluſa ab ipſius patris ſucceſ ſione, & pater ſit viuus, & dos nō debeatur ante 25. annū; tum quia dum pater viuit non cogitur inte grā legitimam dare, cū nullum ius nec ſpem probabilem habeat filia in legitima, vt dixi ſup. n. 158. & cum læſio præſupponat competē tiam iuris, quod non cōſideramus

177 competere, nec actu, nec in poten tia propinqua, & probabili, cum in dubijs, & incertis læſio ceſſet, Oſaſc. Cacher. deciſ. 91. n. 9. ideo illa ceſſante, ceſſare debet, & læſio nis nomen, Capol. conſ. 17. Caro lus Ant. Put. d. conſ. vnico nu. 57. Crauet. conſ. 11. n. 10. & cōſ. 647. num. 11. verſ. Vnde læſio. vol.

178 Ad ſeptimū reſpondeo, veriſsi mā eſſe illam iuris cōcluſionē, ſed procedere in terris, & locis, vbi vi get ſtatutū excludens filiā dotatā à ſucceſsione patris, ſed in noſtro hoc Regno filia dotata, & marita ta cū parua quātitate, patre viuē te, nō poteſt petere ſupplementū cōgruæ dotis, nec quid aliud quā quod fuit datum, ſeu promiſſum tempore cōtractus matrimonij, vt præſtetur, vt habetur in for. 6. de dot. prom. & dicit Carol. Anton. Put. d. ſuo vni. conſ. inſerto in fin. lib. 1. conſ. Sfortiæ Oddi fol. 325. nu. 62. Maria. Soci. lib. 3. conſ. 72. nu. 8. & ſeqq. fol. 110. eo maxime cum nō reperiatur excluſa à ſuc ceſsione patris, & ſic non poteſt dici læſa, cū ius ſucceſsionis ad bona paterna, & ad ſupplementū legitimæ ſit ſaluum, & illæſum, patre decedente, & ſic impeditum tantū, & ſuſpenſum à futuro euentu, vt dixi ſup. nu. 143. & vbi

læſio

læſio non eſt,nec conſiderari poteſt,iudicis officium,& illius arbitriũ non cadit,cũ veniat in ſubſidium,patre recuſante,& nollente dotare,vt ſupra dixi à nu. 58. ſed poſtquam pater exercuit officiũ ſuum,filiã maritando,& dotando ad illius arbitrium,iuxta forũ, & obſeruantiam loci,tunc licet dos aſsignata ſit minor legitima, filia conqueri nõ poteſt de patre, nec ſupplemẽtũ petere,quouſq; decedat,iuxta for.50.§. fin.de teſtam.

179 Quid.quod filia ipſa ſatis congrue dicitur dotata à patre,poſtquam eidẽ, & marito aſsignauit quatuor mille, & centum libras, quę dos,& re,& nomine,& abſq; aliqua dubitatione dicitur maxima,& pro Comitiſſa ſufficienti, vt de dote mille tantũ libr. dicit And.Alcia.conſ.252.nu.5.in fin. fol.mihi 191.Philp.Dec.cõſ.26. n.3.lib.1.Ioan.Bapt.Ferret.conſ. 234.Quæritur. nu.8.vol.2. Bald. cõſ.223.n.22.Tiber.Decia.lib.1. conſ.6.nu.54. & ſeqq. Ioan.Cæphal.lib.5.conſ.668. nu. 25.pag. 236.Fran.Burſa.lib.2. conſ.223. nu.18.fol.356.Lau.Silua conſ.2. n.39.fol.26.& ita tenet, & refert fuiſſe deciſum in R. A. Apuli. in anno 1584. Franc. Viuius deciſ. 260.num.4.lib. 2.pag.349.

Nec ex eo quod 4000.lib.cõſtitutæ in dotẽ per patrem fuerũt de bonis matris profectæ, poteſt filia dicere,quod non fuit cõpetẽter dotata,ex eo quod 100.libræ, quas dedit pater de bonis ſuis,nõ eſt dos cõpetens,attenta qualitate ipſius filiæ, & mariti. Nam reſpõdeo,quod reincidimus in idẽ, &petimus principia;dos enim integra, & cõgrua non eſt debita à patre filiæ ante 25.ann. vt ſup. n. 59.& pater maritans filiã,non tenetur congruã dotem dare,eo viuo,ſed ad eius arbitrium,d.for.6. de dot.prom.& ſupplementũ cõgruæ dotis petere non poteſt,niſi poſt obitũ patris, vt expreſſe cauetur per for.50.§.fin. de teſtam. vt ſup. dixi n.7. & poſtquã pater filiam maritauit,& dotauit,cauſa dotis conſtituendæ, & illã augendi,ceſſare debet,vt expreſſe cauetur, & eſt diſpoſitũ per for. 6. de dot.promiſ.& tenet Bar.in l.obligamur 51.ff.de actio. & oblig. & Iacob.Thoming. deciſ.29. n.14. pag.342.Decia.lib.1.cõſ.6.n.65.

180 fol.53.Pręſertim cũ filia,& gener tempore ortus,& tractatus matrimonij,& donationis factæ,ſcientes,& prudentes cõſenſum accommodaſſent donationi factæ, vnde conqueri nõ poſſunt de iniquitate,neque de iniuria,cũ ſcienti, & volenti,nec dolus,nec iniuria, neque iniquitas inferatur,ita Iacob. Thoming.deciſ.29.n.32.p.350.

181 Ex quibus omnibus cõcludo, nullum ius,nullãq; actionem cõpetere filiæ nuptæ, & dotatæ aduerſus patrẽ viuentẽ, ad petendũ ſupplementum congruæ dotis, ſeu legitimæ,petitionemq; prædictam præmaturam fuiſſe, & eſſe, & cõdemnationem ſecutam, & à

iudice factã augendæ ad eius arbitrium (per petitionē ſupplemēti) dotē datam, nimis iniuſtam, iniquam, & nullã, tanquam cōtra foros Regni, & cauſa non plenè diſcuſſa, & in conſequentiam nō ſolum abſoluendũ fore, & eſſe patrē ab iniuſta filiæ petitione, ſed & ſolemni iudicio iubendum fore, & eſſe dictæ filię veniam temerariæ litis, & importunæ flagitationis à patre deprecari, prout
112 prouiſum, iudicatum, & deciſum fuit in caſu conſimili in Senatu Franciæ die 19. Decemb. 1583. atteſtante Rober. Aurelio lib. 5. rerum iudicatar. cap. 6. in fin. pag. mihi 625.

IVRIS ALLEGATIO IN CAVSA SVPPLICATIONIS INTERPOSITÆ

per Don Hieronymum Rocamora, à ſententia lata in Regia Audientia Valentina.

CONTRA.

IPSVM, ET IN FAVOREM DOMNÆ *Annæ eius filiæ.*

POST modũ Regia Audien. Valent. cum ſententia publicata die 1. Decēb. 1617. condemnauit patrem ad dandũ, & ſoluendum d. D. Annę 1500. libras, in ſupplementũ legitimæ, ſeu congruæ dotis: hoc ſumpto motiuo, videlicet, quod vbi adeſt ſtatutũ, ſeu lex municipalis, quod filia debet eſſe contenta dote à patre data, vel promiſſa, & non poteſt plus petere, prout cauetur foro 6. de dotis promiſ. in viam iuris debet reſtringi, & declarari, niſi dos, ſit minima, & exceſſus in legitima maximus, & læſio enormiſſima. Valens exinde inferre, quod per for. 6. de dot. promiſ. filia nupta, & dotata à patre eſt excluſa ab hæreditate, & ſucceſsione patris dotantis; & per conſequens poteſt petere ſupplementũ legitimę, etiam viuente patre. Et hoc eã ratione ducti videlicet, quia dos iſtò in caſu aſsignatur loco legitimæ portionis, quã habitura erat filia à patre, illo decedente ab inteſtato. Et quia vbi agitur de excluſione filiæ à ſucceſsione patris, tunc in recompenſationem excluſionis, filia ipſa habet facultatem petendi ſupplementum legitimę, ſeu congruæ dotis, caſu quo dos data fuiſſet tenuiſsima, & ſic remaneret enormiſsimè læſa in legitima, vt notant communiter DD. relati per Menoch. lib. 2. de arbitr. iud. caſ. 149. n. 15. vbi recenſet diuerſa ſtatuta Italiæ, excludentia filias dotatas à ſucceſsione patris dotãtis, Ioſeph. Lud. deciſ. Peru. 21. à n. 53. Grãm. deciſ. 101. ſtatim in prin.

in prin.& á n.16.ad 30.Fr.Burſa. lib.2.cóſ.225.n.6.M.Ant.Pereg. deciſ.3.n.5.& nouiſsime Fr. Car din.Mátic.de tacit.& ambig. cõ-uen.li.12.tit.23.a n.11.vſq; ad fi.

Sed ſic eſt, quod per dict.forũ 6.de dot.promiſ. nec per alios fo ros Regni filia nupta, & dotata à patre,non reperitur excluſa à pa-tris dotantis ſucceſsione, & ſic à legitima. Ergo dictum motiuum, in quo dicta Regia ſententia fun-datur,nõ eſt ſubſiſtens,ſed contra diſpoſitionẽ dicti fori: & per cõ-ſequens dicta Regia ſententia ve nit reuocanda, vti lata contra iu-ra Regni.

Minor probatur,hoc argumẽ-to,videlicet is,qui non eſt exclu-ſus à petitione legitimæ, ſeu ab eius ſupplemento,dici nõ poteſt in ſucceſsibilis, ſeu exclus᷑ à ſuc ceſsione inteſtati,vt tenet Bal. in l.maximum vitium 4.n.31.C. de liber.præteri. Corn. lib. 3. conſ. 100. n.3.ſed per dictũ for.6.in §. *E ſi lo pare.*expreſſe cauetur,quod patre decedente ab inteſtato,filia nupta,& dotata poteſt petere ſup plemẽtum legitimæ,vt eſt videre per illa verba. *Entro q̃ haja ab lo exouar,enſemps cõpliment de ſa legiti ma*,&ad hoc,vt quis de iure habe re poſsit legitimam,neceſſario re quiritur,vt poſsit ab inteſtato ſuc cedere,vt dicit Hieron. Gabriel. lib.2.conſ.24.n.20. cum ſeqq. Al ba.con.7.n.3.& conſ.23. num.1. Marta deciſ.23. nu.9.& Bald.vbi ſupra.Ergo dici nõ poteſt in ſuc-ceſsibilis, & excluſa à patris do-tantis ſucceſsione : cum talis filia dotata à patre ſit ſucceſsibilis, & petere poſsit legitimã,& eius ſup plementum, quæ eſt portio eius, in quo quis eſt ſucceſſurus ab in-teſtato, l.parẽtibus 8.C.de inoffi. teſtam.

Conſequẽs probatur per for. 7.eod.tit.de dot.promiſ. qui fuit conditus ad declarationẽ d.for.6. vbi expreſſè diſponit, quod filia nupta,&dotata etiam facta vidua, veniat,& venire poſsit ad ſucceſ-ſionem patris,ſeu matris.Idẽ pro batur per for.2. titu. de collatio. bonor.vbi cauetur, quod filia do tata poſsit venire ad ſucceſsionẽ patris inteſtati,conferendo, quæ habuit à patre, ſed ei.cui ſucceſ-ſio abinteſtato defertur,competit legitima ex vi correlationis,vt di cit Vincen.Hond.lib.1. conſ.10. n.20.Alex.lib.7.conſ.3.nu. 10.& ſeqq.& conſ.168.nu.2. 4. 5.& 7. lib.eod.7. Ange. conſ.105. inci-pit:ſtatuto cauetur,num.4. in fin. Cæphal.lib.1.conſ.5.nu.42. Cra uet.conſ.765.à nu.1.tom.5.Tum etiam quia vt dicit Angel. conſ. 105.n.7.in fin.Quod cui nihil eſt ſua legitima,nullum cadit ſupple mentum legitimæ: ergo filia dota ta nõ eſt, nec dici poteſt excluſa, cum nec ei denegetur ſucceſsio abinteſtato,vt per dictos foros ſu pra allegatos notorie conſtat,nec petitio ſupplemẽti legitimæ,etiã in caſu præteritionis, vt habetur in for.50. §.fin. tit.de teſtam. ibi:

Digitized by Google

Que hy faça mencio de la filla q̄ sera maridada, axi que li jaquesque alcuna coſa oltra lo exouar, enaxique almenys haja ſa legitima. Ergo motiuum dictæ Regiæ ſententiæ nō eſt ſubſiſtens: cum filia dotata à patre non reperiatur excluſa per leges, ſeu foros Regni à ſucceſsione, ſeu hæreditate patris dotātis, quod præſupponit dicta Regia ſētentia, quæ tanquam fundans ſe in lege, ſeu ſtatuto excludente filiam dotatam à patris ſucceſsione, venit annullanda, ſeu reuocanda, vt dixi late in reſponſo ad dubium ſecundum num. 13. cum multis alijs; & declarat Vincentius Hondedeus lib. 1. conſ. 10. num. 22. pag. mihi 81.

Ex quibus luce clarius conſtat, illud aliud motiuum, in quo Regia Audientia fundatur dicēs: Quod dos centum libr. per patrem data de bonis ſuis fuit minima, & exceſſus in legitima maximus, & læſio enormiſsima nō eſt ſubſiſtens, nec conſiderabilis, ad condemnandum patrem viuentem, quod filiam iam nuptam, & dotatam illam congruè doter, vſque ad taxam legitimæ. Sit ratio, quia vbi non damus excluſionē, nec præteritionem, nec exhæredationem, nec renuntiationem iuris ſuccedendi, læſio, & exceſſus in legitima non valet conſiderari: cum illud ſit ſaluum vſque ad tempus mortis patris; & ſic in calculanda legitima tempus mortis conſideratur, l. cum quæritur, 6. C. de inoffi. teſta à quo tempore excluſio initium ſumit, cum antea non reperiatur, vt dixi in primo reſponſo ad dubium ſecū dum à num. 16. ad 19. pag. 640. & 641. etſi, & vbi ante mortem, & ſic eo viuo teneretur, & compelli poſſet pater dare filiæ legitimam, ſeu dotem congruam, eſſet periniquum, bonis proprijs priuari, & ſpoliari, vt dicit Ioſeph. de Ruſticis, in tractat. An & quādo liberi in conditio. poſsit. lib. 1. cap. 1. num. 19. fol. 4.

Et exinde tolleretur patri libera diſponendi facultas de bonis ſuis, per foros ei conceſſa, vt videre licet per for. 51. & 52. rub. de teſtam.

Denique ſi daremus, quod filia dotata a patre, & de ipſius filiæ, ac patris voluntate, & cōſenſu nupta cum viro ſibi condigno poſſet agere ad ſupplementum legitimæ, ſeu congruæ dotis aduerſus patrem viuentem, ſequerētur inde rixæ, & odia inter patrem, & filios, & lites infinitæ, ex quibus multa damna, & ſcandala quotidie naſci, & oriri videmus, & ſic turbari pax in populo, & totum ipſum Regnū litibus in controuerſijs deſtrui, & obrui.

Ex quibus omnibus, & alijs deductis in primo reſponſo dato ad præſens dubium dicta Regia ſententia venit annullanda, ſeu retractanda, & in conſequentiam don Hieronymus Rocamora abſoluendus à dicta petitione ſupple-

plementi congruæ dotis, ſeu legitimæ, cum condemnatione expenſarum, ex quo ſententia reuocanda venit ex eiſdem actis, quo in caſu obtinens pro ſe ſententiam in prima inſtantia non excuſatur à condemnatione expenſarum, prout fuit deciſum in Rota, atteſtante Verallo Caputaq. deciſ. 179. p. 1. fol. 40. & deciſ. 142. par. 3. fol. 31.

Et cauſa ſupplicationis concluſa, & ſalario ſententiæ depoſito, & parte citata ad audiendam ſententiam fuit per partes allegatũ, cauſam fuiſſe per tranſactionem ſopitam, & ſic non eſſe proferendam ſententiam. Vnde S.C. inclinabat in fauorem patris cõtra filiã, non poſſe agi ad ſupplementum congruæ dotis, patre viuente, ex quo non erat per leges, ſeu foros Regni excluſa ab eius ſucceſſione, & hæreditate, nec à ſupplemento legitimæ, ipſo patre dotante defuncto, cum teſtamento, ſeu ab inteſtato.

DECISIO CCXI.

DE POSITIONIBVS, & articulis, & quid importet clauſula: non ſe aſtringens, &c.

Reſponſiones quando fieri debeant ante copiam, & quando poſt copiam, & quando per procuratorem, & quando per principalem perſonaliter: maxime ſi diſtat à loco iudicij, & quando facit partem in cauſa vniuerſitas, quæ perſonæ ex illa reſpondere teneantur.

1 *CLAVSVLA: dicit, & ponit, & probare intendit, non ſe aſtringens &c. adijcitur in primo capitulo ſcripturæ poſitionum, & articulorum.*

2 *Poſitio eſt pars intentionis continens id, ſuper quo quis patit ab aduerſario reſponderi, vt releuetur ab onere probandi.*

3 *Articulus fit per verbum, probare intendit, reſpicitque probationes faciendas per teſtes, vel ſcripturas.*

4 *Poſitiones prius fieri debent, & ad eas probandas datur vnus terminus: deinde datur alius terminus ad producendum articulos: ad vitandum tamen circuitum hodie ſimul poſitiones, & articuli concipiuntur, num. 5.*

6 *Capitulum eſt nomen generale, & comprehendit poſitionem, & articulum.*

7 *Articuli capitula appellantur, & in Regno ſcriptura capitulorum appellatur, quæ continet poſitiones, & articulos.*

8 *Clauſula: non ſe aſtringens &c. continet, quod non ſe aſtringit ad probandum, niſi quæ ſufficiant ad victoriam cauſæ, & non tenetur probare tunc qualitatem deductã in libello, num. 10.*

9 *Actor videtur in dubio ſe aſtringere ad probandum omnia ſimul coniunctim deducta in libello, qui-*

bus non probatis, ſuccumbere debet, niſi de contraria voluntate agentis appareat, & de hac appares, adijciendo clauſulam: non ſe aſtringens &c.

11 Qualitas deducta in libello ſi non probetur, quanuis probatum fuerit factum, ſuccumbet actor, niſi adijciat clauſulam: non ſe aſtringens &c.

12 Reſponſiones exigi debent ab his, qui faciunt partem in cauſa, & qui non faciunt partem, reſpondere non tenentur num. 14.

13 L. 3. tit. 2 par. 5. diſponit, reſpõſiones exigi debere ab his, qui faciunt partem in cauſa, & de eius materia per totam deciſionem.

15 Ceſſionarius tenetur procurare reſponſionem cedentis.

16 Cedentis confeſſio quando noceat ceſſionario.

17 Reſponſiones poſſunt fieri per procuratorem habentem ſpeciale mandatum fallit num. 18. & 19.

18 Reſponſiones fieri debent per principalem, & non per procuratorem, in partibus, in quibus eſt diſpoſitũ, vt principalis reſpondere teneatur, vt Sabaudia, Neapoli, & Valentiæ, & num. 19.

19 Forus 4. de iuramen. calum. diſponit, principalem perſonaliter teneri reſpondere, quando eſt intra terminum ciuitatis, oppidi, vel loci, vbi litigatur, & de eius materia in hac deciſione.

20 Principalis melius de cauſa propria, quam procurator cenſetur inſtructus.

21 Reſponſiones regulatè fieri, mandari ſolet, & quid ſignificet hoc verbum, regulate, n. 23.

22 Reſponſiones ante quam fiant, an danda ſit copia poſitionum, ad partes pertractat Lucas de penna.

23 Reſponſiones fieri debent ante copiam in concernentibus factum proprium, & de recenti per eos, qui adhuc non ſunt ſeptuagenarij.

24 Reſpondere quis tantum tenetur poſt copiam, quanuis interrogetur de facto proprio, ſi elapſum ſit decennium.

25 Obliuio præſumitur per decenniũ, & ita fuit deciſũ in Rota Rom. num. 26.

27 Reſpondere quis non tenetur ante copiam, quando interrogatur de facto alieno.

28 Interrogato de facto alieno tẽpus ad deliberandum dari debet, antequam reſpondeat.

29 Septuagenarij, etiam ſi interrogentur de facto proprio, & de recenti, non tenentur reſpondere ante copiam.

30 Obliuioſa eſt ſenectus.

31 Factum de quo in hac deciſione.

32 Forus finalis verſ. Mas ſi fera, de in ius vocan. diſponens, vt in cauſa vertenti contra vniuerſitatem poſſint exigi reſponſiones ab aliquibus de vniuerſitate, non intelligitur de ſingularibus perſonis, ſed de his, per quos dicta vniuerſitas regitur, & repræſentatur: & ita fuit declaratum cum Regijs prouiſionibus. num. 34.

33 Reſpondere poſitionibus, & iuramen-

ramētum calumniæ præſtare in cau ſa vertenti cum vniuerſitate, tantum tenētur hi, per quos dicta vniuerſitas regitur, & repreſentatur, & nuni. 34.

35 *Dilatio parti aſsignata non currit, donec per aduerſarium non reſpondetur poſitionibus.*

36 *Dilatio ne currat, factis reſponſionibus, donec pars, quæ eas exigit, earum copiam habeat cum apparatu, iniquum videtur.*

37 *Reſponſiones iuxta forum 4. de iuramen. calumniæ faciēdæ ſunt à parte perſonaliter, quando eſt præſens: tamē ſi ſit abſens abſque fraude, poſſunt fieri per procuratorem legitimè inſtructum, & ſi iudici videbitur, pars etiam abſens perſonaliter reſpondere tenetur.*

38 *Reſponſiones perſonales, curare debet iudex, ne petantur malitioſe à parte abſente, & ſi ſibi viſum fuerit, ſolo animo differendi peti, non debet præcipere, vt principalis perſonaliter reſpondeat.*

39 *Reſponſiones perſonaliter fieri per partem abſentem à Regno, aliquando mandauit Regia Audientia.*

IN ſcriptura capitulorum, hoc eſt poſitionū, & articulorū, deducitur factū, ad quod probādū exigūtur à parte reſpōſiones,
1 & teſtes examinantur, adijciendo hanc clauſulam in primo capitulo. *Primo dicit, & ponit, quod probare intendit, nō ſe aſtringens &c.* & deinde in ſecundo, & in ſingulis alijs ſequentibus dicitur. *Item dicit, vt ſupra*: virtualiter dicēdo, item dicit, & ponit, quod probare intendit non ſe aſtringens &c. quæ verba obiter in hac deciſione viſum fuit explicare, in gratiā Iuriſconſultorum iuniorum. Apponuntur in primis illa verba, *dicit, & ponit, & probare intendit*, ad diſtinguendum articulos à poſitionibus: nam, vt inquit Marant. in praxi, tit. de poſitio. nu. 1. & 2. Paz in praxi, part. 1. primi tomi, 8. tempore, num. 106. cum
2 ſeqq. fol. 58. poſitio eſt pars intētionis continens id, ſuper quo quis petit, ab aduerſario reſpondere, ſecundum Bald. in l. generaliter, §. ſed iuramento C. de rebus creditis: vnde poſitio reſpicit ſolam confeſsionem partis aduerſæ, & fit per verbum, *ponit*, ad effectum vt ponens releuetur ab onere probandi, ſi pars aduerſa confiteatur, iuxta text. in cap. 1. de confeſsis in 6. Speculator in tit. de poſitionibus, §. 2. & differt
3 ab articulo: quia articulis fit per verbum, *probare intendit*, reſpicit que probationes faciendas per teſtes, vel ſcripturas, in caſu quo
4 poſitiones negentur: vnde ordo eſt, vt prius fiant poſitiones, & ad eas producendas detur vnus terminus, & deinde detur terminus ad producendos articulos, ſecundum Cardin. in Clementina ſæpe, §. & quia in q. 6. & 7. de verb. ſigni. & Bald. in l. 2. §. quod obſeruari circa finē C. de iur. iurati.

propter

propter calumniam dãdo, & probatur ex his, quæ tradit Speculator in titulo de teſte; §.nunc vidẽdum, col. 1. & colligitur ex verbis Alex. in l. inter ſtipulantem
5 ff.de verb.oblig. Nihilominus tamen, vt circuitus euitetur, & breuius cauſa expediatur, iam hodie praxis recipit, quod ſimul articuli, & poſitiones concipiantur, vt ſi pars confiteatur articulos, ſuccedant loco poſitionum, ſi vero neget, tunc ſuccedant loco articulorum, vt ſuper eis teſtes examinari poſsint, ſecundum Cardinal. in dicto §. & quia, & ſubiungit Maranta in dicto tit. de po
6 ſitione nu.6.pag.mihi 342. quod capitulum eſt nomen magis generale, & comprehendit vtrumque, ſcilicet poſitionem, & articulum, vt tenet Bald. in l. generaliter, §. ſe iuramento. C.de reb.cred. vbi dicit, quod terminus datus ad capitulandum cenſetur datus ad ponendum, & articulandum; ſed terminus datus ad ponendum nõ cenſetur datus ad articulandum, nec contrà, & ita vt plurimum in
7 iure articuli vocantur capitula, vt dicit tex. & Abb. in cap. per tuas col.final. de teſt. & ita in noſtro Valẽtiæ Regno appellamus ſcripturam capitulorum, quę cõtinet poſitiones, & articulos. Et
8 adijcitur illa clauſula in dictis capitulis; *Nõ ſe aſtringens &c.* quæ continet verba relata per Specul. in ſpeculo iuris, lib.4. tit. de libellorum conceptio.§.15.ſiue final.num.15.fol.35. ibi: *Quod me non aſtringo ad omnia, & ſingula in libello contenta probanda, ſed ad ea tantum, quæ ſufficiant ad victoriam cauſæ*, ſiue vt explicat Aſinius in praxi §.32.in 63.ampliat. n.3.fol.207. *Non ſe aſtringens ad probandum niſi ea, quæ ad obtinendã victoriam ſufficiunt*, cap. licet cauſam 19. de probat. ibi: *Quia non probauit illud, ad quod probandum eorum ſyndicus ſe aſtrinxit*, & ibi: gloſ.in verbo, *ſe aſtrinxit*, inquit, *ſic videtur, quod ſi aliquis ſe aſtringat ad duo probanda, quorum alterum per ſe ſufficeret, quod tunc non ſufficit probare vnum, niſi impleuerit intentionem ſuam, ad quam ſe obligauit*, l. fin. C. de rei vendic. ibi: *Non niſi ſuam intentionem impleuti*, cap. cum Eccleſia Sutrina ex. de cauſa poſſeſſ. & propriet. & vt inquit Ferrar.in pract.Papien. in ſuma libelli in actione reali, verbo, *Non ſe aſtringens ad probãdum*, hæc clauſula valde vtilis eſt,
9 quia quando proponuntur plura in libello tendentia ad probandum illud, quod principaliter videtur actor in dubio ſe aſtringere ad probandum omnia ſimul cõiunctim, quibus non probatis, ſuccumbere debet, vt ait Ioan. Andr.in c. licet cauſam de probatio. & notat Bar. in l. diuus ff. de re iud. niſi de contraria voluntate agentis appareat, de qua conſtat per talem proteſtationẽ, vt dicit Ioan. And.in d.cap. licet cauſam, vel vt inquit Maranta in praxi,

praxi, tit. de libelli oblat. nu. 17.
10 pag. 297. dicta clauſula, *Non ſe aſtringens &c.* operatur, vt actor non teneatur probare qualitatem deductam in libello, ſecundum Bart. & DD. in d.l. Diuus. de re iud. & Alexan. in conſ. 6. col. 2. & 3. verſ. 3. Reſpondeo, & verſ. Nec eſt neceſſe in 3. vol. alias ſi-
11 ne illa clauſula ſuccumberet, non probando qualitatem, dato quod probaret factum principale, ſecundum Bart. in conſ. 117. & Abb. in l. licet, col. 14. de prob. & in cap. examinata col. 4. de iud. & Paul. de Caſt. in conſ. 405. col. 1. in 2. vol. Et in fine dictæ ſcripturę articulorum ſolet peti, &
12 mandari à iudice, vt exigantur reſponſiones ab aduerſario, hoc eſt ab his, qui faciunt partem in cauſa, cap. 1. ibi: *Per confeſſionē aduerſarij,* de confeſſ. in 6. cap. 2. eo tit ibi: *Reus vel procurator ipſius poſitionibus ab aduerſario ſibi factis interrogatus, iuſſus que à iudice reſpon-*
13 *dere,* & in Regno Caſtellæ probatur in l. 3. tit. 12. part. 3. ibi: *E aun la vna parte a la otra ante el juzgador,* & in Regno Valentiæ diſpoſitum eſt in foro finali de iudicijs, fol. 58. pag. 2. ibi: *A les*
14 *parts que pledejen,* alij enim, qui non faciunt partem in cauſa, non tenentur reſpondere, l. ſi ſine 9. in verſ. alius ff. de interrogatorijs actionibus, ibi: *Alius pro alio nō debet reſpondere cogi, an hæres ſit: de ſe enim debet quis in iudicio interrogari, hoc eſt cum ipſe conuenitur,* & ita praxi receptum eſt Valentiæ. Bene tamen verum eſt, quod Ioan. Franc. Scaglionus. in ritu 119. poſt Carauitā ſup. ritibus magnæ Curiæ, fol. 223. ait, deciſum fuiſ-
15 ſe in S. Conſ. Neapol. ceſſionarium teneri procurare reſponſionem cedētis, iuxta doctrinam Immolę in l. facta §. ſi hæres ſcriptus verſ. interdum ff. ad Trebellianū,
16 & an, & quando confeſſio dicti cedentis noceat ceſſionatio, bene declarant Farinac. & alij ab eo relati in tit. de teſtibus, quæſt. 60. illatione 12. num. 352. cum ſeqq. vſque ad finem, vbi reſoluit nocere, quando cedens tenetur de euictione, & eſt ſoluendo, ſecus
17 alias. Dictæ autem reſponſiones poſſunt fieri de Iure Cæſareo, & Canonico per procuratorem habentem ſpeciale mandatum, l. nō ſolum 38. ff. de procuratoribus, cap. præſentium de teſtibus in 6. cap. final. vbi gloſ. de iuram. calumniæ lib. 6. & ibi Philip. Fran. in prin. & eſt doctrina Bart. in l. qui bona §. ſi alieno, num. 15. ff. de dam. infect. quam communiter approbatam dicit Cachera. deciſ. 113. num. 1. & pro eadem ſententiam allegat Alexan. in d. §. ſi alieno, col. penul. & in l. fi. col. penul. C. de procur. facit regula, qui per alium de reg. iur. in 6. & l. Diuus §. 1. ff. ad l. Cornel. de falſis, Theſau. deciſ. 17. vbi fatetur, quod de iure cōmuni, procurator habens ſpeciale mandatum in animam ſui principalis

Digitized by Google

palis reſpondere, & iurare de ca-
lumnia poterit, Seraphin. de pri-
uileg. iuramen. priuileg. 111. n.
18 15. pag. 616. Hoc tamen limita-
tur, vt non procedat in partibus,
in quibus ſpecialiter eſt diſpoſi-
tum, vt principalis perſonaliter
reſpōdere teneatur, vt Sabaudiæ,
vbi extat decretum Emanuelis Fi
liberti, Cachera. deciſ. 113. n. 1.
& Theſaur. deciſ. 17. num. 1. &
Neapoli. vbi extat ritus magnæ
Curiæ 79. diſponens, quod quan
docūque partes principales acto
rum, & conuentorum citātur, &
requiruntur tanquam legaliores,
& ſcientes exinde melius verita-
tem, reſpondeant ſuper articulis,
exceptionibus, & quibuſcunque
alijs poſitionibus, tangētibus pro
prium factum, reſponſiones ipſæ
fiant ſtatim per ipſas principales
perſonas, ſine cōſilio procurato-
rum, & Aduocatorū, de quo Mu
ſcatell. in praxi ciuili, part. 5. gloſ.
in verbo, *legaliores*, vbi latiſsimè
declarat, & in Regno Valentiæ
19 iuxta forum 4. de iuram. calum.
reſponſiones debēt fieri per prin-
cipalem, ſi eſt intra terminum ci-
uitatis, oppidi, vel vici, vbi liti-
gatur, & tunc non poteſt reſpon-
deri per procuratorem, etiam ha-
bentem ſpeciale mandatum, ita
tenet, & bene confirmat Cache-
ran. dicta deciſ. 113. num. 2. cum
ſeqq. & Theſaur. d. deciſ. 17. n. 1.
& vterque teſtatur, ita fuiſſe de-
20 ciſum in Senatu, quia principa-
lis melius de cauſa propria, quā
procurator cenſetur inſtructus,
gloſ. in verbo, *iuſtiores*, in l. fin.
C. de procur. & poſt Bar. in l. ſi
actor de procur. & in l. fi. C. eod.
dicit Theſau. d. deciſ. 17. num. 1.
& quia, vt inquit tex. in l. 4. ff.
de interrogato. actio. voluit præ-
tor aſtringere eum, qui conueni-
tur ex ſua in iudicio reſponſione,
vt vel confitendo, vel mentiendo
ſe ſe oneret.

In calce autem ſcripturæ capi-
tulorum, vbi petitur reſponde-
ri per aduerſarium, ſolet iudex
interloquendo, calamo currente,
21 mandare, vt fiant reſponſiones
22 regulatè. Licet enim dubium ſit,
an dāda ſit copia poſitionum, an-
tequam quis eis reſpondeat, vt
latiſsimè ad partes pertractat Lu
cas de Penna in l. in ſacris col. 4.
verſ. Secundo, ex quo cum ſeq.
C. de proximis ſacro. ſcrin. lib.
12. tamen praxi apud nos rece-
ptum eſt, vt fiant reſponſiones re-
23 gulatè, quod verbū, regulatè, ſi-
gnificat, vt in concernentibus fa-
ctum proprium, & de recenti per
eos, qui adhuc non ſunt ſeptuage
narij, fiant reſponſiones ante co-
piam, Carauita ſuper ritibus ma-
gnæ Curiæ ritu 79. nu. 2. fol. 52.
24 Si tamen elapſum ſit decennium,
etiam ſi interrogetur de facto pro
prio, fiant poſt copiam, hoc eſt,
poſtquam tradita fuerit copia po
ſitionum illi, qui reſpondere te-
netur, vt poſsit deliberare: quia
non eſt veriſsimile, quod de tam
longo tempore ſic recordentur,
ſicut

Digitized by Google

ſicut de recenti, gloſ.in verb. nō
eandem fidē, in l. 3. §. finge ff. de
25 Carbonian.edict. & per decenniū
præſumitur obliuio,gloſ.in fin.in
l.licet C.de adqui. poſſ. latiſsimè
Tiraquel. de præſcrip. §.1. gloſ.
4.num. 92. pag. 556. vbi multos
allegat,hanc opinionem tenentes
Menoch. de arbitr. caſ. 26. & de
præſump.lib.6. præſump.32.n.1.
Surd.deciſ. 222. num. 17. & 19.
26 & ita fuit deciſum in Rota Rom.
teſte Seraphin. deciſ.1439. nu.1.
2.part. pag.321. vbi fuit dictum,
in facto proprio per decennium
præſumi obliuionem, pariter nō
27 tenetur reſpondere ante copiam,
ſi concernat factum alienum: nā,
vt inquit tex. in l. final.in fin. ff.
pro ſuo, alieni facti ignorātia tol
lerabilis error eſt, & ideo inquit
Carauita vbi ſupra,quod non te-
28 netur reſpondere niſi daretur an-
te reſponſiones terminus ad deli-
berandum, quod ante eum dicit
Bald. in l. 2. §. quod obſeruari,
num.16. C. de iuram. calum. per
tex. in l. qui interrogatur 5. ff.de
interrog.actio. ibi: *Qui interroga-*
tur: an hæres, vel quota ex parte ſit,
vel an in poteſtate habeat eum, cuius
nomine noxali iudicio agitur, ad de-
liberandum tempus impetrare debet;
quia ſi perperam confeſſus fuerit incō-
29 *modo afficietur.* Septuagenarij pa-
riter, etiā ſi interrogētur de facto
proprio,& de recenti, non tenen
tur reſpondere ante copiam: iſti
enim ſenes inuitè non tenētur te-
ſtimonium ferre, l.inuiti. 1. ff. de
teſtibus, & ibi gloſ. & Odofred.
ante n.1. in verbo, *Senex*, decla-
rat in propoſito eſſe maiores an-
norum ſeptuaginta, latè Farinac.
de teſtibus quæſt.78. num. 59. &
60. fol. 380. & reddit rationem
Bald.in d. l. inuiti in lectura an-
30 tiqua ante num. 1. quia ſenectus
eſt mater obliuionis, & pariter
Gracian. diſceptar. forens. tom.
2. cap. 328. num. 18. pag. 503.
inquir, quod ſenectus eſt obliuio
ſa: vnde merito à ſenibus ſeptua-
genarijs non exiguntur reſpon-
ſiones ante copiam, ſed poſt co-
piam, vt poſsint deliberare,& ita
reſpōdere cum præ meditatione,
ne in verbis capiantur propter
31 obliuionem, & ita cum ſyndicus
officij ſartorum Ciuitatis Valen-
tiæ, in proceſſu cauſæ, coram me
vertentis in Regia Audientia, cō
tra officium interpollatorum,vul
go dictorum, *pellers*, obtuliſſet,
die 10. Aprilis, 1613. quandam
ſcripturam poſitionum, articulo
rū, ſuper quibus ſupplicauit exi-
gi reſponſiones ab officialibus di
cti officij interpollatorum: nimi-
rum à Clauarijs, & maioribus il-
lius, qui tunc erant, & fuerant à
quatuor annis citra, medio iura-
mento, & ante copiam, & quod
ſuper negatis reciperentur teſtes,
iniuncto parti alteri, hoc eſt,par-
te citata, & quod nō curreret di-
latio ad producendum teſtes,do-
nec factæ eſſent dictæ reſponſio-
nes, & Syndicus officij ſartorum
earum copiā haberet cum appa-
ratu,

Digitized by Google

ratu, in calce dictæ ſcripturæ interloquutus fui, ſiue calamo currente, feci prouiſionem,mandando, exigi reſpōſiones ſupplicatas regulatè,& recipi teſtes, & ſaluari in dilatione, hoc eſt ſuperſederi, donec eſſet reſponſum, & recté ſupplicatum fuit, & prouiſū, vt reſponſiones exigerentur à Clauarijs, & maioribus dicti officij, qui dicta munera exercuerunt à quatuor annis citra,& nō à ſingularibus : licet enim reſponſiones exigi poſsint ab aliquibus de vni

32 uerſitate, ſiue Collegio, for. fin. verſ. *Mas ſi ſera*, de in ius vocando, fol. 41. col. 3. in prin. tamen hoc non intelligitur de ſingularibus perſonis Vniuerſitatis, vel Collegij, ſed de his,per quos di-

33 cta Vniuerſitas regitur, & repreſentatur, gloſ.in l.2.§. hoc etiam in fi.verb. vel à plurima C.de iur. iuran. propter calumniam : vbi declarando illa verba tex. *Inter acta apud deſenſorem locorum huiuſmodi ſacramentum calumniæ, vel ab ipſo, pro quo agitur, vel à plurima parte, vel idonea Vniuerſitatis præcedat*, inquit Accur. in d. gloſ. *Sed nos cum Ioanne dicimus,illos, per quos defenditur Vniuerſitas, vel maiorem partem eorum* ff. de cōdit.& demonſt. l.Municipibus ff.ad municipal. l. Municipes, ibi : *Municipes intelliguntur ſcire,quod ſciant hi,quibus ſumma Reipublicæ commiſſa eſt*. Panormit.in c.Imperatorem n. 5. extra

34 de iuram.calum. & ita fuit declaratum in Regia Audientia,prouiſione Regia facta,referente Paredes, die 22. Menſis 1543. quæ eſt tenoris ſequentis. *Et attendens, & conſiderans, quod dicta Vniuerſitas Murineteris prout aliæ Vniuerſitates præſentis Regni reguntur, & repreſentantur per certas, & determinatas perſonas, à quibus tantū eſt iuſtum, quod ſuper concernentibus dictam Vniuerſitatem fiant reſponſiones, & non per alios, dictam Vniuerſitatem non repreſentantes. Eas ob res, & aliàs dictam prouiſionem declarādo, prouidet,quod reſponſiones prædictæ, per dictum Bugal dicto nomine requiſitæ, fiant, & fieri debeant per illas perſonas tantum, per quas dicta Villa Vniuerſitas regitur, & repreſentatur, & per ſequiarium qui nunc eſt, & non per dictos ſingulares dictæ Villæ. Piquer R. V. Paredes*. Et idem fuit declaratum cum prouiſione Regia facta in cauſa nobilium Dō Ferdinandi de Centelles,& Don Ferdinandi de Cardona, publicata per Oliuer, Regium mandati ſcribam.die.9. Auguſti 1545.

Et in fine ſcripturæ articulorum,poſtquam fuit petitū,vt exigerentur reſponſiones, & reciperentur teſtes, fuit ſupplicatum, vt dilatio non curreret, donec eſſet reſponſum, & hoc nō erat neceſ-ſarium, à iudice impetrari, quo-

35 niam iam ineſt à iure: nam dilatio parti aſsignata non currit, donec per aduerſariū nō reſpōdetur poſitionibus,ita Bald.in l.1.nu.4.C. de iuram.calum.& ibi Paul. Caſt. n.etiam.4. gloſ. in Clement. ſæpe

in verb.

in verbo, poſt dationem, de verb. ſig. Beniten. deciſ. Bonon. 24. n. 3. vbi allegat Bald. in l. fin. col. pen. de ferijs, Alex. conſ. 72. n. 2. vol. 3. Viuius deciſ. 175. nu. 6. lib. 1. vbi ait, ita deciſum, & deciſ. 286. n. 7. lib. 2. Simon de Pret. lib. 5. de interpret. vltim. vol. dub. 4. nu. 44. fol. 540. Aſsinius in praxi. §. 19. cap. 19. Cancer. tom. 2. var. cap. 3. nu. 56. fol. 52. vbi ait, quod ſi pars, quæ reſpõdere tenetur, medio iuramento, ſit præſens, dum reſpondere ceſſabit, ſuſpendetur executio, iux not. per Felyn. in cap. 2. n. 12. & ibi Moder. de probat. Decius in cap. ex parte 2. n. 5. verſ. 4. fallit. de offi. delega. & Menoc. de præſump. lib. 2. præ. 48. n. 19. Syndicus autem dictorum fratrum non contentus ſpatio temporis, quod currit, donec pars aduerſa

36 reſponderet, ſupplicauit, vt dilatio non curreret, donec haberet copiam reſponſionum cum apparatu: hoc eſt, donec ſcriba cauſę fuerit paratus, ſibi tradere copiam reſponſionum, & hoc præcipere, ſiue prouidere nolui; quia, vt inquit tex. in l. properandum. C. de iudic. Properandum viſum eſt, ne lites fiant pené immortales, & vitæ hominum modum excedat, & ſatis poteſt, qui reſponſiones petit, perquirere: an illæ factæ ſint, eaſq; videre, & ſuper negatis teſtes producere, & animo differẽdi præſumitur petitum, vt factis reſponſionibus, non currat dilatio: vndè merito dicta prouiſio, ſiue interloquutoria à me facta in gradu reuiſionis fuit confirmata, die 10. Maij eiuſdem anni 1613. actuario Gaſpare Ioãne Vazques notario.

Sed quia de materia reſponſionum agimus, obſeruandum eſt,

37 quod dictus forus 4. de iuramento calumniæ, qui diſponit, reſpõſiones faciendas eſſe à parte perſonaliter, quando eſt præſens, ait quod ſi ſit abſens abſq; fraude à terminis ciuitatis, oppidi, vel loci, vbi lis vertitur, poſſunt reſpõſiones fieri per procuratorem legitimè inſtructum, & quod, ſi iudici videbitur, pars etiam abſens cogitur perſonaliter reſpondere:

38 Iudex autem debet curare, ne reſponſiones perſonales petantur malicioſè à parte abſente, ſolo animo differendi: tunc enim, ſi ita ſibi viſum fuerit, non debet præcipere, vt principalis perſonaliter reſpondeat, vt in cauſa executionis benè aduertũt Gutierr. pract.

39 quæſt. lib. 1. q. 117. n. fi. & Cancer. var. part. 2. c. 3. n. 57. & ita in cauſa vertenti in Sacra Regia Audientia Valẽtina, inter Marchioniſſam de Aſtorga, ex vna, & Comitem de Aranda eius filium, ex alia parte, referente Doctore Blaſco, tũc meo collega; Sacra Regia Audiẽtia mandauit primò, quod procurator dictę Marchioniſſæ repertus in ciuitate Valentiæ reſponderet, vt ſi ex eius reſponſionibus inſtructus appareret, Marchioniſſa, quæ abſens erat adicto regno, per

ſonaliter reſpondere non teneretur: ſed quia dictus procurator reſpondit, & ex eius reſponſionibus viſus fuit non inſtructus, & fuit cōuictus de mendacio in parte, fuit prouiſum, quod dicta Marchioniſa, quæ degebat in Regnis Caſtellæ procul à dicta ciuitate, perſonaliter reſponderet, & quod pro his expediretur plica, inſequendo verba finalia dicti fori 4. de iura. calum. actuario Gaſpare Iordà notario; & iterum reſponderi perſonaliter fuit mandatum per abſentem à regno in cauſa vertenti inter claram Parauezino, ex vna, & creditores Fieramonte Parauezino eius viri, ex alia, me referente, ſcriba cauſæ Ioſepho Ramirez nota. quæ prouiſio fuit facta die 11. Ianuarij 1614.

Sed quid, ſi ſententia ſit iam ſubſcripta in poſſe ſcriba cauſæ, poſſint reſponſiones fieri, peti, & ab aduerſario extorqueri, dicam in ſequenti deciſione.

DECISIO CCXII.

RESPONSIONES, ſiue confeſsiones exigi poſſunt à parte ſuper poſitionib' oblatis, poſtquam ſententia eſt penes ſcribam cauſæ.

1 *SENTENTIA quādo eſt poſita penes ſcribam, non poteſt in proceſſu poni vlla ſcriptura, iuxta pragmaticā.*

2 *Poſitionem quis facere non poteſt, quam vellet probare per confeſsionem aduerſarij, quando eſt excluſus per lapſum termini à probando, ſed contra nu. 5.*

3 *Reſponſiones exigi poſſunt, poſtq; ſententia eſt penes ſcribam, & nu. fin.*

4 *Confeſsio idem operatur, quod probatio, quæ fit per publicum inſtrumentum.*

5 *Lapſus termini probatorij non excludit probationem per confeſsionē.*

6 *Reſpondere quis non tenetur poſitionibus, quæ non ſunt releuantes, quando ſententia eſt apud ſcribam cauſæ.*

7 *Interrogatur principalis ad partis inſtantiam poſt cauſam concluſam, in cauſis ſummarijs.*

8 *Probatio fieri poteſt per confeſsionem, quamuis ſit cauſa in puncto ferendæ ſententiæ, & ita fuit deciſum.*

IVXTA Regiam pragmaticam factam tempore, quo erat Prorex in Regno Valētiæ Princeps Veſpaſianus Gonzaga, publicata die 24. Iulij 1577. nimirum iuxta caput 11. eiuſdem pragmaticæ, poſt quam ſententia ferenda in cauſa eſt poſita penes ſcribam illius, ad publicandum, nulla poteſt poni ſcriptura. Dubitatū fuit, in cauſa vertenti in Regia Audientia, me referente, inter Monaſterium Sanctæ Catherinæ Senenſis, parte ex vna, & curatorem filij, & hæredis Dō Gaſparis Fenollar, ex alia, in principio anni

nī 1614. cùm ſententia eſſet penes ſcribam: an capitulorum, ſiue poſitionum ſcriptura offerri poſſet, & ſuper illis pars inuita reſpondere teneretur. Et videbatur, non
2 poſſe: quia iam erant lapſi omnes termini, & quando quis eſt excluſus per lapſum termini à probando, non poteſt facere poſitionem, quam vellet probare per confeſsionem aduerſarij, Caſtrē. in l. 2. §. quòd obſeruari, num. final. verſicul. adde alium C. de iur. iurand. propter calumniam,
3 per tex. in l. in contractibus, §. illo C. de non num. Sed contrarium fuit deliberatum: nempè reſpoſsiones exigi poſſe: quia dicta Regia pragmatica in dicto cap. 11. etiam poſtquam ſententia eſt penes ſcribam permitrit produci inſtrumenta publica: ergo pariter poſſunt exigi confeſſiones, ſiue reſponſiones ab aduerſario: quia, vt probat Belluga rub. 41. de materia cenſua-
4 lium, num. 41. idem operatur confeſsio, quòd publicum inſtrumentum, nequè eſt minor probatio per cōfeſsionem, quam per publicum inſtrumentum, iſte eſt caſus ſingularis, ſecundum Bald. in l. eam te C. de tranſact. & facit §. aliud in authent. de
5 æqualitat. dot. idem Belluga vbi ſupra num. 39. in fin. affirmat, quod lapſus cuiuſcunquè termini probatorij non excludit probationem per confeſsionem, vt in capit. cùm Ioann. de fide inſtrument. & Aſsinius in praxi. §. 19. cap. 11. fol. 135. ait, quòd ſi per ſtatutum, poſt lapſum terminum omnes probationes excludantur, nō cenſetur excluſa facultas probandi per confeſsionem partis, Bald. in authen. ſed non iure nu. 12. & 13. C. ſi. cert. pet. Roma. in l. admonendi num. 92. verſic. quo ad ſecundum ff. de iur. iurā. Felin. in Rubr. de probat. num. 16. verſic. ex qua, vnde praxi fuit receptum, exigi reſponſiones à parte, quamuis ſententia ſit penes ſcribam cauſæ, vbi non
6 conſtat de calumnia aduerſſarij, reſponderi petentis, vt quia feciſſet poſitiones impertinentes, ita quòd ſi pars eas confiteretur, non releuaret, tunc enim quia calumnioſe, & ſolo animo differendi publicationem ſentētiæ fieri appareret, non teneretur pars illis reſpondere, & ita ſentit Cōſilium Neapol. vt refert Capicius deciſ. 15. num. final. quando autem poſitiones ſunt releuātes, pars tenetur illis reſpondere: maximè in cauſis ſummarijs,
7 in quibus, vt dicit Carauita riru 93. num. 2. principalis interrogatur etiam ad partis inſtantiam, poſt cauſam concluſam, vt dicit expreſſe gloſ. in Clem. ſæpe propè finem verbo, interrogabit, & ibidem Lanfran. de verb. ſignifi. Abb. in d. c. cum Ioannes colum. 4. verſ. not. & tenementi & ibidem Felin. colum. 5. Rom. conſ. 171. colum. 5. & Marant. in prax.

Vu 2 parte

parte 4. di. 9. num. 30. in nouiſ. Belluga Rub. 41. §. leges Regni num. 36. propè finem verſ. ſed quæ dicta ſententia, vbi ait hoc multum facere pro cauſis, quæ in noſtro Valentiæ Regno ventilātur, in quibus de foro eſt procedendum ſummariè.

Ex quibus fuit prouiſum, ſiue interloquendo declaratum, ex deliberatione Regij Conſilij, quãuis ſententia erat in poſſe ſcribæ, eſſe reſpondendum dictis poſitionibus, & iterum idem fuit deliberatum, & exequutum, in cauſa vertente inter Franciſcum Miño, & litis conſortes, ex vna parte, & Eliſabeth Ioannam Tudela & de Plumet viduam, ciuitatis Setabis, ex alia, referente D. Marco Antonio Siſternes, in qua fuit lata ſententia in menſe Februarij 1614.

INDEX

INDEX MATERIARVM huius ſecundi tomi deciſionum:

LITERA D, DECISIONEM SIGNIFICAT, NVmerus qui poſteà ſequitur, quæ illa ſit in ordine deſignat, alius verò, numerum contentum in deciſione denotat.

A

ABſoluta poteſtas Principis eſt ſupra leges, & eis non ſubijcitur. D.144.n.24.

Abſurdum eſſet, & cõtra mẽtem teſtatricis, vt qui in inſtitutione omnino fuerunt excluſi ab hæreditate, obtinerent in vim ſubſtitutionis portiones duorum ex hæredibus inſtitutis, & qui fuit vocatus in locum vnius ex inſtitutis, nullam portionẽ haberet in ſubſtitutione, D151. nu.15. *ſed contra nu.* 52.

Accreſcẽdi i', vide in verbo, i' accreſcẽdi.

Actio vtilis tranſit ſine ceſsione, & directa cum ceſsione in venditione nominis debitoris, D.192.nu.6.

Actio furti, & vi bonorum raptorum, quando agitur ad rei reſtitutionem, ciuilis eſt, D.125.nu.48.

Actio, quam habet poſsidens bona fideicõmiſſo ſubiecta, circa ea nõ tranſit in fideicommiſſarium, D.136.nu.2.

Actio perſonalis non ſequitur fundi poſſeſſorem, D.159.nu.20.

Actio hypothecaria quatuor extrema requirit, & quæ, D.146.nu.1.

Actiones de iure Canonico abſq; vlla reſtitutione tranſeunt in fideicommiſſarium vniuerſalem, D.210.nu.3.

Actiones, etiã non facta reſtitutione reali, ſeu verbali per hæredẽ, trãſeũt ipſo iure in fideicõmiſſariũ, de iure Canonico, & in Regno Valẽtiæ, D.136.n.16.

Actiones vtiles habens, virtute hypothecæ anterioris nominis debitoris, præfertur ceſsionario habenti directas, cui fuerunt ceſſæ actiones ad exigendũ idem debitum, D.133.nu.3.

Actioni funerariæ indulgetur contra cõmunis iuris regulas, in caſibus hic relatis, D.191.nu.16.

Actor, ſi poßet variare cauſã executionis, poſt quã in ea eſt concluſũ poßet explorare mentẽ iudicis: an benè ſentiret de eius Iuſtitia, vel an de ea dubitaret, in magnum damnum rei executiuè conuenti, D.134.nu.3.

Actor originaliter in cauſa tenetur exhibere primitiuum proceſſum, ſiue ſit appellans, vel appellatus, in l.R. poſt. D.173.nu.259.

Actor, & reus circa probationes æquiparantur, & non debent ad imparia iudicari, D.202.nu.3.

Actor videtur in dubio ſe aſtringere ad probãdũ omnia ſimul coniũctim deducta in libello, quibus nõ probatis ſuccũbere debet, niſi de cõtraria volũtate agẽtis appareat, & de hoc apparet, adijciẽdo clauſulã: Nõ ſe aſtringẽs, D.211.n.9.

Digitized by Google

Index materiarum.

Actus præſumitur factus pro executione præcedentis contractus, D.139.n.10.

Additio non poteſt fieri libello poſt litem conteſtatam, niſi intra triginta dies, D.198.nu.6. & ita fuit iudicatum, nu. 12.

Aduocatus petere poteſt ſalarium in R. A. in qua clientulũ patrocinatus fuit, etiam ſi cliẽtulus ſit domiciliatus in eo loco, ex quo in prima inſtantia extrahi non poteſt ad litigandũ, & ita fuit deciſum, D.177.nu.3. & ſi.

Aduocatus fiſci debet interuenire in cauſis fiſcalibus, D.187.nu.5.

Admiſsio appellationis valet quãdo fori verba non ſunt abnegatiua poteſtatis iudicis eam admittentis, D.149.n.5.

Ædes altius tollere nõ licet, vel in eis feneſtras aperire, quando non principaliter ad ſuam vtilitatem, ſed ad æmulationem, & inhoneſtam conſiderationem fecerit, D.178.n.9.

Ædes ſuas altius tollere, & feneſtras aperire licitum eſt domino, licet vicino noceat, D.178.nu.6.

Æſtimari debẽt bona, quæ dãtur creditori in ſolutũ, & æſtimationis omiſsio nullitatem in ducit, D.172.nu.6.

Æſtimatio bonorũ oblatorum neceſſaria eſt in vẽditionibus curiæ, quæ fiunt in Regno Valentiæ iuxta ſtylum ibi obſeruatum, in I.R.poſt.D.173.n.85.

Æſtimatio bonorum facienda per peritos in arte præcedere debet venditionem iudicialem, alias retractatur, & ita fuit deciſum in Cõſilio Neapolitano, in I.R.poſt.D.173.n.192.

Æſtimationis defectus in executionibus fiſcalibus nullitatem inducit, in I.R. poſt. D.173.n.94.

Æſtimationis ex defectu annullata fuerũt quædã decreta de vẽdẽdo, ſiue vẽditiones Curiæ per Regiã Audientiã Valẽtinã, in I R. poſt. D.173.n.89.

Æſtimationis defectum vltra cauſas executionis fiſcalis nullitatẽ non inducere fuit declaratum in Regia Audiẽtia: ſed ſacrum ſupremum Conſiliũ in contrariam partem inclinare videtur in vẽditionibus iudicialibus Regni Valentiæ, D.172.n.13 & 14.

Æſtimationis bonorum defectus in venditionibus fiſcalibus nullitatem inducit, D.172.n.1.

Æſtimationis defectũ in venditionibus iudicialibus nullitatem etiã inducere, tenuerunt hic relati, ſed contrarium relati nu.5. D.172.nu.2.

Ætatis venia non poteſt concedi iuxta forum Regis Iacobi primi, cuius tenor refertur, limita vt num. 12. D. 144.nu.3.

Ætatis veniã concedere eſt de primo gradu mixti imperij, quod ſoli principi cõpetit, D.144.nu.14.

Ætatis venia ſæpius fuit minoribus viginti annorum conceſſa, D.144.n.38.

Agnatio ficta inducitur ex vocatione filiorũ maſculorum, neptum teſtatoris, cũ grauamine delationis nominis, & armorum, in I.R.poſt.D.173.n.12.

Agnatio nõ conſeruatur per fœminas, & in ipſis finitur, etiam ſi ſint agnatæ, D.170.nu.12.

Agnationis cõſeruãdæ ratio, vbi expreſſa vel ſub intellecta eſt, verbũ, filij, de maſculis intelligitur, & ita pluries in forẽſibus controuerſijs vidiſſe obſeruatum, teſtatur Molina, & fuit deciſum in Rota Romæ. D.170.n.15.

Agnationis cõſeruationi repugnat fœminarũ ſucceſsio, in I.R.poſt.D.173.n.35.

Agnatio-

Index materiarum.

Agnationis ratio videtur habita, quando fæmina ſemper excluditur, & nullo caſu admittitur: maximè in rationibus nu. 40. & ita fuit deciſum nu. 41. in I. R. poſt. D. 173. nu. 39.

Agnationis fauore ſimplex inducitur fideicōmiſſum, quando teſtator prohibuit alienationem bonorum ſuorū, vt in familia ſeu agnatione conſeruarentur, fuit deciſū in Senatu Sabaudiæ, & ſæpius in Rot. Ro. D. 170 n. 10.

Agnationis conſeruationi repugnat fæminarum ſucceſſio, in I. R. poſt. D. 173. num. 35.

Agnationis ratio videtur habita, quando fæmina ſemper excluditur, & nullo caſu admittitur: maximè in maioratibus, nu. 40. & ita fuit deciſum nu. 41. in I. R. poſt. D. 173. nu 39.

Agnationis ratio licèt habita non cenſeatur, quando teſtator prætulit cognatos agnatis ſecus tamē eſt, quādo ratio cōſeruādæ agnationis à teſtatore expreſſa fuit, vel quādo teſtator vocauit cognatos, in defectū agnatorū, adiecto eis grauamine delationis nominis, & armorū, in I. R. poſt. D. 173. n. 54. et 55.

Agnationis conſeruandæ mens, & volūtas magis enixa apparet, quādo teſtator primùm vocauit veros agnatos in perpetuū, & eis deficiētib⁹, cognatos, cū grauamine delationis nominis, & armorū, & ſic voluit per modum fictum, agnationem conſeruari, in I. R. poſt. D. 173. n. 56.

Agnatitium fideicommiſſum perpetuum inductum fuiſſe, quando teſtator diſpoſuit, bona in nomine parentelæ ſuæ ſemper eſſe, & remanere, fuit iudicatum, D. 170. nu. 17.

Alere non tenētur hæredes mariti vxorem, dote ei reſtituta, D. 150 n. 5.

Alere tenetur marit⁹ vxorē, ſecūdū dignitatē, & qualitatē perſonar. D. 150. n. 8.

Alienabilis ſi ſit res fideicommiſſo ſubiecta ex cauſa dotis, remanet perpetuo alienabilis, D. 140 nu. 15.

Alienata ex cauſa reſtitutionis dotis non veniunt in reſtitutione fideicommiſſi, quamuis alio titulo peruenerint ad fideicōmiſſo grauatum, & ita fuit deciſum in R. A. D. 140. nu. 15. & 30.

Alienatio ſi facta fuerit in fraudem creditorum, titulo lucratiuo, ſufficit debitoris fraus, & euentu fraudatū creditorē; ſi verò ex cauſa oneroſa, cōmunis fra⁹, alienātis, & acquirētis ſpectatur.

Dotem numeratam ſi pater unus ex ſocijs, defuncta in matrimonio filia, recuperaſſet, reddi debere ſocietati, ex æquitate eſt deciſum, Deciſ. 140. *num.* 6.

Dotem mille aureorum ſi pater dicat filiæ dare, computato omni eo, quod ipſa poſsit habere ex bonis maternis adhuc integros aureos ex bonis paternis ſoluendos eſſe tenent Doctores hic relati, D. 194 *n.* 4. *ſed contra nu.* 6.

Dotariũ *Siciliæ idem eſt, quod dotis augmentum,* D. 184. *nu.* 10.

Dotationis factæ per patrem non ſit ita ſubtilis indagatio, quæ fieret in dote conſtituta ab alijs, in Reſpon. Iur. poſt. Deciſ. 210. *dubio* 2. *num.* 32.

Dotis lucrum debetur marito ſtante mora dotis ſoluendæ, D. 195. *nu.* 7.

Dotis augmentum Valẽciæ creix appellatur, D. 184. *nu.* 2. & *ſupra vide.* Augmentum dotis.

Dotis creditum eſſe potius in re vendita credito cauſato ex pretio illius rei, fuit declaratum in R. A. Valentina, D. 175. *nu.* 4.

Dotis *uſuræ debentur, etiamſi adſit legitima cauſa litigandi,* Deciſ. 123. *num.* 29.

Dotis titulus reſpectu mulieris, pro qua dos conſtituitur dicitur titulus lucratiuus, D. 204. *n.* 9.

Dotis *receptæ retentio tantum fuit conceſſa per foros Regni Valentiæ maritis, non autem actio ad pretendum, ſoluto matrimonio, dotem poſt obitum promiſſam, & ita fuit iudicatum in Regia Audientia,* D. 195. *nu.* 18. & 21.

Dotis conſtitutionem à marito factam uxori in fraudem creditorum non valere, fuit pronuntiatum cum Regijs ſententijs latis in Regia Audientia Valentina, & in S. S. R. Conſilio Aragonum, D. 204. *n.* 10.

Dotis paternæ *conſtitutioni ſtandum eſt,*

 cum

cũ pater ipſe dotem conſtituit, & ſoluit, ipſamq; filiam in matrimoniũ collocauit, D.195.nu.10.

Dotis cauſa prima ſemper, & vbiq; precipua eſt, D.176.nu.4.

Dotis incongruæ quæſtio, patre viuente, tractari non poteſt, in R.eſ.I.poſt.D. 210.dub.2.n.9.

Dos. Reliqua huius dictionis, vide. Supplementum. Taxa.

Dubitans æquiparatur ignoranti, quo ad ratificationem: quia neuter intelligitur iuri ſuo renunciare, in I.R.poſt D.173.n.208.

Dubium facti, vel iuris facit rem obſcuram, D.123.n.4.

Dupli pœna iuxta forum Regni Valentiæ tenetur, qui quantitatem ſibi ſolutam iudicialiter petit, ſi de hoc fuit conuictus, Deciſ. 200 num.1. fallit nu.3.& 6.

Ducatus, Marchia, vel Comitatus titulus vbi accedit bonis, quæ in quibuſdam caſibus erant fideicommiſſo ſubiecta, & in quibuſdam libera, eorum naturam non mutauit, & ita fuit iudicatum, Deciſ. 209. numer. 20.

Ducatus non recipit diuiſionem, ſed ad primogenitum defertur, etiam ſi plura oppida comprehendat, quæ diuidi poſſunt, Deciſ. 209.nume.16. & 17.

E

Ecleſiaſtica negotia tractare non præſumant iudices laici, Deciſ. 208. numer. 1. limita num.35. & ſeq.

Eccleſiaſticus iudex non poteſt contra laicos procedere, niſi per cenſuras Eccleſiaſticas, & ſi aliter vult procedere, debet implorare Brachium Sæculare, D.154.nu.2.

Edi non debet parti totum inſtrumentũ, ſed tantùm capitulũ, quod facit ad propoſitũ pro ſe, vel cõtra ſe, D.160.n.2.

Editio inſtrumenti vbi petitur à prætendente intereſſe, exhibendum eſt à notario prothocolum, ſeu inſtrumentum iudici, vt videatur interſit petentis illud, & ſic an mandare debeat notario, illud edere, D.124.n.4.

Educatio pupillorum matri eorum, ſi non vitricum eis induxerit, committenda eſt, D,201.nu.1.

Educari poteſt pupillus apud ſubſtitutũ, quãdo eſt adeo legalis, ſed cõtraria opinio eſt communis, D.201.nu.14.

Educari potius debet pupillus penes matrẽ honeſtam, licet ſecundo nupſerit, quãdo non habet ſpem ſuccedendi, quam penes fratrem ſubſtitutum, D. 201. num. 15.

Educari debent minores adulti penes eũ, quem ipſi voluerint, & iudex tenetur eis complacere, D.201.nu.18.

Educari vbi debeat pupillus, quando tractatur, iudex debet facere id, quod pater veriſimiliter feciſſet, ſi viueret, D.201.n.23.

Educatio pupilli penes perſonam, quæ ei magis expedit, præponderat vtilitati, quæ reſultat eidem pupillo, ex intereſſe pecuniario, quod ei gratis præſtentur alimenta, & ita fuit decіſum in Regia Audientia, D. 201. num.26.

Educatio filiorũ per Conſi. Neapoli. fuit conceſſa

conceſſa matri, quamuis tranſierat, ad ſecūdas nuptias, D. 201.n.9.*& per Regiam Audientiam,*

Electionem habet vxor accipere antepha tum in pecunia, vel tertiam vſuræ centeſimæ, iuxta Grammat. D. 184. num.20.

Emere nō poſſūt officia publica obtinētes in ſua Prouincia à ſubditis, nec per interpoſitam perſonam, in 1.R.*poſt.*D. 173.n.162.

Emptor rei ſi deicōmiſſo ſubiectæ alienatæ ex cauſa dotis iuſto pretio, & bona fide, tutus eſt, nec poteſt ab eo reiuēdicari per fideicommiſſarium, quamuis pretiū illius ei ſoluere velit, D.140 nu.27.

Emptor ſerui alieni, qui eum artificem fecit, tenetur reſtituere petitori fructus perceptos poſt 25. *annum,* D. 153. num.7.

Emptor, in quem dominium eſt translatum, eſt verus defenſor rei venditæ, non venditor, & ita à ſententia contra eum in rem iudicatam tranſacta non poteſt venditor appellare, D. 181.nu.5.

Emptor ſi non depoſuit integriter pretiū, tenetur ad reſtitutionem fructuum rei emptæ: quia titulus venditionis curiæ reducitur ad non titulum, & ita fuit iudicatum, in 1.R.*poſt.* D. 173.nu. 222.

Emptor rei per curiam ſibi venditæ præferendus eſt ceſſionario in mercedibus, ſiue pretio conductionis rei venditæ, & ita fuit declaratum cum pluribus Regijs ſententijs, D. 192. num. 19.

Emptor curiæ nominis debitoris præfertur ceſſionario, cui dictum nomen antea non erat datum inſolutum, & ratio redditur, D.192.nu.20.

Emptor bonæ fidei poteſt aduerſus minorem ſe longi temporis præſcriptione iuuare, D.193.nu.28.

Emptor fundi non tenetur ſtare colono, D.126.nu.1.

Enſis madefactus ſanguine facit indiciū de homicidio, D.125.nu.22.

Enuntiatiua verba inter cōtrahentes præſentes plenè probāt: D.205.n.37.*maximè fauore dotis,* nu.38.

Epiſcopi in ſuis Diœceſibus habēt liberam poteſtatem adulteria, & ſcelera inquirire, & vlciſci, & cum opus fuerit publicum conuocent auxilium, hoc, eſt, iudicium ſæculare, D.154.n.4.

Epiſcopus non poteſt exigere pœnam pecuniariam à laico ſibi in temporalibus non ſubiecto, ſed debet per laicum illā exequi, D.154.nu.6.

Error iuris, & facti quando excuſet ab intereſſe, & quando vxor tenutaria facit fructus ſuos aliquarum rerum, quarum hæres non faceret, & exempla per eum, D.123.nu.30.

Error, & omiſſio facta à notario, in inſtrumentis per ipſum receptis probari poteſt eiſdem teſtibus, aut per alios duos, in 1.R.*poſt.*D.210.n.1.&.8.

Euocari poſſe ad Regiā Audientiā cauſā vniuerſitatis prætendentis exemptā à ſolutione ſiſarum Valentiæ, virtute Regij priuilegij, fuit declaratum cum prouiſione Regia confirmata, in S. S.R.C.D.143.nu.27.

Exceptio rei iudicatæ obſtat, quoties eadem quæſtio inter eaſdem perſonas reuocatur, ſiue inter ſucceſſores actoris, & rei vniuerſales, & etiā in rē vere, vel

vel interpretatiuè, D.208.nu.29.& 30.

Exceptio, quod defunctus non potuit teſtari, non impedit, eius hæredem mitti in poſſeſſionem bonorum illius, virtute l.fin.C.de edict.Diui.Adria.tollen. D.209.nu.6.

Exceptio defectus proprietatis admittitur in interdicto adipiſcẽdæ poſſeſſionis, virtute legis finalis D. de edict. diui. Adrian.D.209.nu.5.

Exceptio oppoſita à tertia perſona, cuius intereſt, obſtat, & venit examinanda in iudicio, & habet proceſſum impedire, in l.R. poſt.D.173.nu.126.

Exceptio implenenti non ſequuti obſtat emptori, ex ſua parte non adimplenti omnino, in l.R.poſt. D.173.n.200.

Exceptio pretij non redditi, priuſquã fuerit actum, tamquam de apicibus iuris, non eſt in conſideratione, vbi proceditur abſq; figura iudicii, ſola facti veritate attenta, in l.R.poſt. D.173.nu. 231.

Exceptio implementi non ſequuti ſemper opponi poteſt, etiam ſi omnes exceptiones remoueantur, D.174.nu.9.

Exceptionem fori declinatoriam clericus ſi differt opponere coram iudice ſeculari vſq; ad finem litis, vel lata ſententia, debet in expenſis condemnari, D.141.nu.1.

Exceptionem opponere differens dicitur eſſe in dolo, D.141.nu.2.

Exceptionem implementi non ſequuti iudex ex officio ſupplere poteſt, etiam parte non opponente, D.174.n.10.

Executio continuatur in bonis condemnati vſq; ad venditionem excluſiue, ante quam declaretur ſuper exceptionibus executioni oppoſitis, D. 202. num. 11.

Executio reuocatur in ſupremis tribunalibus Caſtellæ, ſi auctio publica circa formam more regionis receptam peccauerit, reuocaturq; ipſa iudicis pronũtiatio, & bona reo reſtituuntur abſq; vllis expenſis, cum eorum fructibus, in l.R.poſt.D.173.nu.88.

Executio poteſt inſtari per creditorem in cõtractu nominatum, eiuſq; hæredem, vel ceſſionarium, non vero per tertiũ, D.160.nu.2.

Executio quando inſtatur ab aliquo, vt hærede, tenetur docere, ſe hæredem, in l.R. poſt. D. 173.nu.127.

Executio non eſt nulla, ſed appellari poteſt, ſi non vendantur prius bona mobilia, quam immobilia, niſi ſint bona minoris: quia tunc ſeruanda eſt dicta forma, in l.R.poſt. D.173.n.139.

Excutio quando fit ante litem motam in actione hypothecaria, ſufficit citatio generalis per proclama, D.146.n.10.

Executionem inſtatam virtute inſtrumẽti cenſualis non poteſt impedire exequutiue conuentus, D.137.nu.1.

Executionem vt habeat inſtrumentum, oportet, vt ſit liquidum, & certum ex inſpectione inſtrumenti, abſq; aliqua dilatione, D.202.nu.7.

Executionis cauſam ad Regiam Audiẽtiam euocatã nõ licet variare ad tribunal iudicis inferioris, D. 134. n. 5.

Exequi non tenetur iudex requiſitus ſententiam nullam, D.168.nu.6.& nu. 21. & 23. nec ſententiam continentem notoriam iniquitatem, & intolerabilem errorem, nu. 8.

Exequi ſententiam iniuſtam iudex tenetur,

tur, non tamen ſi ſit nulla, D.168.nu. 17.

Expenſa funeris deducenda eſt ex dote, nec ære alieno deducto, D.191.n.13.

Expenſas litis factas ante publicationem teſtium, in cauſa executionis inſtatæ virtute inſtrumenti cenſualis, contra detinentem rem, ſpecialiter in eo hypothecatam, ſoluere non tenetur dictus detentor, quando ante dictorum teſtiũ publicationem non conſtabat, rem, quã poſſidet, eſſe ſpecialiter obligatam in dicto cenſuali, D.152.nu.1.

Expenſas ſoluere tenetur differens opponere exceptionem fori declinatoriam, licet in ea obtineat, & ita fuit pronũtiatum per Regium Cãcellarium Cathaloniæ, D.141.n.3.

Expenſis mulctari debet clericus, qui diſtulit opponere fori declinatoriã vſq; ad ſententiam, D.148.nu.13.

Expreſſa per relationem dicũtur expreſſa generaliter, improprie verò, & ficte ſpecialiter, in I.R. poſt. D.173. nu.111.

Expreſſum ſatis dicitur per relationem ad aliud, D.194.nu.12.

Extraordinarium remedium, quãdo eſt pinguius quam ordinarium, non ceſſat, eitam ſi adſit ordinarium, D.166. num. 4.

Extrauagans ſuſcepti regiminis dilectio in extrauangãti Ioan. 22. loquitur de fructibus beneficiorum vacãtium, D. 145.nu.22.

F

Facultas aſſignandi dotẽ filiæ nubendæ per foros Regni eſt tota collata in arbitrium patris, in R. I. poſt. D.210.dub.2.num.3.& 50. & 132.

Facultates teſtatoris non poſſunt æſtimari tempore donationis factæ, ſed cum teſtator moritur, in R.I. poſt. D.210. dub.2.n.22. & ratio ibi, & duæ Regiæ ſententiæ.

Falſum dictum nemo approbare cẽſetur, in I.R. poſt. D.210.dub.1.nũ 21.

Fama orta ex probabilibus cauſis facit in dicium ad torturam, & ſemiplenam probationem, D.125.n.27.& 29.

Fama, quæ nõ oritur ex probabilibus cauſis, dicitur vana vox populi, quæ exaudiri non debet, D.125.nu.28.

Familiæ nomen communi iure agnationẽ ſignificat, D.150.nu.7.

Famulus non poteſt pro domino teſtimonium ferre, ſi tempore depoſitionis erat in eius ſeruicio, D.205.nu.40.

Fauore alicuius introductum non debet in eius odium retorqueri, D. 199.nu. 10.

Feneſtræ aperiri non poſſunt in pariete communi per vnũ ex dominis, inuito alio domino, D.178.nu.4.

Feneſtram aperire nõ licet in proprio pariete medio iuxta foros Valentiæ, quãdo ex ea proſpici poteſt intra domum vicini, D.178.nu.10.

Ficte dicitur natus in loco, qui in eo fuit conceptus, & qui natus fuit extra locum ex ciue originario, alibi magiſtratum gerente, 199.nu.9.

Fideicommiſſo grauatus, qui rem fideicommiſſo ſubiectam alienauit pro dote filiæ, ſi illam poſtea reemit, & poſſidet tempore euenientis fideicommiſſi iuxta opinionem Peregr. eam reſtituere tenetur fideicommiſſario, D.140. nu.

nu. 5. ſed contraria opinio eſt verior, vt infra nu. 18. & 26.

Fideicommiſſo bona ſubiecta ſi pro conſtituenda dote filiæ ſint alienata, ſi tamen dicta filia decedit ſine filijs ex legitimo matrimonio, fideicōmiſſum durat in dictis bonis, quæ ſunt vltra legitimam, iuxta forum Valentiæ, D. 140. nu. 7.

Fideicommiſſo grauatus quando pro reſtitutione alienauit in ſubſidium bona fideicommiſſo ſubiecta, bonis liberis ſuperuenientibus, tenetur de illis fideicommiſſario ſatisfacere, D. 140. n. 8.

Fideicōmiſſo bona ſubiecta alienari poſſunt, nedum pro dote conſtituenda, ſed etiam pro ea reſtituenda, ſiue dos fuerit data ante grauamē, ſiue poſteſt, & hæc eſt communis opinio, D. 140. nu. 11.

Fideicommiſſo ſubiecta alienata in vxorem ex cauſa reſtitutionis dotis receptæ per grauatum, non reddunt ad fideicommiſſum, ſecus quando ex cauſa conſtitutionis dotis, ſi dotata abſq; liberis decedat, iuxta forum, D. 140. & ratio diuerſitatis redditur, n. 21.

Fideicommiſſo ſubiecta alienari poſſunt pro ære alieno fideicommiſſi inſtitutoris, D. 171. nu. 1.

Fideicommiſſarius in caſibus, in quibus ipſo iure in eum tranſeunt actiones, debet mitti in poſſeſſionem bonorum recadētium in hæreditate fideicommiſſi inſtitutoris, virtute l. fin. C. de edict. diui. Adria toll. D. 209. nu. 2.

Fideicommiſſarius debet declarare, velle agnoſcere fideicommiſſum, vt trāſeant in eum actiones ipſo iure, D. 209. nu. 4.

Fideicommiſſarius vniuerſalis, in quem per reſtitutionem legalē actiones tranſlatæ fuerunt, non eſt legitimus contradictor, ad impediendum hæredi miſſionem in poſſeſſionem, D. 209. n. 54.

Fideicommiſſario non nocent pactiones facta per hæredem grauantum, in l. R. poſt. D. 173. nu. 183. & 185.

Fideicommiſſario reſtitutionem fieri ab hærede nō eſſe neceſſarium, vt in eum tranſeant actiones de iure canonico, fuit opinio Baldi, contra quam eſt cōmunis, D. 209. nu. 53.

Fideicommiſſarius agens ad bona fideicōmiſſo ſubiecta fundatā habet ſuam intentionem in regula, quod non poſſunt alienari, D. 171. nu. 5.

Fideicommiſſarius tenetur probare, alia bona libera extare, ex quibus dos ſolui poſſit, vel æs alienum teſtatoris, D. 171. num. 7.

Fideicommiſſarius vbi allegat titulum ex alio teſtamēto hæredis vltimi defuncti, circa miſſionem in poſſeſſionem, præualet cauſa, D. 209. nu. 56. & ita fuit iudicatum, nu. 57.

Fideicommiſſario non competit remediū legis fin. C. de edict. diui. Adr. tollen. ante reſtitutionem ei ab hærede factā, D. 209. nu. 52.

Fideicommiſſaria in ſubſtitutione pluribus facta ſub conditione, ſi deceſſerint ſine liberis, an vno ex eis tantum ſine liberis decedente, ſuccedat in eius portione ſubſtitutus, D. 121. in ſummario.

Fideicommiſſaria in ſubſtitutione, purificata cōditione in perſona vnius ſubſtitutus admittitur ad eius portionem, D. 121. nu. 48.

Fideicommiſſo ſubiecta ex cauſa dotis, & donotionis propter nuptias, poſſunt alienari, & expenditur forus 7. verſ. de inde de hared. inſtit. D. 122. nu. 9.
Fideicommiſſaria poſsidens bona à die petitionis tenutæ efficitur poſſeſſor malè fidei, D. 123. nu. 25.
Fideicommiſſarius ipſo iure adquirit dominium, etiam non facta reſtitutione reali, ſeu verbali de iure Canonico, dum tamen ſe velle agnoſcere fideicõmiſſum declaret, D. 136 nu. 17.
Fideicommiſſo ſubiecta alienata in vxorem, ex cauſa reſtitutionis dotis receptæ per grauatum, non reddunt ad fideicommiſſum, ſecus quando ex cauſa conſtitutionis dotis, ſi dotata abſq; liberis decedat, iuxta forum, D. 140. nu. 20. & ratio diuerſitatis redditur, nu. 21.
Fideicommiſſum aut ſubſtitutio vbi in diem, vel ſub conditione concipitur, tunc qualitas ſubſtitutorum expectatur tempore euenientis conditionis, aut diei, D. 209. nu. 18.
Fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum reſultat ex prohibitione alienationis cauſa expreſſa à teſtatore, quia voluit conſeruari in ſua agnatione, D. 170. num. 9.
Fideicommiſſum factum in omnibus bonis, reſpectu collateralis, à fortiori cẽſetur factum in omnibus bonis in fauorem deſcendentium, in I. R. poſt. D. 173. nu. 60.
Fideicommiſſum omnia bona comprehẽdere, licet prohibitio alienationis ſit limitata ad aliqua immobilia: quia teſtator voluit fauere agnationi, tenuerãt hic relati, in I. R. poſt. D. 173. nu. 61. & fuit deciſum cum Regia ſententia, nu. 62.
Fideicõmiſſum abſolutum inducitur, etiã in caſu mortis, quando teſtator voluit perpetuo bona ſua conſeruari in familia, ordine primogenituræ ſeruato, in R. I. poſt. D. 173. nu. 68.
Fideicommiſſa, licet regulariter ſint odioſa, ea tamen quæ inſtituta ſunt per viã perpetui maioratus pro conſeruatione agnationis, ſunt fauorabilia, in R. I. poſt. D. 173. nu. 67.
Fideicommiſſo ſubiecta vide in verbo. Bona.
Fideicommiſſo ſubiecta licet pro debitis inſtitutoris fideicomiſſi poſſint alienari, hoc tamen eſt in ſubſidium, deficiẽtibus bonis liberis, & non extantibus fructibus bonorum fideicommiſſi 17. in I. R. poſt. D. 173. n. 118. & 171.
Fideicommiſſo ſubiecta alienari non poſſunt etiam ex cauſa dotis, ſi poſsit dos ex fructibus ſolui, in I. R. poſt. D. 173. nu. 116.
Fideicommiſſo ſubiecta, licet alijs nõ exiſtentibus bonis pro debitis teſtatoris alienari poſſunt, hoc tamen intelligendum eſt in concurrenti quantitate æris alieni; ſecus in eo, quod excedit ſummam debitã à teſtatore, in I. R. poſt. D. 173. n. 179.
Fideicommiſſarius poteſt rem fideicommiſſo ſubiectam, adueniente die fideicommiſſi, petere, non obſtante præſcriptione, quæ non currit contra ſucceſſores in fideicommiſſo, ſeu maioratu, in I. R. poſt. D. 173. nu. 250. & ita fuit iudicatum in Reg. Aud. Cathaloniæ, & Valẽtiæ, nu. 251.
Fideiuſſor intercedit contemplatione ceſſionis

ſionis iurium ſibi faciendæ, tertius verò poſſeſſor conuentus actione hypothecaria non accepit poſſeſſionem hac mẽte, vt ſibi iura cederentur, D. 146. num. 6.

Filia hæres ab inteſtato mitti debet in poſſeſsionem fœudi, quod pater eius poſsidebat, D. 209. nu. 24.

Filia mitti debet in poſſeſsionem, dum contentio eſt inter ipſam, & agnatum: an bona ſint feudalia, vel tãtùm agnationis, D. 209. nu. 22. & 50. & ita fuit iudicatum nu. 23. & eſt communis opinio nu. 25. maximè quando ius eſt intricatum.

Filia à patre dotata non poteſt amplius, quid petere à patre, vel à matre, niſi in teſtamento ei fuerit relictum, & ſi pater deceſſerit inteſtatus, filia nupta non poteſt petere in bonis eius, niſi dumtaxat ſupplementum legitimæ, iuxta forum Valentiæ, D. 210. nu. 2.

Filia, quæ dotem accepit à patre fraudatore, tenetur actione, quæ in fraudem creditorum, D. 196. nu. 5.

Filia excluſa, deſcendentes ex ea, quamuis maſculi, excluſi ſenſetur, vbi habita fuit ratio conſeruãdæ agnationis, in I. R. poſt. D. 173. nu. 48. & ita fuit deciſum nu 49.

Filia, quæ nubit ſine conſenſus patris, quãuis ſit maior 25. annis, & nubat digno, non poteſt dotem conſequi in Regno Valentiæ, D. 210. nu. 3. & ratio redditur nu. 60.

Filia maior 25. annis, ſi nubat digno etiã abſquè conſenſu patris, de iure Cæſareo, conſequitur dotem à patre, D. 210. nu. 4.

Filia à patre dotata ſi poſſet agere in Regno Valentiæ ad ſupplementum congruæ dotis, ſequerentur inconueniẽtia hic relata, D. 210. nu. 9.

Filia agere poteſt ad ſupplementum cõgruæ dotis, ſi dos à patre ei conſtituta fuit nimis modica, etiam ſtante ſtatuto diſponente, quod filiæ à patre dotatæ ſint contentæ dotibus D. 210. n. 14. 16. & 18. & quid fuit iudicatum n. 21.

Filia maior 25. annorum iudicis officio poteſt cogere patrem, vt eam maritet, & dotet, & recuſans conſtitui, & taxari debet dos, ſeruatis ſex requiſitis, de quibus à num. 61. in I. R. poſt. D. 210. dub. 2. n. 59.

Filia priuari non poteſt legitima per ſtatutum, in I. R. poſt. D. 210. dub. 2. num. 75.

Filia nupta etiam diues ſupplementũ cõgruæ dotis, ſeu legitimæ petere poteſt, viuo patre, quoties reperitur excluſa à ſucceſsione paterna, in I. R. poſt. D. 210. dub. 2. num. 82. & ratio ibi, & nu. 83.

Filia nupta, & dotata à patre non reperitur excluſſa à patris ſucceſsione per foros Regni, in I. R. poſt. D. 210. dub. 2. n. 88.

Filia dotata, & maritata per patrem aduerſus illum agere non poterit, vt illi dotem augeat, ſeu congruæ dotet, ſtante conſuetudine patriæ, & etiam fori diſpoſitione, in I. R. poſt. D. 210. dub. 2. nu 92. & 101.

Filia dotata à patre viuo de foro remanet excluſſa à petitione ſupplementi congruæ dotis, non tamen à ſucceſsione patris dotantis, in I. R. poſt. D. 210. dub. 2. nu. 94.

Filia,

Filia, quæ non fuit à principio congruè dotata poteſt agere ad dotis congruæ ſupplementum, in l.R. poſt.D. 210. *dub.2.nu.*109.*ſed contrà nu.*160.

*Filia dotata in minori quantitate, quam ſit legitima, dicitur enormiter læſſa, in l.R. poſt.D.*210. *dub.2.n.*112. & *ratio ibi.* Declara prout in *nu.*178.

Filia nupta, & dotata conqueri non poteſt de incompetentia, in l.R. poſt.D. 210 *dub.2.nu.*124.

*Filia dotata à patre in minori ſumma quam alia.dotis adæquationem petere non poteſt, in l.R. poſt.*D.210. *dub. 2.nu.*140.& *ibi ratio.*

Filia nupta à patre licet dotata ab extraneo non poteſt agere aduerſus patrem, ut illam de ſua dotet, in l. R. poſt. D.210.*dub.2.n.*149. & *ratio ibi.*

Filiæ ubi datur dos, & ei non impeditur regreſſus ad bona paterna, illo decedēte, filia non poteſt agere, patre viuente, ad ſupplementum congruæ dotis, in l.R. poſt. D.210.*dub.2.nu.*150. & *ratio nu.*151.

Filius *de iure Regni poteſt grauari in legitima, in l. R. poſt. D.*210.*dub.2. num.* 168.

Filia etiam minor dotata, & maritata, licet in parua quantitate non poteſt dici læſſa, nec conqueri de incompetentia, in l.*R.poſt.* D.210.*dub.2.nu.* 175.& *ratio ibi.*

Filia, & gener conſentiens donationi factæ conqueri non poſſunt de iniquitate, neq; de iniuria, in l.R. poſt. D.210. *dub.2 n.*180.

*Filia maritata, & dotata per patrem, licet in minori quantitate quam ſit legitima, non poteſt agere, illo viuente, ad ſupplementum congruæ dotis in l.R. poſt.D.*210.*dub.2.n.*1.*vſq; ad num.* 38.

Filia maritata, & dotata per patrem, licet in minori quantitate quam ſit legitima, non poteſt, illo viuente de incōpetentia dotis conqueri, in l.R. poſt. D.210.*dub.2.nu.* 2. 9. 28. *vſq; ad* 38.& *nu.*124.

Filia excluditur à ſucceſſione patris tēpore, quo ipſe decedit, in l.R. poſt. D. 210.*dub.2.nu.*17.& *ratio ibi.*

*Filia nupta, & dotata præmoriente patri dotatori abſq; filijs iure fideicommiſſi à patre inducti dos reuertitur ad patrem, filios, & hæredes dotantis, in l.R. poſt.D.*210.*dub.2.n.*20.

Filia petens congruè dotari patre viuente, non poteſt audiri, ſed expectare debet mortem patris, in l. R. poſt. D. 210.*dub.2.n.*23 & 24.

Filia maritata, & dotata ad arbitrium patris non poteſt, eo viuente, dicere ſe incongruæ, ſeu incompetenter dotatā, in l.R. *poſt.*D.210.*dub.2.num.*28. & 29.

Filia dotata, & maritata à patre cenſetur congruè dotata, nec de ea conqueri poteſt: cùm lex valde præſumat pro patre, in l. R. *poſt.* D. 210.*dub.* 2. *num.* 37.

Filia ubi, & quoties reperitur dotata, & maritata de voluntate patris, non eſt vlterius diſputandum de incongruitate dotis, in l.R. *poſt.*210.*dub.* 2.*num.*37.

Filia excluſſa à ſucceſſione paterna per ſtatutum habet facultatē petendi ſupplementum legitimæ, ſeu congruæ dotis, etiam patre viuo in recompenſatione

tionem excluſionis, ſed non quando non eſt excluſſa à ſucceſſione, in l. R. poſt. D. 210. dub. 2 n. 39.

Filia dotata à patre in parua quantitate, & ſic minori legitima non poteſt conqueri de incompetentia, nec valet dici læſſa, vbi non eſt excluſſa à ſucceſſione, in l. R. poſt. D. 210. dub. 2. n. 40. & ratio n. 41.

Filia vt dicatur dotata, ſufficit, quod pater, aut in teſtamēto, aut eo viuo exercuerit actum dotandi, in l. R. poſt. D. 210. dub. 2. n. 42.

Filia dotata à patre viuo remanet excluſa à ſupplemento congruæ dotis, in l. R. poſt. D. 210. dub. 2. nu. 43. & ratio ibi.

Filia non cenſetur priuari legitima, niſi verbis expreſſis, & ſpecificis fuerit prohibita, in l. R. poſt. D. 210. dub. 2. n. 80. & quod non ſufficiunt coniecturæ vrgentes, & euidentes ibi, n. 81.

Filia. Reliqua huius nominis, vide. Legitima, Dos, Pater, Supplemētum, & Taxa.

Filiorum appellatione non veniunt fœminæ, quando habita eſt ratio conſeruādæ agnationis, D. 170. nu. 11. & 14.

Filiorum appellatione, vbi eſt habita ratio conſeruandæ agnationis fuit deciſum cum ſententijs latis in S. S. R. C. maſculos tantum comprehendi, Deciſ. 170. n. 16.

Filiorum appellatione, caſu quo veniunt nepotes, nepotum appellatione veniunt pronepotes, in l. R. poſt. D. 173. nu 3.

Filiorum appellatione, in vltimis volūtatibus, veniunt nepotes, quando diſpoſitio eſt collata in futurum euentū, quo caſu poſſibile eſt, non extare filios, ſed nepotes, & eſt cōmunis opinio, in l. R. poſt. D. 173. n. 5.

Filiorum appellatione veniunt nepotes in diſpoſitione fauorabili, quæ confertur in futurum euentum, in l. R. poſt. D. 173. n. 6. & 8.

Filiorum appellatio, in Hiſpan. primog. non ſolum nepotes, ſed omnes in infinitum deſcendentes comprehendit, in l. R. poſt. D. 173. nu. 7. & ita fuit iudicatum in Supremo Conſilio, nu 9.

Filiorum appellatione omnes liberi in infinitum comprehenduntur in cōditione, ſi ſine liberis, in l. R. poſt. D. 173. nu. 11. & 13.

Filios ſuos vbi quis vocauit, regulariter non veniunt nepotes, ſecus in maioratibus, in l. R. poſt. D. 173. nu. 10.

Filius maſculus ſecundo genitus præfertur filiæ filij primogeniti prædefuncti, quando ad ſucceſſionem maioratus maſculi tantum ſunt vocati, D. 209. nu. 12.

Filius in conditione poſitus non cenſetur vocatus: fallit concurrentibus coniecturis, D. 209. n. 36. & 37.

Filius in conditione poſitus ſub qualitate maſculinitatis cenſetur vocatus: maximè concurrentibus alijs coniecturis D. 209. nu. 38. & ratio redditur, n. 39.

Filius maſculus in conditione poſitus cenſetur vocatus, quando teſtator in defectum maſculorum fœminas vocauit, D. 209. n. 40.

Filius in cōditione poſitus cenſetur vocatus, quando teſtator proceſſit ad plures gradus ſubſtitutionum, D. 209. n. 41.

Filij

Filij in conditione poſiti cenſentur vocati, quando teſtator vocauit omnes alios, quos poſuerat in conditione, D. 209.nu.42.

Filij in conditione poſiti cenſentur vocati, quando teſtator de poſitis in conditione, vt de hæredibus loquutus fuit, D.209.n.43.

Filij in conditione poſiti cenſentur vocati, quoties teſtator poſt poſitionem liberarum in conditione dixiſſet his casibus, & quolibet eorum ſubſtituo, D.209.nu.44.

Filij maſculi in conditione poſiti, ex prohibitione detractionis Trebellianicæ cenſentur vocati, D.209.n.46.

Filij filiorum poſiti in conditione cenſentur vocati, quando teſtator diſpoſuit in ſuo teſtamento, quod ſi non valeret in vim teſtamenti, valeret in vim codicillorum, & omni meliori modo quo poteſt, D.209 n.47.

Filij æquitum naturalium Regni extra illud nati habentur pro vere naturalibus, & gaudent his omnibus, quibus vere naturales eiuſdem Regni, D. 199.nu.13.

Filijs, *verbum de maſculis intelligitur, vbi eſt habita ratio conſeruādæ agnationis, in l.R. poſt.* D.173.n.42. & *ita fuit deciſum in ſenatu Caſtellæ*, n. 43.*in Rot. Rom.nu.44. & in S.S.R.* C. *Aragonum nu.45.*

Filij maſculi quando ponuntur in conditione ratione conſeruandæ agnationis, maſculi deſcendentes ex fœminis non cōprehenduntur ad excluſionē ſubſtituti,in l. R.*poſt.*D.173.*nu.*50.

*Filij maſculi vbi à teſtatore ſunt inſtituti, fœminis excluſis, verbū filijs in cōditione poſitum de maſculis intelligitur,in l.R.poſt.*D.173.*nu.*51.

Filij verbū de maſculis intelligitur quādo in teſtamento præter verbum maſculis in vna parte appoſitum extant aliæ coniecturæ conſeruandæ agnationis, ſecus ſi nō extant aliæ coniecturæ, tunc enim qualitas maſculinitatis filijs in vna parte teſtamenti adiecta non cenſetur repetita in alia parte, vbi tantum de filijs loquitur, & ita conſiliantur opinionis Abbatis conſ. 56. *lib.* 1. & *Annanıæ conſ.*22.*in l.R. poſt.*D.173 *nu*.53.

Finalis cauſa præſumitur, quādo cauſa, ob quam aliquid ſtatuitur, eſt ad alicuius tertij commodum, D.137.*num.* 22.

Fiſcalibus in executionibus venditio debet fieri iuſto pretio, in l. R. *poſt.* D.173.*nu.*95.

Fiſco non debentur quæſita poſt confiſcationē, etiam quòd adquirātur ex cauſa de præterito, D.155.*nu.*6.

Fiſco actio ex ſtipulatu quæritur competens condemnato etiam ex conditionali ſtipulatione, D.155.*n.*26.

Fiſcum tranſeunt, quæ tranſeunt in extraneum, vt ſunt obligationes etiam conditionales, D.155.*nu.*26.

Fiſci aduocatus non habet votum de iure Cæſareo, ſecus de conſuetudine in Regno Valentiæ, D.187.*n.*7.

Fœminarum ſucceſſio repugnat conſeruationi agnationis, D.170.*nu.*13.

Forenſes *in peræquatione vocādi ſunt*, D. 159.*nu.*5.

Forenſes, ſiue terras tenentes de generali cōſuetudine Cathaloniæ in quibus collectis cōtribuere teneantur, D.159.*n.*7.

Forenſes

Forenſes non tenentur ad ſalaria Syndicorum, nec ad expenſas pro reparatione Eccleſiæ, & campanarum, nec pro cuſtodibus cauſa peſtis, nec pro cōciatore, & medico, D. 259.nu. 13.

Forenſes poſſunt compelli ad donū, quod fit Principi pro ſe liberando à ſubiectione, D.159.nu.14.

For.33.de pig.limitatur quando poſſeſſor rei hypothecatæ offert ſuum creditum volenti, vti iure offerendi, D. 127.nu.5.

Forus 41.de teſtam. tribuit poſſeſſionem bonorum patris, vel matris eorum hæredi indiſtinctè, D.209.nu.15.

Forus 4.de iuram.calumn.diſponit, principalem perſonaliter teneri reſpondere, quando eſt intra terminum ciuitatis, oppidi, vel loci, vbi litigatur; & de eius materia vide, in D.211. nu. 19.& per totam.

Forus fin.verſ.mas ſi ſerà, de in ius vocan. diſponens, vt in cauſa vertenti contra Vniuerſitatem poſſint exigi reſponſiones ab aliquibus de vniuerſitate, non intelligitur de ſingularibus perſonis, ſed de his, per quos dicta Vniuerſitas regitur, & repræſentatur, & ita fuit declaratum cum regijs prouiſionibus, de quibus in D.211. nu.34.

Fori 6.rubr.de dot promiſ.diſpoſitio qualis, in R.I.poſt.D.210.dub.2.n.4.

Fori 50 §.fin. rubr.de teſtam. diſpoſitio qualis, in R. I. poſt. Deciſ.210.dub. 2. num. 5.

Fori, ſeu legis diſpoſitio vbi extat, nulla ſubeſt dubitatio, in R. I.poſt.Deciſ. 210.dub.2.n.27.

Forus 6 de dotis promiſ. ſolum conſiderat actum dotandi, non verò modū, & quātitatem, in I.R.poſt.D.210. dub.2.nu.93.

Fori diſponentes, quod pater poſſit diſponere ad libitum de bonis ſuis, & exhæredare filium cum quinq; ſolidis, fauorabiles ſunt, & rationabiles dicuntur, tam reſpectu parentum, quam filiorum, in I.R.poſt.D. 210.dub.2. num. 130.

Forus 6. de dot. promiſ. non grauat patrem ad amplius aliud, quam quod filiam maritet cum dote ad eius arbitrium, in I. R. poſt. D. 210 dub.2.nu. 160.& 161.& ratio ibi nu.162.

For.11.ſeu fin.de condict.in deb. imponit pœnam dupli petenti debitum ſibi ſolutum, quod applicatur reo conuento, D.200.poſt nu.1.

Fori eiuſdem eſſe dicuntur creditor, & debitor, vbi ſunt ſub eadē iuriſdictione, vel ſub eodē præſidatu, D. 132. num. 4.

Foro ſiue lege Regni deficiente, potius recurritur ad ius Canonicū, quā ad Cæſareum, D.136.nu.18.

Fori Valentiæ fuerunt conditi per Regem Iacobum primum cum interuētu Nuntij Apoſtolici, & ita habent vim canonis prouintialis, D. 148. num.7.

Fori 9. de donationibus verba referuntur, & declarantur, D.143. num.1. & 6.

Fori 9.de donatio.verba ibi, ſibi, & ſuis intelliguntur de hæredibus donatarij, D.143.n.3.& 6.

Forus penult. de actio, & oblig. citationem generalē per proclamu admiſſit, D.146.nu.11.

Forus

Forus 85.curiarum anni 1564.cōfirmat priuilegia conceſſa ciuitati Valentiæ in materia ſiſarum, D.147.*nu* 6.

Forus 5. de hæredibus inſtitut. & forus 27.de teſtament.conciliātur.(in Regia ſententia hic relata) vt inſtituti in re certa, non dato hærede vniuerſali, ſuccedant in omnibus bonis, ſecus tamen, quando diſpoſitio à teſtatore non fuit facta per viam inſtitutionis, ſed tantū quædam bona fuerunt legata: tunc enim non habet locū ius accreſcendi in reliquis bonis, D.131. *num.* 20.

Forus 9.de teſtamentis concordat cū authentica ex cauſa C.*de lib præteri.*D. 131.*nu.* 18.

Forus 17. ſoluto matrimonio non habet locum in donatione facta. contemplatione matrimonij de præſenti contrahendi cum certa perſona, ſi dictū matrimonium fuerit ſequutum, & quæ ſit ratio finalis dicti fori, D.137.*nu.* 12.15.18.& 28.

Forus 18 *de iur.emphyteu. fol.* 123.*col.* 3. *ad medium diſponens, non poſſe appellari à ſententia lata in cauſa executionis inſtatæ virtute inſtrumenti cenſualis, non procedit reſpectu tertij*, D.129 *nu.* 3.*in fin.*

Forus 16. ſoluto matrimonio quid diſponat, & quomodo intelligatur, D. 140 *nu.* 3.& 23.

Forus finalis in verſiculo, empero ſi la legitima, *diſponit, bona fideicommiſſo ſubiecta poſſe alienari pro reſtituenda dote, & ſoluēdo dotis augmento, ſine arris debitis ratione virginitatis*, D.140 *nu.* 12.

Fori Regis Iacobi primi, videtur, quod ſint leges pactionatæ, & facti in curijs, D.144.*nu.* 11.*ſed contra nu.*47.

For. 8. de reſtitutione minorum locum non habet, quando Rex de plenitudine poteſtatis diſpenſauit circa ætatis veniam, D. 144 *nu.* 20. 21.37. & 41.

Fori conditi à Rege Iacobo primo nō fuerunt facti in curijs, & ſic non ſunt leges pactionatæ, D.143 *nu.* 4.

Forus 9. de appellatio. non prohibet, iudicem admittere appellationem à ſententia confirmatoria interloquutoria lata ſuper fori declinatoria, D.149. *num.* 3.

Forus 11. ſolut. matrim. declaratur, D. 150.*nu.* 24.

Forus 11. ſolut. matrim. prohibet vxori, ne aliquid petat, mortuo virò, niſi dum taxat veſtes quotidianas, quas deferebat, viuente virò, Deciſ. 150.*nu.* 13.

Forus 5.rub. de inteſt. limitatur in caſu, quo monaſteria ſunt per priuilegium à mortizationis habilitata, D. 156.*nu.* 12.

Forus 3. ſoluto matrimonio diſponens in ius teſtatoris debere ſuccedere hæredes ex ſanguine dotatoris, procedit in fideicommiſſo legali, non inconuentionali, Deciſione 155. *numero* 23.

Forus Regni Valentiæ 34. *qui incipit* item lilactor, *in rub. de teſtibus fol.* 100.*declaratur*, D,183.*nu.* 1.

Forus 9.de appell.tantum prohibet.parti appellare bis à ſententia lata ſuper declinatoria fori, non tamen interdicit iudici, admittere appellationem, D. 183.*num.* 7.

Forus 40. de appellatio. diſponens, vt appelans teneatur exhibere primitiuum proceſſum, procedit in cauſa, in qua appellans fecit partem, ſecus ſi tantum appellauit à ſententia inter alios lata, in Iur. *Reſp. poſt. Deciſ.* 173. *num.* 260.

Forus 3. præſcriptio. tantum loquitur de præſcriptione 30. annorū, & ſic relinquit indeciſum articulū an detur reſtitutio aduerſum præſcriptionem minoris temporis, qui fuit deciſus nu. ſeqq. D. 193. *nu.* 49.

Forus 6. *de dotis promiſ. quid diſponat,* D. 194. *nu.* 2. *& declaratur nu.* 17. *& per totam deciſionem,*

Forus 58. de iur emphyteut. qui remouet appellationem, non tollit defenſionem: quia reſeruat ius in iudicio ordinario, D. 197. *nu.* 13.

Forus 10. *in rub. ſi ſecundo nupſer. mulier, diſponit, pupillos, mortuo patre, penes matrem eſſe educandos, & mortua matre, penes patrem, ſi tamen ad ſecundas nuptias conuolauerint, non eſſe penes eos educandos, ſi dicti propinqui, vel eorum coniuncti voluerint, qui forus declaratur in hac* D. 204. *nu.* 2.

Forus 13. *de aduocatis expenditur, Deciſione* 206. *numero* 3. *& vide num.* 7.

Forus 13. *de aduocatis procedit regulariter; limita tamen in religioſo poſtulante proconiuncta perſona, & eiuſdem fori verba finalia interpretantur,* D. 206. *nu.* 7.

Forus vnicus in rub. que los fermants de dret, *in extrauagant. foro. fol.* 87. *ad ſupplicationem Prælatorum Regni factus diſponit, cauſam in iudicio poſſeſſorio beneficij Eccleſiaſtici, vertentē inter duos Eccleſiaſticos eſſe tractandā coram Regem, & per ſuos Regios oficiales, poſſeſſorē foro in ſua poſſeſſione manutenēdū, donec per iudicē Eccleſiaſticū, ad quē ſpectat, aliter fuerit declaratum,* D. 208. *num.* 20.

Forus Valentiæ confirmauit motum proprium Sixti V. conceſſum in fauorem Valentinorum, vt verè nati, & non fictè in eo poſſint obtinere beneficia Eccleſiaſtica, excepto dumtaxat Patronatu Regio, Deciſ. 199. *num.* 3.

Forus Regni vbi eſt, ſecundum illum eſt iudicādum ad litteram, & abſq; aliqua interpretatione, in Iur. *Reſp. poſt Deciſionē* 210. *dub.* 2. *nu.* 44. *& ratio, nu.* 45.

Fori Regni conſtituunt ius commune in eo, in Iur. *Reſp. poſt.* D. 210. *dub.* 2. *num.* 46.

Fori Regni Valentiæ nullam recipiunt interpretationem à legibus Romanorum, in Iur. *Reſp. poſt.* D. 110. *dub.* 2. *nu.* 45.

Forus Regni vbi non ſufficit ad decidendas cauſas, & lites, recurrendum eſt ad rationem naturalem, & æquitatem, non ad ius Romanorum, ſeu ius Cæſareū, in I. R. poſt D. 210. *dub.* 2. *nu.* 47.

Forus ſeruandus eſt, & ab eo non recedendum, prætextu æquitatis, vel melioris rationis, etiam ſi ſit durus, & riguroſus, in I. R. poſt. D. 210. *dub.* 2. *nu.* 48.

Forma nō ſeruata, ſiue ſolemnitate introducta

Digitized by Google

ducta pro forma, non tenet venditio iudicialis, in l. R. poſt. D. 173. n. 71.

Forma debet impleri verè, & propriè, & non ſufficit, expreſſionem fieri per relationem ad aliud, in l. R. poſt. D. 173. nu. 110.

Fraudis particeps ſi quis nō ſit, ſed ſimpliciter ſit, creditores habere eum, qui in ipſum alienauit non tenetur in factum actione, D. 204. nu. 2.

Fraus ceſſat quando pater facit donationem filio, vel filiæ contrahenti matrimonium, D. 137. nu. 11. & nu. 16.

Fructuum à reſtitutione non excuſatur propter bonam fidem, quando erat vir prudens, & ſagax, & non ſeruatis debitis ſolemnitatibus, emit rem minoris, in d. l. R. poſt. D. 173. num. 224.

Fructus ante litem percepti compenſandi ſunt cum ſumptibus, ſeu meliotamentis, in l. R. poſt. D. 173. nu. 226.

Fructus non lucratur bonæ fidei poſſeſſor, de rigore iuris: cùm dominus non ſit, ſed propter æquitatem & eadem æquitate tenetur eos compenſare cum ſumptibus in l. R. poſt. D. 173. nu. 227.

Fructus tamquam acceſſorij veniunt cū fundo vendito, D. 192. nu. 13.

Fructus, nedum percepti, ſed etiam qui veriſimiliter percipi potuiſſent, reſtituere tenetur emptor bonorum minoris, vel maioratus, non ſeruata forma iuris tamquam malæ fidei poſſeſſor, in l. R. poſt. D. 173. nu. 223.

Fructus perceptos, & qui percipi potuerunt, reſtituere tenetur, qui emit rem iudicialiter cum mala fide, non ſeruato ordine iudiciali, & ita fuit iudicatum in Regia Audientia, in l. R. poſt D. 173. num. 218. in quem eorū

Fructus ante litem percepti cū 3. nu. 10. compenſantur, D. 153. nu. 2. differenti

Fructus pertinēt ad fideicommiſſa. deſignet vbi dominium in eum eſt tranſlatū vel D. 123. nu. 14.

Fructus debentur fideicōmiſſario ſtatim, in caſib⁹ in quib⁹ lex, ipſo iure, induxit reſtitutionē fideicōmiſſi, D. 123. n. 14.

Fruct⁹ debētur tenutariæ à die finiti anni luctus iux. for. D. 123. nu. 16.

Fructu beneficiorū vacantiū ad ſucceſſorem pertinent, D. 146. nu. 4.

Fructus beneficiorū Eccleſiaſticorū eius anni, quo mortu⁹ fuit beneficiat⁹, diuidendi videntur inter eius hæredes: & ſucceſſore in beneficio, vt diuiduntur inter hæredem vſufructuarij, & proprietarium, D. 145. nu. 8. & nu. 10.

Fructus beneficij Eccleſiaſtici ſunt deſtinati, vt ex illis onera ſuſtineantur, D. 145. nu. 14.

Fructus prædiorum Eccleſiaſtici beneficij, & eius redditus deſignati ſunt pro ſuſtētatione beneficiati, D. 145. n. 17.

Fundamēto deſtructo, corruūt ſuperædificata, in l. R. poſt. D. 173. n. 148.

Funeris impenſæ priuilegia à Iuris cōſultis tradita referūtur. & in eis non fit mētio quod præferatur habētibus expreſſam hypothecam, D. 191. n. 3.

Funeris impenſa præfertur omnibus creditoribus, D. 191. nu. 7.

Funeris fauor concernit publicam vtilitatem, D. 191. nu. 14.

Funeris impēſa de cōſuetudine antiqua in Regno Valētiæ, indiſtinctè præfertur omnibus creditoribus, etiā habentibus expreſſam hypothecā, D. 191. nu. 17.

Funeris impenſa neceſſaria, etiam iuxta

l.13.ſiue fin. titul. 6.lib. 5.recopilat. præfertur creditoribus hypothecarijs, ſecus in alijs latioribus impenſis, quæ erogantur in funus, D.191.nu.21.

Furata res, ſi reperiatur penes eum, qui erat de furto infamatus, oritur contra eum indicium ad torturam, de Iure Cæſareo, D.125.nu.4.

Fur eſt manifeſtus, qui deprehenditur cum furto, D.125.nu.46.

Fur pro primo furto, non attingente valorem centum librarũ monetæ Valentinæ, non poteſt, iuxta for. Valentiæ, ad mortem condemnari, D.125.n.5.

Furti inditiũ, vide in Verbo. Inditium.

Furioſus, & mentecaptus æquiparantur, D.182.nu.4.

Furtum remanet, ipſo iure, probatum, ex quo res furata reperta eſt penes eum, qui de furto erat infamatus, ſi non cõſtet de alia cauſa, ob quam res furata ad eum peruenerit, D.125.nu.3.

G

Gener, ſi ſciens accepit dotem à ſocero fraudatore tenetur actione, quæ in fraudem creditorum, D.204.nu.4.

Generi per ſpeciem derogatur, D. 191. num.25.

Genus continet ſub ſe omnes ſuas ſpecies, & eſt propriè in qualibet ſpecie, Deciſ. 191.nu.9.

Geſta, & facta, lege reſiſtente, ſunt nulla, ipſo iure, in l.R.poſt.D.210.dub. 2.n.96.& 99.

Grauatus fideicommiſſo, vt poſsit bona ei ſubiecta, pro ſoluendo ære alieno teſtatoris, alienare, illud facere debet, præcedente æſtimatione dictorum bonorum, vt conſtet de iuſto pretio, in l.R.poſt.D.173.nu.182.

Gloſſa verborum teſtatoris nulla melior, quam quæ deducitur ex verbis teſtamenti, in l.R.poſt. D.173.nu.38.

Graduationi locus non eſt, ſed concurſui pro ſolido, & libra, iuxta ſtylum Valẽtiæ, quãdo nõ eſt facta diſcuſio in bonis debitoris, & cõcurrunt creditores, etiã reſpectu proprietatum cenſualium ſpecialiter impoſitorũ, ſuper rebus per curiã venditis, & ita fuit deciſum cũ Regia ſententia, D.167.nu.12.

Gratiani diſcept. forenſ. lib.2.cap.229. doctrina refertur, & declaratur, D. 121.nu.61.

Grauatus, ſi rem fideicommiſſariam alienat pro dote filiæ, & illam poſtea reemit, & poſsidet tempore venientis caſus fideicommiſsi: quia ex nouo titulo eam poſsidet, non venit in reſtitutione, D.140.nu.18.

Gubernator Regni, iuxta ſtylum gubernationis, cognoſcit de cauſis Vniuerſitatum, D.147.nu.19.

Guidatico pendente, nihil eſt innouandum, D.206.nu.1.

H

Habilitati in Curijs, ſiue publicis cõmitijs poſsũt habere beneficia, quæ ſolum conceduntur verè natis in Regno, D.199.nu.12.

Habilitatio Monaſterij, ad ſuccedẽdum in bonis de Realenco, nõ poteſt nocere ſucceſſoribus teſtatoris, D.156. nu.6.

Hæredem fideicommiſſo grauati percipere debere penſiones cenſualium, quarum dies ceſsit in die grauati, & non fuerunt ab eo exactæ, & non

Digitized by Google

pertinere ad fideicõmiſſariũ. plurib' Regijs ſentẽtijs fuit deciſũ, D.128.n.17.

Hæredes mariti, quando fructus dotis nõ ſuffíciũt, ſupplere debet de proprio, quid quid de eſt ad alimenta, D.150 nu. 5.

Hæredes inſtituti, per ius accreſcendi, excludũt ſubſtitutum, quoties inter grauatos intelligitur facta reciproca ſubſtitutio, D.121.nu.40.

Hæredes mariti tenentur viduam alere, D.150.nu.2.

Hæredis appellatio, in materia trãſitoria ad extraneos, comprehendit, nedũ hæredes, ſed etiã hæredes, & ſucceſſores bonorũ, titulo vniuerſali, D.143.n.7.

Hæredis appellatio, in materia indifferẽti, deſignat ſucceſſorem bonorum coniunctum, vel extraneum, ſiue ſit hæres, de iure Ciuili, ſiue de iure Prætorio, D.143.nu.8.

Hæres, cũ beneficio inuẽtarij, tenetur ſoluere legatũ pecuniæ, in pecunia, ſi inuenit emptorẽ, qui vellit emere res hæreditarias ab hærede, abſq; obligatione propria, ſecus, ſi non inuenit, & ita fuit deciſum, D.185.nu.3.& 4.

Hæredi petẽti poſſeſſionem, virtute l. fin. C. de edict. diui Adria. toll. obijci non poteſt, teſtatorem fuiſſe fœneratorem, vel ſeruum, & ob id teſtari non potuiſſe, D.209.nu.7.

Hæres grauatus non poteſt alienare bona ſpecialiter alienari prohibita, extãtibus alijs bonis hæreditarijs, in lur. R. poſt. D.173.nu.173.

Hæres grauatus maius habet ius, quam vſufructuarius, ille enim proprietarius eſt, & dominus bonorum, vita durante, D.128.nu.15.

Hæres idẽ eſt, quod dominus, & ſic quilibet ſucceſſor bonorum, in quem eorũ dominium tranſit, D.143.nu.10.

Hæres, verbum, in materia indifferenti, de extraneo intelligitur, vt deſignet ſucceſſorem bonorum, cõiunctum, vel extraneum, D.155.nu 25.

Hæres poteſt retinere, in computatione patrimonij, quid quid in funus expendit, D.191.nu.12.

Hæres ab inteſtato non vtitur remedio legis finalis C. de edict. diui. Adrian. toll. tamen competit ei officium iudicis, vt mittatur in poſſeſſionem bonorum defuncti, D.209 nu.13.

Hypothecaria actio non poteſt intentari contra tertium bonorum poſſeſſorem, niſi prius facta ſit diſcuſſio in bonis omnium obligatorum, & fideiuſſorũ, D.167.nu.

Hypothecaria directè pro annuo redditu agi poteſt contra ſingularẽ rei poſſeſſorem, nulla facta excuſſione, D. 167.nu.3.

I

IAſſer fuit Vicecancellarius Regis Iacobi Secundi, Deciſione 191. num. 18.

Ignorantia nõ excuſat, quãdo, qui ratione officij tenebatur perquirere, & ſimulata præſumitur, in l. R. poſt D.173.n.199.

Ignorantia præſumitur, dum ſcientia non probatur, in l. R. poſt. D.173.n.196.

Ignorantia præſumitur facti alieni, in l. R. poſt. D.173.nu.197.

Ignorantia præſumitur in hærede facti ſui anteceſſoris, & in filio facti paterni, in l. R. poſt. D.173.nu.196.

Ignorãt. nõ probabilis, & affectata habet

vim ſcientiæ, & habetur pro ſciente, qui ſcire non vult, Deciſ.142.nu. 10.& 12.

Ignorantia volũtaria, quæ aliter appellatur affectata, procurata, ſimulata, ſeu optata, eſt ea, qua quis ignorat id, quod ſcire tenetur, quia non vult ſcire, ob prauitatẽ mali deſiderij, D.142.n.13.

Ignoranti in caſibus, in quibus aliàs non currit tempus, aut ſi currit, ei competit reſtitutio, non prodeſt ad dictos effectus ignorantia, quæ procedit ex facto, vel dolo ignorãtis, D.142.n.11.

Impenſa funeris non eſt propriè defuncti debitũ, ſed quaſi debitũ, & ita nõ debet præferri habẽti expreſam hypothecam, D.191.n.2. Sed contrà nu.26.

Impenſa funeris ſemper deducitur ex hæreditate, D.191.nu.10.

Impenſe funeris neceſſaria præfertur creditoribus hypothecarijs, & hæc eſt magis communis ſententia, D.191.n.22. iuxta quam fuit iudicatum, nu.23.

Impenſam funeris præferri creditoribus, expreſſam hypothecam habentibus, tenuerũt plures hic relati, & ita fuit iudicatum, D.191.nu.20.

Incidens cauſa aſſumit naturam cauſæ principalis, D.129.nu.9.

Inclinatus de ſui natura ad illã cauſam, propter quam delinquere imputatur, eſt de delicto indiciatus, maximè quãdo nemo alius imputatur de illo delicto, quam inquiſitus, D.123. nu. 11.

Indefinita æquipollet vniuerſali, Deciſ. 121.nu.8.

Indicium oritur ex cauſa delicti contra eum, qui eſt inclinatus ad illam cauſam, D.125.nu.6.

Indiciũ oritur contra inuentũ in loco delicti, quod illud commiſſerit, & contra eũ, qui reperitur in loco propinquo, D. 125.nu.18.& nu.19. licèt nõ ſufficiens ad torturam, niſi alia concurrãt, nu. 20.

Indicii furti oritur contra eum, qui viſus fuit exire cum fardello ex domo, in qua fuit factũ furtum, D.125.n.25.

Indicium oritur cõtra eum, qui viſus fuit deferre fardellũ propè locum, in quo reperitur cadauer hominis denudati, maximè ſi deferens fardellũ erat ſocius itineris occiſi, D.125.nu.26.

Indicijs indubitatis conuictus non poteſt ad mortem condemnari, & eſt magis cõmunis opinio, D.125.n.30. cõtrariũ tamen tenent relati, nu.36. cum ſeqq.

Indicia indubitata extra Suprema Regia tribunalia non ſufficere ad pœnã ordinariam, ſentiunt Autor, & Belluga, D.225.nu.32.40.41.& 44.

Inditia indubitata non ſufficere ad condemnationem, quando Belluga dixit, non erat formata Regia Audientia, nec in tribunalibus Regijs Supremis, D.125.nu.43.

Indicia indubitata, quæ à lege ita ſunt approbata, vt faciant plenam probationem, ſufficiunt ad condemnationem, etiam in tribunalibus inferioribus, D.125.nu.41.

Indicium oritur, ex quo ſunt foramina in ſubucula exiſtẽte penes inquiſitũ correſpondentia foraminibus ſubuculæ repertæ in cadauere occiſi, quando ſunt eiuſdem menſuræ, & in eiſdem locis, D.125.nu.24.

Infamia oritur ex ſententia, qua quis pro furto fuit condemnatus, & ita infamis redditur, D.125.nu.2.

Inhabili-

L. Herennius Modeſtinus de vſur. loquitur de fructibus pendentibus, non decollectis, quales cenſentur eſſe penſiones cenſualium, quarum ſolutionis dies ceſſit, D.128 nu.14.

L ſi finita §. poſtea quam ff. de damno. infect. declaratur, D.161. nu.8.

L. ſi pupillorum, § ſi prætor. ff. de rebus eorum, declaratur, & illius diſpoſitionis ratio redditur, D.169. nu.9.

Lex non debet eſſe impoſita verbis, D. 193. nu. 18.

L. 1. ff. vbi pupillus educari deb. verba referuntur, & illa declarantur, D. 204. nu.3.

L. fin. §. fin. ff. de eo quod metus cauſa declaratur, D.189. nu.2.

Lex, iudex: & quilibet bonus vir in dubio ſemper præſumunt, & arbitrantur patrem congruè conuenienter, & diſcrete filiæ dotem conſtituiſſe, in R. 1 poſt. D.210 dub.2. nu.31.

Lex vbi præciſſe, & expreſſe prohibet agenti plus petere nullo modo eſt audiendus, in 1 R poſt. D.210. dub.2. nu.97 & ratio nu 98.

Lex ſemper præſumitur iuſta, & cum ratione lata, licet de ea non appareat, in 1. R. poſt. D.210. dub.2. nu 98.

Lex facilius grauat aliquem poſt mortẽ, quam onerat eum in vita, in 1ur. R. poſt. D.210. dub.2. nu.162.

Liberatio inducitur, ſi campſor de voluntate mea, promiſſit meo creditori pro me ſoluere, D.130. nu.4.

Liberorum appellatione nepotes pronepotes cæteriq; deſcendentes comprehenduntur, in 1. R. poſt. D.173. nu.12.

Libello poteſt addi in Regno Valentiæ, poſt triginta dies parte, conſentiente, D.198. nu.7.

Licentia domini vniuerſitatis interuenire debet in cõtractu cenſualis vniuerſitatis, & ratio redditur, D.188. numero 2.

Licentia domini vniuerſitatis præſumitur per lapſum centum annorum, & ita fuit deciſum cum Regia ſententia, D.188. nu.10. & 14.

Liquidatio fieri poteſt per omne genus probationis, & ſic per confeſſiones, teſtes, ius iurandum, & inſtrumẽta, D. 202. nu.9.

Lis pendere dicitur, poſt quam à competenti

tenti

tenti iudice citatio emanauit, D.192. *num.* 24.

Litteræ, cauſa recognoſcendi, non conceduntur in cauſis ſiſarũ, & dictæ cauſæ habẽt executionem paratam, D.147. *num.* 7.

Lites ne fiant immortales, ſemper legis latores curarunt, D.157.*nu*.1.

Locatio remanet reciſſa, quamuis per curiam fuerit facta locatio, re iudicialiter vendita, D.126.*nu*.6.

Locator non ſeruans conductori, quæ promiſit, nihil poteſt petere ab eo, quia tenetur ex ſua parte adimplere, D. 154.*nu*.8.

Lucrum dotis datur ab ſtatuentibus maritis propter onera matrimonij, D. 195.*nu*.6.

Ludouicus Gomezius Rotæ Romanæ Auditor, & Epiſcopus Sarnen. conciuis fuit conſulentis in facto, de quo, in I.R.*poſt*.D.210.*dub*.2.*nu*.57.

M

Magis dilecti in inſtitutione cenſentur etiam magis dilecti in ſubſtitutione, Deciſ. 121. *numero* 14.

Magis dilecti cenſentur hæredes inſtituti vnuſquiſque in parte ei relicta, quã ſubſtituti: tamen in partibus cohæredum magis dilecti cenſentur ſubſtituti, D.121.*nu*.51.

Magis dilectus non debet eſſe deterioris conditionis, quam minus dilectus, in I.R.*poſt*.D.173.*nu*.23.

Magnates, & Barones non poſſunt cognoſcere in cauſa, quæ vertitur inter ipſos, & eorum ſubditos, nec alijs cõmittere, D.168.*nu*.11.

Magnates, ſiue Comites ſunt de iuriſdictione Regis, & eorum cauſæ euocãtur ad Regiam Audientiam, Deciſ. 168.*nu*.16.

Malæ fidei poſſeſſor nullo tempore præſcribit, in I.R.*poſt*.D.173.*nu*.252.

Malæ fidei poſſeſſor eſt, qui contra iura mercatur, in I.R.*poſt*.D.173. *num.* 253.

Maior filius vbi in ſubſtitutione fuit vocatus in defectum primogeniti, ſecundo genitus ſuccedit tãquam maior, D. 209.*nu*.10.

Maioratus legalis inducitur, quando Princeps alicui caſtrum, ſeu oppidum cum titulo Ducatus, Comitatus, aut Marchionatus, vel id genus ſibi, & ſuis deſcentibus perpetuo conceſſit, & ita fuit iudicatum in Regia Audientia Cathaloniæ, D.209.*n*.18.& 19.

Maioratus bona diſtrahi poſſunt, pro ſoluendis debitis teſtatoris, tantum in ſubſidium, indefectum fructuum bonorum fideicommiſſi, & ita fuit iudicatum, in I.R.*poſt*.D.173.*nu*.118. 171.& 174.

Maioratum fuiſſe inſtitutum, probatur ex coniecturis relatis in I.R.*poſt*.D. 173.*nu*.24.

Maioratus bona, vt diſtrahi poſſint pro ſoluendis debitis teſtatoris, neceſſe eſt, vt prius ſatisfiat creditoribus, defructibus bonorum fideicommiſſi, & tãtum in ſubſidium poteſt fieri eorum alienatio, in I.R.*poſt*. D.173. *num.* 142.

Mala fides defuncti tranſit in eius hæredem vniuerſalem, in I.R.*poſt*.Deciſ. 173.*nu*.245.

Malus ſemel ſemper præſumitur malus, in eodem genere mali, Deciſ. 125. num. 12.

Mandati defectus nullitatem inducit actorum, quæ facta fuerunt cum aliquo vti procuratore, & ita fuit iudicatum, & hæc nullitas eſt inſanabilis, in I. R. poſt. D. 173. nu. 152. & 153.

Mandatum executorium poſitis rationi[illegible]ſoluitur in vim ſimplicis citato[illegible] in I.R.poſt.D.173.nu.129.

Mandatum nō præſumitur per mille annos.in I.R.poſt.D.173 nu..150.

Manifeſtatio donationis neceſſaria eſt in donatione facta à patre filio, contemplatione matrimonij incerti D. 173. nu.14.& ratio redditur, nu.15.

Maritus contrahens matrimonium cum virgine tenetur ei facere augmentum in quantitate medietatis dotis, iuxta legem Valentiæ, & Sardiniæ, Deciſ. 184.nu.1.

Maritus, qui lucratur dotem, propter adulterium vxoris, ita lucratur promiſſam, ſicut datam, D.195.nu.4.

Maritus an lucretur dotem, vbi data fuit dilatio ad eam ſoluendum, ſi interim vxor moritur, D.198.nu.15.

Maritus, ſoluto matrimonio, agere non poteſt ad dotem ſibi poſt obitum promiſſam, iuxta foros Regni Valētiæ, D.191.nu.16.

Maritus præſtare debet alimenta vxori, ſi illa non habet dotem, vel nō ſufficiat ad congruam ſuſtētationem, D. 150.nu.9.

Maſculos deſcendētes ex filijs maſculis teſtatoris, licet non ſint expreſſē vocati, ſuccedere in fideicōmiſſo, ex veriſimili mente teſtatoris, quando vocauit filios maſculos ex filiabus indefectum filiorum maſculorum, fuit deciſum in Rota Romana, & in Regia Audientia cum votis S.S.R.C. in I.R.poſt. D. 173.nu.16.& 17.

Maſculi ex fœminis deſcendentes perpetuo excluſi cenſentur, quando maioratus inſtitutor profitetur, ea ratione maioratum inſtituere, vt bona in agnatione conſeruentur, in I. R. poſt. D. 173.nu.34.

Maſculi ex fœminis deſcendentes non ſunt agnati, ſed cognati, in I.R.poſt. D.173.nu.36.

Maſculi filij, ſeu deſcendentes, vbi ſunt vocati, ea diſpoſitio de maſculis deſcendentibus ex maſculis, non de deſcendentibus ex fœminis intelligenda eſt, in I.R.poſt.D.173.nu.46.

Maſculinitatis expreſſio denotat, cenſeri habitam rationem agnationis, in I.R. poſt.D.173.nu.47.

Maſculinitatis qualitas cenſetur adiecta verbo, filijs, quando agitur de conſeruatione agnationis, & familiæ, in I. R.poſt. D.173. nu.52.

Maſculinitatis qualitas fideicōmiſſi cōiecturā inducit, in I.R.poſt D. 173. num. 26.

Mater ab inteſtato tantum ſuccedit in vſufructu bonorum filij, quæ fuerunt eius primi viri, quando conuolauit ad ſecundas nuptias, D.158.nu.2.

Mater, quando ſuccedit ex teſtamento filio ſuo ex primo matrimonio, poſt quam conuolauit ad ſecundas nuptias, ſuccedit in proprietate, & vſufructu, ab inteſtato vero tantum in vſufructu bonorum, quæ fuerunt eius primi viri, &

viri, & ratio differentiæ redditur, D. 158. num. 3.

Mater, quæ ſucceſſit ab inteſtato filio primi matrimonij, nullo ſuperſtite filio eiuſdem patris, ſuccedit etiam in proprietate bonorum, quamuis tranſierit ad ſecundas nuptias, D. 158. *nu.* 5. 7. & 8.

Mathe. de Aſſlict. Deciſ. Neapol. 375. *declaratur,* D. 205. *nu.* 44.

Matri, & auiæ educatio pupilli deferenda eſt, cum nullus amor vincat paternum, D. 201. *nu.* 8.

Matrimonium nullum eſt ob impedimentum perpetuum naturale mulieris, quæ cognoſci non poteſt à viro, D. 180. *nu.* 1.

Melioratio facta filio matrimoniū contrahenti eſt irreuocabilis, Deciſ. 137. *num.* 20.

Mendacium facit indicium cōtra inquiſitum, & maximam præſumptionē, D. 125. *nu.* 16.

Mēdacium præſupponit dolum præſumptum, D. 125. *nu.* 17.

Mentecapti procurator rem à mentecapto venditam retrahere poteſt, Deciſ. 182. *num.* 3.

Metus reuerentialis ex præſentia patris, iuncta enormiſſima læſione, etiam ſi non interueniant verbera, nec minæ, eſt iuſtus, in I. R. poſt. D. 173. *num.* 178.

Miles decedere poteſt pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus: ſi tamen in re certa aliquē inſtituat, nullo relicto hærede, ille in totū hæres erit, D. 131. *n.* 15.

Milites, ſiue æquites non tenentur ſoluere peytas impoſitas per vniuerſitates, in quibus degunt, niſi in caſibus, in quibus tenentur contribuere terras tenentes, Deciſione 159. *num.* 6.

Minor ſi poſt maiorem ætatem ratificat contractum poteſt nihilominus ratione enormiſſimæ læſionis agere ad reſciſſionem, in I. R. poſt. D. 173. *nu.* 204.

Minor, cui fuit conceſſa ætatis venia, nō poteſt alienare bona immobilia, durāte minori ætate, D. 144. *nu.* 40.

Minor, contra quem ſententia lata eſt, poteſt petere, aduerſus eam ſe reſtitui, vt ex eiſdem actis iudicetur, ſecūdum Iuſtitiam, ac ſi prima ſententia numquam lata fuiſſet, D. 166. *nu.* 6.

Minor, & furioſus æquiparantur, D. 182. *num.* 6.

Minor, ſi fuit læſus, poteſt reſtitutionem in integrum implorare aduerſus cōtractum, & etiam abſq; reſtitutione illum reſcindere, D. 182. *nu.* 8.

Minor tenetur reſtituere, nedū pretiū rei venditæ, ſed & intereſſe illius, quādo venditio reſcinditur, D. 182. *nu* 9.

Minori fuit conceſſa venia ætatis cū Regia prouiſione facta in S. S. R. Conſilio hic inſerta, D. 144. *nu.* 39.

Minoris bona debent vendi iuſto pretio, & ita fuit deciſum cum Regia ſentētia, in I. R. poſt. D. 173. *nu.* 107.

Minus dilecti non debent eſſe melioris conditionis quam magis dilecti, in I. R. poſt. D. 173. *nu.* 15.

Mobilia prius debent vendi, de inde immobilia, in executione, & an, non ſeruato hoc ordine, executio facta ſit nulla, in I. R. poſt. D. 173. *nu.* 138.

Modica, vel magna cauſa quæ ſit, ſecundum communem ſententiā iudicis arbitrio relinquitur, D. 205. *nu.* 5.

Molina de Hiſp. primo. nō tractat: an inſtantia

ſtantia capta per poſſeſſorem maioratus tranſeat actiue in ſucceſſorem, ſed ſentire videtur tranſire, & probatur, D.136.*nu*.11.12.& 13.

Monaſteria, nec religioſi nequeunt ſuccedere ab inteſtato, neq; ex teſtamento in bonis de Realenco, & *expenditur for*.5. §. los llochs, *de in teſt*.D.156.*nu*.2.*ſed vide nu*.12.

Monaſteria priuilegia amortizationis habentia, tẽpore habili, in bonis de Realenco poſſe ſuccedere, varijs ſententijs fuit declaratum, D.156.*nu*.11.

Monaſteria habentia priuilegia amortizationis, ex perſonis religioſorum poſſe ſuccedere, varijs ſententijs fuit declaratum, D. 156.*nu*. 11.*ſed vide nu*.13.*vbi declaratur*.

Monaſterium obtinens priuilegium amortizationis, poſtquam ius alteri quæſitũ fuit, non ſuccedit in bonis de Realẽco, ſecus ſi ante, D.156.*nu*.13.

Monaſterium monialium de Hieruſalem, ciuitatis Cæſarauguſtæ, non potuiſſe ſuccedere in Baronia de Parcẽt, ſita in Regno Valẽtiæ, nõ obſtãte priuilegio amortizationis: quia erat alijs ius quæſitum, fuit declaratum quadã Regia *ſententia*, D.156.*nu*.8.

Monaſterium habẽs priuilegium amortizationis, tempore habili, & ante delatam ſucceſſionem, poteſt ſuccedere in bonis de Realenco, *iure fideicommiſſi*, D.156.*nu*.9.

Mora non committitur, vbi quis poteſt ſe exceptione tueri, quo minus ſoluat, D.123.*nu*.6.

A mora excuſat error iuris dubij, & intricati, vel facti, D.123.*nu*.7.

Mora non committitur pro debito, quod non eſt certũ, & liquidũ. D.123.*n*.8.

Mora nõ contrahitur in liquidandis, antequam ſit per iudicem declaratũ, D.123.*nu*.9.*fallit nu*.28.

Mora vt inducatur, requiritur interpellatio, D.123.*nu*.27.

Mora ſoluendi dotem facit, vt habeatur pro dote data, D.195.*nu*.12.

Mortis patris tempus inſpicitur, cum agitur de incompetentia, & incongruitate dotis aſſignatæ, in l.R.poſt. D.210.*dub*.2.*nu*.25.

Mulier eo ipſo quod dicit, nõ eſſe alia bona mariti præter illa, quæ ſunt ſubiecta fideicommiſſo, quando agit ad bona, incũbit onus probãdi, & ita fuit iudicatum, in R.A. D.171.*nu*.8.& 9.

Murorum in conſtructione, & reparatione, nec non vallium, viarum publicarum, & pontium, & in alijs huius generis clerici tenentur contribuere, iuxta forum, D.159.*nu*.10.

Mutatione perſonæ mutatur qualitas, quæ intriſece rei non ineſt, D.159.*nu*.1.

Mutui ex cauſa ſemper præſumitur facta traditio pecuniæ, niſi cauſa ſit expreſſa, D.138.*nu*.8.

N

N*Atus extra ciuitatem tempore peſtis fingitur natus in ciuitate, a qua mater aufugerat propter peſtem*, D. 199. *nu*.4.

Naturalis verè, & nõ fictè habetur filius Valẽtini conceptus in Regno, & extra illud natus, quãdo pater diſceſſit animo redeundi, D.199.*nu*.14.

Naturalis Regni dicitur in Caſtella, qui fuit nat⁹ ex patre Caſtellano, quãuis ſit nat⁹ extra Regnũ, patre exiſtẽte in Regio

gio ſeruitio, vel in tranſitu in loco, vbi pater non contraxit domicilium, D.199 *nu.*7.

Neceſſaria funeris impenſa quæ ſit, iudicis arbitrio committitur, & hic declaratur, D.191.*nu.*24.

Neceſſarijs hæredibus competit beneficiũ abſtinendi ab hæreditate, D. 136. *num.*13.

Neceſſarius ſucceſſor dicitur vocatus ab inſtitutore maioratus, quamuis ſi nolit, non ſuccedit, Deciſione 136. *num.*12.

Negatiua probatur, quo ad acta iudicij, per inſpectionem proceſſus, ſi de eis in eo non appareat, in I. R. *poſt.* D.173.*nu.*151.

Negatiua, non extare bona mobilia, vt immobilia vendi potuerint: an probanda ſit ab emptore immobilium, in I. R. *poſt.*D.173.*nu.*140.

*Negatiuæ onus probandi, bona libera non extare, ex quibus æs alienum, vel dos ſolui poſſit, ſpectare ad poſſidentem bona fideicommiſſo ſubiecta, quando contra eum agitur virtute fideicommiſſi, vel ad dotem, tenuerũt DD. hic relati,*D.171.*nu.*4.

Negatiua hæc, bona non fuiſſe ſubhaſtata, probatur per inſpectionem actorũ, & ita fuit deciſum in Regia Audientia. D. 173.*nu.* 7. *& in* I. R. *poſt.* D.173.*nu.*75.

Nemo poteſt facere, quin leges locum habeant in ſuo teſtamento, in Iur. R. *poſt.*D.210.*dub.*2.*nu.*79.

Nepos ex filio primogenito prædefuncto excludit patruum, quando eſt vocatus filius maior ſuperſtes, in I. R. *poſt* D.173.*nu.*26.

Nepos ex filio primogenito prædefuncto præfertur filio ſecundogenito, Deciſ. 209.*nu.*11.

Nepotum appellatione veniunt pronepotes, & abnepotes, in I. R. *poſt.* D. 173.*nu.*2.& 4.

Nobilitas teſtatoris inducit coniecturam maioratus perpetui fideicommiſſi, in I. R. *poſt.*D.173.*nu.*31.

Nomen debitoris vbi eſt datum in ſolutum, ceſsio habet vim venditionis nominis, & reſpicit vtilitatem ſolius ceſsionarij, D.192.*nu.*9.

Nomen, *agnationem ſignificat, vbi teſtator diſpoſuit, ne bona exeant de ſuo nomine, & ita fuit deciſum cũ Regijs ſententijs, in Iur.* R. *poſt. Deciſ.*173. *num.*37.

Nomen, *familiam ſignificat,* D. 170. *num.* 6.

Nomen debitoris obligari poteſt, Deciſ. 163.*nu.*5.

Nomen debitoris ſi cui eſt hypothecatum, habet actiones vtiles, ad exigendum quãtitatem debitam à debitore ſui debitoris, D.133.*nu.*2.

Nomina debitoris vt diſtrahi poſsint, prius tranſeundum eſt per mobilia, poſtea per immobilia, D.163.*nu.*1.

Nomina debitorum pro executione ſententiæ capi non poſſunt, iuxta forum, niſi debitor condemnatus ſit non ſoluẽdo, D.163.*nu.*2.

Nomina debitorum ſunt in bonis noſtris, D.163.*nu.*4.

Nomina debitorum, etiam futura veniunt in generali obligatione, D.163. *nu.*6. & 7.

*Nomina debitorum nõ comprahendũtur ſub legato mobilium,*D.190.*nu.*2.

Nomina debitorum, nec mobilia ſunt nec inmobilia, ſed iura incorporalia, 190.nu.4.

Nomine ex ſuo ne exeat, idem eſt, ac ſi diceret, de agnatione, Deciſ. 170. num. 5. & 7.

Notarius præſumitur ſolutus de ſalario inſtrumenti de quo fuit rogatus, ſi tale inſtrumentum reperitur authenticum, abſq; vlla proteſtatione, penes eum, à quo petitur ſalarium, D.200.nu.5.

Notarius præſumitur is, à quo inſtrumẽtum reperitur receptum centum annis retro, D.188.nu.12.

Notarius per ſtipulationem alij adquirit, D.1,0.nu.12.

Notarius non poteſt cogi tradere inſtrumentum ei, qui non rogauit, licet prætendat intereſſe, D. 124.nu.1.& 6. fallit num.8.

Notarius, ſecundum ſtylum Rotæ, tenetur inſtrumentum edere ei, qui prætendit intereſſe, licèt non mandauerit, D.124.nu.7.

Notarius pro eodem contractu, ſeu facto poteſt recipere duplicẽ ſolutionem, vnã pro ſcriptura, quam facit in papyro de prima rogatione, aliã de exemplatura, quã facit in mẽbrana, D.124.nu.10.

Notarius tenetur iuxta forum Valentiæ tradere copiam aliquorum inſtrumentorum habenti intereſſe, ſoluto vno argenteo pro ſalario cuiuſlibet folij, D.124 nu. 3.

Notario ſoluere debet ſalarium inſtrumenti ille, qui rogauit, illud recipere, D.124.nu.14.

Notarius, iuxta verum intellectum gloſſæ in verbo, exemplaria, in l. fi. C. de princip. agent in reb. lib. 12. tantũ poteſt recipere ſemel integrũ ſalariũ inſtrumẽti, & ſi iterũ tradiderit, percipere ius ſcribẽdi, pro labore, & ita practicatur Valentiæ, D.124 nu.16.

Notario de conſuetudine Valẽtiæ ſoluitur integrũ ſalariũ per eũ, qui petit ſibi tradi, pro ſuo notorio intereſſe, quando eo vti vult ad agendũ, & non aliter cogitur illud tradere, niſi ſoluto ſalario, facta ei ceſſione per notariũ cõtra eũ, qui eũ rogauit, ſi autẽ eo indiget ad ſe tuendũ, nõ ſoluit ſalariũ, ſed tantũ ius ſcribendi pro labore, D.124.n.19.& ita fuit iudicatum nu.21.

Notari⁹ edere nõ debet legatario teſtamẽtũ, ſed tantũ dare ei copiam legati, & hæredis inſtitutionis, D. 162.nu. 1.

Notarij omiſsio, & error in actis per ipſum receptis probari poſſunt eiſdem teſtibus, aut per alios duos, in R.1.poſt. D.210.dub.1.nu.1.& 8.

Notarius non præſumitur plus, vel minus per errorem ſcripſiſſe, quãdo errorẽ non allegat, ſed potius cõtendit, ſe ſcripſiſſe, prout fuit dictum, in R.1.poſt. D.210.dub.1.nu.36.

Notificatio fieri debet debitori, quando creditor hypothecas venales proponit, in 1.R.poſt.D.173.nu.135.

Nulla etiã quando eſt venditio ob defectum ſolẽnitatũ, lex vtitur hoc verbo, reſcindo, in 1.R.poſt D.173.n 97.

Nulla fuit declarata venditio quorũdã cenſualium per Regiam Audiẽtiã ex defectu ſubhaſtationis, licet fuerit facta pro debito ſubſiſtenti, & denarius pro denario, in 1.R.poſt. D.173.n.74.

Nulla quãuis ſit ſentẽtia, ſi tamẽ conſtat de bono iure partis, quo ad merita cauſæ, debet confirmari, D. 189. nu. 3.

Nulla

Nulla eſt curia venditio, quando res venditur pro minori quantitate quam ſit æſtimata, non adiecto pacto de retrouendēdo, & ita fuit declaratum in Regia Audientia, D.172.n.9.

Nulla eſt ex defectu ſubhaſtationis curia venditio, Deciſ. 173.nu.3.& 5. & ita obſeruatur in Supremis tribunalibus Caſtellæ, nu.4.

Nulla eſt, ipſo iure, executio quando deficit aliquid ex ſubſtantialibus, in Iur. R.poſt.D.173.nu.73.

Nullitas proueniens ex defectu iuriſdictionis impedit executionem, D.168. num. 7.

Nullitas ex defectu æſtimationis, quæ militat in executione fiſcali, à fortiori procedit in executione, quæ fit pro debito priuato, in I.R.poſt. D.173.nu.96.

Nullitas, quæ vagatur per totum proceſſum, eſt inſanabilis, in I.R. poſt.D. 173.num.13.

Nullitatem inducere æſtimationis defectum, tenuerunt hic relati, Deciſione 172.num.5.

Nullitas ſi nō poteſt ſanari per iudicē appellationis, etiam ſi ſententia aliàs iuſta ſit, nullatenus poteſt per iudicē ad quē cōfirmari, in I.R.poſt.D.173.n.244.

Nullum quod eſt, reſciſsione nō eget, D. 172.num.4.

Nullum eſt in totum decretum de vēdendo, ſi aliqua bona in eo comprehenſa non fuerunt ſubhaſtata per tempus legitimum, & ſic defuit ſolemnitas neceſſaria in parte bonorum: quia cùm ſit venditio indiuidua, ſi pro parte infirma ſit, in totum corruit, in Iur.R. poſt.D.173.nu.77.

Nullum eſt, quod fit contra iudicis inhibitionē, in I.R.poſt. D.173.n.159.

Nullus eſt proceſſus factus cum minore indefenſo, & ita fuit iudicatum in Regia Audientia, in I. R.poſt.D. 173.num.112.

O

Oblatio curiæ ſi non eſt notificata, bona curiæ oblata alienari poſſunt, D.192.nu.23.

Oblatio iudicialis ſufficit, quando creditū non eſt liquidum, & verbalis facta in iudicio habet vim realis oblationis, in I.R.poſt.D.173.nu.134.

Oblatio pretij debet fieri, quando contractus ab initio eſt validus, & agitur poſtea de eius reſciſsione, ſecus quando cōtractus eſt omnino nullus, quia nō fuerunt ſeruatæ debitæ ſolemnitates, in I. R.poſt.D.173.nu.235.

Obligationes nedum puræ, ſed etiam cōditionales actiuè competentes condēnato in fiſcum tranſeunt, D.155.nu.10.

Obligatus dici non poteſt, vt contra eum fieri debeat diſcuſsio, qui antea fuit exemptus ab obligatione, Deciſione 146.num.8.

Obliuioſa eſt ſenectus, Deciſione 211. num. 30.

Obliuio præſumitur per decennium, & ita fuit deciſum in Rota Roma. D. 211.nu.25.& 26.

Obſeruantia ſubſequuta eſt optima legum interpres, D.144.nu.37.

Obſeruantia ſubſequuta ſeruanda eſt, etiā ſi ex poſt facto reperiatur non bona, D.208.nu.31.

Officia Regia habentes, ſiue Palatini nō poſſunt emere res, quæ iudicialiter diſtrahun-

ſtrahũtur, in l. R. poſt. D. 173. n. 160. & 162. & ratio redditur nu. 161.
Officiales Regij prohibentur in Regno Valentia, res, qua vendũtur per curiã, emere, in l. R. poſt. D. 173. n. 105.
Officium iudicis regulariter cõpetit loco deficientis actionis, & ſic ex æquitate, in R. l. poſt. D. 210. dub. 2. n. 56.
Officium iudicis tunc demum ſubintrat, & implorare poteſt filia, quando pater eſt deſidioſus, vel recuſat illam dotare, & maritare, in l. R. poſt D. 210. dub. 2. nu. 120.
Oldradi opinio conſ. 21. non procedit in Hiſpanorum primogenijs: quia ſunt perpetua, in l. R. poſt. D. 173. n. 66. & dicta opinio Oldr. limitatur, n. 69.
Omiſſa ſi deicũmiſſi verba ſi fuerint, & cætera, quæ legũtur, cum his, quæ ſcribi debuerant, congruant, recte datum, & minus ſcriptum intelligitur, in l. R. poſt. D. 173. nu. 64.
Omiſſio, & error facti à notario in actis per ipſum receptis probari poteſt eiſdem teſtibus aut per alios duos, in l. R. poſt. D. 210. dub. 1. nu. 1. & 8.
Omiſſum verbum quando ſupplendum ſit in ſcriptura imperfecta, in l. R. poſt. D. 173. nu. 63. & 65.
Omne qui dicit, nihil excludit, D. 191. num. 8.
Onera perſonalia, realia, patrimonialia quæ ſint, D. 159. nu. 9.
Onera quando dicantur reſpicere vtilitatem poſſeſſionum, vt terras tenentes ad illa teneantur, Deciſione 159. num. 16.
Opera percepta ex puero erudito vſq; ad 25. annum compenſantur cum expenſis eruditionis, D. 153. n. 8.
Opinio Doctoris diſtinguentis in conſilio opinionũ eſt amplectenda, tãquam veritati magis appropinquãs, in R. l. poſt. D. 210. dub. 2. nu. 54.
Opponens ſe proprietariè in executione, allegans dominium, eam impedit, D. 192. nu. 15.
Ordinaria pœna delicti an imponi poſſit conuicto ex ſolis indicijs indubitatis, Deciſione 125. numer. 36. cum ſequentibus.
Originarius dicitur, quando illius pater, vel maiores originem ex eo loco traxerunt, etiam ſi alibi naſcatur, D. 199. num. 8.
Oriolæ vicini non poſſunt in prima inſtãtia extrahi à dicta ciuitate ad litigãdum, D. 177. nu. 1.

P

PActa contrahentium non egrediũtur alias perſonas, præter hæredes in l. R. poſt. D. 173. nu. 184.
Pactum de redimendo annuo reddit u ad voluntatem emptoris eſt contra conſtitutiones Romanorum Põtificum, & contra eius naturam, D. 127. num. 8.
Pactorum obſeruantia reſpicit vtilitatem publicam in conſequentiam, funeris verò impenſa principaliter, D. 191. nu. 28.
Pactum de retrouendendo eſt pars pretij, & cum illo ſuppletur iuſtum pretiũ, & ita fuit declaratum in Regia Audientia, D. 172. nu. 11.
Pactũ de retrouendendo, ſiue facultas redimẽdi pro eodem pretio rem venditã (appellata, carta de gracia) eſt pars pretij,

pretij, in l.R. poſt. D. 173.nu.101.

Pactum ſuccedendi in iuribus prioritatis facit, vt creditor, ex cuius pecunia fuit ſolutum creditori priuilegiato, ſuccedat in potioritate, & priuilegio, quod ille habebat, D.175.nu.8.

Pacto fieri poteſt quod per ſtatutum, in l.R. poſt. D.210.dub.2.nu.170.

Pactum matrimoniale eſt teſtamentum, & per illud poteſt prouideri deſcendentibus, & vocari poſſunt, in l.R. poſt. D.210. nu.171.

Pacto, cui ius non reſiſtit ſtandum eſt, in l.R. poſt. D.210. nu 171.

Papa mandauit, ſtandum eſſe ſententia Regij Cancellarij, & ab ea non poſſe appellari, D.208.numer. 26. 27. & 28.

Parentes in Regno Valentiæ maiorem habent poteſtatem, quam alibi de bonis ſuis libere diſponendi, Deciſ.210. num. 7.

Paries medius inter duos vicinos anſit præſumendus communis, Deciſ. 178. num. 1.3.4.& 14.

Paries medius non præſumitur communis ex ſola immiſſione tigni, quando alius eſt prius in poſſeſſione totius parietis, D.178.nu.12.

Paries communis, ob cauſam reficiendi illum, demoliri non poteſt ab vno ſocio, inuito alio ſocio, Deciſ. 178. num. 13.

Parietem non eſſe communem, ex quibus ſignis præſumatur, D. 178. nu.5. 6. & 7.

Parte non contradicente, actus factus valet: quia videtur tacite conſentire, vbi verba non ad iudicem, ſed ad partem diriguntur, vel ſi verba non ſunt abnegatiua poteſtatis, D. 185.nu.6.

Pater licet poſſit excludere filiam à legitima, non tamen à petitione dotis, vt competenter nubere poſſit, Deciſ.210. num. 20.

Pater an filiam diuitem dotare teneatur, D.210.nu.12.

Pater filiam dotare tenetur, & filio vxorem dare, & pro eo facere donationem propter nuptias, & bona obligare pro dotis reſtitutione, & hæc obligatio patris inhæret eius bonis, & cum eis tranſit in quemcumq; bonorum poſſeſſorem, D. . 40. num.13.

Pater vbi filiæ donationem fecit, cõtemplatione matrimonij, dicendo eam facere ad opus ſoluendi bona, quæ filiæ debentur, vti heredi eius matris, talis donatio, ſiue dos nedum cenſetur facta de bonis paternis, ſed etiam maternis, & ita fuit iudicatum in Regia Audientia, Deciſione 194. num.13.

Pater in Regno Valentiæ non tenetur filiæ legitimã relinquere, D.210.n.13.

Pater dans aliquid in dotem filiæ habenti legatum dotis à matre, vel ab auo, tunc pater, etiam ſimpliciter dotando, cenſetur compenſare cũ legato, in l.R. poſt. D.210.dub.1.nu 35.

Patris in arbitriũ collata eſt tota facultas aſſignandi dotem filiæ nubẽdæ per foros Regni, in l.R. poſt. D.210. dub. 2. nu. 3. & 50.

Pater viuẽs quãdo maritat, et dotat filiã, nõ habetur reſpectus ad patrimoniũ, et facultates ipſius patris: quia non reperitur excluſſa à ſucceſſione patris, in

Digitized by Google

l.R.poſt.D.210.dub.2.numer.30.

Patrem ſemper in dubio, præſumunt lex, iudex, & bonus vir, congruè, conuenienter, & diſcretè filiæ dotem conſtituiſſe, in l.R.poſt. D.210.dub.2. num. 31.

Patri non poteſt moueri quæſtio indiſcretæ, ſeu incongruæ dotis nec ſupplementum petere, in l.R.poſt.D.210.dub. 2.nu.33.

Pater capit melius conſilium pro filia, quam quilibet alius, & quod illi viſum eſt competens, non debet alteri cõtrarium videri, in l.R.poſt. D.210. dub.2.nu.36.

Patris taxa, qualiſcunq; ipſa ſit, excludit filiam à petitione congruæ dotis, ipſo viuo, in l.R.poſt. D.210.dub. 2.num.38.

Pater negligẽs, & deſidioſus filiam maritare iudicis officio cogi poteſt illam dotare, in l.R.poſt. D.210. dub.2. nu.58.59.& 104.

Pater quando promiſit dotem dare filiæ, vel genero, & dubitatur in quibus eſt conſtituenda, & aſſignanda, vel in quantitate, tunc in iſto caſu, & ſuperiori ſeruanda ſunt ſex, ex quibus taxa regulanda eſt, in lur. R.poſt.D. 210.dub.2.nu.60.

Pater quoties ad eius arbitrium dotat filiam iuxta conſuetudinem, & obſeruantiã loci, filia petere non poteſt ſupplementum congruæ dotis, patre viuo, in l.R.poſt.D.210.dub.2.nu.89.

Pater tenetur ad duo, filiã maritare, & & illã dotare, in l.R.poſt. D.210. dub.2.numer.103. declara prout ibi, num.117.

Pater non excuſatur ab onere dotandi filiam, licet ipſa diues ſit, in l.R.poſt. D.210.du.2.n.105.146.ad n.152.

Pater filiam diuitem exhæredare nõ poteſt, neq; dote priuare, in l.R.poſt.D. 210 dub.2.nu.106.

Pater nõ excuſatur dare dotem filiæ etiã nuptæ, in l.R.poſt.210.dub.2.num. 107.contrà nu.155.

Pater cogi poteſt, vt ex bonis proprijs de nouo dotem conſtituat filiæ, in l. R. poſt.D.210.dub.2.nu.108.ſed contrà, nu.159.

Pater non excuſatur, dando tenuiſſimam dotem: quia paria ſunt non dotare & indiſcretam dotem dare, in l.R.poſt. D.210.dub.2.nu.110. declara prout num 160.

Pater, eo viuente, de iure, & conſuetudine Regni non tenetur, nec compelli poteſt ad dotandum filiam congruè, poſtquam non reperitur excluſſa, in l. R.poſt.D.210.dub.2.nu.123.

Parentibus permittitur de iure Regni diſponere de bonis ſuis ad arbitrium, & libitum, aliquid certum quãtumcunq; minimum, loco legitimæ, filijs relinquendo, in l.R.poſt. D.210.dub.2. nu.126.& ratio, nu.127.

Pater de conſuetudine Regni poteſt exhæredare filium, dando pro legitima quinq; ſolidos, in l.R.poſt. D.210. dub.2.nu.128.

Pater non tenetur ſeruare æqualitatem in dotandis filiabus, in lur.R.poſt. D. 210.dub.2.nu.137.

Pater poſtquam officium ſuum exercuit, maritando, & dotando filiam ad nihil amplius tenetur, eo viuo, & filia petere nõ poteſt ſupplemẽtũ cõgruæ dotis, in l.R.poſt.D.210.du.2.n.142.

Pater licet, eo viuente, det filiæ partem legitimæ, etiam nomine dotis, nihilominus ipſo decedente, filia petere poterit ſupplementum, in l. R. *poſt.* D. 210 *dub.*2.*nu.*145.

Pater tenetur filiam, tam diuitem, quam pauperem maritare, in l. R. *poſt.* D. 210 *dub.*2. *nu.*146. *declara, vt ibi.*

Pater non tenetur filiam diuitem de proprijs dotare, in l. R. *poſt.*210 *dub.*2. *num.*147.

Pater, qui maritauit filiã cum parua dote, non poteſt cogi eam congruè dotare, in l. R. *poſt.* D.210.*dub.*2.*num.*148.

Pater propter quas cauſas teneatur filias dotare, in l. R. *poſt.* D.210.*dub.*2. *num.*153.

Pater in vita nihil tenetur præſtare filijs, in l. R. *poſt.* D. 210. *dub.* 2. *num.*156.

Pater, dum viuit, non cogitur integram legitimam dare filiæ, in l. R. *poſt.*D. 210 *dub.*2.*nu.*158.*& ratio ibi.*

Pater facultatem, quam habet, eo decedente, tollendi, & diminuendi legitimam filijs, eandem, & maiorem habet, eo viuente, in dotandis filiabus, in l. R. *poſt.*D.210.*dub.*2.*nu.*169.

Pater. R*eliqua huius dictionis vide, Filia, Dos, legitima, ſupplemẽtum, Taxa, & ius petendi.*

Pacto fieri poteſt, quod ſtatuto, in l. R. *poſt.* D.210.*dub.*2.*nu.*170.

Partita facta in menſa nummularia, ſiue tabula Valentiæ inducit liberationem, & nummularius, ſiue taulagerius remanet obligatus, D. 130. *numero* 10.

Partita tabulæ ſine rationibus obligat eũ, cui facta eſt ad reddendum pecuniam mutuo acceptam, D.138 *n.*9.*&* 14.

Partitæ, quæ fit in tabula Valentiæ forma, D.130 *nu* 11.

Patruis legatum factum in defectum fratrum patris, pertinet ad fratres aui, D. 209.*nu.*34.

Pauli Caſtrenſis conſilium 275. *prima parte refertur, quod fuit Canonizatũ per Rotam Romanam,* D. 210. *num.*16.

Pauper regulariter non eſt integer teſtis, & omni exceptione maior, D. 207. *num.*17.*declaratur nu.*52.

Pecunia redacta ex re immobili pro immobili habetur, D.190.*nu.*7.*ſed cõtrà nu.*18.

Pecunia etiam ad emptionem prædiorum deſtinata, ſi de ea aliter quis diſponere poterat, & deſtinationem tollere, pro re mobili debet reputari, ſecus ſi nõ poterat, D.190.*nu.*19.

Pecunia ex re immobili prouẽta mobilis eſt, D.190 *nu.*18.

*Pecunia etiam deſtinata ad emptionem prædiorum res mobilis eſt, Deciſ.*190. *num.* 11.

Pecunia cum ex proprietate vocabuli res mobilis ſit, nõ eſt ab eius proprietate recedendum, D.190.*nu.*12.

Pecunia ſimpliciter, & propriè res mobilis eſt, D.190 *n.*11.

Pecunia comprehenditur ſub legato mobilium, D.190 *nu.*10 *&* 12.

Pecunia prouenta ex pretio, annui redditus, & deſtinata ad comparandũ alium cenſum in legato bonorum mobilium non comprehenditur, D. 190. *nu.*8. *declara tamen vt nu.*19.

Pecuniam legatam hæres ſoluere cogitur,

& an ſi ſit hæres cum beneficio inuentarij, D.185.nu.1. & 2.

Pœna dupli executa fuit contra aliquos, cum Regijs ſententijs hic relatis, D. 200.nu.2.

Pœnam dupli à fore introductã locũ non habere contra eum, qui confeſſus eſt debitum ſibi ſolutum, fuit declaratum cum Regia ſententia, D.200 nu.3.

Pœna quadrupli furi imponitur, quando furtum eſt manifeſtum, Deciſ. 125. num 45.

Pœna ſecundo nubentis (inducta ob iniuriam factam filijs primi matrimonij) ceſſat per mortem dictorum filiorum, quando nulli ſuperſunt alij liberi tempore reſtitutionis bonorum, D. 158.nu.8.

Pœnas pecuniarias imponere poſſe laicis iudicem Eccleſiaſticum, ex ante conſuetudine non tamen eas exequi abſq; miniſterio iudicis ſæcularis, declaratũ fuit cum ſententia Regij Cancellarij hic allegata, D.154 nu. 18.

Pœnæ ſecundo nubentibus per leges Cæſareas impoſitæ ſimpliciter ſunt ſublatæ de Iure Canonico, ſecus verò, quæ illis fuerunt irrogatæ, fauore filiorum primi matrimonij: iſtæ enim non ſunt à Iure Canonico abrogatæ, Deciſione 158.nu 9.

Pœna ordinaria delicti an imponi poſſit conuicto ex ſolis indicijs indubitatis, D.125 nu.36 cum ſeqq.

Penſiones debent ſolui ex fructibus, in l. Rpoſt.D.173.nu.119.

Penſiones domus compenſare tenetur cum melioramentis in ea factis, qui propter melioramenta retentionem dictæ domus prætendit, & ita declarauit Rot. Rom.D.153.nu.9.

Penſiones cenſualium ad hæredem fideicommiſſo grauati nõ ad fideicommiſſarium vocatum ſecundo loco pertinere, verior eſt opinio, & contraria non ſequenda. D.128.nu.16.

Penſiones cenſualium, quarum dies ceſſit in vita hæredis grauati, ad hæredem eius, & non ad fideicommiſſarium pertinere, tenuerunt plures, D. 128.nu.11.

Penſiones cenſualium, quarum dies ceſſit in vita hæredis fideicommiſſo grauati, ab eo non exactæ, ad fideicommiſſarium, non ad eius hæredem pertinere, declarauit S.C. Neapol. teſte Vincẽt.de Frãch.D.13.D.128.n.1.

Penſiones cenſualium debitæ deferendæ ſunt ad domum creditoris, in Regno Valentiæ, propter clauſulam inſtrumenti cenſualis, cum qua, loquendo de ſolis cenſualibus venditis, dicitur, debere eſſe poſitos, & apportatos intra domum habitationis emptoris, D. 132.nu.5.

Penſiones cenſualium, aut introitus maturos ante diem reſtitutionis pertinere ad fideicommiſſarium, & non ad hæredem, probare videtur tex. in l. poſtulante 44.§. ſed in huiuſmodi ff. ad Trebell.D.128.nu.2.ei tamen reſpõdetur, & declaratur nu.12.

Penſiones, quorum dies ceſſit, cenſentur fructus collecti, & à ſolo ſeparati, D. 128.nu 10.

Penſiones, ſiue redditus beneficij Eccleſiaſtici diuiduntur pro rata temporis, quo beneficium obtinuit defunctus beneficiatus, & ſucceſſor in beneficio, D.145.nu.12.

Periculum

Periculum nominum debitorum poſt ceſſionem cōtingens pertinet ad ceſsionarium, quando nomina debitorum fuerunt vendita cum ceſsione iurium, vel inſolutum data, vel legata, Deciſione 192.*num.*10.

Peritis in arte quando credi non debet, D.178.*nu.*11.

Perſona extrinſeca non ſubauditur in cōtractibus, 160.*nu.*23.

*Perſonæ teſtis approbatio non inducit approbationem dicti, in Iur.R.poſt.*D. 210.*dub.*1.*nu.* 22. *& ratio nu.* 23.

Perſona teſtis aliud eſt, aliud eius dictū, in I.R.*poſt.*D.210.*dub.*1.*nu.*23.

Peyta imponitur vicino Vniuerſitatis ratione valoris bonorum, quæ poſsidet tam interritorio, quam extra, dummodo duplici onere non grauetur, & ita fuit declaratum cum Regia ſententia, D.149.*nu.*19.

Pignoris ius cenſetur remittere creditor, ratam habens illius venditionem, D. 167.*nu.*9.*& ita fuit iudicatū in Sacra Regia Audientia, nu.*14.

Plenitudine poteſtatis quando Rex vtitur derogando, legi contra quam reſcribit, non facit contra ius, quia Princeps tollere illud poteſt, Deciſ. 144.*num.* 42.

Pluralitas non reſoluitur in ſuas ſingularitates, quando extat coniunctus, qui poteſt venire per ius accreſcendi, D. 121.*nu.*7.

Pluralitas nō verificatur in numero ſingulari ex proprietate ſermonis, Deciſ. 121.*nu.*11.

Pluralitas quando non reſoluatur in ſingularitates, D.121.*nu.*20.*&* 61.

Pluralitas reſoluitur in ſuas ſingularitates in materia fideicommiſſariæ, D. 121.*num.*33.

Pluralitas in materia fideicommiſſariæ, facta pluribus reſoluitur in ſuas ſingularitates ex mente teſtatoris, Deciſ. 121.*nu.*69.

Pluribus hæredibus inſtitutis, quamuis verbis coniunctis facta ſubſtitutio fideicommiſſaria ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerint, ſi in perſona vnius, vel duorum locum habet, admittitur ſubſtituitur ad portiones eorum, excludendo coniunctum, quando non eſt de deliberis teſtatoris, & ita fuit deciſum in Regia Audientia Valentina, & in S.S.R. Aragonum Conſilio, D. 121.*nu.*70.

Pluribus hæredibus inſtitutis, ſubſtitutus non admittitur purificata conditione in perſona vnius, quando ſubſtitutio eſt facta in tota hæreditate, Deciſione 121.*num.*12.

Plus cui licet, vtiq; & quod eſt minus, D.169.*num.*8.

Poſiti in conditione cenſentur vocati ex prohibitione alienationis, D. 209.*numero* 45.

Poſſeſſor bonæ fidei, doli exceptione recuperat expenſas, quando non compēſantur cum fructibus, D.153.*nu.*4.

Poſſeſſor bonæ fidei de æquitate fruct⁹ lucratur, & de æquitate quoquè cū ſumptibus factis debet eos compenſare, D. 153.*num.*3.

Poſſeſſor, qualiſcumquè ſit, poteſt remouere à vendicatione eum, qui pignoris iure rem proſequitur, offerendo ei ſuum creditum, D.127.*nu.*3.

Poſſeſſor rei ſpecialiter hypothecatæ in cenſuali, qui ad ſe tuendum cōtra creditorem

ditorem intentantem ius offerendi offert ſoluere penſiones cenſualis impoſiti, tenetur etiam ſe obligare ad ſoluendam penſiones illius decætero debĕdas, & ita fuit iudicatum in Sacra Regia Audientia, D. 127.nu.9.

Poſſeſſor rei ſpecialiter in cenſuali hypothecatæ ſuccedens anteriori creditori redditualí habenti dictam rem ſpecialiter hypothecatam ſe tueri poteſt cōtra creditorem poſteriorem reddituale exe cutionem inſtantem contra ipſum vti poſſidentem dictam rem; & idem etiā procedit ſi tantum illam poſſideat virtute hypothecæ anterioris, licet non ita priuilegiatæ, D.137.nu.5.

Poſſeſſor bonorum maioratus, vel fideicōmiſſi, quæ fuerunt alienata pro ſoluenda dote, vel ære alieno inſtitutoris, habet pro ſe præſumptionem, & volens eam rei alienationē infringere tenetur probare, bona libera extitiſſe, ex quibus debitum ſolui poterat, & ita fuit iudicatum in Regia Audientia, D.171.nu.11.& 12.

Poſſeſſorij cauſa ſuper beneficio Eccleſiaſtico, an de conſuetudine tractetur coram iudicibus laicis, D.208.num.5. 46.& 47.

Poſſeſſorij cauſæ cognitio ad Regem ſpectet, D.208.nu.12.

Potentior probatio, vide: probatio.

Poteſtatis plenitudine vtitur Papa, Imperatores, Reges, & Principes nō recognoſcentes ſuperiorem, Deciſ. 144. num. 22.

Pragmatica de Sueca ſiue forus 21. de rer.diuiſio.declarat,ad quæ onera terras tenentes teneantur, & ad quæ nō, D.159.nu.2.

Praxis faciendi diſcuſſionem in Regno Valentiæ, D.146.nu.12.

Præſcribenti poſt impletam præſcriptionem non nocet ſcientia rei alienæ, D. 193.nu.36.

Poteſt, verbum prolatum cum negatione neceſſitatem inducit, in l.R.poſt. D.210.dub.2.n.95.

Præſcriptio 30. annorum non excluditur per reſtitutionem ex capite ignorantiæ, D.193.nu.16. & probatur vſq; ad num. 37.vbi DD. eam tenentes referuntur.

Præſcriptio minoris temporis triginta annorum,in Regno Valentiæ, reſcinditur per reſtitutionem in integrum petitam ex capite ignorantiæ, & ita fuit iudicatum in Regia Audientia, D. 193.num.50.

Præſcriptio 30. annorum reſcinditur per reſtitutione in integrum ex capite ignorantiæ, D.193.num.44. & hæc eſt communis opinio,iuxta quam fuit iudicatā in diuerſis ſenatibus.

Præſcriptio decem, vel viginti annorum, non currit contra minorem, ſed tātum longiſſimi temporis triginta annorum, ſalua reſtitutione, D.193.nu.14.

Præſcriptionis requiſita raro probantur,eo modo,quo probari debent,Deciſ.193. num.12.

Præſcriptio allegata, vt procedere poſſit, requiritur, vt probetur,eſſe decurſam, & completam ante motam litem, D. 193.num.13.

Præſcriptio dicitur contra naturalē æquitatem, D.193.nu.6.& 8.

Pro præſcriptione nō poteſt iudicare arbiter, qui ſecundum æquitatem iudicare debet, D.193.nu.3.

Præſcriptio

Præſcriptio dicitur impium præſidium, D.193.nu.2. & 4.

Præſcriptio eſt odioſa, & in dubio contra eam eſt iudicandum, Deciſ. 193. nu.1. & 7.

Contra præſcriptionem triginta annorum an detur in integrum reſtitutio ex cap. ignorantiæ, D.193.nu.16.

Præſcriptio nõ currit impedito agere iuris impedimento, vel ei, qui ad diem certam, & non antea vocatus fuit, nam ante diei euentum non currit, nec contra fideicommiſſarium, in Iur.R. poſt.D.173.nu.249.& 150.

Præſcriptio immemorialis non procedit, quando producitur titulus vitioſus, vel cum mala fide, in I.R.poſt.D. 173.nu.254.

Præſcriptio prodeſt poſſeſſori, quando quis poſſidet per tempus decem annorum inter preſentes, & viginti inter abſentes cum bona fide, D.193.nu.9.

Præſcriptio trium annorum cum titulo, & bona fide ſufficit de iure Regio Valentino, & ita fuit deciſum in Regia Audientia. D.193 nu.11.

Præſes ſiue magiſtratus debet interuenire & eſſe præſen. in Conſilio, D.187. num. 2.

Præſes non habet vocem in Conſilio, nec Corrector, D.187.nu.3.& 4.

Pretia iuſta non ex præterita emptione, ſed ex præſenti æſtimatione cõſtituuntur, in I.R.poſt.D.173.num.90.& 108.

Pretium debet eſſe certum, aliàs non valet venditio, in I. R. poſt. D. 173. num. 83.

Pretium vbi oblatum fuit reſpectu omnium bonorum, quando non eſt certũ pro qualibet parte ſi eſt defectus venditionis in parte, illa redditur nulla in totum, D.173.nu.19 20.& 23.

Pretium debet eſſe certum, Deciſ. 173. num.21.

Pretium iuſtum quale ſit, per ſubhaſtationem non apparet, ſed debet interuenire æſtimatio, in I.R.poſt.D.173. num 103.

Pretium reſtitui oportet emptori, quando agitur ad reſciſsionem contractus, etiam per viam nullitatis, quãdo pretium fuit verſum in vtilitatem actoris, in I.R.poſt.D.173.nu.229.

Prætori vbi eſt obreptum, manet actio pupillo, & decretum hoc caſu nõ prodeſt in I.R.poſt D.173.nu.167.

Pretij depoſitum debet eſſe integrum, ita vt nec vnus nũmus deficiat, vt emptor dominium acquirat, in I.R poſt. D.173.nu. 166.

Pretij nõ reſtituti exceptio dupliciter opponi poteſt, vno modo in vim dilatoriæ, dicendo, venditorem rei vendicare non poſſe rem venditam, quia pretium non reſtituit, alio modo in vim retentionis, in I.R poſt. Deciſ. 173. num.230.

Præuentioni locus eſt inter iudicem Eccleſiaſticum, & ſæcularem in cauſis, in quibus vterq; eſt competens, Deciſ. 208 nu.32.

Procurator non poteſt eſſe teſtis pro ſuo clientulo, D.205.nu.11. ſecus in alia cauſa. nu.49.

Procurator reppellitur à teſtimonio in eadem cauſa ſecus in alia, D.205.n 49.

Primogenita ſola mitti debet in poſſeſſionem Ducatus, alijs ſororibus ex[...] D.209.nu.21.

Primogenitus maſculus vbi ſubſtitutus fuit, eo abſq; filio maſculo decedente, filius maſculus ſecundo genitus in locum eius admittitur, D.209. *num.* 8. & 9.

Primogenitus maſculus alicuius vbi vocatur, eius vocatio non extenditur ad alias perſonas, ſecus ſi ſimpliciter primogenitus, D.209 *nu.*60. & 61.

Princeps cognoſcit, vbi dubium eſt de priuilegio, inferior autem à Principe, vbi dubium eſt de priuilegiato, D. 147. *num.* 13.

Princeps licet non ligatur ſuis legibus, tamen ſi lex, vel conſtitutio fuerit iuramento vallata, ſuper illius obſeruantia non poteſt Princeps contrauenire, nec diſpenſare, D.144 *nu* 8.

Princeps obligatur ſuo iuramento, Deciſ. 144. *nu.*9.

Princeps poteſt ſupra ius diſpenſare, D. 144 *nu.* 16 & 20.

Princeps ius poſitiuum de plenitudine poteſtatis tollere poteſt, D. 144.*nu.*21.

Princeps duplicem habet poteſtatem, alteram ordinariam, & alteram abſolutam, D.144.*nu.*23. & 25.

Princeps, quando reſcribit contra legem, & in reſcripto dicit, non obſtante aliqua lege, valet reſcriptũ, Deciſ. 144. *num.* 28.

Princeps ſupremus, vt eſt Papa, non poteſt legem ſucceſſoribus imponere, quin faciendo diſpoſitionem, & priuiſionẽ contrariam, cum clauſula generali, nõ obſtantibus priuilegijs & ordinationibus, poſſit tollere quamlibet aliam cõceſsionem à ſuis prædeceſſoribus factã, D.144.*nu.*30.

Princeps non poteſt regalia concedere in preiudicium ſucceſſorum, D.144.*n.*3.

Principis de voluntate ſatis ſumus certi, quod velit derogare priori legi, quando dicit, non obſtantibus quibuſcunq; legibus, quas vult haberi pro ſpecialiter expreſſis, D.144.*nu.*36.

Prior tempore potior eſt in iure inter creditores hypothecarios, D. 137. *nu.*2. & D.191.*nu.*1.

Priuilegium maritale non habent plebei in Regno Valentia, D.195.*nu.*17.

Priuilegium 17. Regij Petri I. expenditur, D.207.*nu.*5.

Priuilegia 116. *Petr. II.* & 16. *Regis Martini diſponunt, de cauſis impoſitionum officiales ciuitatis Valentiæ, priuatiuè cognoſcere,* D.197.*nu.*3.

Priuilegij 19. *Regis Alphonſi III. verba referuntur,* D.147.*nu.*4.

Priuilegij de valore, ſeu de intellectu, & interpretatione vbi agitur, Princeps debet cognoſcere, vbi verò agitur de vſu illius reſpectu partium inferiores iudices rectè cognoſcunt, D.147. *numero* 14.

Priuilegij Regij interpretationis cauſa pertinet ad Regem, & ad Senatores Regios, D.149.*nu.*4.

Probandi onus cui incumbat, non extare bona libera, ex quibus æs alienum ſolui poſſet: an fideicommiſſario rei vendicanti res fideicommiſſo ſubiectas: an verò eas poſſidenti onus probandi, extare bona libera, quæſtio eſt valde contrauerſa, D.171.*nu.*3.

Probatio pluſquam ſemiplena eſt, quando ſunt duo teſtes, quorũ vnus eſt integer alter non, vel concurrunt indicia cum vno teſte, vel adminicula, vel præſumptiones, D.205.*nu.*26.

Probatio

Probatio facta per unicum teſtem, etiam accedente partis iuramento non ualet, ultra centum ſolidos, iuxta forum, D. 207. nu. 26.

Probatio, quæ fit per teſtes eandem uim habet, quam quæ per inſtrumentum, in l. R. poſt. D. 210. *dub.* 1. *num.* 9. *ſed contra nu.* 10.

Probatio teſtium fortior eſt inſtrumētali probatione, in l. *R. poſt.* D. 210. *dub.* 1. *nu.* 10. *& ratio nu.* 11. *&* 37.

Probatio, quæ fit uiua uoce, & ſic per teſtes dicitur uera, & naturalis, in l. R. poſt. D. 210. *dub.* 1. *nu.* 11.

Probatio per inſtrumenta, uide: Inſtrumentorum probatio.

Probatio potentior extinguit minus potētem, in l. R. poſt. D. 210. *dub.* 1. *nu.* 31. *etiam contra dotem, ibi nu.* 33.

Procurator petere poteſt ſalarium debitū ratione cauſæ, in qua fuit procurator, & pariter expenſas coram iudice cauſæ, in qua fuit procurator, & ita fuit deciſum, D. 177. *nu.* 4. *&* 5.

Procurator repellitur à teſtimonio in eadem cauſa, ſecus in alia, Deciſ. 205. *num.* 49.

Procuratorem unum tantum quādo plures teneantur conſtituere, D. 203. *n.* 2. 3. 4. 5. 6. *&* 8.

Procuratorem unum tantum, uel duos conſtituere teneri creditores, quando ſunt in magno numero, ad inſtantiam communis debitoris, fuit deciſum in Conſilio *Neapol. D.* 203. *nu.* 8.

Procuratores plurium perſonarum plures dari, non eſt prohibitum, Deciſ. 203. *num.* 1. *&* 7.

Producens teſtes non dicitur approbare dictum teſtis deponentis ſuper interrogatorijs partis aduerſæ, ſed tantum eius perſonam; & idem eſt dicendum de iudice, in l. *R. poſt.* D. 210. *dub.* 1. *num.* 24.

Proprietas uerborum non aliter omitti debet, uel ab ea recedi, niſi appareat manifeſte, aliud ſenſiſſe teſtatorem, D. 121. *nu.* 10.

Prouintia quælibet in ſuo ſenſu abundat, D. 195. *nu.* 8.

Prouiſio, ſiue interlocutoria, cum qua fuit declaratum, admittendo depoſitū non integrum pretij rei iudicialiter uendita, & uim diffinitiuæ habens, & nō ſpectans aliam poſt ſe, eſt appellabilis, D. 129. *nu.* 15.

Prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionē legis, D. 155. *nu.* 24.

